Digitized by Google

G. & B. Westermann & Co.
Deutsche Buchhandlung
290 Broadway
New-York

3 2044 106 369 598

1, 2.
2 voll. 9

Bibl
H HARVARD UNIVERSITY HERBARIUM.

THE GIFT OF

Asa Gray.

LIBRARY OF THE GRAY HERBARIUM
HARVARD UNIVERSITY
THE GIFT OF

Digitized by Google

Bibl
H 15 b

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
BOTANICA.

QUA

SCRIPTA AD REM HERBARIAM FACIENTIA
A RERUM INITIIS RECENSENTUR.

AUCTORE

ALBERTO von HALLER

DOMINO IN GOUMOENS LE JUX ET ECLAGNENS.
PRÆSIDE SOCIETATIS REGIÆ GOETTINGENSIS; PRÆSIDE SOCIETATIS OECONOMICÆ BERNENSIS; SODALI ACADEMIÆ REGIÆ SCIENTIARUM PARISINÆ; ACADEMIÆ REGIÆ CHIRURGORUM PARIS. ACADEMIÆ IMP. NAT. CUR. BORUSS. SUEC. BONON. ARCADICÆ; SOCC. REG. BRIT. BOTANICÆ, BOT. FLOR. BAVARICÆ. ALTISIDIOR. HELVETICÆ. COLL. MED. EDINBURGENSIUM.
IN SUPREMO SENATU REIP. BERNENSIS DUCENTUM VIRO.

TOMUS I.

TEMPORA ANTE TOURNEFORTIUM.



TIGURI, apud ORELL, GESSNER, FUESSLI, ET SOCC.
MDCCLXXI.

Digitized by Google

31,127
September 22, 1971

Digitized by Google

BIBLIOTHECÆ MEDICÆ

PARS I.

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO VIRO

JOHANNI COMITI DE BUTE.

Quod ILLUSTRE NOMEN Tuum meo operi præpoſuerim, multæ mihi, EXCELSE COMES, cauſæ fuerunt.

In ſummis honoribus bonas artes non amaſti, quæ tamen multis unica perennis famæ cauſa fuit: ſed

X 2 coluiſti.

Digitized by Google

coluiſti, ſed ornaſti. Naturæ Hiſtoriam in ipſa Natura didiciſti: adiiſti varias regiones, & impeditas Alpes cominus es contemplatus, ubique telluris fabricam, DIVINÆque in ea SAPIENTIÆ veſtigia, propriis ſcrutatus es laboribus.

Magnæ hæ laudes ſunt, & in TUO ordine pene unicæ: aliæ tamen ſuperſunt & magis TIBI propriæ, & quas univerſo generi humano TE carum oportet reddere. Fruſtra ſæviunt felicis, ſed quæ bona ſua non novit, & liberrimæ gentis iræ, fruſtra ſibi injuſtiſſimos clamores calumnia permittit: nullo ſuo efficient ſtrepitu, quin quidquid eſt ſanorum, ſobriæque mentis mortalium, TIBI maximum eorum debeant officiorum, quo Patriam ſibi civis optimus devincire poſſit. Educaſti, natum equidem ad omnes virtutes, ſed ad-

juviſti

Digitized by Google

juviſti tamen conſiliis, & morum puriſſimorum exemplo, divinam mentem Principis, cui Britannia felicitatem, univerſus orbis libertatem pacemque debebit, niſi mala conſilia contra EJUS vota prævaluerint. Magnanimum Regem, lentum ad injurias ulciſcendas, etiam in immeritos benignum, parem Majeſtati Imperii, indefeſſum in laboribus ſaluti publicæ deſtinatis, ſurdum ad voluptates; unicum in ſolio ſinceræ, absque ſuperſtitione, pietatis exemplum, quoties veneramur, non poteſt omnium boni verique ſtudioſorum recordationi elabi, cujus ex manubus eum Principem acceperimus. Neque deerit officio poſteritas, etiam in ea regione, quam injuſtæ declamationes inflammant, nomenque Tuum cum GEORGII III. ſacro nomine grata conjunget.

Mihi

Digitized by Google

Mihi, homini in libera Republica nato, homini nihil ſibi ſperanti, deſideriis dudum puro, exoptata fuit opportunitas, qua hominum DEI & mentium DEO probatarum amantium turbæ me immiſcere licuit, & unanimam eorum vocem publice in remota gente repetere.

Digitized by Google

AD LECTOREM!

Vigeſimus elapſus eſt annus, poſtquam cum Hermanni Boerhaave *methodo ſtudendi* ſimile fere ejus opus edidi, ad quod nunc præfari ſuſcepi. Eſt tamen inter utrumque maximum diſcrimen.

Cum Boerhaavii prælectiones ederem, præcipuus finis erat, magni Viri nomini ſubvenire, emendare vitia, quæ ignari notarii adleverant, addere demum, ſi quid aut temporis ratio, aut neceſſaria brevitas excluſiſſet.

Quare ordinem Boerhaavianum ſequi neceſſe fuit. Verum non continuo mecum conſenſi, quantæ meæ in edendo opere partes eſſent. In principio libri memorabiles potiſſimum, ſuaque utilitate conſpicuos libros, cum breviſſimo meo judicio Præceptoris catalogo ſubjeciſſe videbatur ſufficere. Ut in opere progrediebar, ſenſi longe plures bonæ notæ libellos ad eos titulos pertinere, ad quos Boerhaavius prælegerat: eſſe vero & alios libros, non undique utiles, qui tamen non undique bona fruge carent.

rent, a Præceptore vero omittentur. Denique rediit in animum, etiam in iis libris, quos non legiſſem, quos coram non haberem, eſſe poſſe, quæ ad plenum artis ambitum perficiendum pertinerent: neque debere eos libros omitti, quorum id unum vitium eſſet, quod eos ego non legiſſem. Ita ſenſim ſub manubus labor increvit, ut in Anatome vix quemquam libellum omitterem, in praxi leviores ſolos. Sed inde opus natum eſt, quod undique mihi diſplicuit: tum quod inæquale, principia haberet tenuja, ultimas partes multo pleniores: tum quod ordo Præceptoris neceſſarias feciſſet repetitiones, ut Idem Malpighius ad hepar, ad lienem, ad viſcera reliqua, ad anatomen comparatam paſſim rediret.

Hos meos errores cum viderem, cogitavi, ut emendari poſſent: ea enim mihi ſeneſcenti, & ſeni, ſumma ſemper fuit voluptas, corrigere quæ junior præpropere edidiſſem. Non melius autem viſum eſt me reparare poſſe, quæ diſplicerent, niſi novo opere, cujus ordo & ambitus in mea eſſent poteſtate. Facilior autem mihi ordo viſus eſt edendorum, ſi quamque præcipuam medicinæ partem proprio opere traderem: ſi Scriptores ſecundum temporum rationem recenſerem; ſi nullum denique omitterem. Videbatur etiam in ipſa plenitate catalogi utilitatem eſſe non minimam; ſiquidem lector collecta haberet omnia, quæ per plurima opera diſperſa laterent.

Vides, Amice Lector, me officii mei ambitum non ignoraſſe, verum non erat in meis viribus, efficere, quæ videbam a me requiri. In mediocri civitate vivo, in qua Bibliotheca medica privata nulla omnino, publica & ipſa modica ſit, & librorum potiſſimum medicorum egena. Non omnino propriis

Digitized by Google

propriis libris deſtituor, nimis autem expertus ſum, undecim voluminum millia, cum decies millenis minoribus libellis, evaneſcere, ſi cum enormi numero librorum contuleris, de quibus agere oportet.

Supererat ut alienis me fulcirem præſidiis, & opera conſulerem, in quibus medici Scriptores recenſentur: diaria: biographias: bibliographos, catalogos bibliothecarum publicarum, privatarum. Non neglexi eas opes; neque tamen potui mihi ſatisfacere. Ita ad codices Arabicos defuit mihi inſignis ille catalogus M.S. codicum bibliothecæ Scorialienſis: quem paſſim efflagitavi, inutili tamen cum ſpe, donec Gottingæ, quæ ad rem meam faciebant, pro humanitate ſua vir Cl. J. ANDREAS MURRAY deſcribi curavit: ſed ſero accepta non potuerunt in botanicis ſuo loco recenſeri. Neque potui SLOANIANI theſauri catalogum obtinere: neque TREWIANÆ ditiſſimæ Bibliothecæ. Sed & cum metu aliquo paſſim catalogos citavi, cum ſæpiſſime vitia numerorum in ejusmodi libellis, nulla cum cura editis, annos ſoleant corrumpere, & auctorum nomina.

Neque tamen negligere poteram has auxiliares copias, quibus ſi abſtinerem, hiulcum & egenum opus eſſem editurus. Decerpſi ergo editiones, & ex conſenſu diverſorum catalogorum putavi firmius poſſe de editionibus judicari, evidenter vitioſos rejeci, prætuli vero pro ſuo merito catalogos, qui cum cura ſcripti eſſent. Paſſim amicos conſului.

Non tamen velim Lectorem quidquam a me pleni exſpectare. Non poteſt eo hominis induſtria ſola pertingere. Vitam integram oporteret huic labori dedicare, & ſubinde, poſt aliquot annos, alias in urbes principes migrare,

)( )(2 Pariſiis

Pariſiis vivere, Londini, Romæ, & ſi alibi pleniores ſunt bibliothecæ. Neque indiligens fuerit, etiam cum his opportunitatibus, qui intra quinquaginta annos vitæ ſuæ huic ſoli labori impenſo, tolerabile opus compilaverit. Omnes præterea linguas callere neceſſe fuerit, omniumque artium peritum eſſe, quarum ſocia opera Medicina conſtat.

Mihi hujusmodi nihil contigit. Vixi extra Patriam annis viginti quinque. Sed alii mihi labores incumbebant, in quibus plus eſſet officii. Nunquam liber fui, niſi forte nuper liber ſum: alieni, nimii, labores me per totam vitam meam diſtraxerunt.

Hæc omnia ſi fateri oportet, non inique quæret Lector Rerum Peritus, cur opus moliar, meis humeris nimis grave futurum. Audiet Idem, quæ pro me excuſando licet adferre. Deſunt mihi multa præſidia, ſunt alia, quæ non facile in eodem homine conjunguntur. Ab anno 1725. id ſtudium in legendis libris tenui, ut quos legiſſem, de iis judicia mea in adverſaria conjicerem, continuo, dum recens eorum erat memoria. Decerpſi de omnibus, quæ ad meos fines videbantur conferre, anatomen potiſſimum, & rem herbariam. Linguas nuperas pene omnes didici, ut hactenus libros a quaque gente vernaculo ſermone ſcriptos legere poſſem. Ita judicia paulatim ſupra undecies mille nata ſunt, librorum quos legeram, & in adverſaria retuleram. Sunt quidem eorum millia aliqua, quos non totos legi, hactenus tamen, ut judicium de iis ferre poſſem. Ea judicia mihi ſcripſi, nullo adfectu motus, ut neque ſectæ faverem, neque ſervirem odiis. In mitiorem quidem partem amavi peccare, ut malos libros ſilentio, & brevitate judicii potius

quam

Digitized by Google

quam convitiis punirem: bonos cum aliqua exſultatione laudarem, ut per quos ego profeciſſem, qui multum adeo meæ addidiſſent felicitati.

His non extenuo quidem mea vitia, excuſo tamen, ut nihil pleni exſpectes LECTOR AMICE, iis vero tuta fide utaris, quæ leges. Non deerunt in editionum annis errores: non pleni erunt editionum catalogi: omnium minime verſionum in varias linguas cenſus. Judicia autem ſpondeo incorrupta, ex re ipſa nata, nunquam ex ira, nunquam ab aliis mutuo ſumta. Meæ bibliothecæ editiones aſteriſco deſignavi, ut plenior ſit de iis fides: alienis, ubi opus videbatur, ſuum teſtem addidi. Temporum rationem ſequi putavi utilius fore. Ita quæ bibliotheca eſt, hactenus etiam hiſtoria artis ſit, cujus progreſſus, & inventa, per ſua tempora ſibi ſuccedentia recenſeantur. Quemque Scriptorem ad primos annos conatus ſum referre, quibus inclaruit: quos edidiſſet libros conjunctos ſubjeci, quos nempe de ea arte ſcripſiſſet, in qua nunc verſarer, cujusque demum præcipua inventa cujusque laudavi. Biographiam non ſuſcepi dare, paucis aliquando, & de celebribus viris, indicavi, quod eſſent vitæ genus ſecuti, & in quibus ſcholis aut officiis eminuiſſent.

Supereſt ut de ordine magni operis aliqua præmittam. Hoc volumine Scriptores de re herbaria recenſui: proximo eos dabo, qui de re anatomica ſcripſerunt: hinc chirurgos: inde clinicos; demum qui de re naturali ita egiſſent, ut a medico utiliter legantur. Cuique Tomo brevem catalogum ſelectorum ſcriptorum ſubjungam, quibus mediocris bibliothecæ dominus ſibi poſſit ſatisfacere.

Multa promittenti regeret aliquis, non is inmerito exprobraturus, ſenem laborem ſibi ſumere, cui certus ſit immori. Facile video quidquid porro

 vivo

Digitized by Google

vivo, ex liberalitate PROVIDENTIÆ me vivere. Cum tamen quæque pars operis per ſe ſola conſiſtat, non nulla eſt ſpes, poſt hoc volumen unius forte & alterius partis artis Medicæ Bibliothecam me perfecturum. Otium mihi feci: dona fortunæ ſumma, ſed cum novis laboribus conjuncta, deprecatus, in patria vivo, quæ præter curam publicæ valetudinis nihil a me exſpectat, & ſi quando nimis de me blandas ſpes concipit, mihique honoratos labores imponit, breves tamen ſolet imponere. Neque aliud unquam onus recepero, qui norim etiam nunc me abunde habere, in quo vires experiar, parum duraturas.

Multa in iis voluminibus operis mei neceſſario repetentur, quæ ſecutura ſunt. Dum clinici medici, & diætetici, de herbarum medicatarum & eduliorum indole agunt, eorum effata hinc ad curandos morbos, inde ad plantarum hiſtoriam ſpectant. Pharmacopolæ fere omnes plantarum medicatarum catalogos recenſent, viresque medicas, & quæ inde componuntur; chemici analyſin & elementa ſtirpium. Qui de re naturali ſcripſerunt, aut itinera ſua in adverſaria retulerunt, ii fere omnes etiam plantarum aliquam mentionem fecerunt. Quare vitari non potuit, quin ejusdem operis bis fieret mentio: id unum mihi reliquum fuit, ut breviter in quaque artis medicæ parte eos libros tangerem, quam ipſi ſcriptores breviter tetigiſſent, uberius ubi & ipſi amplius de ea re egiſſent. Ita fit ut exiguæ chartæ jactura fiat. Sunt quæ hactenus plantas tangunt, ut commentarii ad Bucolica, ad Georgica: ſed eos fere ſolos commentarios recenſui, qui eſſent periti in re herbaria auctoris: Literatores interim præteremiſi. Sed neque tinctoriam artem, neque coquinariam, neque alias artes potui præterire, quæ plantis utuntur, & in quibus utilitas declaratur, quam vitæ humanæ ſtirpes adferunt.

In

In Arabicis libris etiam magis vereor, ne aut ex linguæ ignoratione, aut ob minorem typothetarum curam, vitioſos paſſim titulos fecerim. Tota etiam hiſtoria medicorum Arabum ob nominum varietatem & ſimilitudinem difficilis eſt. Hactenus ſtudui, ut ea menda vitarem, non ubique forte potui, quæ rerum humanarum eſt imperfectio, minus etiam in libris obſcuris, neque unquam a me viſis. Optaſſem certe; ut Reiskius, aliusve hujus linguæ peritus medicus, ſibi hunc laborem ſumſiſſet, multo meliora præſtiturus, quam ego promittere poſſim, qui eos libros non potuerim, niſi in Verſionibus, ſæpe parum fidis, legere.

Non deſpero tamen hactenus me effeciſſe, ut plerique quidem libri in ſua loca digeſti ſtudioſis innoteſcant, ad eos vero pene omnes manu quaſi ducantur, quoscunque legere utilius fuerit. Neque absque voluptate occaſione uſus ſum, ut bene meritis in artem noſtram viris laudes ſuas impertirem: ut denique ex meis adverſariorum meorum cenſuris, quos nimis multos ſum paſſus, poſteri videant, quam parum odio dederim. Inanes absque judiciis titulos librorum, qui ſæpe viles ſunt, & parum ad veri cognitionem faciunt, non potui vitare. Nolui de libris judicia ferre, quos non legiſſem: non potui pro vilibus rejicere, quos non vidiſſem: neque demum in re litteraria eorum operum detrectatur cognitio, qui parum habent publicæ utilitatis. Infiniti ſunt gradus, per quos a Dillenio ad compilatorem aliquem deſcenditur, ut invidioſiſſimum foret officium, reſecare, quibus utilius careri putaſſem. Locum his minoris pretii libris datum, ipſa ſumma brevitate ſermonis mei compenſare ſtudui, quam nunc video potius nimiam eſſe: & paulo aridiorem potiſſimum eorum librorum eſſe notitiam,

qui

Digitized by Google

qui multa bona continerent. Quare in reliquis artis medicæ partibus, aliquanto ero uberior in nominandis inventis, aut utiliter dictis, quam quidem hic fui. Neque tamen exſpectari debet, me ea omnia repetiturum, quæ quisque ſcriptor utiliter viderit, aut invenerit: ex eo enim conſilio pro Bibliotheca collectanea naſcerentur adverſaria: quæ eadem cauſa eſt, cur de optimis libris, & plurima propria habentibus, brevius ſcribere ſit neceſſe, neque liceat, ut de aliis pauca bona ſua multis inutilibus temperantibus, ea omnia excerpere & indicare, quæ uſum habent.

Denique ſi non omnia ipſe legi certam habeo excuſationem, aliquotenus tamen me progreſſum eſſe. Frui poterunt paratis medicinæ ſtudioſi: deſideratos libros, non expreſſa de aliis judicia, addent ſimiles labores non detrectaturi poſteri. Anatomicam partem, dum hæc de prelo exeunt, mecum paratam habeo, quæ aliquamdiu adſervata, meis curis melior reddetur. VALE LECTOR, & noſtris laboribus benigne utere.

Bernæ Helv. 1. Januar. 1771.

LIB. I.

Digitized by Google

LIB. I.

AUCTORES GRÆCI.

CAP. I.

ORIGINES REI HERBARIÆ.

§. I.

Meditanti primordia ejus ſcientiæ, quæ in herbarum cognitione verſatur, manifeſto mihi viſa ſunt ea primordia a primis generis humani temporibus repeti poſſe, ut cum ipſis mortalibus etiam herbarum cognitio nata ſit. Tempus enim fuiſſe neceſſe eſt, quo homo artium ignarus, metallorum auxilio deſtitutus, & inermis, ferocibus beſtiis vincendis, aut attingendis impar, quæ celeri fuga ſe eripere norunt, nondum ſepibus & clauſtris animalia cicurata coercuit. Neque enim, quæ NATURA armenta genuit, libera & ferocia pari facilitate ſervitudinem hominis ſubierunt, qua nunc conſueto jugo ſe ſubmittunt; neque ex domitis bobus torvos illos primævos tauros æſtimare oportet, quales olim Germania alebat, & nunc vaſtiſſima prata utriusque Americæ alunt; multum etiam a ſue domeſtica ferus aper diſtat. Sed & equo ſuum eſt contra inermem hominem in ipſa velocitate, inque ſuis viribus præſidium: & mitiſſima animalium oves videntur, ex communi indole omnium congenerum, velocis & fugacis animalis genus fuiſſe. Sero vero & poſt artes provectas, hominem ſuum in animalia imperium vindicaſſe, vel inde colligas, quod undique ſimpliciſſimæ gentes, & primævorum mortalium ſimiliores, artiumque ignaræ, domeſticorum animalium ſatellitio deſtituantur; exempla ſunt in Patagoniæ, Grœnlandiæ, Labradoris, novæ Hollandiæ, totius demum Americæ ſeptentrionalis incolis, qui cum piſcari norint, & venari, & arcubus atque lanceis beſtias ſuperent, tamen nondum didicerunt cicurare animalia, & ſecum in numerato habere, ut vel lacte eorum vivant, vel carnibus.

Digitized by Google

Iis ergo temporibus, quibus homines animalem victum ſibi nondum didicerant comparare, aut certe parciſſime, ſupereſt ut terræ fructibus vitam ſuſtentaverint, quos ſponte profert optima. Quare ſacræ paginæ eadem hic docent, quæ ex ipſa rerum natura ſequuntur: in regiones nempe ſub mitiſſimo cælo jacentes primos mortales ex CREATORIS manu emiſſos fuiſſe docent: eſt enim ſub 33. gradu, & inde porro ad auſtrum multoties major, quam nobis, arborum copia & diverſitas: & inter eas arbores multo major earum numerus, quæ fructum edulem perficiunt (1). Radicum etiam cibo aptarum benigna iisdem in regionibus copia eſt, & denique terra, hibernæ nuditatis ignara, toto fere anno frondibus herbisque & oleribus coronatur. Palmas Meſopotamiæ, Muſasque Syriæ & Paleſtinæ, tum Cucurbitaceas plantas iis in regionibus familiares, eo ævo crudas, putes eam humani generis ætatem aluiſſe, quæ vaſa igni regendo apta nondum invenerat. Nam & ſolæ illæ Palmæ, etiam noſtro ævo, Perſis auſtralibus (1) ad vitam, & ad deliciofam vitam, ſufficiunt; & Europæi, qui naufragi in terras tropicis vicinas enatarunt, nudi & inermes, ſolis Floræ donis ſæpe vitam ſuam per integros menſes ſuſtentarunt. Sed etiam priſca illa ante Phœnicum adventum Græcia glandibus victitavit, & heroico adhuc ævo CHIRON ACHILLEM excarnibus cibis aluit (2).

Non potuerunt adeo arborum genera aut melonum, aut radicum, aut olerum, hominibus non cognita fuiſſe, quibus quotidie & ſolis, viverent, quæ ipſis in natali ſolo ſponte naſcentia exquirere neceſſitas imperaret. Et faciem ergo beneficarum ſtirpium, quantum ad eas adgnoſcendas ſufficeret, in memoria ſua primi generis humani parentes retinuerunt, & nomina impoſuerunt, ut de iis legendis cum ſuis liberis colloqui, & filii patrem intelligere poſſent, a quo ad penum cujusque dici procurandam emitterentur: ita prima botanica nata eſt. Neque ſola ex facie ſtirpes ii mortales dignoſcebant: nam & ſapores, & odores cum habitu conjunctos, memoriæ impreſſerunt. Neque diu potuerunt quotidianum ex ſuis plantis victum repetere, quin etiam experirentur, quæ refrigerarent, quæ calefacerent; quæ ſtomacho coctu faciliores eſſent; quæ difficiles; quæ alvum laxam redderent; quæ flatubus excitatis moleſtæ forent: Ita etiam *ſecundæ Qualitates*, cum primis conjunctæ, nudam illam & primævam herbarum diſciplinam ditaverunt. Dudum PLUTARCHUS ſenſit (1), antiquos nomina plantis impoſuiſſe, quibus earum præcipuæ qualitates exprimantur, exemplis etiam citatis in καρυα, ναρκισσα & aliis.

Denique non potuit fieri, in tanta ſimilitudine diverſarum ſtirpium, needum accurate cognitis diſcriminis ſignis, quin primi mortales alias inutiles, mali ſaporis, ad alimenta ineptas, etiam noxias, ſoporiferas, aut arborum progenies, aut ex terra naſcentes herbas decerperent. Erant etiam plantæ, quæ ad vitam ſuſtendandam non idoneæ, pulchritudine tamen frondis, aut folii,

(1) Vel ex ſolo opere RUMPFIANO.
(1) KAEMPFER *amœnit. faſc. IV.*
(2) PLUTARCH *quæſt. conviv.* L. IV.
(1) *Quæſt. conviv.* L. V. c. 26.

Digitized by Google

folli, aut ad alendum focum aptitudine, aut ad baculos, & tuguriorum ſuſtentacula, ad vincula, ad varias rudis ſeculi artes utilitate ſua ſe commendarent. Auctus adeo ſtirpium mortalibus cognitarum cenſus eſt. Imitationem animalium (2), & vires medicas a beſtiis hominibus revelatas, vetuſtas multis exemplis laudavit: Liceat autem de iſtis artificiis brutorum animalium (1) hactenus dubitaſſe (2). Id vero potuit omnino eveniſſe, ut neceſſitate, vel caſu, ab ægrotis mortalibus in uſum receptæ herbæ inſignes effectus aliquos ederent, qui in faſtos memoriæ hominum inſcriptos mererentur recipi, & qui iidem primi celeberrimorum medicamentorum beneficas vires revelarunt. Notum eſt, febricitantem Indum de lacu bibiſſe (3), cujus amariſſimam aquam invitus, imperante ſiti admiſiſſet: Eum Indum febre ſua intermittente ex eo potu liberatum fuiſſe, & eo modo corticis Peruviani virtutem primum innotuiſſe, cum arbores Cinchonæ nunc nomine notas in eum lacum delapſas, & ſaporem aquis amarum & vim febrifugam impertiviſſe conſtaret.

Cum puer ſitiens non alium potum reperiſſet, innotuit acetum ad aſpidis ictum valere (1): & cum leproſus homo muſtum caſu bibiſſet, in cujus cadum

 vipera

(2) Conf. Plut. *quæſt. natur.* L. II.

(1) Draco vernam nauſeam ſylveſtris lactucæ ſucco abſtergit: Panthera faucibus, aconiti lycoctoni veneno clauſis, ſtercore humano medetur Plin. L. VIII. c. 27. Dictamni vires vulnerarias cervæ monſtrarunt L. XXV. n. 53. Theophrast. L. IX. c. 16. Aelian. *var. lect.* L. I. c. 10. Cicero *nat. Deor.* II. Seſeli eadem cervæ ſe purgant. Aelian. L. XIII. c. 50. Caſſiæ partem ligneam alvum ducere a ſimiis homines didicerunt Fallop. *purgant. ſimplic.* 35. Mungos radicem (Kæmpfer *Exot.* faſc. III. c. 10.) animalculum de viverræ genere devorat, & tutum cum ſerpente pugnat *Auctar. herb. amb.* c. 37. 53. G. ab Orta L. I. c. 44. & Lochner in propr. diſſ. qui eadem radice in maligno morbo uſus eſt. Junco oculos ſuffuſos capream conpungere, capram rubo Geopon L. 18. c. 18. Plin. L. VIII. c. 50. Aelian. L. VII. c. 14. Lauro ſibi cervum mederi, quando chamaeleone comeſto ſibi nocuit Plin. L. VIII. c. 27. Elephantum oleaſtro ib. l. c 27. Teſtudinem contra ſerpentis morſum ſe origano munire Aelianus *anim.* L. VI. c. 11. Aro urſum inteſtina ſibi per hiemem pene connata vere liberare Idem L. VI. c. 3. eumdem mandragora venenatum formicas lambere Plin. L VIII. c. 27. annua faſtidia graculos, perdices, merulas lauri foliis expurgare Plin. L. VIII c. 27. Columbas, turtures & gallos, helxine, anſeres, anates ſideritide eo fine uti Id. accipitres hieracii ſucco oculis mederi Aelian. *anim.* L. II. c. 43. Serpentem ſenectam de oculis dejicere, fœniculo admoto Idem L. IX. c. 16. Perdices, ciconias, palumbos origanum vulneri imponere Id. L. V. c. 46. A canibus herbam edentibus, ut alvum ſibi ducant, artem purgandæ alvi Ægyptios didiciſſe Id. ibid. Parietariæ vires ad calculum frangendum perinde a cane ajunt ſe didiciſſe Boccone. Canis, cui dati cocculi, gramen quæſivit, ut venenum evomeret Wepfer *cic. aquat.* p. 90. Contrayervæ uſum ab ove gibboſa *Vigogna* homines didiciſſe, quæ ea radice veſcatur *Galer. di minerv.* I. p. 25. Hellebori vim purgantem Melampus a capris dicitur habuiſſe. Cervi a phalangio percuſſi cancros edunt Plin. L. VIII. c 27. Aelian. *var lect.* L. XIII. c. 50. Plura collecta vide apud Anatolium, a Fabricio in *bibl. græca* editum.

(2) Dubitavit ante me Valisnerius L. III. *oſſerv.* p. 127. *Galer. di minerv.* L. IV. p. 342. Graminis aſperi uſum picæ canum imputat.

(3) Geofroi *mat. med.* &c.

(1) Cels. L. v. c. 27.

Digitized by Google

vipera illapſa fuiſſet, ejusque totam cutem vis medicamenti mutaſſet, morbumque ſuſtuliſſet, eo remedio mortales uti didicerunt (2): Vim Citri adverſus ſerpentum morſus caſu in Ægypto innotuiſſe ATHENÆUS (3). Herba ſanguinem educens mirifico etiam ex caſu innotuiſſe dicitur (4). Ejusmodi varia accidiſſe potuerunt, & debuerunt, & a mortalibus adnotari, eaque ipſa prima ſtamina medicinæ acceſſione aliqua auxerunt. Priſcos enim adtentos fuiſſe NATURÆ contemplatores præcocia aſtronomiæ initia oſtendunt, cum valde rudibus temporibus ſtellarum exercitus in ſigna ſua diſpoſitus, & nominibus diſtinctus, annusque non mendoſiſſimus conſtitutus ſit.

Sed etiam in plantis dignoſcendis priſcos curioſos fuiſſe, vel ex antiquis de Ægypto & de China monumentis, vel ex aliarum gentium barbararum exemplo adparet, quæ noſtris etiam temporibus primævos mortales repræſentant, artium pariter ignaræ, & literarum. Inter Celtas DRUIDÆ, viſcum venerabantur, utebantur ſelagine, vivebant in ſylvis. Nigritæ Siſtenſes (3) vires plantarum recte tenent, deſides mortales & rudes. Congani (4) vulgo ſtirpium virtutes callent, iisque ſuis morbis medentur. Sic Beninenſes (4*) In America ſacerdotes Virginiæ (5) plantis morbos curant, earumque efficaciam (6) optime tenent, hactenus etiam antiquæ Græciæ medicis pares, quod vehementiſſimis pharmacis utantur, tithymalisque alvum emoveant (7). Vicini qui dicuntur Irokii (8), quinque pagani, aliive ſeptentrionalis Americæ populi & plantis ſuis in medicina ſua utuntur, & eas in arcanis habent (1), ſolisque fere herbis indigenæ Canadæ (2) ſuis malis proſpiciunt. Ad Fretum demum Hudſonis (3), in ultimis fere mundi finibus, plantarum ſatis gnaros medicos reperiri nuperus teſtis exſtat. In altera Americæ parte Braſiliæ (4) incolæ plantas ſuas in numerato habent, earumque vires tenent. Mexicani, gens nuper ex ignoto orbe advena, ferri ignara, moribusque barbariem primi ævi exprimens, ſtirpes tamen plurimas ſuis nominibus inſigniverant, quæ ubertim FRANCISCUS HERNANDEZ repetiit. Viros ibi & feminas perite plantis uti teſtis eſt T. GAGE. In India orientali magnam ſtirpium apud indigenas Benjanos peritiam eſſe, dudum BONTIUS (5) adgnovit, & res ipſa demonſtrat.

(2) ARETÆUS & plurima ejus generis apud GALENUM *fac. ſimpl.* L. XI.
(3) L. II.
(4) GALEN. *purg. facult.* c. 4.
(3) *Hiſt. gener. des voy.* L. X.
(4) VANDENBROECK *voyag.* p. 405. LOPEZ p. 69.
(4*) *Hiſt. des voyag.* L. XI.
(5) *Phil. Tranſ.* a 1754.
(6) Exemplo Lobeliæ, Peti.
(7) Phil. Tranſ. l. c. Fumo decocti hydropem ſanant *Journ. des ſavans* 1681. n. 5.
(8) Conf. in univerſum RANGERI nuperum teſtimonium.
(1) CHARLEVOIX *nouv. franc.* III. p. 317.
(2) IDEM ib. p. 364. 365.
(3) *A voyage for the diſcov of a Northweſt paſſage* p. 238.
(4) PISO *de re natur. Ind.* L. I. p. 14. LERY *Voyag.* p. 92.
(5) *Hiſt.* p. 160.

Digitized by Google

ſtrat. Nam horti Malabarici 800 Tabulæ ſupra mille ſtirpium figuras continent, omnes nominibus Indicis diſtinctas, & Coromandeliæ medicis multo majorem in re herbaria diligentiam ineſſe, demonſtrant, quam vel in Græcis fuerit, vel demum ante CLUSIUM & GESNERUM in Europæis.

Exſtat inter mea ſiccarum ſtirpium volumina non mediocris faſciculus merorum graminum, quæ ſuis cum Malabaricis nominibus medici ejus regionis indigenæ Danicis verbi divini Præconibus, hi ILL. olim ARCHIATRO JOHANNI AUGUSTO de HUGO miſerunt, iſte pro ſuo, quo me proſequebatur favore, mihi donavit. Plurima ſunt, perelegantia, & numero ſuo immenſum ſuperant, quidquid de graminibus veteres Græci & Latini reliquerunt. Olim STRABO, medicos indicos cibandi ratione, unctione & cataplasmatibus uti, omnino ut Ægyptios. Zeylonïæ incolæ ſuis plantis morbos ſuos ſanant, & decocta aliaque remedia parare norunt (6). CHINENSES plantarum ſtudioſiſſimi (1*), ad HOANGTI (1), tertium gentis a FOHI conditæ Imperatorem, medicæ artis inventionem, & ſtirpium nobiliſſimarum vires referunt (2), & opera botanica poſſident pleniſſima. Unicum deſcribit J. BAPTISTA DU HALDE, cui titulus *Pent Sao* (3) ſeculo decimo ſexto (4) a medico LITSCHESING compilatum, & anno fere 1597. a ſuperſtite filio editum (5). Longe ſupra mille plantas continet, quarum 265. aromaticæ ſunt. Eas plantas Chinenſes in ſuas claſſes dividunt, neque iconum artificium ignorant. Eſt etiam inter meos libros Compendium botanicum Chinenſi lingua editum, non pars prioris, quod citavi operis, cum ex omnibus claſſibus plantas aliquas contineat, arbores, cerealia, cucurbitaceas, amaranthos, lapatha. In eo opere centum & quinque icones numeravi, rudes equidem, ejus fere ſaporis, qui eſt in plantis a SCHOIFFERO depictis. Multo tamen meliores ſunt, quam DIOSCORIDEÆ illæ, quarum aliquas DODONÆUS edidit, & quas nemo adgnoſcat. Noſtræ Chinenſes ad naturam delineatæ facile ad ſuas plantas reducuntur, ut in cerealibus, palmis, amaranthis expertus ſum; neque abſque ſuo ſunt artificio: Sunt enim, in quibus nervos albos in nigro folio ſculptor accurate expreſſit, neque ſine difficultate. Catalogum medicamentorum ſimplicium, Sinis medicis familiarium, quorum longe major pars eſt ex vegetabili regno, CLEYERUS edidit (6). Chinenſium ſtirpium deſcriptiones, ut ex J. BAPTISTÆ DU HALDE opere video, a coloribus aliiſque ſignis ſponte oculos ferientibus ſumuntur, non ſine hyperbola: virium longa adeſt enumeratio, & ſupra verum, quod

(6) VALENTYN *Ooſtindien* V. p. 43.
(1*) In Cataya (Chinæ parte boreali) omnes fere incolæ plantarum habent cognitionem, RUBRUQUIS p. 68.
(1) BOYM *Eph. Nat. Cur.* dec. II. anno 10. *Supplem.*
(2) Ginſeng apud du HALDE T. III.
(3) *Pan San Kan Mau* opus medici LITSCHI SIN, vocat Cl. MALOVIN, qui excerptum legit *Chym. medicin.* T. I. p. 8. & addit eſſe *Pandectas medicas.*
(4) Recuſum a. 1684. du HALDE.
(5) Du HALDE.
(6) *Medic. Chin.* p. 25. P. II.

quod commune antiquorum vitium fuit. NIPONIÆ incolæ, quos vulgo Japonenſes vocant, florum & arborum valde ſtudioſi, plurimas plantas aut utilitate ſua nobiles, aut pulchritudine, notas habent, ut ſua ipſis nomina impoſuerint, ſuiſque characteribus inſigniverint. Species 456. KÆMPFERUS recenſet, qui numerus in brevi, & multis catenis quaſi adſtricta peregrinatione, lectarum utique magnus eſt.

Chinenſes ex Ægypto in Orientem adveniſſe nuper (1*) probabile factum eſt, aut certe artes ſuas ex Ægypto habuiſſe: Characteres (1) enim Chinenſium in ſua elementa reſoluti, cum Aegyptiis nominibus conveniunt: multa etiam utraque gens ſimilia habet, in moribus, inque miti & a bello adverſa politia. In Ægypto primum artes ad aliquam perfectionem pervenerunt, ipſa etiam aſtronomia, cui sereniſſimum cælum faveret: tum geometria (1†), & medicina (2), ne Græcis quidem medicorum Ægyptiorum peritiam (a) diffitentibus, & denique chemia (b). Sed multas artes & opificia Ægyptiis familiaria in plantis occupata fuiſſe conſtat exemplo textoriæ artis, ex lino & ex goſſypio ſuam materiem recipientis: papiri, ad ſcribendi uſum antiquiſſimæ (c), cui arundinacea folia frequens in Nilo planta prima ſuppeditavit. Navigia (d) ex eadem papiro fabricarunt, non alteri genti ob Nili frequentiſſima brachia magis neceſſaria. Denique zythum (e) Ægypto debetur, vitium parciori matri, & noſtro tempore in eadem regione paratur (f).

Verum etiam victum ſuum Ægyptiis fere unice ex plantis (g) repetierunt, cum animalibus jugulandis religione vincti abſtinerent. Quare plurimas ſtirpes eos ad uſus adhibuerunt. Ipſo gramine hic dulci, hominibusque & pecoribus alendis apto, primum uſi ſunt (h). Inde ad cerealium cognitionem proxima via ducebat. OSIRIDI (i) certe & ISIDI (k) frumenti inventio tribuitur. Nymphæam (l), ſibi propriam, quam eamdem Lotum & fabam Ægyptiam, &

(1*) Poſt KIRCHERI conjecturam.
(1) Vide Cl. TURBERVILLE NEEDHAM de ea re libellum, & eruditas Cl. de GUIGNES diſſertationes.
(1†) SUIDAS I. p. 475. ob agrorum in ampla planitie neceſſariam diviſionem.
(2) Ab Oſiride ſive Sole PLINIUS Lib. VII. ab Hermete BORRICH. p. 43. 44. ab Api CLEM. ALEXANDER & AESCHYLUS in *Supplic.*
(a) HOMERI teſtimonio *odyſſ. δ.*
(b) PLIN. L. VII.
(c) Amauſi & porcellanæ coquendæ artem calluiſſe CAYLUS *recueil d'antiquit. Egyptien.* cum ejus generis idola cum mumiis reperiantur. Lapides cæruleos factitios rex ægyptius invenit THEOPHRAST. λ, *ι*.
(d) THEOPHRASTUS L. IV. c. 9.
(e) DIODOR. SIC. *Biblioth.* L. I. p. 17. edit. ann. 1604. MEIBOM. *de cereviſ.* c. 4.
(f) MYLLER *Reiſe nach dem gelobten Lande* p. 536.
(g) DIODOR. SICUL. *Biblioth.* I. 43.
(h) DIODOR. SICUL. ibid.
(i) DIODORUS ibid.
(k) DIODORUS ibid. c. 27. etiam inſcriptione citata.
(l) P. ALPIN *plant. ægypt.* L. c. 34. p. 40. RUMPF *herbar. Amb.* L. XI. c. 50. DIOSCORID. L. IV. c. 14.

Digitized by Google

& ciborium (*m*) dixerunt, ſemina ad panificia (*n*) adhibuerunt, cum radicem colocaſiae (*o*), papirique (*p*), & loti (*q*), & arachidnam (*r*). Melones alunt optimos (*s*).

Sed etiam medicas plantarum vires dudum perſpexerunt. Non dubium videtur, ſuccum papaveris, qui in Thebaide (*t*) optimus ſtillat, ipſum nepenthes fuiſſe, quod Helenæ Thebis Ægyptiis ad ſopiendum mœrorem propinatum fuiſſe, HOMERUS (*u*) canit. Olea varia ex urtica (*x*), raphano (*y*), glande unguentaria (*z*), cypro (*a*), cici (*b*) parabant, cum imprimis unguentis & emplaſtris copioſe uterentur (*c*). Raphano phthiſin cordis ſanabant (*d*); ſed hæc apud antiquos lege, & apud BORRICHIUM (*e*).

Non diſputo nunc, num in hac Ægyptiorum ſapientia multum vanitatis fuerit (*f*), numve mali fuerint medici, ſi nobiſcum comparaveris. Id volo, plantas ſuas ob rem cibariam, ob medicinam, obque alias artes Ægyptios præcociter cognitas habuiſſe.

JUDÆI artes ſuas & medicinam ab Ægyptiis habuerunt. Plantas iidem minime neglexerunt, quorum ſapientiſſimus princeps omnes a Cedro, Libani excelſa arbore, ad humillimum murorum hyſſopum, ſtirpes, earumque virtutes cognitas habuerit. Multæ etiam in *ſacris ſcripturis*, omnium librorum antiquiſſimis, plantæ nominantur; non ideo certe recenſæ, ut botanicen inde diſceremus, parcisque notis aut nullis deſignatæ. Ita fit, ut plurimorum nominum valor incertus ſit, cum & unico libro tota lingua contineatur, & Rabbini, qui unici per tot ſecula fere linguæ antiquæ doctores fuerunt, cum res ipſas ignorarent, nomina interpretari omnino non potuerint. Noſtro demum fere ævo inceptum eſt, ex ditiſſima linguarum, Arabica, Hebraicæ undique adfini, ſenſus vocum hebraicarum obſcuriorum eruere; neque id inutile conſilium fuerit, dum modo Arabica nomina, ex quibus Hebraica explicamus, ipſa

(m) Ciborium ſeu faba ægyptia DIODOR. ibid. 34. Fabam Loto aliquanto maiorem facit THEOPHRASTUS L. IV. c. 9.
(n) DIODOR. L. p. 34. IV. c. 109.
(o) P. ALPIN I c. 33.
(p) βυβλοι edulis HERODOT. L. II. p. 121.
(q) DIOSCORID. l. c.
(r) THEOPHRASTUS *hiſt. plant.* I. c. 1.
(s) P. ALPIN l. c. 38.
(t) GALEN. *antidot.* L. II. P. ALPIN L. IV.
(u) *Odyſſ.* δ.
(x) PLIN. L. XXII. c. 13.
(y) IDEM L. XV. c. 7. L. XIX. c. 5.
(z) DIOSCORID. L. IV. c. 154.
(a) PLIN. L. XII. c. 14.
(b) PLIN. L XV. c. 7.
(c) CONRING. *ægypt. medic.* p. 100.
(d) PLIN. L. XIX. p. 168.
(e) L. c. p. 112. ſeqq.
(f) WOTTON *anc. and mod. learn.* p. 116. ſq.

Digitized by Google

ipſa ad ſuas plantas reducere facile foret. Iter gnarorum virorum, munificentia Regis Daniæ ſuſtentatum, multam hic lucem ſpondebat; neque deſperamus, etſi plerique hi induſtrii peregrinatores præmaturo fato abrepti fuerunt, ex eorum tamen conſervatis theſauris rem herbariam orientalem, & potiſſimum etiam ſacrarum ſtirpium cognitionem, incrementa capturam.

Vel ideo tamen Judæorum memini, quod hortos cum ſtudio coluerint, magnum enim id ad cognitionem ſtirpium promovendam auxilium fuit. Plurimas enim per eam curam plantas in exiguo ſpatio ſuo ſub imperio habere licet, quas alioquin vix milleſimus mortalium per avia montium, inque remotis regionibus venaretur: deinde totam plantæ vitam, per ſingula incrementi ſui ſtadia, perſequi, ſpeciesque ſibi vicinas cominus oppoſitas intueri, infinitam vim ad veram definitionem ſpecierum habet. Adde, quod multi mortales in uno horto erudiri poſſint: quod rei ipſius amœnitas & ſplendor divites, & principes ipſos incitet, ut ſumtus in conquirendas undique ſtirpes augendumque quaſi ſubditorum numerum erogent.

Cæterum aliæ regiones aliis in hortorum amore præſtiterunt. ALCINOI (g) horti, quos HOMERUS deſcribit, præter frugiferas aliquas arbores, & vites, vix quidquam videntur habuiſſe, quod ita vocamus, curioſitatis. Multo peritiores Mexicani, quorum rex MOTEZUMA (h) vaſti imperii pulcherrimas & medicatas plantas in horto ſuo eo fine collegit, ut non aliunde medici ſtirpes legerent, quibus urbis dominæ civibus mederentur (i). Arborum Paradiſos PERSÆ colebant, quas CYRUS minor ſua manu plurimas plantavit. Ipſe ferus ille CAMBYSES Perſicam in Ægyptum adtulit, quæ ex hoſtis beneficio in mitiſſima regione dulciſſimos fructus tulit. Eum imitatus HARPALUS (k) arbores Græcas Babylonem transferre conatus eſt (l).

§. II. *Tempora Heroica.*

Ut inter Americæ ſeptentrionalis venatores unus & alter ſtirpium amator peritia ſua eminet, ita etiam in Ægypto & in Græcia paſſim factum eſt, ut alius alio plantarum curioſitate magis teneretur. Hi primi fuerunt medici. APIS (m) remedia incidentia & Αυτηρια primus inveniſſe dicitur: inter Græcos CHIRON (n) Theſſalus, paulo ante Trojana tempora, medica laude inclaruit. Aſtronomiæ idem adeo peritus fuit, ut ſphæræ inventum, & recenſum per ſigna ſtellarum immenſum exercitum NEWTONUS ei viro tribuerit. Herbarum vires ita

(g) HOMER. *Odyſſ.* L VII. Hortos Græcorum fuiſſe pomaria Cl. MARTYN.
(h) GAGE *voyag.* p. 80
(i) *Hiſt. des voyages* T. XIII. L. V. c. 10.
(k) THEOPHRASTUS *hiſt.* L. IV. c. 4.
(l) PLUTARCHUS in vita ALEXANDRO tribuit.
(m) CYRILLUS adverſus JULIANUM. Artem medicinæ invenit SUIDAS p. 493.
(n) PLIN. L. VII.

Digitized by Google

ita perſpexit, ut ab eo AESCULAPIUS (*o*), & ipſe demum ACHILLES (*p*), eam ſcientiam acceperit. Ob ea merita Magnetes primitias herbarum CHIRONI (*q*) offerebant, quas inveniſſet. Amara fuit radix, quam edoctus ab ACHILLE PATROCLUS EURYPYLI (*r*) vulneri impoſuit.

CIRCE radicum & herbarum vires notas habuiſſe dicitur (*s*); ſic MEDEA & DIOSCURI herbas invenerunt (*t*).

MELAMPUS vel coævus CHIRONI fuit, vel multo antiquior, coævus, ſi IPHICLO (*u*) non inutile conſilium dedit, qui fuit inter Argonautas: multo antiquior, ſi PROETI delirantes filias Helleboro & balneis ſanavit, antiqui Regis, & quem inter & ATREUM multi Argis Reges imperarunt (*x*). Sed etiam HERCULES ab anticyreo aliquo cive helleboro ſanatus eſt, cum furore laboraret (*y*).

ORPHEUS inter Argonautas de herbis dicitur ſcripſiſſe, curioſa aliqua, qua mitiori voce ſuperſtitioſa vult PLINIUS: quod commune antiquitatis, & fere ignararum gentium, vitium fuit (*z*).

CHIRONIS botanicam peritiam AESCULAPIUS non totam deſeruit, ſi vere aliquis fuit ejus nominis Græcus chirurgus (*a*).

Φαρμακα (*b*) certe a PHOEBO Aſclepiadeis data eſſe legimus, quibus laborantibus mortalibus mederentur, neque male monuit SCRIBONIUS, priſcos mortales, in tanta chirurgorum imperitia, ferro ſe minus faciles præbuiſſe, ut prior uſus fuerit medicamentorum (*c*). Potiones medicatas AESCULAPII PINDARUS cum aliis ejus DEI remediis conjungit (*d*). Creticis herbis Androgeonem reſtituiſſe PROPERTIUS (*e*). Herbas, quæ humidis, & ſiccis, & ardentibus ulceribus conveniant, & artem miſcendorum medicamentorum ſuos docuiſſe

(o) HOMER. *Iliad* IV. CHIRON AESCULAPIUM educavit PINDARUS *pythic.* od. III.
(p) HOMER. *Iliad.* L. XI.
(q) PLUTARCH. *Sympoſ.* L. III. Etſi paucarum plantarum cognitionem GALENUS ei pene invitus relinquit *de antidot.*
(r) HOMER. *Iliad.* L. XI.
(s) DIODOR. SICUL. *bibl* L. IV.
(t) EUSEBIUS *præparat. Evangel.* I. c. 7.
(u) Rubiginis ferri adverſus ſterilitatem APOLLODOR. *Argon.* L. I.
(x) GALEN. *de atra bile* c. 7. PLIN. L. XXV. c. 21. HERODOTUS L. XI. PAUSANIAS *Corinthiac.* ORIBAS *collect.* VII. c. 27. ex RUFO APOLLODORUS *bibl.* p. 46. a. b.
(y) HEPHÆSTION apud PHOTIUM p. 474. STEPHANUS in voce *Anticyra.*
(z) L. XXV. c. 5
(a) APOLLODORUS p. 115. qui non alia merita viri citat.
(b) EURIPIDES in ALCESTI.
(c) In præf.
(d) *Pyth* L. III.
(e) L. II. c. 1.

Digitized by Google

docuiſſe PHILOSTRATUS & PHOTIUS (*f*). Non diſſimulo, dubitari poſſe, num omnino Græcus aliquis medicus fuerit, cui nomen fuerit AESCULAPIUS. Nam & PAUSANIAS reliquit aerem eſſe, qui AESCULAPIUS vocetur (*g*): & nomen (*h*) totum orientale eſt, chirurgo aptiſſimum; neque ullum aptum ſenſum in græco ſermone habet. (*i*).

Mihi vero omnino certum videtur, Græcos, agreſtes homines, diutius longe, quam orientales gentes, primævam barbariam retinuiſſe. Literas a CADMO (*k*) habent, Reges ex AEGYPTO (*l*), ſegetes a CERERE (*m*) Sicula, a BACCHO (*n*) vites; ante hos, exteros homines, glandibus contenti, ſylvarumque tutamine, urbes ſero coluerunt, & Trojanis etiam temporibus multarum artium (*o*) ignari, inquietæ & piraticæ vitæ dediti, latrociniis omnia commercia intercipientibus, tranquillioribus ſtudiis nondum ſe dederant, & librorum nullum veſtigium oſtendunt. Medicina, quam HOMERUS deſcribit, trecentis annis (*p*) Trojanis temporibus minor, tamen rudiſſima fuit. Exſugebant vulnera, abſtergebant, radicem imponebant, deinde large heroi vinum cum deraſo (*q*) caſeo propinabant, quo nihil poterat cogitari alienius. Si morbus aliquis vulgo ingraveſceret, ne tentabant quidem mederi (*r*), & omiſſis omnibus veris auxiliis iram DEORUM ſacrificiis & expiationibus placare adnitebantur. Quare Græcos ſenſim demum, a coloniis orientalibus expolitos (*s*), aliquos in medendo inque plantarum notitia progreſſus feciſſe putes. Omnes certe eorum philoſophi in Ægyptum, adque Perſas & Indos peregrinationes ſuſceperunt, ut ex moratiorum gentium inventis lucem conciperent. Huc ORPHEUS, MELAMPUS (*t*) ipſe, EPIMENIDES (*u*); huc PYTHAGORÆ (*x*) & THALETIS (*y*) mathemata, & DEMOCRITI (*z*) chemica peritia & DÆDALI

(f) PHILOSTRATUS apud PHOT. p. 1022.
(g) *Achaic.*
(h) איש כלפים vir cultrorum.
(i) *ασκελη και ηπια ποιειν* ſive quod dura curando ſuperet vitia. CÆLIUS *præfat. Chron.* SUIDAS p. 352.
(k) SUIDAS p. 493.
(l) Per SOLONEM HERODOT. L. II. conf. PLUTARCHUM *Sympoſ. ſapient.*
(m) ATHEN. *δ.*
(n) Idem fuiſſe videtur, qui OSIRIS, Ægyptius: uterque vini inventor, & hederæ.
(o) Et picturæ.
(p) Ex *marmoribus Arundelianis.*
(q) *Iliad.* L. XI. Excuſat PLATO *Politic.* L. III. non negat.
(r) CELS. *præfat.* L. I.
(s) Magnam partem literarum ſuarum ab Ægyptiis habuiſſe Græcos PLINIUS L. XXV. c. 11. LAERTIUS in THALETE.
(t) DIODOR. L. I. HERODOT. L. II.
(u) LAERTIUS L. I.
(x) PLIN. L. XXV. n. 5. L. XXX. n. 2. DIODOR.
(y) D. LAERTIUS.
(z) PLIN. l. c. AELIAN. *variar. lect.* L. IV. c. 20. SUIDAS p. 542. DIODOR. conf. BORRICH. *ægypt. ſap.* p. 71.

Digitized by Google

Dædali machinæ (*a*). Ita etiam factum eſt ut ad Ægypti exemplum, medicina Græcorum fere in herbis ſubſtiteret (*b*).

Antiqui etiam in herbas amoris ſignum manifeſtum eſt, quod maximi quique hominum alicujus plantæ invento inclaruerint, quam poſteri ejus nomini dedicarent. Osiridi (*c*) & Baccho hedera ſacra fuit, quæ noluerit ultra Nyſſam germinare, tum ferula (*d*); Hermeti mercurialis (*e*), Neptuno picea (*f*). Ita Herculis nomine multæ ſtirpes (*g*) inſignitæ ſuperſunt, & Melampi nomen in Melampodio (*h*) hæſit, Chironis in utroque Centaurio (*i*), Achillis in Achillea (*k*), Ajacis in Hyacintho (*l*), Teucri in Teucrio (*m*), Epimenidis in Scilla (*n*), Alexandri in Ruſco (*o*). Aristæo alii cultum oleæ tribuunt (*p*).

Et ne Deæ quidem abſque ſuis ſtirpibus fuerunt. Artemiſia Dianæ nuncupata fuit (*r*), Palladi olea (*s*), quam ſponte natam colere docuiſſet, Helenium formoſæ Tyndaridi, & Cereri laus culti frumenti tribuitur, quod olim ſponte proveniſſet. Sed etiam poſterioribus temporibus Reges plantas ſuo nomine inſigniri paſſi ſunt, ſive eas inveniſſent, ut Gentianam Gentius (*t*), Lyſimachiam Lysimachus (*u*), ſive ab aliis imponi paterentur, ut Eupatorium Mithridati, ut Polemonia, tum Artemiſia forte (*x*), etiam Romæ Fulviana (*y*).

(a) Diodor.
(b) Plin. L. XXVI. n. 6.
(c) Plutarchus in *Iſide & Oſiride.*
(d) Diodor. IV. c. 4.
(e) Plin. L. XXV. c. 18.
(f) Plutarchus *Quæſt. conviv.* L. V.
(g) Plin. L. XXV. n. 15.
(h) L. XXV. c. 21.
(i) Quod Centaurio ſanatus fuiſſet, cum caſu ſagitta Herculis ſe convulneraſſet Plin. L. XXV. n. 50. Centaurium inveniſſe alibi c. 14. & Chironium c. 16. & panax chironium c. 13.
(k) Plin. L. XXV. n. 19. qua Telephum ſanaſſet.
(l) Ai Ai Plin. L. XXI. n. 38.
(m) Plin. L. XXV. n. 20.
(n) Theophrastus *cauſ.* II. c. 22.
(o) Stephanus p. 96.
(p) Quam a Nymphis didiciſſet Diodor. IV. 83.
(r) Artemide Ilithuia Plin. L XXV. n. 36. Dianariam Vegetius dicit.
(s) Diodor. Sicul. L. V. 73. Plin. L. XII. c. 2.
(t) Plin. L. XXV. c. 34.
(u) Idem L. XXV. c. 35.
(x) Idem L. XXV. n. 36.
(y) Idem L. XXVI. c. 57.

§. III. *Homerus*, *Heſiodus*.

Non longe a temporibus heroicis hos ſuperſtitum antiquiſſimos ſcriptores removebimus, qui vel coævi fuerunt, aut ſibi proximi, neque enim in utramque ſententiam teſtimonia deſunt. Et HOMERUS (z) quidem alieniſſimo fine cecinit, plantarum vero aliquoties meminit, magicæ radicis Moly, & Nepenthes Ægyptii, nam & ipſe florentiſſimam regionem adiverat, ejusque laudes & Thebarum ſplendorem magnifice extollit:

HESIODUS *Opera & dies* titulum fecit poëmati, in cujus parte priori conſilia ſua dat, quomodo honeſtus per labores victus parari poſſit, neque enim navigationem omittit. Breviſſimi (a) poëmatis pars major ad agri vitiumque culturam pertinet: ſed ita paucis, ut præter aratri figuram & materiem, temporaque arandi, ſerendi, vitiumque putandarum, parum inde diſcas. DIES mera ſunt ſuperſtitio. In alio, ut puto, libro πολιον ad omnes res magni momenti valere reliquit (b). Nitida editio exſtat Rupellis ann. 1592. 8°. curante J. SPONDANO, reliquas omitto.

§. IV. *Incrementa Botanices per Philoſophos.*

Circa CYRI tempora, & LX. Olympiadem, magna in Græcia florente & pacata rerum converſio facta eſt, AMASI & CROESO literas remunerantibus. Plurimi enim eodem tempore viri eximii animum ad philoſophiam adplicarunt, idque *ſeculum ſeptem ſapientum* fuit. Eorum aliqui morum diſciplinam, arteſque imperii, alii mathemata potiſſimum ſibi penſum fecerunt, plerique tamen rem naturalem non neglexerunt. Antiquior reliquis EPIMENIDES (c), cujus effatum in ſacris literis repetitur, longiſſimas per quinquaginta & ſeptem annos peregrinationes ſuſcepit, quo toto tempore fabuloſi homines eum dormiiſſe ſcripſerunt. Ea itinera, præter ſuperſtitioſa aliqua, tamen etiam potiſſimum plantarum cognitioni impendit (d). Scilla multum uſus eſt, quæ ab ejus nomine *Epimenidea* dicta eſt.

PYTHAGORAS, magnus & ipſe peregrinator, neque expers ſuperſtitionis, victum animalem, & piſcium etiam potiſſimum (e), ad Ægyptiorum, ut putes, exemplum, totum rejecit, inque plantis ſolis alimenta quæſivit. Deinde, cum medicinam etiam fecerit (f), rem herbariam non potuit non coluiſſe, & de

(z) DIODOR.
(a) Libri tantum ſecundi.
(b) THEOPHRASTUS L. IX. c. 21. tum de MUSÆO.
(c) Ante ſeptem ſapientes vixiſſe, Olympiade trigeſima SUIDAS p. 821.
(d) DIOGENES LAERTIUS L. I. c. 10. vocat ασχολουμενον περι ριζοτομιαν.
(e) PLUTARCHUS *quæſt. conviv.* L. VIII.
(f) CELSUS præf. ad L. I. DIODORUS LAERTIUS L. VIII. c. 1.

de earum viribus libellum reliquit (*g*) & de bulbis (*h*). Braſſicam præ aliis laudavit, & Aniſum (*i*), & Sinapi (*k*). Fabas damnavit, quibus etiam Ægyptii ſacerdotes abſtinuiſſent (*l*), ut ne adſpicerent quidem (*m*). Damnabat & atriplicem (*n*). Duas rutas diſtinxit (*o*). Sed ejus ſcripta interciderunt.

Qui ex ea ſchola prodierunt Itali & Siculi Philoſophi, medicam artem, & anatomen, variis inventis auxerunt. Mollem medicinam, quæ in unguentis & cataplasmatibus fere occuparetur, ab Ægyptiis habebant (*p*).

Acron Agrigentinus, Empiricus, vanus homo, ſcripſerat περὶ τροφῆς ὑγιεινῶν, cujus operis ſecundum librum Suidas citat.

Empedocles & medicinam (*q*) fecit, & de plantis ſcripſit, quarum ſemina vera ova eſſe ſagax vidit: ſed & ſexum & ſenſum plantis tribꝰit (*r*); rei naturalis enim videtur inſigniter cupidus fuiſſe, cujus ſtudio vitam impenderit. Neque enim mihi dubium videtur, quin Ætnæ (*s*) phænomena contemplaturus, perierit, aut a fumo ſuffocatus, aut in craterem illapſus, aut lapidibus obrutus.

Epicharmi pariter Siculi de medicina (*t*), & de plantis opiniones paſſim a Plinio recenſentur. Braſſicam ſylveſtrem adverſus canis rabidi morſum commendavit (*u*) & ad teſtium morbos (*x*).

Philistion Locrenſis medicus ex ea ſecta laudatur. Ejus aliqua fragmenta ſuperſunt, Braſſicam ad opiſthotonum prodeſſe (*y*), & Staphylini radicem in lacte coctam ad urinam ciendam (*z*) valere. Scripſit de paucis generibus (*a*). Galenus l. *de ſalubri victu* tribuit, qui eſt inter Hippocraticos (*).

(g) Plin. L. XXV. n. 5. Eum nonnullos Clempoeo medico tribuere L. XXIV. c. 17. Mirifica vero plantarum nomina ſunt (Plin. L. XXIV. c. 99. 100. 101.) Minyas, Aproxis &c. nemini poſteriorem dicta.
(h) Plin. L. XIX. Idem, ut puto, liber, qui περὶ σκίλλης. Acetum ſcilliticum ex eo deſcribitur Geopon L. VIII. c. 42.
(i) Plin. L. XX. c. 17.
(k) Plin. Valer. L. IV. c. 28.
(l) Herodot. II.
(m) Idem ibid.
(n) Plin. L. XX. c. 83.
(o) Idem ibid. c. 51.
(p) Conring. p. 100. Isocrates *Laud. Buſirid.*
(q) Cels. præf.
(r) Aristotel. *plant.* L. I. init.
(s) Conf. Laert. L. VIII. c. 2.
(t) Idem L. VIII. c. 3.
(u) Plin. L. XX. p. 201.
(x) Ibid. c. 8.
(y) Idem ibid.
(z) Idem ibid. c. 15.
(a) Athenæus L. III. Plutarchus *quæſt. conviv.* L. V.
(*) *Comm. in Aphoriſm.* VII. n. 1.

Sed multo major fama eſt DEMOCRITI Abderitæ, magni peregrinatoris (*b*), qui ſapientes Ægypti (*c*), Arabiæ, Perſiæ (*d*), Æthiopiæ (*e*), Phœniciæ (*f*), Aſſyriæ (*g*), Indorum (*h*) viros audiverit. Vitam in contemplationibus impendit, totius naturæ amore captus. Nam & chemicis artibus indulſit, lapideſque excoxit, pretioſorum ſimiles (*i*), & animalia per ſingula membra diſſecuit (*k*), & plantarum omnium ſuccum expreſſit (*l*). Georgica ſcripſit (*m*), & librum cauſarum de ſeminibus, & herbis, & fructibus (*n*). Rei ruſticæ peritum fuiſſe credas, qui præviſa raritate olivarum, coemto undique oleo, divitias collegerit, quas generoſo animo repudiavit, contentus oſtendiſſe, eſſe ſibi unde divitias haberet, ſi cupiret habere (*o*): ejusque de bene (*p*) multis ſtirpibus placita ſuperſunt (*q*). Aeſchynomenen in Arabia vidiſſe potuit, ejusque ad contactum quaſi fugam (*r*). Raphano venerem ſtimulari docuit (*s*), & abdicata cibis ob flatulentiam rapa. Arbores omnes brevis ævi eſſe ſcripſit, quæ recto eſſent caudice (*t*). Laurum ita ſeri jubet, ut grandiſſimæ baccæ paulum conterantur (*u*). Sed vera opera videntur fuiſſe μεγας μεγακοσμος & περι φυσεως κοσμου (*x*). Neque tamen diſſimulari poteſt, communi ſui ævi vitio fere fuiſſe contaminata, quæ de plantis reliquit. Quis *Nyctegreton* (*y*) credat noctu lucere? ſed & ipſe PLINIUS vana (*z*) & incredibilia de plantarum viribus irrepſiſſe queritur (*a*). Φυσικα & μαγικα antiquiſſimo tempore ei videntur tributa fuiſſe. Medicum librum DEMOCRITO inſcriptum Arabes habuerunt, in quo emplaſtrum de bryonia (*b*) & alia medicamenta dicuntur, quæ in MESUES opus tranſierunt. Dracunculum mire hæmorrhoidibus

(b) Neminem ſe plura itinera ſuſcepiſſe, ipſe apud CLEMENTEM ALEXANDR. Stromat. I.
(c) LAERT. L. IX.
(d) IDEM.
(e) PLIN. L. XXV. n. 5.
(f) IDEM L. XXX. n. 2.
(g) AELIAN. *var. lect.* L. V. c. 20. LAERT.
(h) AELIAN. ibid.
(i) SENECA *Epiſt.* 90. Smaragdorum.
(k) De Chamæleonte PLIN. L. XXVIII. c. 8.
(l) PETRONIUS.
(m) COLUMELL. L. XI. c. 3.
(n) LAERT. L. IX. c. 7.
(o) PLIN. L. XXIV. c. 17.
(p) IDEM.
(q) Ut de aizoo PLIN. L. XVIII. p. 121.
(r) APOLLODORUS, DEMOCRITI ſectator, certe deſcripſit PLIN. L. XXIV. n. 102.
(s) PLIN. L. XX. c. 4.
(t) THEOPHRASTUS *cauſ.* II. c. 16.
(u) PLIN. L. XVII. c. 11.
(x) SUIDAS.
(y) PLIN. L. XXI. c. 36.
(z) L. XXV. c. 5. ad L. XXIV. c. 17. vide etiam apud C. BASSUM.
(a) Vide aglaophotin PLIN. L. XXIV. n. 102. & achæmenida, & theombrotim, & adamantidem, & therionarcam, &c.
(b) L. III.

Digitized by Google

dibus conducere ſcripſerat, & confirmat Mesue. Medicum conſilium ejus citat Aurelianus (*c*), & librum de epilepſia (*d*), quem tamen genuinum eſſe dubitat. Olim Gellius vidit, multa ſpuria Democrito tribui (*e*), & de Pſeudo Democrito dicemus inter Geoponicos.

§. V. *Per Sacerdotes & Aſclepiadas.*

Quo tempore neque libri ſcribebantur, neque diverſæ regiones epiſtolarum commerciis ſua ſecum inventa mutuo communicabant, difficillime fiebat, ut aliorum temporum, aliarumve regionum, inventa aut experimenta colligerentur: ut fere quisque ſibi diſceret, eorum, quæ ante ſe inventa forent, ignarus. Huic malo partim peregrinationes ſubvenerunt, partim Sacerdotum inſtituta & Scholæ. Quisquis fuerit Aesculapius, non ſolum filios ſuos & familiares ſua medicamenta docuit (*f*): ſed certe plurima ejus templa (*g*) extiterunt, in quibus ſacerdotes lucroſa (*h*) oracula conſulentibus ægrotis Dei ſui nomine reddebant: & multis ſeculis hæc fiducia penes Aesculapium ſuperfuit, cum & Galenus paſſim (*i*) conſiliorum Dei meminerit, & Julianus (*k*) teſtem ſe offerat, ſæpe ſe a Deo ſanatum fuiſſe. Iidem ergo & ſacerdotes erant & medici, ſuasque habebant formulas, quas per inſomnia (*l*) incubantibus in templo ægrotis, aliisve modis impertiebant, ſæpe per ænigmata (*m*). Bonos eventus ægroti donis ſæpe lautiſſimis remunerabant, etiam dedicatis membris (*n*), quæcunque laboraviſſent. Eosdem vero eventus ſacerdotes in tabulas referebant, quas in templis adſervabant; & medicamenta, quæ profuiſſent (*o*). Sed etiam alia medicamenta, ut ea uſus probaſſet, in templis deponebantur. Aurifabri collyrium a moriente auctore in templo Epheſio dedicatum fuiſſe, ut ii, qui a medicis deſerti eſſent, in templo ſanitatem conſequerentur, locus Aetii docet (*p*). Neque undique ſpernenda eſſe ea conſilia, vel ex Mercuriali (*q*) adparet, qui aliquas vetuſtorum marmorum inſcriptiones

(c) *Acut.* III. c. 16.
(d) *Chronic.* IV. c. 1.
(e) IX. c. 12.
(f) Photius p. 1022. ex Philostrato.
(g) Magnam enumerationem vide apud *J. Henric.* Schulze p. 117. ſqq.
(h) Conf. Schwarz *de Aeſculap. & Hygiein.* p. 18. ſqq.
(i) *Simplic. facult.* L. II. & in vita ſua.
(k) Apud Cyrillum.
(l) Conf. Lucian ψευδομαντις. Aristophanes *Plutus.*
(m) Quo ανογλωσσα uteretur, præceptum eſt per ſomnum, ut æger ſub ove ſe lactare videret Artemidorus.
(n) Fictilis homo hydropicus Hundertmark *invent. art. med. & expoſit. ægrot.* p. 49. Hic mos nondum obſolevit. Laureti oculi & crura adpendi Breval *voyag.* II. p. 228. Omnes fere artus eo more ſe expreſſos vidiſſe Addison *Italy.* p. 54.
(o) Gruterus I. L. XX. In templo arcis urbis Cos Strabo L. XIV. p. 365. Epidauri Pausanias *Corinth.*
(p) *Tetrabibl.* II. S. 3. c. 112.
(q) *Gymnaſt. med.* L. I. c. 1.

Digitized by Google

nes collegit. Balſamica fructuum Pini in hæmoptoe vis ex ejusmodi marmore docetur. Theriacam ex plantis aromaticis compoſitam Pliinius ex templo Aeſculapii habuit (*r*).

Ita *materia medica* paulatim naſcebatur eorum nempe remediorum cenſus, quæ feliciter in morbis adhibita fuiſſent. Denique & hoc medicinæ præſidium ex Ægypto in Græciam translatum eſt. In templo Vulcani Memphitano tabulæ conſiliorum medicorum ſervabantur (*s*).

§. VI. *Scholæ medicæ.*

Neque hæc ſola utilitas fuit ſacerdotii cum arte medica conjuncti. Filios ſuos & familiares jam Aesculapius medicamentorum poteſtatem docuit (*t*). Cum deinde in ſacra æde perpetua ægrorum cura ad poſteros ſacerdotum deſcenderet, erudire ſuſceperunt filios, qui eadem in arte vitæ alimenta eſſent reperturi. Ita ſcholæ natæ ſunt in templis medicæ, aliæ aliis celebriores, celeberrimæ Cnidia, Italica, & Coa (*u*). In Cnidia ſchola Euryphon paulo ante Hippocratis ævum eminuit, quem Cnidiarum ſententiarum auctorem faciunt. Multum indulgebant vehementibus medicamentis (*x*), flori æris, elaterio, gnidio (*y*) cocco, ſucco hippophaes, peplo. Cæterum & ipſi fere ex herbis ſua remedia ſumebant (*z*): ad botanicen vero hactenus facit, quod earum in morbis uſum, ſæpe paradoxum, tradant. Quæ ad praxin faciunt, ſuo loco a nobis recenſebuntur.

§. VII. *Hippocrates. Libri genuini.*

Non hic locus fuerit de ſummo iſto medico fuſe dicendi: ejus enim merita in morborum potiſſimum hiſtoria, inque maſcula chirurgia pono. Botanicen hactenus adtigit, uti plantæ aliquæ ad victus rationem, & ad morbos curandos faciunt. Earum cognitionem & a parentibus & avis habuiſſe potuit, & ex templi Coi tabulis, in quibus remedia (*a*) morborum in poſterorum uſus ſervata fuiſſe diximus. Iis tabulis Hippocrates uti potuit, neque

(r) Plinius L. XX. c. 24.
(s) Galen. *compoſ. medic.* L. V. c. 2.
(t) Photius p. 1022.
(u) Galen. *meth. medend.* L. I. c. 1. p. 11. Cnidiam ſcholam potiſſimam Coæ ſcholæ æmulam fuiſſe, & de inventorum multitudine certaſſe, Coæ tamen diſcipulos fuiſſe numeroſiores.
(x) Ex libro περι των εντος παθων, quem alias oſtendemus, manifeſto Cnidiam placita continere. Huc etiam liber περι γυναικειων φυσιος
(y) Rufus *Epheſ.* Oribasius in *collect.* L. VII. p. 324.
(z) De veteribus in univerſum Plin. L. XXVI. n. 6.
(a) In templo Coo multa fuiſſe dona & formulas ſanationum Strabo L. XIV. Hippocratem Diætetica inde ſumſiſſe Strabo, ex nonnullorum ſcriptis.

neque ullum opprobrium mereri (*b*), neque ſi ejus ævo conflagrarunt. & ſi bello ſæviente in Theſſaliam peregrinatus eſt, continuo odium ejus incendii ferre meruit. Plantis in ſanandis morbis fere uſum eſſe certum eſt, neque id PLINIUS præteriit (*e*). Fortiſſimis vero purgantibus medicamentis utebatur, cum mitiora nondum innotuiſſent (*f*). Medicinam quidem, ut reliqui antiquorum, fere ſtirpibus earumque (*g*) partibus fecit: cæterum quibus uſus ſit, non adeo facile eſt dicere. In univerſis quidem operibus HIPPOCRATIS nomine venientibus circa 230 (*h*) plantas nominantur: Sed eorum operum pars magna incertorum eſt auctorum. Quare primum de iis dicemus libris, qui omnium conſenſu HIPPOCRATICI ſunt: Deinde de reliquis, qui pro minus genuinis habentur.

Prior eademque major pars (*i*) libri *de victus in acutis morbis ratione* genuina (*k*) eſt, nemine contradicente, & princeps utique exemplum eſt medicinæ Clinicæ HIPPOCRATIS. In eo pluſculæ ex plantis medicinæ tanguntur, etiam potiſſimum ptiſana ex hordei cocti, ſiccati, tritique, polline parata, quo pulvere, uberiori aut parciori, in aqua diluto ægros acute laborantes fere alebat. Deinde medicamenta non pauciſſima præſcribit, purgandi quidem fine veratrum (*l*) nigrum, peplion, quod videtur de tithymali genere fuiſſe: quæ medicamenta ad alvum ducendam addit optima eſſe. Meconium album & ipſum videtur alvum duxiſſe (*m*). Deinde ſuis purgantibus medicamentis corrigentia addit (*n*), daucum, ſeſeli, cuminum, ſilphium. Potus etiam diæteticos varios indicat, ex uva paſſa, tritico, cnico, myrti baccis, punico malo.

In eum librum GALENI quatuor commentarii exſtant, & inter nuperos *Ludovici* DURETI, quem librum *Petrus* GIRARDET Pariſiis anno 1631. 8°. edidit, & recudere fecit *J. G.* GUNZIUS Lipſ. anno 1745. 8°. Deinde etiam *J.* HEURNIUS Leid. anno 1605. & in operibus & *Hieron.* THRIVERIUS BRACHELIUS Lugd. anno 1552. 8°. in hunc eumdem librum ſunt commentati. Codices M. S. in *Bibl. Reg.* pluſculi ſervantur (*).

In

(b) ANDREAS apud SORANUM in vita HIPPOCRATIS, Cnidiam bibliothecam compilaſſe dicit. TZETZES bibliothecam Coam.
(e) L. XXVI. n. 6.
(f) Monet CELSUS L. II. c. 12.
(g) p. 16.
(h) Enumeravit DANIEL le CLERC p. 217.
(i) Tres priores partes, GALENO auctore. Quarta incipit a n. 34. editionis I. A. v. der LINDEN.
(k) GALENUS ad THRASIBULUM.
(l) N. 12.
(m) Synonymon pepli n. 68. 69.
(n) N. 30.
(*) *Catal.* II. n. 2140. 2141. 2142. 2143. 2145.

Digitized by Google

In *quarto aphoriſmorum* libro *de Hellebori* exhibitione cautelas adfert.

In libro περι τοπων των κατ ανθρωπον, qui pro genuino habetur (*o*), etſi nullo ordine anatomica cum practicis miſcentur, Mandragoræ radix triſtibus & anxiis præſcribitur (*p*).

Περι διαιτης unicum librum EROTIANUS habet, nos tres. Eorum ſecundus, niſi genuinus eſt, meretur eſſe (*q*), virtutes enim rerum ad victum pertinentium bene interpretatur; cerealium (*r*), leguminum (*s*), potuum, condimentorum (*t*), pomorum (*u*). Reliqui de diæta libri vix quidquam habent, quod huc referatur. Codices M. S. Pariſiis pluſculi ſunt (*).

§. VIII. *Libri incerti.*

Qui ſequuntur libri minus certo ſunt HIPPOCRATICI, etſi in collectione noſtra HIPPOCRATI inſcribuntur, & eorum plerique a veteribus cum Cl. viri nomine citantur.

Ergo in libri περι διαιτης οξεων parte poſteriori, qua morborum curationes traduntur, ſatis multa medicamenta recenſentur. In peripneumonia nucem pineam cum melle & galbano lingere AUCTOR jubet (*x*). De leguminum viribus medicatis non imperite judicat, Allio, Cicere, Lente, Lupino, & jam tunc Silphio (*y*). In hydrope potum (*z*) varium commendat aquam ex meſpilis, aut myrti baccis, aut malis, aut ſorbis, aut palmulis, aut œnanthe: medicamenti vero loco ficus ſuccum, peracrem, peplum (*a*), ſuccum tithymali, ſeſamoidis, quod ſurſum ducat (*b*), cum veratris. Ad ſuppurationem movendam ſcillam (*c*) imponit, peplum iterum dat, rubiamque cum fabis, & ad oculos drachmam, &c.

Deinde

(o) Le CLERC p. 110.
(p) N. 48.
(q) Ita olim GALENUS dignum HIPPOCRATE librum vocat *Alim.* L. I. n. 1. Pro HIPPOCRATICO opere citat, quæ de leguminibus his leguntur *fac. alim.* L. I. n. 28. & in libro *de vict. acut.* 1. n. 18. voces habet,, niſi HIPPOCRATICUS ſit, aut antiquior, aut certe perantiquus.
(r) N. 13. 14.
(s) N. 22. 23.
(t) Raphani, Naſturtii, Sinapi, Erucæ, Coriandri, Apii, Ocimi, Rutæ, Aſparagi n. 26. 27. 28.
(u) N. 28. 29. 30.
(*) *Catal.* II. n. 2140. 2142. 2143. 2144. 2145. 2148. 2255.
(x) N. 53.
(y) N. 59.
(z) N. 62.
(a) N. 69.
(b) N. 66.
(c) N. 68.

Digitized by Google

Deinde inter libros, qui tertiæ claſſi a MERCURIALI adjudicantur, & qui non HIPPOCRATIS quidem ſunt, perantiqui tamen auctoris, plurimam medicamentorum farraginem habent.

Liber περι των εντος παθων poſſit ex Cnidia ſchola prodiiſſe, omnia enim vitia habet, quæ HIPPOCRATES huic ſcholæ objicit, morborum nempe nimium numerum, & ſpecies unico ſymptomate definitas. Neſcio vero, an gaditana ſalſamenta jam ejus ævi ſint, & ſaperda *(d)*. EURYPHONTIS eſſe GALENI tempore ſuſpicio fuit *(e)*. Hic coccum etiam Cnidium offendas, & alia acerrima pharmaca. Ad tuſſim dracontium *(f)* cum melle. Ad inflammationem pulmonis, vomitus movendi fine, allium, raphanides, vinum nigrum. In eryſipelate pulmonis, poſt diem ſeptimum, peplium, meconidem, coccum gnidium *(g)* dat. In tertia tabe braſſicæ ſuccum & betæ ad ciendam alvum, multaſque plantas ſubacres, rutam, anethum, mentham, coriandrum *(h)*, tenera papavera cum vino. In antiqua pituita betam, allium *(i)*. In hydrope cneorum *(k)*, hippophaes *(l)* ſuccum, granum *(m)* Cnidium, veratrum *(n)*; etiam ſilphii ſuccum, ariſtolochiam *(o)*, & clyſterem ex cucumeris ſylveſtris *(p)* ſucco. Ad ſplenem adtenuandum aſphodeli ſemen, viſci folia, capræ cornu, ſemen viticis, rutam, mentham *(q)*, tum, in alio ſplenis morbo, fœniculum, cicer, apii ſemen & cucumeris, cuminum æthiopicum, adiantum, coriandrum. In morbo regio elaterium *(r)*. In typho pæoniæ ſemen *(s)*, rapi ſuccum. In alia ſpecie thapſiæ decoctum *(t)*, ſcammoniæ ſuccum *(u)*. In volvulo ſambuci folia *(x)*, conyzam teneram. Caput tetragono purgare jubet in morbo craſſo *(y)*. In tetano abſinthium, cum lauri foliis & hyoſcyamo, cumque vino, & oleo, in unguentum miſcet *(z)*. Pauca

(d) N. 28.
(e) L. VI. *Epid. Comm.* I.
(f) N. 1.
(g) N. 8.
(h) N. 13.
(i) N. 23.
(k) N. 24. 28. 29. In volvulo etiam n. 47. In morbo craſſo n. 50. Id ex tithymalo paratum fuiſſe THEOPHRASTUS L. IX. c. 15.
(l) Etiam in morbo regio n. 41. in typho n. 43. 45. in volvulo n. 47. in morbo craſſo n. 50. in iſchiade n. 56. 57.
(m) N. 24. 28. 29. Etiam in typho n. 45. in volvulo n. 47. in morbo craſſo n. 50. 52. in iſchiade n. 56. 57.
(n) N. 28. tum in iſchiade n. 55. in ſplenis morbo n. 37. in typho n. 44. 47. in morbo craſſo n. 51. 52.
(o) N. 25.
(p) N. 29. tum in volvulo hæmatite n. 49. in iſchiade n. 54.
(q) N. 33.
(r) N. 40.
(s) N. 43.
(t) N. 45.
(u) N. 46.
(x) N. 46. & in iſchiade n. 55.
(y) N. 52.
(z) N. 59.

Digitized by Google

hæc ex multis. Tota vero curandi ratio paradoxa eſt, ut alibi oſtendam, & imprimis vini nimis frequens uſus. Et iſte certe liber & alii, quos continuo dicemus, reprehenſionem mereri videntur, quam ignotus mihi auctor ob ſingularia & nimis valida medicamenta in HIPPOCRATEM (*a*) reliquit.

Liber primus περὶ γυναικείων incerti auctoris eſt, qui ſuum proprium librum περὶ παιδίου φύσιος citat: Medicamentorum farrago immenſa, viresque ſæpe valde paradoxæ: Diæta multa ſimilia habet, carniumque & vini nimium uſum. Purgantia eadem medicamenta veratrum (*b*), ſcammonia (*c*), grana cnidia (*d*), peplum (*e*), tithymali ſuccum (*f*), coccum (*g*), etiam naſturtium (*h*), cnicum, polypodium (*i*). Clyſteres (*k*) ex mercuriali, artemiſia, anemone, veratro, & ſimilia ſuppoſitoria. Uterum exulceratum purgat infuſo (*l*) elaterio, aut cneſtro vel κνεώρῳ, aut veratro, aut thapſia. Subdit frequenter etiam elaterium (*m*), colocynthides ſylveſtres (*n*), cucumeres (*o*), ſylveſtres, thapſiam (*p*), veratrum (*q*), grana cnidia (*r*), cneorum (*s*), ſcammoniam (*t*), ſuccum cyclamini (*u*). Ab hederæ granis ſeptem, ſingulo menſe, in vino ſumtis, feminam ſperat concepturam (*x*), aut a malicorio (*y*). Adverſus bilem prægnanti moleſtam rhus (*z*). Ad inflammationem uteri aniſum, cardamomum, rutam, cuminum æthiopicum (*a*). Idem cuminum ad tumores a partu (*b*), tum ſeſeli, aniſum, grana pæoniæ & radicem, daucum æthiopicum, piper. A partu non purgatas bibere jubet quod ex taeda paratur, ante BERKLEYUM (*c*). Lac exſtinctum revocat braſſicæ uſu, & cytiſi, &

(a) *Traité de la communication des maladies.*
(b) N. 31. ſed vide ſqq. n. 100. & 109. hic ad pellendum puerum.
(c) N. 31. &c.
(d) N. 119. 123.
(e) N. 31.
(f) N. 100.
(g) N. 45. ſæpe κνεωρον & κνεωρον.
(h) N. 45. &c.
(i) Ibid.
(k) N. 31. ſed vide inferius.
(l) N. 111.
(m) Ad menſes ciendos n. 100. ad uterum purgandum n. 104. lochia ducenda n. 108.
(n) N. 108. partem internam n. 111.
(o) N. 111. & 63. ad uterum purgandum n. 104. ad lochia pellenda n. 106. 108.
(p) N. 111.
(q) N 111. & uteri ulcera n. 100.
(r) N. 111. a partu non purgatis n. 63. n. 119. ad uterum ulceratum n. 83.
(s) N. 111. Hujusmodi infuſiones paſſim repetit n. 118. 119. 120. 121. 128.
(t) Ad lochia cienda n. 105. 108.
(u) N. 86. 119.
(x) N. 38.
(y) Ibid.
(z) N. 48.
(a) N. 52.
(b) N. 56.
(c) Ibid.

Digitized by Google

& fœniculo, hippomarathro, hippoſelino, ſalvia, juniperi cedri fructu, naſturtio, fructu citrii, betæ ſucco, ſeſamo, hamæmelidibus, quæ certe mera eſt farrago (*d*). A ſecunda retenta liberat puerperas nardo, ruta, braſſica cocta cum ruta & mercuriali (*e*), tum artemiſia, dictamno, ſilphio, flore leucoji, agni petalis (*f*). Ad uteros inflammatos præter alia cinnamomum, caſſiam, roſarum folia cum natopo, ad ſuffiendum in paſtillos format (*g*). Bryum etiam marinum in cataplaſmate adhibet. Ad uteros ulceratos (*h*) adhibet etiam myrrham, thus, acaciam (Spinam Ægyptiam), œnanthen, crocum. In ulcere fætido polycarpon ſeu polycnemon cum melle illinit (*i*). Ad hydropem uteri crethmi corticem, pæoniæ grana, mercurialem (*k*); peplo etiam alvum ducit (*l*). Molam ejicit dictamno ex vino propinato (*m*). Ad menſes detrahendos melanthium (*n*) exhibet; oſtium uteri mollit narciſſo, myrrha, cumino, thure, abſinthio, cypero in glandem facto, aut cyclamino (*o*), aut pulegio cum melle, aut ſtyrace cum origano; ſupponit etiam ariſtolochiam, farinam lolii, melanthium, mandragoræ ſuccum. Ad conceptum bulbi albi ſemen adponit, conyzam odoratam, aſparagi ſemen bibere jubet, anchuſam parvam, lentiſcum, cuminum ſubdit (*p*). Partum accelerat lauro, dictamno, abrotano, filice querna, adianto (*q*). Uterum purgat ſambuci foliis, rhoiſque & cypreſſo, (hoc abſonum), radice ſtruthii, androſace, eryſimi ſucco (*r*). Lochia movet trifolio (*s*), eryſimo, crethmo, ſeſeli, ſilphio, & ſubdita pæonia; tribulum etiam ad mare natum & eranthemum, folia demum ranunculi bibere jubet (*t*); adponere pulegium (*u*) aut artemiſiam, aut bulbum cum vino ſubactum. Dictamnum etiam laudat, tædæ decoctum, populi nigri ſemen, & myrti baccas. Holoconitidis (*x*) dulcis bulbum, olivæ ſimilem, cum vino etiam dat, aut ſilphii libyci ſuccum, aut ſeſeli maſſilienſe, ſagapenum, conyzam, &c. aut galbanum, aut charien (*y*) herbam ad umbilicum adponit, aut ſalicis foliorum fumum recipere jubet. Ad claudicationem hyoſcyami κηρωμιδα jubet bibere.

(d) N. 73.
(e) N. 74.
(f) N. 76.
(g) N. 80.
(h) N. 88.
(i) N. 90.
(k) N. 85.
(l) N. 86.
(m) N. 97.
(n) N. 100.
(o) Ibid.
(p) N. 101.
(q) N. 103.
(r) N. 104.
(s) N. 105.
(t) Etiam N. 112.
(u) N. 118.
(x) Ibid.
(y) N. 109.

bibere (*z*). Ad inflammatum uterum ſolani ſuccum (*a*) infundit, aut oleum cum cotyledonis foliis & porro coctum dat. Pituitam trahit grano cnidio & mandragoræ liquore trito, radice alba ſubdita (*b*), & pipere cum granis cnidiis (*c*), ſcilla trita, ſpinæ albæ foliis (*d*). In ulcere bryoniæ albæ ramenta (*e*); ad partus dolores rubiam & cedri (*f*) ramenta dat. Ad confirmandum ulcus purum cyperum, ſchœnanthum, juncum, puto odoratum, iridem, bryum infundit (*g*).

Sunt inter iſta medicamenta, quæ a nuperis deſerta fuerunt, ut ranunculi folia: ſunt, quorum vires deſtinationi contrariæ videntur, ut adſtringentia paſſim purgantibus miſta, narcotica acribus, ut farina lolii ad ducendos menſes, adiantum ad partum expediendum, hyoſcyamus ad claudicationem.

In hunc librum commentarium dedit *Mauricius* CORDEUS Paris anno 1585. fol. inter auctores *muliebrium* SPACHII recuſum.

Liber περὶ γυναικείων β. multa ex priori libro ad verbum exſcripta continet: cæterum ad Cnidiorum (*h*) methodum etiam magis accedit, & repetito alium, in exemplo, aliumque uteri fluxum habet, nullo ſigno diſtinctum. Medicamentorum etiam abunde habet, & carnium in victus ratione nimium vinique. Repetit vehementia medicamenta, mecona album, qui peplus (*i*), veratrum (*k*), radicem, & elaterium, quæ hic pro mitioribus habentur (*l*), cneſtrum (*m*), cyclaminis radicem (*n*), ricinum (*o*). Eluere etiam uterum jubet cocco gnidio (*p*), ſcammonii (*q*) ſucco, thapſiæ radice (*r*), colocynthide ſylveſtri (*s*), cucumere ſylveſtri (*t*). Subdit cyclaminum (*u*), cucumerem ſylveſtrem,

(z) N. 116.
(a) N. 117.
(b) N. 119.
(c) Conf. & n. 120. 121.
(d) N. 123.
(e) [illegible] n. 126. 127.
(f) N. 128.
(g) N. 111. redit fere in 5. n. 28. 87.
(h) Eumdem auctorem habere quem liber περὶ νούσων FOESIUS p. 166. Sed mihi multo verboſior & magis polypharmacos videtur.
(i) N. 10. 16. 45.
(k) N. 14.
(l) Ibid.
(m) N. 54.
(n) N. 89. 90.
(o) N. 79. & lib. ſq. n. 29.
(p) N. 11. 12. 47.
(q) N. 11. 12.
(r) N. 11.
(s) Ibid.
(t) N. 46. 64.
(u) N. 46. 51. 59. 85.

Digitized by Google

ſylveſtrem (*x*), elaterium (*y*), colocynthidem ſylveſtrem (*z*), anemones folia (*a*), clyſterem ex cucumere ſylveſtri (*b*) ſubjicit.

Idem oleæ ſylveſtris (*c*) folia cum rheo ad adſtringendum, & rubi mora rubra, & ſcabiem ſylveſtris oleæ, quam per lichenem (*d*) cortici innaſcentem interpretor. Ad fluxum album urticæ (*e*) ſemen, malicorium (*f*) laudat, quo multum utitur. Conyzam ſæpe cum caſtoreo conjungit (*g*). Atriplicem ſylveſtrem (*h*) & betam leniendi fine, ſed una ſcillam (*i*) adhibet. Ari radicem (*k*) & cypreſſi ſuccum dat adverſus uteri hydropem. In mola hyoſcyami ſemen (*l*). Raphanum, naſturtium, allium cum potu meraco & ſalſis in uteri inflammatione (*m*) præſcribit, & ſilphium, rutam, & cuminum æthiopicum. Ad impetigines naſturtii (*n*) ſylveſtris ſemen uſtum & radicem lapathi cum aceto. Adiantum rubrum inter adſtringentia (*o*) habet. Ad fluxum radicem nigram (aſpalathi) (*p*), cachryos radicem (*q*), promalon (*r*). Ad reſiccandum fluxum cicutam & hyoſcyami folia (*s*), & blitum aſininum (*t*). Mandragoram in fluxu ſanguineo (*u*); Peucedanum ad uteri ſuffocationem (*x*) dat. Piper perſicum dici ait (*y*), quod indicum, quod idem utero ſubdit ut aquas ducat. Mori radix pro ſubdititio (*z*). Xanthium cum bitumine in ſuffimento (*a*). Pauca hæc ex multis.

Ignota

(x) N. 59.
(y) N. 85.
(z) N. 50. 85.
(a) N. 80.
(b) N. 48.
(c) N. 5.
(d) N. 6. redit in ſequente libro n. 73.
(e) N. 10.
(f) Ibid.
(g) N. 19. 20. &c. Eam deſcribit fœtidiſſimam, apio criſpo ſimilem n. 63. 78.
(h) N. 57.
(i) Ibid.
(k) N. 59.
(l) N. 62.
(m) N. 28.
(n) N. 68.
(o) N. 69.
(p) N. 70.
(q) N. 71. cum dolore.
(r) Ibid. ad myricam referunt, quæ L. 2. n. 29. eſt inter purgantia.
(s) N. 75.
(t) Ibid.
(u) N. 76.
(x) Ibid.
(y) N. 47. 84.
(z) N. 85.
(a) N. 88.

Digitized by Google

Ignota ſunt bulbion acre in tritico Ægyptio (*b*) naſcens, quod optimum dat ſubdititium (*c*). Crotonis radix (*d*) cum olentibus redit.

Liber περὶ γυναικείων φύσιος eadem fere, quæ duo priores libri verba habet, farraginem remediorum immenſam, ordinem etiam deteriorem, eaque ex iisdem plantis, etiam illas minus in vulgum receptas ranunculum (*e*) & anemonen (*f*). Chamæleontis etiam radicem propinat (*g*), fraxini grana (*h*) hypocyſtidem (*i*), pſeudodictamnum (*k*), amomum (*l*). Crinanthemon (*m*) peculiare eſt & ignotum. Elaterium etiam hic redit (*n*), ſic ſcammonia (*o*), peplus (*p*), radix ſtruthii andri naſcens (*q*), granum cnidium (*r*), cucumer ſylveſtris (*s*), ſtaphis (*t*) ſylveſtris; & paria ſubdititia ex cucumere ſylveſtri (*u*), cyclamine (*x*), cocco gnidio (*y*), ſcilla (*z*), tithymalo (*a*), ſcammonia (*b*), elaterio (*c*); tum infuſiones elaterii (*d*), colocynthidis ſylveſtris (*e*), cucumeris ſylveſtris (*f*), thapſiæ (*g*), cneori (*h*), granorum cnidiorum (*i*), pepli, & demum daphnoidis (*k*).

Libri

(b) N. 63. in ſequente libro n. 93.
(c) N. 75.
(d) N. 79. & in ſequente libro n. 29.
(e) N. 29.
(f) Ibid.
(g) Ibid.
(h) Ibid.
(i) Ibid.
(k) Ibid.
(l) Ibid.
(m) Ibid. & etiam lib. περὶ ἐπικυήσιος.
(n) N. 29.
(o) Ibid.
(p) N. 38. 44.
(q) N. 29.
(r) Ibid.
(s) N. 90.
(t) Ibid.
(u) Ibid.
(x) N. 29. 92. 104. 105.
(y) Ibid. & n. 31.
(z) Ibid.
(a) Ibid. & n. 106.
(b) N. 29.
(c) N. 93.
(d) N. 104.
(e) N. 29.
(f) N. 66.
(g) Ibid.
(h) Ibid.
(i) Ibid.
(k) N. 29.

Digitized by Google

Libri περὶ νούσων & ipſi multum habent Cnidii ſaporis, morbosque multiplicatos & ſubtiliter diſtinctos. Cælius eos non adgnoviſſe videtur, cum ajat Hippocratem phrenitidis ſolum nomen tetigiſſe (*l*). In libris vero περὶ νούσων γ. & περὶ παθῶν pleniſſime ejus morbi curatio ipſa deſcribitur. Liber *de morbis tertius* reliquis præſtat, & medicamenta ad fines propoſitos apte præſcribit, brevior idem & concinnior, & plerumque, ut magnum virum decet, potius claſſem remediorum, quam ſuperſtitioſam herbulam fere commendat. Thapſiæ tamen etiam ſucco (*m*) alvum ſurſum ducit, & elaterio in vaginam dato utitur (*n*), & ex veratro nigro catapotiis cum pipere (*o*), & in peripneumonia poſt nonum diem elaterium, cum veratro albo & thapſia (*p*), exhibet, & quando phrenes dolent album mecona cum flore æris (*q*). In ictero etiam nuces thaſias dat (*r*), in peripneumonia, ad exſcreationem movendam, ari radicem (*s*) & corticem radicis (*t*) capparidis & fructum (*u*).

Liber ſecundus deterior eſt & manifeſtius habet vitium Cnidiorum, *alius & alius morbus*, & plures pleuritidis tabisve ſpecies, quæ nullo certo ſigno ſeparentur. Medicamenta cæterum pauca, & fere apta, morbos etiam peculiares veros, & bene deſcriptos. Hippocratis junioris, aut Polybi opus eſſe Dioscoridi putatus eſt (*x*). Veratro in hydrope (*y*) cerebri utitur, & idem in aures infundit, & in febre quartana, in qua radicem dat trium digitorum (*z*) longitudine; tum in tabe (*a*), & alba pituita (*b*). Glandis corticem (*c*) & gallas ad caput ulceroſum adhibet. In angina vaporem aceti cum aqua miſti, cui origanum, naſturtii ſemen & nitrum inmiſtum fuerit, jubet haurire (*d*), & ſimile fere auxilium in ſuppuratis ex peripneumonia laudat (*e*).

Liber *primus* & *quartus* de morbis vix quidquam habent de re herbaria Quartus libros περὶ γυναικείων citat, ut proprium ſui auctoris opus.

Liber

(l) I. c. 12.
(m) N. 8.
(n) N. 11.
(o) N. 13.
(p) N. 17.
(q) N. 23.
(r) N. 12.
(s) N. 18. add. n. 25.
(t) N. 18.
(u) N. 25.
(x) *Epid.* I. n. 6.
(y) N. 15.
(z) N. 39.
(a) N. 46. 48. 50.
(b) N. 69.
(c) N. 13.
(d) N. 26.
(e) N. 44.

Digitized by Google

Liber περι παθων & ipſe ſpurius, POLYBO a GALENO tributus (f), & cum ejus nomine ab *Albano* TORINO editus eſt Baſileæ ann. 1544. 4°. Pauca habet medicamina; Rhamni tamen folia, aut Iſatidis, aut Tithymali (g), vulneribus mireris imponere. Oleorum (h) virtutes & vitia recenſet. Cucumerem & peponem ad potum refrigerantem (i) laudat.

In *Epidemicorum* VII. lib. cujus auctor idem eſſe videtur cum libri V. auctore, non quidem HIPPOCRATES, ſed dignus auctor & antiquus, cum curationibus ægrotorum medicamenta paſſim conjunguntur, ejusdem certe ingenii, qualia hactenus recenſui, veratrum, ſilphium, cuminum æthiopicum, ſeſeli, lac aſininum, mel, betæ ſuccus, ptiſana. Intercurrunt aliqua de cibis judicia.

Liber περι διαιτης ὑγιεινης POLYBO (k) tribuitur, & cum ejus nomine prodiit (l) *J.* GUINTHERIO interprete, & denuo interprete *Albano* TORINO (m), etiam GALENI commentario auctus. Olim pro parte habebatur libri περι ανθρωπου φυσιος (n). Pleraque exſcripta ſunt ex L. III. de diæta. Vomitus diætetici ratio paulo fuſius hic exponit. Eum decocto hyſſopi movet.

Liber περι ελλεβορισμου multa ex aphoriſmis habet, tum ex *prognoſtico* & *prorrhetico*, & *muliebribus*, quos libros auctor, ut ſuos, citat. Periculoſum veratri uſum, ut feci r̄orem reddere liceat, multis oſtendit. De ſeſamoide pauca.

In parum (*) genuinis libris *de humidorum* uſu, qui plurima habet ex L. V. aphoriſmorum exſcripta; *de ſuperfetatione*; *de ulceribus*, aliqua tamen ad plantas ſpectantia intercedunt. Et in iſto quidem περι ἑλκων, præter multas medicas & receptas ſtirpium vires, plantæ aliquæ deſcribuntur, ut λαγωπυρος (o) tritici ſimilis, folio parvo oleæ, ſed longiori, flore marrubii: deinde parthenium (p) microphyllum. Herba, quam non nominat, ari folio, ſed albo, lanuginoſo, hederæ magnitudine (q). Πενταφυλλον album lanuginoſum, altius a terra, quam nigrum quinquefolium, inter ſiccantia (r) recenſet. Ilicis radices (s) in vino coctas, ari pulverem in unguentis habet; etiam veratrum

(f) Ad *aphor.* I. L. VI.
(g) N. 37.
(h) N. 48.
(i) N. 51.
(k) GALEN. in *Comm. ſuo* in *principio.*
(l) Paris anno 1528. fol. & 1529. 8°. B. Bern. 1533. 8°. Baſil. anno 1559. 8°. cum CURIONIS *ſchola ſalernitana.* Antverp. 1561. 12. cura J. PLACOTOMI.
(m) Argent. anno 1544. 4°.
(n) GALEN. *placit Hippocrat. & Platon.* L. VI.
(*) NARDIUS pro legitimo habet & admiratur.
(o) N. 11. Folium dicit marrubii.
(p) N. 10.
(q) Ibid.
(r) N 12.
(s) Ad ambuſta etiam n. 14.

Digitized by Google

trum nigrum; aron & veratrum vulneribus cruentis inſpergit. Chamæleonte nigro multum utitur.

Liber περ ἀφορων fere ex libro περι γυναικων exſcriptus eſt, & eadem medicamenta habet, de tæda (*t*) etiam jubet bibere & de marrubio (*u*), & in ſubdititiis glandibus recipit elaterium (*x*), cucumerem ſylveſtrem (*y*), colocynthidem (*z*); & melanthion de tritico ſelectum (*a*); hyoſcyamum in fotu adhibet (*b*); veratro purgat, & ſcammonio, &c. Ridiculam ſuperſtitionem in cotyledonis utriusque uſu (*c*) rideas.

Omitto reliqua, & nimis ſpurios libros *antidotos* ex ACTUARIO & MYREPSO ſumtas, *epiſtolam ad* CRATEVAM, frivolam, & alieniſſimi temporis.

In *veterinariis* peculiares plantæ citantur, ut ἱππορίζον, antolycium, ῥοδοπιτυινον, niſi ea eſt antidotus aliqua, ſpongia laſeri cyrenaico ſupernaſcens, ignotæ plantæ; tum alibi, ni fallor, non recenſæ, opopanax, tragacantha, colophonia, herba medica (*d*), rhododaphne, euphorbium. Cujus ævi ſit, vel ex Euphorbii nomine diſcas.

Breviſſime iſta, cum horum librorum cenſus ſuis locis repeti debeat. Cum cæterum hi primi ſint fontes, ex quibus poſteri ſuam de plantarum vi medica ſpem receperunt, fatendum eſt, multa in ea ſpe incerta ſupereſſe. Nam primum veteres non ſatis certa fundamenta ſuæ ſpei ipſi habuerunt, ut alieniſſimæ ſæpe eorum de ea vi opiniones oſtendunt. Deinde de quibus plantis eorum effata ſumere oporteat, ſæpe nulla cum ſpe veri dici poteſt. Sunt equidem aliquæ, & pluſculæ plantæ, de quibus per traditionem aliquam ſatis conſtat, easdem eſſe cum iis, quæ noſtro ævo ſimilia nomina gerunt. Sunt autem etiam bene multæ, de quibus dubitatur, neque paucæ, de quibus nihil veri, & ne conjectura quidem supereſt, quales ſunt ex hippocraticis plantis, Polycarpon ſeu Polycnemon, Struthium, tubulus marinus, radix alba, nigra, bulboſa, Eranthemon. Apud ſolum HIPPOCRATEM reperiuntur (*e*) Crinanthemon, Lagopyros, herba anonyma. Deinde etiam nobiliſſimæ aliquæ eo ævo & uſitatiſſimæ ſtirpes, noſtro ſeculo aut ignorantur, ut ſeſamoides, aut non ſatis certæ ſunt, ut ipſe famoſiſſimus Helleborus. Mecon videtur paſſim pro planta alvum ducente & peplo ſumi, cum tamen papaver ſignificare deberet. Denique Elaterium HIPPOCRATI non remedium ex cucumere ſylveſtri paratum ſignificare, ſed valide agitans pharmacum, SCHUL-

 ZIUS

(t) N. 8. 11.
(u) N. 13.
(x) N. 11. 27.
(y) N. 11.
(z) N. 23.
(a) N. 17.
(b) N. 13.
(c) N. 19.
(d) Μηδικη non bene *medicina* verſa LIND. II. p. 885.
(e) p. 26.

ZIUS (*f*), autumavit. Verum ea opinio locum habere non poteſt, ſæpiſſime enim elaterium cum aliis, & cum omnibus, fortibus purgantibus medicamentis in eodem ſermone redit, ut eorum genus, ita ut hæc elaterii ſpecies eſſe nequeant. Et ex cucumere ſylveſtri elaterium componi manifeſtus auctor THEOPHRASTUS eſt (*g*), eoque loco, quo ait omnium medicamentorum maxime durabile eſſe, cum ſimplicibus medicamentis ſolis comparat (*h*). GALENUS ipſe, & qui eum exſcripſerunt, elaterium ſuccum dixerunt ſylveſtris cucumeris (*i*).

Duplex enim hic vitium ſubeſt. Veteres nulla, quæ ſufficerent, ſigna ſuis plantis addiderunt, ſæpe omnino nulla. Et artes, ipſaque res cum iis herbaria in ſeptentrionales plagas migrarunt, in quibus plurimæ plantæ ex ipſa naturæ lege deſiderantur, quæ veteribus familiares fuerunt. Quare ſeculo decimo ſexto, cum ad noſtras plantas nomina ſtirpium apud veteres recenſa adaptare oporteret, miſere eſt his in plantis titulatum & diſputatum. Aliquantum etiam id arti nocuit, quod plantarum nomina apud alias & alias Græciæ gentes aliæ fuerint, ATHENIENSES, inquit SUIDAS (*k*), ῥαφανίδα dixerunt, quam nos ῥάφανον, & ῥάφανον quam nos κράμβην (*l*), Unica ſpes foret in viris gnaris, qui in illa beata Græcia, tum Europæa, tum Aſiatica commorarentur, & nomina Græcorum modernorum aucuparentur, quæ plantis patriis imponunt, & quæ fere antiquitatis veſtigia gerunt. Itinera aliquam, non tamen quæ ſufficeret, lucem adtulerunt. Nam & ipſi loci natales probabilem reddunt ſpem, eas plantas a veteribus potuiſſe dictas, adque medicinam faciendam adhibitas fuiſſe, quæ iiſdem, quos indicaſſent, locis naſcerentur. Ita BELLONIUS in itinere paſſim plantas indicavit, quæ iiſdem locis proveniunt, quos veteres recenſuiſſent, & TOURNEFORTIUS in Ponto veterum plantam eruit, quam probabile ſit mel colchicum veneναſſe: & cum vulgare Abſinthium circa Sinopen legeret, non imperite conjecit, novam plantam eſſe & necdum nobis dictam, quæ Abſinthii Pontici nomine veteribus innotuiſſet (*m*).

Deinde multæ omnino ſtirpes ſua nomina retinuerunt. In itinere ſuo (*n*) TOURNEFORTIUS reperit, abietem in Ponto Peucen vocari, & aliam ſpeciem ἐλάτην (*o*). Ita, SPONIO teſte, Græci noſtro tempore Pinum *Peucos* vocant, Thymum *Thimari*, Fumariam *Capnia*, Rorem marinum *Dendrolibanon*, Petroſelinum *Makedoniki*. Hederam *Kiſſos*, Buglоſſum *Voidioglоſſum*, Scillam *Skilochorton*, Plantaginem *Pentaneurum* (*p*).

Quoad

(f) p. 147. Olim EROTIANUS p. 24. & ipſe GALENUS *voc. Hipp. interpret.*
(g) L. IX. c. 15. Sic PLINIUS.
(h) L. IX. c. 14.
(i) *Simplic. fac.* L. VIII.
(k) III p. 252. 253. POLLUX p. 145.
(l) Antiqui κράμβην dixerunt, quæ ῥαφάνους ATHENÆUS I. p. 13.
(m) Ibid. III. p. 51.
(n) A presbyteris nomina ſe didiciſſe *voyag.* I. p. 105.
(o) Ibid. T. III. p. 84.
(p) SPON *voyag. de Gréce & de Dalmatie* II. p. 195.

Quoad autem per itinera, viroſve potius in Græcia viventes, plantarumque gnaros & ſtudioſos lux aliqua adſulſerit, non malum conſilium fuerit *J.* JUNGII, qui monuit, ne nimis in veterum nominibus laboraremus. Fruſtra enim nos agitaremus ad finem adtingendum, ad quem via nobis nulla ſit.

§. IX. *Coævi.*

Ante THEOPHRASTUM pharmacopolæ fuerunt, qui iidem etiam fuerunt herbarii *(q)* (ῥιζοτομοι), ARISTOPHILUS Plataicus, qui vires ad augendam & ad minuendam venerem ſe poſſidere gloriabatur, & THRASYAS *(r)* Mantineenſis, celebris rhizotomus, qui docuit qua ratione effici poſſit, ut papaver & cicuta drachmæ pondere mortem inferant. Μικταινα *(s)*, qui *rhizotomumena* ſcripſerit SCHOLIASTES habet NICANDRI, & METRODORUM PLINIUS *(t)*. ANDROTION hortenſia ſcripſerat *(u)*, & ANDROCYDES *(x)*, & EUDEMUS *(y)*, & MENESTOR *(z)*, & ANDROSTHENES *(a)*. CHARETIS Parii Georgica ab ARISTOTELE citantur *(b)*. Ex CLIDEMO etiam de morbis plantarum aliqua THEOPHRASTUS repetit *(c)*, & HIPPONEM citat *de plantis* *(d)*. Denique ARCHYTAS Tarentinus Vir ILLUSTRIS huc pertinet, cujus opera ruſtica VARRO laudat.

§. X. *Ariſtoteles.*

ARISTOTELI ſummo viro, ſed qui in aliis eminuit, libri duo *de plantis* *(e)* tribuuntur, qui manifeſto ſpurii ſunt, cum in iis Romanorum modus citetur, quo arbores æſtate plantabantur *(f)* ARISTOTELICUS tamen ſapor non male adfectatur, & qui acute de his rebus judicabat, SCALIGER, ex lateno

 ſermone

(q) THEOPHRASTUS *hiſt.* L. IX.
(r) Idem *hiſt.* L. IX. c. 17. add. c. 18.
(s) Laudaſſe fœniculum PLIN. L. XX. n. 96.
(t) L. XX. c 81. Ejus ἐπιτομὴν περὶ ῥιζοτομουμένων citat. Eum, neſcio quo argumento HARDUINUS præceptorem facit HIPPOCRATIS, *ind. auct.* p. 62. Fuit autem METRODORUS Cous, ex PYTHAGORÆ ſchola. Sed alius dicetur METRODORUS *rizotom.* auctor.
(u) THEOPHRAST. *hiſt.* II. c. 8. *cauſ.* L. III. c. 15. ubi magnam oleæ cum myrto amicitiam eſſe ex eo auctore citat.
(x) THEOPHRAST. L III. c. 20. niſi uterque idem fuerit.
(y) THEOPHRAST. L. IX. c. 18.
(z) De germinatione mori *cauſ.* L. I. c. 28.
(a) Aquam ſalſam irrigationi in Tylo utilem eſſe THEOPHRAST. *cauſ.* II. c. 7.
(b) *Politic.* I. c. 11.
(c) L V. c. 12.
(d) *Hiſt. plant.* L. III.
(e) De herbis ſcripſiſſe EPIPHANIUS *hæreſ.* L. I.
(f) C. 7. Senſit CONRINGIUS.

Digitized by Google

ſermone a nuperiori Græco in ſuum ſermonem redditum fuiſſe, ſuſpicetur aut a PLANUDE. Exſtiterat autem ARISTOTELIS de plantis opus; quod & ipſe citat (*g*) & alii.

Quod ſupereſt opus, recuſum eſt Lugduni anno 1566. fol. Marburg. ann. 1598. 8°. Græce prodiit FABRICIO teſte Paris anno 1539. 8°. tum Francofurti ann. 1587. 4°. cum *Geoponicis* & cum THEOPHRASTO anno 1534. & 1541. fol. & inter opera omnia græco latina (*h*) ARISTOTELIS, tum alias. Non potuit autem ARISTOTELES plantarum imperitus fuiſſe, quem TIMÆUS pharmacopolam (*i*) dixerit, qui etiam medici NICOMACHI filius, & ex Aſclepiadum familia fuerit.

Auctor ejus libri, quem coram habemus, plantas animam negat habere contra EMPEDOCLEM, verumve ſexum (*k*). Deinde partes, & ſuccos dicit, & aliquas ex obviis dotibus conſtitutas claſſes. Arborum & ſpecierum degenerationem in alias ſpecies admittit (*l*). Hyoſcyamum & Helleborum hominibus venenum, beſtiis (*m*) alimentum eſſe monet. Palmarum fecundationem deſcribit (*n*). Hebenum novit in aqua fundum petere (*o*). Plantas ignotas nominat οπιγαις, μαεγαειτην arborem ægyptiam, quæ fructum ex radice ferat, βιντιλι Arabicum, Belenion, quod in amygdalum abeat. Habet & myrobalanos. Secundo libro nutritionem plantarum deſcribit, phyſice, ex antiquis opinionibus, & colores, quorum miras cauſas adducit (*p*), ſuccos, ſapores.

MAXIMUS PLANUDES libros ARISTOTELIS de plantis ex latino græce reddidit, latina autem verſio ex Arabica converſa fuerat. Commentarius SCALIGERI in dialogi ſpeciem ſcriptus, absque opere ARISTOTELICO prodiit. Eum alias dicemus. Prodiit Paris anno 1556. 4°. Lugdun. 1566. fol. Sunt in eosdem & FRANC. VATABLI notæ Lipſ. 1520. fol.

Codices M. S. exſtant in *Bibl. Vatic.* & *Reg. Londin.*

Problemata ARISTOTELIS ſatis multa continent, botanici argumenti. Ea ſeorſim edita ſunt Paris apud Colin anno 1533. 8°. Quærit & per conjecturas reſpondet. Denique Arabes opus geoponicum habent, quod ARISTOTELI tribuunt (*q*).

§. XI.

(g) *Anim.* L. V. init. p. m.
(h) Edit. Genev. anno 1606. II. p. 1042.
(i) AELIANUS *var.* L. V. c. 9. SUIDAS p. 327. 328. ex EPICURO.
(k) Nam maſculas plantas ideo diſtinguit, quod congeneribus feminis duriores ſint.
(l) C 7.
(m) C. 5.
(n) C. 6.
(o) L. II. c. 1.
(p) II. c 9. Ab anguſtis poris cæruleos colores fieri, a collapſis album, a mediocri commiſtione glaucum.
(q) *Ketab al Falabat le Ariſtbu* HERBELOT. p. 975.

Digitized by Google

§. XI. *Theophraſtus.*

Cum ſpurium ſit, quod Ariſtoteli (*r*) inſcribitur opus, hic primus verorum botanicorum librum reliquit, qui ſuperſit. Tyrtamus a patre dictus, vir optimus & undique amabilis, diſcipulus Aristotelis, ab eloquentia nomen habuit, & de tota (*s*) philoſophia numeroſa & celebria, ob ſuavitatem ingenii, opera edidit, quorum aliqua ad nos pervenerunt. Eorum duo, ſed inſignia, de plantis agunt, ſatis hactenus integra, ſed valde corrupte edita. Prius & majus *hiſtoriam plantarum* novem libris exponit, ad Aristotelis hactenus imitationem ſcriptum, ut communia ſtirpium colligat, & diſcrimina adjiciat, ex obviis omnino ſummiſque ſignis ſumta.

Libro *primo* partes plantarum, laxe equidem, definit, non tamen unquam deſunt egregii & philoſophici ingenii teſtimonia, quod in hoc viro fuit. Ita flores (*t*) fructui innatos, & flores fructui circumpoſitos diſtinxit, & iſtos frequentiores eſſe (*u*) addidit: flores etiam ſteriles (*x*) & in eadem planta habitantes habet, & in alia. Calidis locis, ut in agro Elephantino, arborum folia non delabi (*y*) monet. Et Benjanorum arborem ex ramis radicatam dixit (*z*), & opuntiam ex foliis radicem emittentem (*a*), & morum Ægyptiam, quæ fructum ex caudice gerit (*b*).

Libro *ſecundo* de ſatione & generatione plantarum agit. Coniferas non provenire, niſi ex ſemine (*c*) adnotat. Semina arborum urbanarum fata ſylveſtres & acerbiores fetus proferre (*d*) docet, præter Ægyptum, in qua acida punica dulces fructus reddant. Pinum, contra receptam opinionem, radicem ad octo cubitos depangere, ex propria adnotatione adteſtatur (*e*). Palmarum cultum, ſexus, & ſpecies, & fecundationem (*f*) adcurate exponit, quæ fit excuſſo maſculo ſuper feminas pulvere, & caprificationem, cuiuscumque uſum (*g*) in ficubus naſcentium.

Libro

(r) Vixit ante *nos* annis 190. Plinius L. XIX. c. 2. Ad Antigoni tempora vixit, & Olympiadem 114. Aristoteli in ſcholæ rectione ſucceſſit Laertius L. V. c. 2.
(s) Enumerat Laertius l. c.
(t) C. 21.
(u) Ibid.
(x) Ibid.
(y) C. 11.
(z) C. 12. & L. IV. c. 5.
(a) Ibid. L. I. c. 12.
(b) C. 23.
(c) C. 2.
(d) C. 3.
(e) C. 8.
(f) C. 9. & *cauſ. plant.* L. II. c. 13. L. III. c. 23.
(g) C. 9. add. L. II. c. 12. 13.

Digitized by Google

Libro *tertio* & *quarto* de arboribus agit, quarum copioſum habet catalogum. Juniperi duos ſexus diſtinguit (*h*). Tempora florendi definit. Muſcas gallis contineri monet (*i*). Quercuum diſcrimina tradit (*k*), & coniferarum (*l*) arborum, deinde ex ordine juliferas (*m*), tunc fructiferas & alias. Accolarum nomina & opiniones non ignoravit (*n*). Coccum ilicis (*o*) cognovit, & ceraſum, quæ tanto ſerius Romanis innotuerit. Coccum arborem (*p*) deſcribit & mimoſam (*q*), medicamque malum (*r*), quæ certe de aurantiorum genere eſt, & pluſculas arbores indicas, plantam ex qua veſtes conficiunt, quod ad ſericum ſpectare videtur (*s*), euphorbium (*t*), alias; tum lichenem *orſeille* (*u*), fungos lapideos aliasque plantas (*x*) rubri maris. Iterum goſſypium arborem (*y*), papirum, ex quo charta paratur (*z*), nymphæam, quæ faba ægyptia (*a*), lotum, quæ ejus minor ſpecies hic dicitur (*b*), malinathallam (*c*). Inde plantas lacus Orchomenii (*d*), & varias arundines (*e*), juncos, inſulas natatiles (*f*): morbos arborum (*g*).

Libro *quinto* materiem & in ea labores (*h*), diverſamque arborum ad eos uſus præſtantiam perite & ex arte docet. Thuyam (*i*) hic deſcribit; Cedros Syrias (*k*); Corſicæ denſas ſylvas laudat; Romanorum & agri latini meminit. Oleæ materiem paulum humectatam (*l*) germinaſſe.

Libro

(h) C. 6.
(i) C. 8.
(k) C. 10.
(l) C. 9.
(m) C. 10. 11.
(n) C. 12.
(o) C. 17.
(p) L. IV. c. 2.
(q) C. 3.
(r) C. 4.
(s) C. 5.
(t) Ibid.
(u) C. 6. Algæ nomine, qua veſtes purpura inficiantur.
(x) C. 8.
(y) C. 9.
(z) Ibid.
(a) C. 10.
(b) Ibid.
(c) Ibid.
(d) C. 11. 12.
(e) C. 12.
(f) C. 13.
(g) C. 16. 17. 18.
(h) C. 1. ſq.
(i) C. 5.
(k) C. 9.
(l) C. ult.

Digitized by Google

Libro *ſexto* primum ſuffrutices tractat & ſpinas. Laſerpitium (*m*) perantiquum facit, & ante Cyrenen conditam notum. Cacten ſiculam deſcribit, quæ videtur *Cardons* (*n*). Inde tranſit ad flores (*o*), & odoratas plantas, & ad roſarum varietates.

Libro *ſeptimo* olera deſcribit, inter quæ, neque inter odoramenta, ocimum eſt. Inde ad plantas tranſit humiles & ſylveſtres (*p*) Bupreſtis ipſi herba eſt, & oleris genus edule, quæ Hippocrati infectum (*q*).

Libro *octavo* frumenta tradit, copioſe & cum plurima naturæ obſervatione, ut vel ex locis natalibus frumenta veterum adgnoſcere liceret, ſi intento animo peregrinator in ſolo natali ad Theophrasti ductum cerealia inſpiceret.

Libro *nono* lacrumas, ſuccos, & reſinas deſcribit, & inter has reſinæ obtinendæ encheireſes picisque, quæ artificia utique cominus ipſe inſpexit. Cinnamomi hic etiam varias ſpecies dicit (*r*), & myrrham (*s*), præter quæ verba vix quidquam de nobiliſſima ſtirpe innotuit; & balſamum (*t*), & alia odoramenta (*u*) enumerat, quæ ex ultimo oriente advehuntur. Rhizotomorum ſuperſtitiones in plantarum effoſſione exponit (*x*). Hic denique aliqua adfert, quæ ad medicinam faciunt (*y*), ad utrumque Helleborum (*z*), & Stramonium (*a*). Libanotis (*b*) hic cum pharmacis dicitur, alia a nuperorum opinione. Glycyrrhizam videtur radicis ſcythicæ nomine dixiſſe (*c*). Inde dictamnum (*d*), aconitum, quod poſſidere vetitum ſit, etiam capitali pœna impoſita. Cicutam detracto tegmine teri, ita celeriter occidere. Superſtitioſa hic aliqua admiſcet.

Libri decimi ſolum principium ſupereſt, quod agit de radicibus medicatis.

Paulo fuſius hæc decerpſi, eo fere fine, ut rei herbariæ ſtudioſos ad legendum Theophrasti opus excitarem. Etſi enim, præter hæc ultima, non medicis ſcripſit, & ad uſus potius reſpexit œconomicos, miram tamen fuiſſe in viro ſagacitatem, cum ſumma diligentia conjunctam reperient, ut quasque ſtirpium

(m) C. 5.
(n) C. 144.
(o) C. 6. ſqq. De floribus ſcripſit Theophrastus Plin. L. XXI. c. 9.
(p) C. 6.
(q) C. 8.
(r) C. 5.
(s) C. 4.
(t) C. 6.
(u) C. 7.
(x) C. 9.
(y) C. 10. & ſqq.
(z) C. 11.
(a) Ibid.
(b) C. 12.
(c) C. 15.
(d) C. 16.

Digitized by Google

ſtirpium vel communitates, vel diſcrimina, propriamque in vitæ duratione, modo proveniendi, & germinandi, indolem cognoſceret. Ea fere omnia reperient, non ex aliis ſcriptoribus ſumta, ſed per itinera per univerſam Græciam in ipſo natali ſolo adnotata: præter ea, quæ ab ALEXANDRI comitibus de rebus Arabicis, Ægyptiis & Indicis habuit. Deſcriptiones multo meliores (*e*) & ornatiores dedit, quam veterum quiſquam, plantarum etiam numerum non minimum (*f*), rariorum etiam potiſſimum. Hortum ipſe poſſedit (*g*), ut hortenſium plantarum phænomena cominus ſpeculari potuerit. Plantas vix aliis dictas, certe non eo nomine plurimas habet, qualis eſt ουιγγω (*h*), quæ poſſit eſſe colocaſia; aphia (*i*); apharca arbor ſemper virens, Macedoniæ montanæ (*k*); tum leucara (*l*), ſari (*m*), mnaſium (*n*); ſi daipnum (*o*); icma (*p*); ſmerca (*q*); myophonum (*r*); narthecia; chalceos (*s*); pternix (*t*); phleos ſpinoſum (*u*); phleos (*x*); iphyum (*y*); pothos (*z*); ονοκιχλη (*a*); comarum (*b*); θηλυφονον (*c*) atrox venenum, ſcorpii radice; αντιρρ.ζον (*d*); centeria; maſpalum; myacanthos; narta; tiphyum ſpinoſum. Plantas omitto indicas, ægyptias, maris rubri, plurimas, quibus THEOPHRASTUS nomina non impoſuit; Cardui ſimilem plantam, qua guſtata PANDION ſtatuarius mente ſit alienatus (*e*), iſchæmum Thracicum (*f*); herbam ad venerem ciendam mire potentem.

Græce

(e) Aliter hic certe a TOURNEFORTIO ſentio in præf. ad J. R. H.
(f) Ad quingentas æſtimat TOURNEFORTIUS. Plures fuiſſe putaverim.
(g) LAERT. l. c.
(h) C. 11. HESYCHIO ουιγγον ægyptia planta radice eduli, longa, foliis amplis, &c.
(i) Quæ cum germine florem edit L. VII. c. 8.
(k) L. I. c. 15. L. III. c. 4. 6. L. IV. c. 8.
(l) C. 7.
(m) L. IV. c. 9.
(n) Ibid.
(*) C. 11.
(o) Ibid.
(p) Ibid.
(q) L. VI. c. 2.
(r) Ibid.
(s) C. 3.
(t) C. 4. videtur Cinara.
(u) C. 5. & alibi. Pimpinellam ſpinoſam facit HONORIUS BELLIUS.
(x) In lacu Orchomenio L. IV. c. 11. BODÆUS habet pro Papiro Italica.
(y) Ante folia floret iphyum L. VII. c. 10. BODÆUS pro Narciſſo Perſico habet c. 20.
(z) Flos inodorus c. 7. vel albus, vel hyacintho ſimilis; illius in ſepulchris uſus eſt.
(a) L. VII. c. 10. An ονοχειλη? Anchuſa PLIN. L. XXII. c. 25.
(b) L. IX. c. 7.
(c) C. 19.
(d) C. 20.
(e) L. IX. c. 13.
(f) C. 15.

Digitized by Google

Græce id opus prodiit Venetiis ſine anno (*g*), tum apud ALDUM (*) anno 1495. (*h*) 1498. fol. 1503. fol. & Baſileæ anno 1534. fol. (*i*) 1541. fol. (*k*) Venetiis anno 1552. fol. (*l*) magnis typis. Latine vertente *Theodoro* GAZA Tarviſii anno 1483. fol. (*m*) Venet. anno 1504. fol. (*n*) Baſil. ann. 1533. fol. (*o*) 1534. fol. (*p*) Pariſiis anno 1529. 8°. (*q*) Lugduni anno 1552. (*r*) cura *J.* JORDANI (*s*). Græce & latine Leidæ anno 1613. fol. edente *Daniele* HEINSIO, & Amſtelodami anno 1644. fol. cum commentariis *J. C.* SCALIGERI & *J.* BODÆI a STAPEL. Soli libri VI. ad IX. cum tribus PLINII capitibus Argentorat. absque anno (*u*); De ſuffruticibus & herbis Libri IV. Argentor. 1528. TREW. Soli *libri tres* priores a M. *Angelo* BIONDI italice verſi Venez. anno 1549. 4°. (*x*). In L. V. priores SOLENANDER commentatus eſt.

Textus ipſe valde corruptus eſt vitiiſque plenus, quæ ſperabat SCHULZIUS (*y*) emendari poſſe, ſi *Caſpari* HOFMANNI editio lucem adſpiceret, quæ fuit inter libros *G.* THOMASII. Requirunt autem iſta virum, qui & plantarum orientalium peritus ſit, & græcæ linguæ, idemque ſuperſtites antiquorum utriusque linguæ libros ſollicite perlegerit.

Verſio fere adhibetur *Theodori* GAZÆ, qui in dedicatione nomen ſibi ſumit THEODORI GRÆCI THESSALONICENSIS. Ea ſummo cum ingenio ſcripta eſt; cum vero omnes græcas voces vellet latine reddere, ſæpe fecit, ut latina minus intelligamus, quam græca. Ita Parthenium muralium, Rhus fluidam: & potulacam dixit, ut adrachnen ab andrachne portulaca, una litera diverſam imitaretur. Inconſtanter etiam vocibus græcis latinas ſuppoſuiſſe dudum notatum eſt. Ἐλάτην modo abietem vertit, modo pinum (*z*).

(g) *Bibl. mea* apud SEGUIER.
(*) *Bibl. Bern.* Nempe anno MIIID.
(h) SEGUIER.
(i) Ex meis notis.
(k) J. OPORINO typographo, cum præfatione J. CAMERARII B. BERN. & cum præfatione GEMUSÆI, etiam apud Oporinum.
(l) Ibid. SEGUIER.
(m) MAITTAIRE *annal. typograph.*
(n) FABRIC. SEGUIER.
(o) FABRIC. Anno 1534. SEGUIER.
(p) Ex edit. J. JORDANI cum emendationibus ex editione Germanica ſumtis.
(q) In mea bibliotheca, apud *Egidium Gourmontium.*
(r) TREW.
(s) IDEM.
(u) BIBL. UFF.
(x) IDEM.
(y) IDEM.
(z) SPIGEL. *Iſag.* L. II. c. 17.

Θεοφραςου ἐρεσιου ἁπαντα edidit, textum emendavit partim ex libris, partim ex ingenio hiulca ſupplevit, interpretationem interpolavit *Daniel* HEINSIUS Leid. anno 1613. fol. min. Uſus eſt codice M. S. Heidelbergenſi non valde utili: aliqua CASAUBONUS cum editore communicavit, quæ, ut ait in commentario, uſui eſſe poſſint. Verum ego cum legerem, mendoſiſſimum textum græcum reperi, & GAZÆ vitia minime emendata.

Denique *hiſtoria plantarum* ſola *Johannis* BODÆI a STAPEL ope prodiit. Poſthumum opus viri plantarum minime imperiti, & diligentis. Pater *Egbertus* BODÆUS, pariter rei herbariæ amans, a morte filii edidit, & *J. Arnoldus* CORVINUS præfatus eſt. Grande & eruditum opus. Primo continet ipſum textum, paſſim *lectionibus variantibus* illuſtratum & emendatum, deinde GAZÆ verſionem, etiam ad marginem paſſim correctam. Inde *J. C.* SCALIGERI commentarios, qui cum *Roberti* CONSTANTINI animadverſionibus Lugduni anno 1584. 8°. prodierant, qui iidem nunc ſuis locis diſperſi redeunt. SCALIGER pro ſua utriusque linguæ cognitione, quæ in eo viro ſumma fuit, verſionem THEODORI multis locis correxit. CONSTANTINUS cum PLINIO fere contulit, non inutiliter. Icones ad THEOPHRASTUM ſculpi curaverat, quæ interciderunt (*a*).

Demum BODÆUS vaſtam eruditionem in hoc opus effudit, & omnia collegit, quæ ARISTOTELES, ATHENÆUS, PLINIUS, DIOSCORIDES, BUCOLICI, GEOPONICI, NICANDER, POLLUX & SUIDAS, nuperi demum Theophraſteis adfinia haberent. Abundantia ipſa & ubertate peccare, & ad aliena nonnunquam ſermonem abduci objectum eſt, ut etiam ex capite bonæ ſpei acceptarum plantarum icones admiſceret. PLINIUM frequenter caſtigat, icones etiam ligneas commode adjecit, ut omnino, qui volet labra his fontibus paulo profundius intingere, hic ſitim ſedare poſſit, non ideo ſperaturus, quod fieri non poteſt, ut omnibus dubiis ſe ſolvat.

Περι φυτικων αιτιων Libri VI. (*b*) qui olim fuerunt octo, magis in generalibus verſantur, & minus in deſcriptionibus occupantur, & minus etiam ad plantas adgnoſcendas conferunt.

Libro *primo*. Ex ſemine omnia prodire; de modis (*c*) quibus plantæ reparantur ex radice, aut ex ramo, & de avulſione, & lacruma, bulbo nempe caulis, cum eo modo lilium generari ſcribat. Inſitio & inoculatio (*d*). Debere urbanarum ramos ſylveſtrium truncis inſeri (*e*). Sexum in humiditate & laxitate ponit, quæ dotes feminis majores ſint (*f*). De ſemper viventibus (*g*), &

(a) C. GESNER *Epiſt.* ad *Joh.* BAUHINUM p. 18.
(b) LAERTIUS l. c.
(c) C. 1.
(d) C. 6. 7.
(e) C. 7.
(f) C. 9.
(g) C. 11.

Digitized by Google

& germinantibus. De flore (*h*) autumno erumpente, & de arboribus biferis (*i*). Diſcrimina ſylveſtrium & urbanarum (*k*). Quæ præcoces ſint, quæ ſero fructum ferant (*l*), &c.

Libro *ſecundo*. Cauſæ fecunditatis; calor, ſolum, aqua, locus. De cauſis maturitatis, incrementi, proceritatis, diuturnitatis, dulcedinis. De ſpecierum degeneratione: plantis paraſiticis fulcrorum egentibus: de foliorum converſione, florum apertione & compreſſione.

Libro *tertio*. Agricultura, ſatio, ejusque tempora, depactio, ſcobes, cura novæ plantæ, amputatio, ablaqueatio, ſtercoratio, foſſio. Vitium cultus, fuſe & per ſingula. Cultus ſegetum, agricolarum inſtrumentum, loca frumentorum, vitia, tempora.

Libro *quarto* Varia. Iterum, & accuratius, de ſpecierum degeneratione in alias ſpecies, potiſſimum in cerealibus, cui fidem adhibet. Varia leguminis & frumenti diſcrimina. Coctilia & incoctilia. Denuo morbi frumenti & leguminum.

Libro *quinto*. De artis poteſtate in plantis. Ficuum ſpecies. De iis, quæ ſuſpenſa vegetant. Varius plantarum cultus, & de earum morbis uberius.

Libro *ſexto*. Saporum genera: eorum in plantis cauſæ. Odores cum ſapore conjuncti, aut diviſi. Sedes odoris in plantis, & ſaporis. Flores in plantis inodoros eſſe, quæ totæ odoratæ ſint. Mane plerasque plantas melius olere.

Hi ſex libri conjunctim prodierunt, cumque hiſtoria, Venetiis absque anno, folio (*m*) apud ALDUM: anno 1495. fol. (*n*), 1498. fol. 1503. fol. 1552. 8°. Latine Tarviſii anno 1483. fol. Venetiis anno 1504. fol. Pariſiis anno 1529. 8°., apud WECHELIUM, quæ mea eſt editio, aucta neceſſaria tabula, qua nomina græca latinis GAZÆ nominibus opponuntur (*o*). Porro Baſileæ anno 1534. fol. 1541. fol. 1550. fol. Lugduni anno 1552. fol. & cum priori opere ex editione HEINSII, quem diximus.

Codex latinus exſtat in *Bibl. Pariſ.* n. 6794. & plantarum ex THEOPHRASTO nomina magis obvia II. n. 2408. græce.

Liber I. ſolus græce Paris anno 1550. 4°. (*p*) & liber VI. græce & latine anno 1588. 8°.

Commentarios *J. C.* SCALIGERI Lugduni anno 1566. fol. excuſos, absque ipſo THEOPHRASTI opere, & VIGNÆ aliorumque Cl. virorum alias dicemus.

(h) C 12.
(i) C. 15. 16.
(k) C. 17. 18. 19. 20.
(l) C. 21.
(m) SEGUIER.
(n) IDEM.
(o) SEGUIER. TREW.
(p) SEGUIER.

Digitized by Google

THEOPHRASTI *ſparſas de plantis ſententias in continuam ſeriem ſecundum literarum ordinem* edidit *Cæſar* ODONUS horti Bononienſis Præfectus Bononiæ anno 1565. 4°. SEGUIER ex B. R. Et *Epitomen medicam de differentiis herbarum, ex hiſtoria plantarum* concinnavit *Ildephonſus* SOROLLA Valentiæ editam anno 1627. 8°. (*q*) 1642. 8°. (*r*).

§. XII. *Alii Scriptores Ariſtoteli ſuppares.*

CALLISTHENES, ARISTOTELIS diſcipulus *de herbis* ſcripſit (*s*).

CHRYSIPPUS Cnidius (*t*), coævus ARISTOTELI (*u*), a quo ERASISTRATUS multa didicit (*x*), celebris medicus, plantis fere in medicina uſus eſt (*y*), ſcripſit idem γεωργικα (*z*), de oleribus (*a*) & de braſſica (*b*). Apium feminam foliis diſtinxit magis criſpis (*c*). Caucalidem (*d*) conceptui prodeſſe docuit. Ocimum vituperavit (*e*). Juniorem aliquem CHRYSIPPUM fuiſſe ſuſpicor, cujus malagma CELSUS habet (*f*).

METRODORUS huc pertinet, ſi ARISTOTELIS gener (*g*) fuit, & ERASISTRATI præceptor, CHRYSIPPI vero diſcipulus. Diverſum eſſe oportet ab auctore ῥιζοτομουμενον, quem poſteriori loco dicemus. Difficultatem facit locus ATHENÆI (*h*), in quo ERASISTRATEUS dicitur & amicus HICESII. Locum ejus de cucurbita idem ATHENÆUS conſervavit (*i*). An vere diverſus a METRODORO n. 9. Ab utroque hoc METRODORO juniorem ASCLEPIADIS ſectatorem oportet diſtinguere (*k*).

PHANIAS Lesbius, diſcipulus ARISTOTELIS ſcripſit περι φυτων (*l*). Seminis in malva formam placentam dixit (*m*). Monuit aliqua ſine ſemine & flore

(q) SEGUIER.
(r) BURETTE.
(s) EPIPHAN. *de hereſ.* L. I.
(t) PLIN.
(u) Le CLERC p. 292.
(x) LAERT. L. VII.
(y) PLIN. L. XXVI. c. 6.
(z) LAERT. L. VII.
(a) NICANDRI *ſcholiaſt.*
(b) PLIN. L. XX. c. 9. PLIN. VALERIAN. *de re medica* c. 29.
(c) PLIN. L. XX. c. 44.
(d) IDEM L. XXII. c. 40.
(e) IDEM L. XX. c. 48.
(f) V. c. 18.
(g) SEXTUS EMPIRICUS *contra mathem.* I.
(h) L. II.
(i) Ibid.
(k) GALEN. *fac. ſimpl.* I. c. 17. 33.
(l) ATHENÆUS L. II. & IX.
(m) L. II.

Digitized by Google

flore eſſe (*n*). Urticam laudavit (*o*), tum alimenti nomine, tum cibi. De cacto (*p*) etiam ſcripſit, de paſtinaca (*q*) & de leguminibus (*r*).

Apollodorus vixit imperante Ptolemæo Sotere ſeu Lagide, cui & libros dicavit (*s*). Scripſit περὶ φυτῶν (*t*). Braſſicæ (*u*) & raphani (*x*) ſuccum adverſus fungorum venena laudavit: Urticam etiam celebravit (*y*), & Eryngium (*z*). Idem forte fuerit, qui etiam *de venenatis beſtiis* ſcripſit, forte & idem, qui *de unguentis* (*a*) & *coronis* (*b*). Idem fuerit Apollodorus, cujus antidotum habet Galenus (*c*), & ex quo Heraclides medicamentum ſumpſit, in quo apium erat & cicuta (*d*).

Sed alii fuerunt Apollodori, qui aliqua ad plantas pertinentia ſcripſerunt. Apollodorus Tarentinus (*e*) raphani pariter ſuccum venenis oppoſuit. Alius Lemnius inter *ruſticæ rei* auctores (*f*) recenſetur. Apollodorum de vi cyperi citat *Pſeudo Macer* (*g*).

Diphylus Siphnius, medicus, Demetrii Poliorcetis (*h*) coævus, ab Athenæo potiſſimum citatus; ſcripſit *de iis, quæ ſanis & ægris offeruntur* (*i*). Exſtant ejus loca de cucurbita (*k*), ficu (*l*), lupinis (*m*), fungis (*n*), tuberibus (*o*), urtica (*p*), palma (*q*), caſtanea (*r*), cicere (*s*), prunis (*t*), earumque

(n) Ibid.
(o) Plin. L. XXII. c. 15.
(p) Athenæus L. II.
(q) Idem L. IX.
(r) Ibid.
(s) Strabo.
(t) Nicandri Scholiastes.
(u) Plin. L. XX. c. 34.
(x) Idem L. XX. c. 13.
(y) Idem L. XXII. c. 15.
(z) Idem L. XXII. c. 8.
(a) Athenæus L. XV.
(b) Idem ibid.
(c) *Antidot.* II. c. 15.
(d) Ibid. c. 13.
(e) Plinius L. XX. c. 13.
(f) Varro L. I. c. 1.
(g) p. 76. b.
(h) Athenæus β.
(i) Athenæus paſſim.
(k) Idem L. 2.
(l) Idem L. 2.
(m) Ibid. L. 3.
(n) Ibid. L. 2.
(o) Ibid.
(p) Ibid.
(q) L. 14.
(r) L. 2.
(s) Ibid.
(t) Ibid.

Digitized by Google

earumque uſu. Fungorum malignorum ſymptomata vomitu excitato (*u*) ſanat. Staphylini radicem ait (*x*) ad venerem facere. Colocaſiam (*y*) laudat & malvam (*z*).

Dieuches *de parandis medicamentis* (*a*) ſcripſit, fere hujus ævi medicus; & de braſſica (*b*); ſuccum aniſi ad lumborum dolores adhibuit (*c*). Staphylinum ad lienis (*d*) morbos laudavit, & jecoris, ipſumque volvulum. Ut oxymel temperaverit, apud Plinium videas (*e*). De pane locum habet Oribasius (*f*), quo docet, ut recte coquatur, & de polenta (*g*). Leniter alvum ducentia recenſet (*h*) braſſicam, lenticulam, &c.

Diocles Carystius illuſtris medicus, ex Aſclepiadum gente, alter fama ab Hippocrate (*i*), coævus fere Theophrasto fuit, ſi genuina eſt epiſtola ad Regem Antigonum (*k*), quam habemus, paſſim recuſam. Eum Antigoni fuiſſe ſucceſſorem Alexandri neceſſe eſt, cum Diocles ante Praxagoram vixerit. Scripſit ῥιζοτομούμενα (*l*), in quibus, ut videtur, alterum deſcripſit hippomarathrum (*m*), longiori folio, coriandri ſemine, ut etiam novas aut non vulgares plantas videatur inveniſſe. Amaracum (*n*) dixit, quæ Sampſuchus Ægyptiis. Cucumerum decocto vomitum movebat (*o*). Scripſit etiam libros *de ſanitate tuenda* (*p*) ad Plistarchum, quorum fragmenta paſſim apud Oribasium (*q*) ſuperſunt, & *de alimentorum præparatione* (*r*). Plantis enim fere in medicina facienda uſus eſt (*s*) ut priores. His in libris videntur ea effata contineri, quæ de plantis ad victum humanum pertinentibus ſuperſunt. Panicum mel frugum dixit (*t*). Atriplicem (*u*) de cibis

(u) Ibid.
(x) L. 9.
(y) L. 2.
(z) Ibid.
(a) Oribas *collect.* L. IV. c. 7.
(b) Plin. L. XX. c. 9.
(c) Idem L. XX. c. 73.
(d) Idem L. XX. c. 15.
(e) L. XXIII. c. 29.
(f) *Collect.* IV. c. 5.
(g) Ibid. c 6. L. VIII. c. 42.
(h) L. VIII. c. 42.
(i) Plin. L. XXVI. c. 6. Icon hujus viri exſtat in *bibliothecæ Vindobonenſis* codice Dioscorideo, in L. II. Lambecii, & apud Nessel. III. p. 25. 35. 44. 51.
(k) Conf. le Clerc, Schulze p. 337. &c.
(l) Scholiastes Nicandri.
(m) Plin. L. XX. n. 96.
(n) Idem L. XXI. n. 23.
(o) Oribas *collect.* L. VIII. c. 22.
(p) Athenæus L. III. IV. VII. IX. Galen. *de facultat. aliment.* L. I. c. 13. 28. & alibi.
(q) *Synopſ.* L. V. c. 31. 33.
(r) Oribas *collect.* L. IV. c. 3.
(s) Plin. L. XXVI. c. 6.
(t) Plin. L. XXII. c. 63.
(u) Idem L. XX. c. 83.

Digitized by Google

cibis repudiavit. Rapa laudavit (*x*), & allium (*y*), & halicacabum (*z*), & ſiſer erraticum, ad venerem hoc & ad urinam ciendam (*a*). De amygdalis (*b*) etiam egit, & de cicuta (*c*), deque cucurbitis (*d*). Recenſet ea, quæ alvum emolliunt (*e*). De oleo locum habet GALENUS (*f*).

Epiſtola, quam diximus, *ad victus rationem* pertinet. Eam per anni tempora dividit, & plantas fere habet, quas HIPPOCRATES. Ea paſſim exſtat recuſa, etiam in *J. Alberti* FABRICII *bibliotheca græca* (*g*). MIZALDUS edidit Paris anno 1573. ALDUS ſuo PAULO adjecit c. 100. L. I. Cum editione ſcholæ Salernitanæ prodiit Haag anno 1683. 12. Cum Praxi medicinæ Venet. anno 1545. 8°.

De *medicamentis* etiam *lethalibus* (*h*) ſcripſit. Medicamentum ejus ad ſanguinis ſputum, poſt aliquot ſecula, ab ASCLEPIADE juniori repetitur (*i*).

PRAXAGORAS Cous, & ipſe ASCLEPIADES, diætetica aliqua reliquit (*k*), quæ interierunt. Succum raphani iliacis commendabat (*l*). Malorum ſuccum rodentem vocavit (*m*). Stirpibus & ipſe fere in medicina facienda uſus eſt (*n*); ſcripſit etiam de veneno pharico (*o*).

PLISTONICUS, PRAXAGORÆ diſcipulus, Ellebori (*p*) uſum ad cœliacam emendavit. Ocimum adhibuit (*q*) adverſus colicos dolores. Raphani ſucco, ut PRAXAGORAS (*r*), utebatur.

PHILOTIMUS, & ipſe PRAXAGORÆ diſcipulus, *de alimentorum facultatibus* (*s*) libros XIV. ſcripſit, tum *opſartyticon* ſeu *de obſoniis* (*t*). De cerealibus,

(x) IDEM L. XX. c. 83.
(y) Adverſus hydropem & phrenitidem PLIN. L. XX. c. 23.
(z) IDEM L. XXV. c. 105.
(a) IDEM L. XX. c. 17.
(b) ATHENÆUS β.
(c) Ibid.
(d) Ibid.
(e) ORIBAS *collect.* L. VIII. c. 41.
(f) *Facultat. ſimplic.* L. II. c. 5. 6. 18. 19.
(g) L. XII. p. 585.
(h) ATHENÆUS L. XV.
(i) GALEN. *compoſ. med. ſec. loc.* L. VII.
(k) GALEN. *facult. alim.* I. c. 13.
(l) PLIN. L. XX. c. 12.
(m) ATHENÆUS L. III.
(n) PLIN. L. XXVI. c. 6.
(o) SCHOLIASTES NICANDRI.
(p) ORIBAS *collect.* L. VII.
(q) PLIN. L. XX. c. 48.
(r) IDEM L. XX. c. 12.
(s) ATHENÆUS L. III. GALENUS *aliment. facult.* c. 31. &c. ORIBASIUS *collect.* II. c. 69.
(t) ATHENÆUS.

Digitized by Google

libus, & fuſe quidem egit, GALENO teſte (*u*), de aliis parcius. Sed & legumina (*x*) dixit, & mala (*y*), nuces Sardianas, ficus, malum perſicum; carnes (*z*) demum. Placita PRAXAGORÆ perpoliviſſe dicitur, ſed hæc omnia, præter exigua aliqua fragmenta interierunt (*a*). De milio condiendo breviuſculum locum ORIBASIUS habet (*b*).

MNESITHEUS Athenienſis, non ſatis certi ævi auctor, *de coronis* (*c*) ſcripſit, & *de alimentorum facultate* (*d*), & *de eduliis* (*e*). Dulcia & ſalſa alvum ducere docuit, amara urinam, acerba ſiſtere (*f*). De braſſica locus apud ORIBASIUM ſupereſt (*g*). Cepas, ait, in principio peripneumoniæ utiliter ceſſiſſe, cum ex deſiderio æger eis uſus eſſet (*h*). Nuces Euboicas, ſive caſtaneas (*i*), damnavit. De pomis etiam egit (*k*), de cerealibus (*l*), de radicibus (*m*), medice ubique. Hellebori incommoda recenſuit (*n*) apud ORIBASIUM.

§. XIII. *Non ſatis certi ævi Scriptores.*

Horum tempora non reperi, ſive quod ignorentur, ſive quod me latuerint.

BOLUS ſeu DOLUS Mendeſius, nam utroque modo legitur, poſt THEOPHRASTUM (*o*) vixit, cujus locum ex IX. Lib. *hiſtoriæ plantarum* citaverit (*p*), etſi ab aliis pro antiquiori habetur. Scripſit *de remediis phyſicis* (*q*) & ὑπομνήματα, quæ etiam DEMOCRITO (*r*) adtributa fuerunt. Aliqua ejus artificia hortenſia COLUMELLA conſervavit (*s*). Pythagoræum vocat SUIDAS (*t*) & titulum

(u) GALEN. *facult. aliment.* L. I. c. 13.
(x) Conf. GALENUM.
(y) ATHENÆUS L. III.
(z) GALEN. *facult. aliment.* L. III. c. 30. 31. 32.
(a) IDEM I. c. 13.
(b) *Collect.* L. IV. c. 10.
(c) PLIN. L. XXI. c. 9.
(d) GALEN. *facult. aliment.* I. c. 13. ORIBAS *collect.* L. II.
(e) ATHENÆUS 3. VARRO apud GELLIUM I. c. 13.
(f) ATHENÆUS L. III.
(g) *Collect.* L. IV. c. 4.
(h) PLUTARCHUS *quæſt. natural.* ATHENÆUS L. III.
(i) ATHENÆUS L. III.
(k) IDEM ibid.
(l) GALEN. *facult. anim.* I. c. 13.
(m) IDEM L. II. c. 61.
(n) ORIBAS *collect.* L. VIII. c. 9.
(o) STEPHANUS apud REINESIUM *var. lect.* p. 122. CONRINGIUS.
(p) De ovibus in Naxo felle carentibus ex uſu Abſinthii STEPHANUS Byzantinus in Abſinthio.
(q) SUIDAS p. 450.
(r) COLUMELLA L. VIII. c. 5.
(s) L. XI.
(t) L. c.

titulum dat librorum *περι θαυμασιων φυσικα δυναμερα*, & *περι συμπαθειων και αντιπαθειων*. DEMOCRITEUM vocat STEPHANUS.

MAGO Carthaginienſis florente ea Republica vixit, qua deſtructa Romani (*u*) ejus opera inter opima ſpolia reportaverint: certa ætas ignoratur. Scripſit libros 28. *de re ruſtica*, punica lingua, quos ex ſenatus conſulto Romani latine reddiderunt (*x*), DIONYSIUS Uticenſis græce interpretatus eſt, neque unquam ſine plurima laude aut VARRO (*y*) citat, aut COLUMELLA (*z*). In epitomen ſex librorum convertit DIOPHANES (*a*). Fragmenta in veterinariorum collectione ſuperſunt: & ad vitium cultum aliqua (*b*), tum de paſſo (*c*), & de fecunditate mularum in Africa (*d*) apud COLUMELLAM, alia apud PALLADIUM.

IOLAUS Bithynus (*e*), non mediocris auctor, laudes GALENI (*f*) meritus & DIOSCORIDIS (*g*); ſcripſit *de herbarum* facultatibus. Opium recte ait parari ex caule nigri papaveris, quando marceſcit (*h*). Medicamentum ſepticum ex charta uſta, ſandaracha, & auripigmento factum CELSUS habet (*i*).

CHÆREAS Athenienſis inter probatiſſimos rei ruſticæ auctores a COLUMELLA recenſetur, dictus etiam VARRONI. De carduorum facultatibus locum PLINIUS (*k*) habet, de vino babylonio ATHENÆUS (*l*).

SOLON Smyrnæus ſcripſit *de re herbaria*, & de victus ratione (*m*). Adjecit malvis bulapathum (*n*), dyſentericis utile. Non bene negavit, in Italia atriplicem naſci (*o*).

PHILONIDES medicus (*p*) Dyrrachenus, idem forte, qui de *coronis* & *unguentis* ſcripſit (*q*). Ex PHILONIDE malagma ANDROMACHUS habet apud

(u) COLUMELLA init.
(x) Ibid.
(y) L. I. c. 1.
(z) Locis paulo poſt citatis.
(a) Apud VARRONEM.
(b) COLUMELLA L. V. c. 5.
(c) L. XII. c. 39.
(d) L. VI. c. 36.
(e) SCHOLIASTES NICANDRI.
(f) *Antidot.* L. I. c. 2. Si idem eſt JOLLA.
(g) A principio.
(h) PLIN. L. XX. c. 76.
(i) L. VI. c. 6.
(k) L. XX. c. 99.
(l) L. II.
(m) GALEN. *de compoſit. medicament. ſecund. loc.* L. III.
(n) PLIN. L. XX. c. 86.
(o) IDEM L. XX. c. 83.
(p) NICANDRI SCHOLIASTES.
(q) ATHENÆUS L. XV.

Digitized by Google

GALENUM (*r*). Sed is fuerit PHILONIDES Ennæus ASCLEPIADEUS (*s*), cujus diſcipulus fuit PACCIUS ANTIOCHUS (*t*), & qui idem de ſecta ASCLEPIADIS fuit. EJUS de helleboro locum citat DIOSCORIDES.

ASCLEPIODORUS Alexandrinus magna diligentia & vulgares plantas conquirebat, & rariſſimas (*u*), multum SUIDÆ laudatus.

EVENOR medicus *curationum* libros ſcripſit, quibus facultates medicæ plantarum traduntur. Aniſi ægyptii radicem tuſam ad epiphoras renumque morbos imponebat (*x*), & halicacabum laudavit (*y*).

DALION medicus ex eodem aniſo cataplaſma parturientibus imponebat (*z*).

SOSIMENES *de medicina ex re herbaria* ſcripſit, & induratis partibus aniſum imponebat cum aceto (*a*).

TLEPOLEMUS & ipſe aniſum ad quartanas febres adhibebat (*b*).

AGATARCHIDES *de herbarum natura* &. facultatibus, & potiſſimum *de Helleboro* ſcripſit, auctoritate non optima epiſtolarum, quæ Catanenſibus tribuuntur.

MNESIDEMUM (*c*) de papavere citat DIOSCORIDES.

ARISTOGENIS THASII libros XXIV. inter quos lib. *περι διαιτης* SUIDAS citat.

HERODOTUS Lycius ſcripſit de ficubus.

CHRYSIPPUS Tyaneus *artopojeticon* ſcripſerat (*d*).

GLAUCIDES *de malis* egit (*e*).

XENOPHANES de natura ceraſorum ſcripſit (*f*)

MITHÆCUS *opſartyticum* (*g*) reliquit, & *ficulorum opſoniorum adparatum*, quo libro de caricis egit (*h*).

STEPHA-

(r) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(s) EX STEPHANO BYZANTINO.
(t) MARCELL. p. 20.
(u) SUIDAS p. 352.
(x) PLIN. L. XX. c. 73.
(y) IDEM L. XXV. c. 105.
(z) IDEM L. XX. c. 73.
(a) IDEM l. c.
(b) IDEM ibid.
(c) L. IV. c. 60.
(d) ATHENÆUS L. II.
(e) IDEM ibid.
(f) POLLUX p. 590.
(g) ATHENÆUS L. VII. SUIDAS.
(h) L. XII. POLLUX L. VI. *sm.* 70.

Digitized by Google

STEPHANUS eſt inter *opſartyticos* (*i*) auctores, & ZOPHIRINUS (*k*), & ACESTIUS (*l*), & PAXAMUS (*m*), & AGIS (*n*).

PETRICHUS in carmine caucalidem dixit valere contra venena beſtiarum marinarum (*o*), eamque juſſit illinire. Scripſit *ophiaca*.

DIAGORAS *de plantarum virtute* ſcripſit. E nigri papaveris caule opium fieri reliquit, ſi caulis, dum augeſcit, incidatur (*p*). Damnabat opium (*q*).

DOROTHEUS in carminibus chondrillam laudavit (*r*). Diverſus fuerit a DOROTHEO Helio antidotorum ſcriptore (*s*).

EUMACHUS Corcyreus ῥιζοτομικὰ dedit (*t*).

PHILISTION, quem non credo vetuſtiſſimum empiricum eſſe, ocimum cœliacis exhibebat (*u*). De *medicinis ſubſtitutis* ſcripſiſſe GALENUS.

APOLLONII multi fuerunt (*x*), quorum opera noſtro ævo vix credo ſeparari poſſe.

Pergamenus (*y*) & alter Lemnius (*z*) APOLLONIUS a VARRONE laudatur inter auctores rei ruſticæ.

APOLLONIUS Myccrides *de coronis* ſcripſit & unguentis (*a*). Fuit & APOLLONIUS Memphiticus ex ERASISTRATI ſecta, cujus medicamentum ab HYBRISTE deſcriptum GALENUS habet (*b*). Fuit & Citienſis (*c*) APOLLONIUS, & A. GLAUCUS (*d*).

GALENICUS ille APOLLONIUS alius videtur & poſterioris ævi.

(i) L. XII.
(k) Ibid.
(l) Ibid. POLLUX L. VI. n. 70.
(m) POLLUX l. c.
(n) ATHENÆUS L. XII.
(o) PLIN. L. XXII. c. 40. 96.
(p) PLIN. L. XX. c. 76. DIOSCORIDIS IV. c. 60. ex ERASISTRATO.
(q) Ibid.
(r) PLIN. L. XX. c. 45.
(s) Eum citat GALENUS *antidot.* L. II. c. 15.
(t) ATHENÆUS L. XV.
(u) PLIN. L. XX. c. 48.
(x) Duos medicamentorum inventores CELSUS recenſet VII. c. 1.
(y) L. I. c. 1.
(z) Ibid.
(a) PLIN. L. XX.
(b) Habet & L. II. c. 15. Nominat cum AURELIANUS *Chron.* III. 8.
(c) IDEM *Chron.* I. c. 4. L. III. c. 4.
(d) *Chron.* IV. c. 1.

AGATHOCLES *de diæta* (e) ſcripſit, & ſonchum adverſus venenatum tauri ſanguinem laudavit. Exſtitit etiam AGATHOCLES CHIUS (*f*), qui *de re ruſtica* egit.

EUDEMUS pharmacopola PLINIO dictus eſt, ejusque de oleribus locus ab ATHENÆO (*g*) citatur, an idem prius dicto (*). Quatuor genera betæ perite diſtinxit. Perantiquum & SOCRATI coævum GESNERUS fecit (*h*). Ex EUDEMO ſeniore medicamentum ad dyſenteriam repetiit ANDROMACHUS (*i*) junior. Junior alter, infelix culpa ſua, dicetur, LIVILLÆ adulter.

ARISTOMACHUS Athenienſis in lib. περι φυτων (*k*) cytiſum laudavit (*l*).

MENANDER *biochreſta* (*m*), de agri & herbarum cultu dedit; ſed duo fuerunt MENANDRI rei ruſticæ auctores, Pryenneus & Heracleotes (*n*).

TRYPHIODORUS Alexandrinus (*o*) φυτικα edidit.

AMERII Macedonis ῥιζοτομικα citantur apud ATHENÆUM (*p*).

ALCIBIUS Alcibii repertor fuit.

CONILUS plantæ Conili.

EPACTER, & PHARICUS, & PROMENUS, & EPAENETUS de oleribus a SCHOLIASTE NICANDRI citantur, iſte etiam ab ATHENÆO & inter ὀψαρτυτικης auctores (*q*).

GLAUCON (*r*) Bupleurum laudavit ob vires medicas.

TIMARISTUS in carmine Halicacabum (*s*) ad dentium dolores, & alia mala commendavit.

DORIONIS *georgica* ATHENÆUS (*t*) nominat.

PAMPHILUS botanicus (*u*) ſuperſtitione ſua eminuit. HERMETIS libris de herbis certis diis dicatis multum utebatur. Hiſtoriam herbarum ſcripſit, ſecun-

(e) SCHOLIASTES NICANDRI.
(f) PLIN. L. XXII. c. 44.
(g) L. IX.
(*) p. 29.
(h) *Bibl.* p. 188. ex ſuſpicione.
(i) GALEN. *medicament. compoſ. ſec. loc.* L. IX.
(k) PLIN. L. XIII. c. 17.
(l) IDEM L. XIII. c. 47.
(m) PLIN. L. XIX. XX.
(n) VARRO *init.* COLUM. *init.*
(o) ATHENÆUS L. I.
(p) IDEM L. XV. c. 8.
(q) L. XIV.
(r) PLIN. L. XXII. c. 35.
(s) IDEM L. XXV. c. 105.
(t) L. III.
(u) GALEN. paſſim.

Digitized by Google

ſecundum alphabeti literas, & barbara nomina adjecit (*x*). Icon viri eſt in codice DIOSCORIDEO (*y*). An IDEM, qui de hydnophyllo ſcripſit? (*z*) Plantas ignoraſſe GALENUS (*a*), & deſcripſiſſe alias nemini notas (*b*). Vixit poſt NICANDRUM, cum in ophiaca ſit commentatus (*c*). Sed vide ſuo loco.

PAMPHILUS Grammaticus idem, num alius? georgicorum libros tres reliquit (*d*). Ad eum refert LAMBECIUS fabulas Geoponicorum Libri IX. & XI. (*e*), quæ mihi NESTORIS eſſe videntur, cujus ſimilis fabula cum nomine citatur (*f*). Habet & alia vana, ut numerum quinarium, ſenarium, ſeptenarium, novenarium ſeminum (*g*). De putatione vitium (*h*) egit. Vinum odoratum facere (*i*) docet myrrha, œnanthe, aromatibus: inter ea aſari folia nominat. Damaſcenorum (*k*), ceraſorum (*l*) plantatio & cura apud eum reperitur; ut ſemina ex longinquo advecta comprehendant (*m*). Animalia etiam adtigit, & eſt inter mulomedicos. De eo dico, qui eſt inter Geoponicos.

Alius PAMPHILUS Romæ medicinam fecit, & in curanda mentagra multum lucratus eſt (*n*). GALENUS PAMPHILUM μιγματοπωλην vocat (*o*).

Marcus Terentius VARRO longum dat cenſum auctorum rei ruſticæ, quorum opera undique interierunt.

Huc PHILOCHUS Athenienſis; ANAXIPOLIS Thaſius; ARISTOPHANES Malleotes; BACCHIUS Mileſius, ruſticorum auctor; CHÆRESTEUS Athenienſis; DIODORUS Priennæus; DION Colophonius; DIOPHANES Nicenſis; EPIGENES Rhodius; EVAGES Thaſius; EUPHRANII duo; HEGESIAS Maronites; NICESIUS Maronites; PYTHION Rhodius; MENECRATES Epheſius, idem poëta.

Aliorum ne patria quidem cognita eſt, quos enumero. ANDROTION; ÆSCHRION (*p*); ARISTOMENES; ATHENAGORAS; CRATES; DADIS; DIONYSIUS;

(x) IDEM *ſimpl. facult.* L. VI.
(y) LAMBEC. L. II. p. 530. 537.
(z) ATHENÆUS β.
(a) *Simplic. facult.* L. VI. init.
(b) Ibid.
(c) SUIDAS.
(d) IDEM.
(e) L. II. c. 7. p. 145.
(f) L. XII. c. 16.
(g) II. c. 20.
(h) V. c. 23.
(i) VII. c. 20.
(k) L. X. c. 39. 40.
(l) C. 41. 42.
(m) C. 86.
(n) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. V.
(o) IDEM l. c. L. VII. c. 3.
(p) Etiam PLINIUS c. 8.

Digitized by Google

NYSIUS; EUPHITON; EUPHORION; LYSIMACHUS; MNASEAS (*q*); MENOSTRATUS; PLEUTIPHANES; PERSIS; THEOPHILUS (*r*);

Addas ex COLUMELLA Athenienſes ARISTANDRUM, AMPHILOCHUM, EUPHRONEM, CHRESTUM; ANTIGONUM Cyrenæum; CLEOBULUM.

§. XIV. *Herophilus & Coævi.*

HEROPHILUS Chalcedonius, PRAXAGORAM audivit (*s*), & vixit Alexandriæ vir inter anatomicos primi ordinis. Stirpium etiam vires medicas ſummo ſtudio requiſivit (*t*), ex quibus ſua fere remedia ſumebat, illecebri (*u*) audax propinator, & magnarum compoſitionum laudator, quæ ab eo ævo invaluerunt (*x*). In DIOSCORIDE Aniciano inter principes botanicos pingitur. HIEROPHILI philoſophi liber *de facultatibus* (*y*) *alimentorum* in bibliotheca Vindobonenſi latet, & in Pariſina (*z*), qui forte fuerit HEROPHILI. Medicamenta ejus aliqua ad poſteros deſcenderunt, ut ad ſanguinis rejectionem, quod ex ANDROMACHO GALENUS repetit (*a*).

HICESIUS (*b*), HEROPHILI diſcipulus, ſcripſit *de alimentorum materie* (*c*) & *de unguentaria* (*d*), & de herbaria in univerſum περὶ τῆς τῶν φυτῶν ὕλης (*e*). Ex eo de violis locum ATHENÆUS habet (*f*). de leucacantha PLINIUS (*g*). Emplaſtrum Iceſii GALENUS habet (*h*) & AURELIANUS (*i*). Annon idem HICESIUS Smyrnæus ex ERASISTRATI ſecta, cujus nummos habet R. MEAD.

SERAPION Empiricus, inter ejus ſectæ principes fuit: ſcripſit *de medicamentis facile parabilibus*, cujus libri fragmenta a CÆLIO conſervantur. Malagma ad

(q) Mileſium facit COLUMELLA.
(r) Iſtos etiam COLUMELLA habet.
(s) GALEN. *method medend.* I. c. 13.
(t) PLIN. L. XXV. n. 2.
(u) IDEM L. XXIV. c. 5.
(x) CELSUS præf. L. V.
(y) LAMBEC. L. VI. P. 2. p. 125.
(z) Apud FABRICIUM.
(a) *Compoſ. ſec. loc.* L. VII.
(b) Nominatur a LAERTIO L. V. fin.
(c) ATHENÆUS L. VII. paſſim.
(d) IDEM L. XV.
(e) Ibid.
(f) Ibid.
(g) L. XXII. c. 16.
(h) *Compoſ. ſec. loc.* L. V.
(i) *Chron.* V. c. 1.

Digitized by Google

ad malum iſchiadicum (*k*), aliud ad nervorum vulnera (*l*), & aliud adhuc emplaſtrum (*m*). ASCLEPIADES apud GALENUM habet. Nummum SARAPIONIS Smyrnæi MEADIUS ſculptum dedit.

PHILINUS & ipſe Empiricus *de plantis* ſcripſit. Medicamentum PHILINI ex ANDROMACHO GALENUS repetit (*n*).

ZENO Herophileus (*o*) καμμαρον cicutam eſſe ſcripſit, aut certe pharmacum refrigerans, cicutæ ſimile (*p*). Sonchi albi radicem adverſus ſtranguriam adhibet (*q*). Ingenio, quam ſcriptis, clarior fuit (*r*).

ANDREAS inter Herophileos cenſetur, qui de herbis aliqua ſcripſit (*), ob ſuperſtitionem (*s*) & alia vitia (*t*) a GALENO damnatus, ut vanus homo & mendax, & plantarum ignarus; adſeclas tamen ſuos habuit (*u*). Ejus ναρθηξ a CLERICO & SCHULZIO pro pharmacopea portatili habetur (*). Laſer (*x*) ad ciborum coctionem adjuvandam laudavit, ex orientalium ſententia. Opium Alexandriæ monuit adulterari (*y*). Ejus exſtat ad ulcera cancroſa medicamentum (*z*), & ſplenicum (*a*), in quo myrica & galbanum, malagma ad malum iſchiadicum (*b*), medicamentum ad oculos CELSUS (*c*) habet.

CHRYSERMUS Herophileus (*d*) Aſphodeli commoda expoſuit (*e*). Medicamentum CHRYSERMI GALENUS habet, quod ſcylla ingreditur & radix bryoniæ (*f*).

MANTIAS,

(k) *Compoſ. ſec. loc.* L. X.
(l) Ibid. L. VI.
(m) ID. *Sec. gener.* L. VI.
(n) GALEN. *Compoſ. ſec. loc.* L. VII.
(o) GALEN. *ſimpl. fac.* L. I. c. 27.
(p) EROTIANI *lex* p. 31.
(q) PLIN. L. XXII. c. 46.
(r) LAERT. L. VII.
(*) EPIPHAN. *hæreſ.* L. I. add. APULEI c. 63. 67. 68.
(s) GALEN. *ſimpl. fac.* L. VI. init.
(t) IDEM ibid. Nihil ſimile CELSUS L. V. præf.
(u) CÆL. AUREL. *acut.* III. c. 12.
(*) Apud NICANDRI *Scholiaſten in Theriac.*
(x) PLIN. L. XXII. c. 19.
(y) PLIN. L. XX. c. 76.
(z) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. IV.
(a) IDEM *comp. ſec. loc.* L. IX.
(b) IDEM ibid. L. X. CELSUS L. V. c. 18.
(c) L. VI. c. 6.
(d) SEXTUS *Pyrrh.* I. 24.
(e) PLIN. L. XXII. c. 32.
(f) *Compoſ. ſec. loc.* L. IX.

Digitized by Google

MANTIAS, HEROPHILI ſectator (*g*), præceptor HERACLIDIS (*h*), non paucorum voluminum auctor (*i*). Scripſit *de iis, quæ ſecundum locos* (*k*), & *de purgantibus* & *clyſmis* (*l*), & meliora protulit, quam priores (*m*), plurimaque bona remedia primus deſcripſit (*n*). Addit tamen GALENUS, eorum, quæ inveniſſet, nuperos omiſiſſe, quæ minus haberent efficaciæ (*o*), & meliora conſervaſſe. MANTIÆ attalica antidotus adverſus vomitum ſupereſt apud GALENUM (*).

Junior alius MANTIAS pharmacopola fuit (*p*).

HERACLIDES Tarentinus (*q*), MANTIÆ diſcipulus, Vir illuſtris (*r*), & etiam GALENI laudes meritus (*s*), etſi ad Empiricos tranſiit (*t*), quibus GALENUS adprime infenſus fuit. Materiem, quæ vocatur medica, peculiari ſtudio ſibi ornandam ſumſit. Multa volumina (*u*), & inter ea *Convivium* ſcripſit (*x*), in quo varia excuſſit ad *victus rationem pertinentia*, & *de medicamentis, eorumque ſelectu & optima præparatione* (*y*). Citantur libri ad ASTYDAMANTEM (*z*). Optima medicamenta & expertiſſima (*a*) deſcripſit (*b*), nec alia, niſi quæ ipſe eſſet expertus (*c*). Multa ejus medicamenta (*d*) ad poſteros pervenerunt, ut ocularia (*e*): Iceſium nigrum emplaſtrum (*f*): Malagma ad ulcera chironia (*g*); ad dentium mala (*h*), & Lichenes (*i*). Ad eruptionem ſanguinis de naribus medicamenta præſcripſit, & ligaturam brachiorum (*k*). Anti-

(g) Ibid. c. VI.
(h) Ibid. & *ſec. gener.* L. II.
(i) *Compoſ. ſec. gener.* L. II. init.
(k) GALEN. *facult. ſimplic.* L. VI. c. 1.
(l) Ibid.
(m) *Compoſ. ſec. loc.* L. VII. add. *Compoſ. ſec. gener.* L. III. Non mediocribus viris accenſet *ſec. loc.* L. II.
(n) *Compoſ. ſec. gener.* init. *ſec. loc.* L. VI.
(o) *Compoſ. ſec. gen.* L. II. c. 5.
(*) *Compoſ. ſec. loc.* L. VIII. c. 3.
(p) GALEN. ibid. L. IV.
(q) PLIN. L. XX. c. 73. LAERT. L. V. fin.
(r) CÆL. *acut.* I. c. 17.
(s) *Antidot.* L. I. c. 2. *facult. ſimplic.* L. VI. init. *Compoſ. ſec. loc.* VII. & II.
(t) *Compoſ. ſec. loc.* L. VI.
(u) Ibid.
(x) ATHENÆUS L. II. III.
(y) GALEN. *med. ſimpl.* L. VI. præf.
(z) GALEN. *Antidot.* II. c. 3.
(a) *Compoſ. med. ſec. loc.* L. VI. &c.
(b) *Compoſ. ſec. gener.* L. III. & II. init. *ſec. loc.* VI. VII.
(c) GALEN. *compoſ. per gener.* L. IV. c. 7.
(d) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. VI.
(e) IDEM ibid. L. IV.
(f) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. V.
(g) IDEM ibid. L. IV.
(h) *Sec. loc.* L. V.
(i) *Med. ſec. loc.* L. V.
(k) *Med. compoſ. ſec. loc.* L. III. fin.

Digitized by Google

Antidotus (*l*), ejus in qua ſcylla (*m*), & enneapharmacos (*n*), & ad phalangia (*o*) alia ſupereſt, & catapotium ad ſomnum ciendum (*p*). Etiam ad coſmetica deſcendit (*q*), & pſilothra & pſorica (*r*), adque papulas faciei. Medicamentis indulgebat compoſitis. Præferebat potentiora medicamenta, ut elaterium, opium, cicutam, hyoſcyamum, ſcammonium. Adverſus phalangia medicamenta duo dat, in quorum altero cicuta eſt & opium (*s*). Aniſum ad duas drachmas adverſus ventriculi inflammationes propinabat(*t*). Teutlophacon olus ſanis perinde dabat & ægris (*u*). Eryngium & elaterium dabat adverſus toxica (*x*). Vomitum in angina movebat medicamento, quod in cupreo vaſe ſteterat (*y*).

Glauciam Schulzius etiam poſt Herophilum ponit. Sed duo fuerunt Glauciæ: alter Aristoteli coævus, infelix Hephæstionis medicus: alter recentior, cujus putem eſſe librum *de Carduis* (*z*) diligenter ſcriptum. Idem boletos ſtomacho utiles (*a*) eſſe, contra receptam ſententiam docuit: Dracontium ſylveſtre ad Arum reduxit (*b*). Colocaſiæ uſum leniendi fine laudavit (*c*).

Apollonius Mys, Herophili (*d*) & ipſe diſcipulus, ſcripſit *de facile parabilibus medicamentis* (*e*), & ejus exſtat adverſus venena remedium, quo dicitur Nicomedem Regem uſum eſſe (*f*). *De facultatibus medicamentorum* Celsus (*g*), qui idem forte opus intelligit.

G 2 §. XV.

(l) Heraclidis Philoſophi Alexander L. XI.
(m) *Compoſ. ſec. loc.* VII.
(n) *Antidot.* L. II. c. 15.
(o) Ibid. c. 3.
(p) Celsus l. V. c. 25.
(q) *Compoſ. ſec. loc.* L. I. c. 3.
(r) Ibid. L. IV. c. 5.
(s) Galen. *Antidot.* II. c. 3.
(t) Plin. L. XX. c. 73.
(u) Galen. *facult. aliment.* I. c. 18.
(x) Plin. L. XXII. c. 7.
(y) Cæl. Aurelianus.
(z) Plin. L. XX. c. 99.
(a) L. XXII.
(b) L. XXIV.
(c) L. XXI. c. 30.
(d) Plin. L. XX. Strabo L. XIV. Aurel. *acut.* II. c. 13. Idem, ut puto, Apollonius Herophileus Ejusd. *acut.* II. c. 28.
(e) Galenus paſſim. Multa *de medicamentis* ſcripſiſſe Celsus L. VII. c. 1.
(f) Galen. *Antidot.* L. II. c. 8.
(g) L. V. præf.

§. XV. *Eraſiſtratus.*

Magnus fuit medicus & anatomicus, & ipſe Juliade Cea natus (*h*). Alexandriæ vixit, CHRYSIPPI diſcipulus, ARISTOTELIS, ſecundum nonnullos, ex filio nepos. Plantis ad faciendam medicinam potiſſimum uſus (*i*), ſimplicia prætulit compoſitis (*k*), & opium (*l*), & flagitioſas (*m*) illas purgationes veterum deſeruit. Mitibus & refrigerantibus remediis indulgebat, & medicamentis deſtitutus horat ex facile parabilibus auxilia ſumere (*n*). Oportet de plantis ſcripſiſſe. Sententiam de ſcandice, malo olere (*o*), apud PLINIUM reperias. Οψαρτυτικα (*p*) etiam ſcripſit, ſeu de opſoniis (*q*). Aliqua ejus medicamenta ad poſteros pervenerunt, ut panchreſtos ad oculorum vitia (*r*). Compoſitio ad aures (*s*); liquida ad oculum (*t*). Braſſicam ſchola Eraſiſtratea (*u*) plurimi fecit, etiam ad ſanguinis ſputum. Lyſimachiam celebravit (*x*). Hedera chryſocarpo urinam duxit (*y*). Rubi ſucco ſe ipſum ſanavit (*z*).

Alius fuit ERASISTRATUS Sicyonius, cujus ad podagram fomentum GALENUS habet, quod hyoſcyamum recipit (*a*).

EPICURUS de plantis librum reliquit (*b*).

§. XVI. *Medicinæ in tres artes diviſio. Incrementa materiæ medicæ.*

Circa tempora HEROPHILI & ERASISTRATI medicina in tres artes abiit (*c*), & a diætetica, ſive curatione morborum internorum, Chirurgia ſeceſſit, & Pharmacia. Hæc diviſio rei herbariæ favit, cum Pharmacopolæ unico fini intenti, longe adcuratius ad herbarum cognitionem animum intenderint,

(h) SUIDAS.
(i) PLIN. L. XXVI. n. 6.
(k) PLUTARCH. *Sympoſiac.* IV. Sed indulſiſſe compoſitis CELSUS L. V. præf.
(l) L. XX. c. 76.
(m) GALEN. *purg. medic. facult.*
(n) GALEN. *compoſ. medicament. ſec. loc.*
(o) L. XXII. n. 38.
(p) ATHENÆUS L. XII. & VII.
(q) *Compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(r) Apud CELSUM & ORIBASIUM *Syn.* IV. & PAULUM, qui panchryſon vocat.
(s) CELS. L. VI. c. 7.
(t) AETIUS L. II. ſ. 3. c. 13.
(u) PLIN. L. XX. c. 13.
(x) IDEM L. XXV. c. 35.
(y) Ibid. L. XXIV. c. 48.
(z) *Compoſ. ſec. loc.* L. VI.
(a) Ibid. L. X.
(b) LAERTIUS.
(c) CELS. *Præf.* L. I.

Digitized by Google

derint, ut ex iis adparebit, quæ nunc monebimus. Oſtendemus pharmacopolas etiam ῥιζοτόμους dictos fuiſſe. Id autem medicinæ nocuit, quod medici principes ſtirpium curam neglexerint, & medicamenta a ſeplaſiis (*d*) parata ſumpſerint. Hactenus profuit, quod plantarum cognitio ad vulgum deſcenderit. Ex Creta potiſſimum inſula herbæ Romam mittebantur, & *herbarios* ibi CÆSARES aluerunt (*e*): neque unguentarius Romæ fuit, quin eas ex Creta miſſas herbas adgnoſceret (*f*), ſuccum etiam mandragoræ optimum (*g*) & hyoſcyami (*h*) ex Creta adferebant.

ATTALUS, ultimus Attalidarum, CATONI coævus (*i*), coluit in horto venena, hyoſcyamum, helleborum, cicutam, aconitum, dorycnium: earum plantarum ſuccum, ſemen, fructus ad experimenta adhibuit (*k*), adque vim antidotorum in reis explorandam. Eximia vero & unica hæc ratio eſt, qua poſſit ad veras ſtirpium facultates cognoſcendas perveniri. Medicamenta etiam componebat, ſæpe a veteribus citata, & bibliothecam ditiſſimam collegit. Attalicum emplaſtrum album ex ceruſſa, ab HERÆ nomine dictum, huic Regi GALENUS vindicavit (*l*); tum pamphilion, tum aliud ex ANDROMACHO. Attalum etiam emplaſtrum CELSUS habet (*m*). ATTALI Regis medicamentum ad icterum MARCELLUS (*n*) nominat. Eſt etiam inter *rei ruſticæ* ſcriptores.

Simile fere fuit MITHRIDATIS ſtudium (*o*), niſi quod præterea in corpore proprio venenorum vim expertus, efficaciam toxicorum conſuetudine ipſa ſuperaverit. Ejus Antidotum (*p*) & Theriacam GALENUS citat (*q*). Exſtat etiam ANTIOCHI PHILOMETORIS antidotus (*r*), & NICOMEDIS Regis (*s*). Denique etiam CLEOPATRA Ægypti Regina venenorum experimenta in hominibus reis & ſceleratis fecit (*t*).

G 3 §. XVII.

(d) PLIN. L. XXXIV.
(e) GALEN. *Antidot.* L. I. c. 5.
(f) Ibid.
(g) *Compoſ. ſec. gener.* L. I.
(h) Ibid.
(i) PLUTARCH. Demetr.
(k) GALEN. *Antidot.* I.
(l) *Compoſ. ſec. gen.* L. I.
(m) L. V. c. 19.
(n) p. 158.
(o) GALEN. *antidot.* L. I. ubi ATTALI experimenta cum ipſo communicat.
(p) CELSUS V. c. 23. A POMPEJO formulam Romam avectam Q. SERENUS SAMMONICUS c. 61. & PLINIUS L. XXIII. n. 77.
(q) *Antidot.* L. II. c. 9.
(r) GALEN. ibid. L. II. c. 15.
(s) C. 8.
(t) PLUTARCHUS in *Antonio.*

§. XVII. *Nicander.*

Hi ſcriptores omnes interierunt, NICANDRI aliqua ſuperſunt. Colophonius, Apollinis Clarii (*u*) ſacerdos, circa tempora ATTALI vixit, quem in deperdito libello ſit adlocutus, & qui habetur pro priori ATTALO (*x*), Galatonice, Pergami rege. Amiſſum eſt potiſſimum *Georgicorum* poëma, CICERONIS (*y*) laudes meritum, ex quibus pluſcula loca apud ATHENÆUM (*z*) ſuperſunt; de raporum præparatione (*a*); de ſinapi (*b*), de raphanorum cultu (*c*), de braſſica ſylveſtri & culta (*d*), de paſtinaca ſylveſtri (*e*), de violæ cum fabula (*f*), de caſtanearum nominibus (*g*), de noxiis fungis (*h*), de palmæ cerebro (*i*), de faba ægyptia (*k*), & longus de floribus & plantis coronariis (*l*) locus, denique de ſatione fungorum (*m*).

Multa alia ſcripſit, quæ perierunt. Tertius liber de epilepſia citatur ab AURELIANO (*n*). Supereſt poëma περι αλεξιφαρμακων, cujus alia eſt editio noſtra ab ea, quam PLINIUS legit (*o*): in ea enim Hippomarathrum deſiderabatur, quod in noſtris non omittitur. De poetica vi NICANDRI nunc omitto dicere. Deſcribit venena, eorum malos effectus, ex herbis quidem, Aconitum, Coriandrum, Cicutam, Ephemeron, Ulophonon, Dorycnion, Pharicum, quod poteſt compoſitum eſſe pharmacum, Hyoſcyamum, opium, fungos. Deſcriptio vix ulla, ſymptomata fuſe recenſentur, & magna farrago & incondita plantarum potiſſimum alexipharmacarum ſubjicitur.

Θηριακων aliquanto longius eſt poëma. Ad rem herbariam ob plantas pertinet, quas ad variarum beſtiarum morſus utiles eſſe credit; longa, incondita, & nullius fidei farrago: hactenus utilis, ut plantarum nomina teneas, & unam forte alteramve notam. DIOSCORIDES tamen multa videtur ex NICANDRO habere (*p*).

Ad

(u) *Alexiph.* verſ. II.
(x) Vid. FABRIC.
(y) *De Orator.* L. I.
(z) L. III.
(a) L. IV.
(b) L. IX.
(c) Ibid.
(d) Ibid.
(e) Ibid.
(f) L. XV.
(g) L. II.
(h) L. II. Citat in alexipharmacis.
(i) L. III.
(k) Ibid.
(l) L. XIV.
(m) L. II.
(n) *Chron.* III.
(o) L. XX. n. 96.
(p) C. GESNER præf. ad TRAG.

Digitized by Google

Ad hæc poemata exſtant erudita *Scholia* anonymi, ad hiſtoriam medicinæ & veterum auctorum minime inutilia, quibus etiam plantæ ipſæ uberius deſcribuntur.

Deinde Cl. *Angelus Maria* BANDINIUS ſuæ editioni addidit ex bibliotheca Vindobonenſi (*q*) & Medicea EUTECNII ſophiſtæ paraphraſin, ſatis inutilem.

Editiones ſunt, Græca Veneta anni 1499. fol. cum ſcholiis (FABRIC. SEGUIER) & Veneta anni 1506. fol. (SEGUIER.) Veneta apud ALDOS anni 1523. 8°. * cum ſcholiis, vel ſi mavis 4°. nam dubium eſt.

Tum alia Coloniæ anni 1530. 4°. pariter cum ſcholiis. *

Latina proſa J. LONICERO vertente Colon. anno 1531. 4°. cum aliquibus ſcholiis (BANDIN.) Proſaico etiam ſermone verſa a *Jaymo Pedro* ESTEVE Valentino Valentiæ anno 1552. 8°. (BUMALD.)

Carmina latina, *Euricio* CORDO auctore Francof. anno 1532. 8°. & Helmſtat. anno 1614. 8°.

Iterum carmine latino a J. GORRHÆO reddata Paris anno 1566. fol. (SEGUIER ſi recte intelligo), & Paris anno 1622. fol. cujus alias editiones continuo dicam.

Græca & latina cum GORRHÆI poetica verſione. Alexipharmaca quidem Paris anno 1549. 8°. (BODL.) Theriaca Paris anno 1557. 4°. (B. Bern.) & totum opus anno 1557. 4°. (B. Bern.) cum notis GORRHÆI, cui editioni ſcholiaſtes vetus acceſſit, latine non verſus.

Græce & latine cum verſione LONICERI, cum aliis Poetis-Græcis Genev. anno 1606. fol. (BODL.)

Græce & latine, GORRHÆO vertente, cum notis GORRHÆI, absque ſcholiis edidit *Angelus Maria* BANDINI Florent. anno 1564. 8°. * Uſus eſt duobus codicibus M. S. Italice ex verſione *Antonii Mariæ* SALVINI.

Gallicis verſibus, auctore *Jacobo* GREVINO, Antverp. anno 1567. 4°.

GORRISII (vulgo GORRHÆI) verſio non ubique fida eſt. Ut *Marcente levis* (*r*) *pappi labuntur acantho* non reſpondet verbis σκιδναται ως γηρυ κατα ψυχθεντος ακανθης. Spinam oportuerat dixiſſe, non Acanthum. Notæ fere ſunt comparatoriæ, & hactenus etiam ad herbas ſpectant.

Commentarii DIPHILI, & PAMPHILI (*s*), & aliorum veterum interciderunt.

Codex M. S. pulcherrimus exſtat Vindobonæ, cum 43. animalium figuris (*t*).

§. XVIII.

(q) LAMBEC. L. II. c. 7. p. 596.
(r) *Alexipharmac.* n. 327.
(s) FABRIC. *bibl.* L. III. p. 620.
(t) NESSEL M. S. *med.*

§. XVIII. *Zopyrus.*

Zopyrus Ptolemæorum, & Mithridatis ævo vixit, ad quem (*u*) compoſitionem dedit, quæ ſervato Zopyri nomine ad poſteros pervenit; Ptolemæo vero non ſatis definito, Ambroſiam (*x*). Videtur de medicamentis ſcripſiſſe, ut ad ſingulam indicationem eorum integrum cenſum adferret. Habemus certe apud Oribasium ejus ſudorifera (*y*), ſeptica (*z*), adſtringentia (*a*), lac augentia, emmenagoga (*b*), apophlegmatiſmos (*c*), diuretica (*d*), ſiccantia (*e*).

Noſtro quidem ævo hæc farrago incondita videri poſſet. Inter ſudorifera enim alia quidem alvum ducentia refert, alia vomitum, ut ſquamam æris, atramentum ſutorium. Inter adſtringentia urticam, crocum, althæam, altercum, pæoniam. Inter lac augentia polypodium, polygonum. Inter emmenagoga chondrillam, maſtichen, ſal, alumen, lanuginem cydoniorum. Inter apophlegmatiſmos anagallidem. Inter ſiccantia crocum, piper, ſulfur. Zopyrion herbam Dioscorides habet (*f*).

§. XIX. *M. Porcius Cato.*

Etſi latino ſermone ſcripſit, & iſte & aliqui eorum qui ſequuntur, nimis tamen pauci ſunt, quos a Græcis ſepares, a quibus alioquin plerique ſua ſumſerunt. Cato quidem Vir Conſularis & Cenſorius, longævus, Attali etiam tempore vixit, ruri amavit degere, regere familiam, remque ſuam augere, avarus, vendax, minime emax. Eo vero ſpectat ejus de re ruſtica liber, brevis, nullo ordine ſcriptus, ſed totus antiquitatem ſpirans. In eo multa ad familiam, ad inſtrumentum villæ, ad impenſas & neceſſaria cujusque temporis & laboris pertinent, multa ad rem coquinariam, multa ad libationes & deorum religionem, aliqua ad medicinam, etiam adprime ſuperſtitioſa. Ad rem herbariam aliqua faciunt, ut cultus vitis, oleæ, cypreſſi, ſalicis, laudes braſſicæ (*g*), quam Pythagoream vocat, & aliqua de medicamento alvum ducente ex ea parato. Pomorum ſpecies recenſet. Veratro etiam utebatur. Codex vitioſus eſt.

Multæ

(u) Galen. *Antidot.* II. c. 8. Habet Zopyriam Asclepiades apud Galenum *Antidot.* L. II c. ult. Aurelianus *Chron.* II. c. 14. V. c. 10. Paulus L. VII. Aetius T. III. S. I. c. 31. & ex Archigene c. 37. Actuarius p. 71.
(x) Cels. L. V. c. 23.
(y) L. XIV. c. 56.
(z) C. 58.
(a) C. 61.
(b) C. 55.
(c) C. 45.
(d) C 50.
(e) C. 52.
(f) L III. c. 108.
(g) Ea herba, tamquam remedio, per 600. annos populum Romanum uſum eſſe Plin. L. XX. c. 9.

Multæ ſunt editiones. Seorſim prodiit Venetiis apud Jenſon anno 1470. fol. HENNING. Regii anno 1482. ib. & 1498. ib. Edidit AUSONIUS POPMA & notas addidit Antverpiæ anno 1590. 8°. & 1598. 8°. (ASTRUC.) Leidæ & Franckeræ anno 1620. 8°. * Ad iſtam editionem POPMÆ notæ acceſſerunt, quibus cum PLINIO aliisque antiquis CATO comparatur, & voces Archaicæ explicantur: Non tamen botanici argumenti fere ſunt, quæ Vir Cl. adjecit. De ſuo addidit librum de inſtrumento fundi.

Deinde in hac editione exſtant J. MEURSII ad librum de re ruſtica notæ, cum emendationibus & collationibus, cum codice, quem habuit optimum.

Exſtant etiam in CATONEM *Fulvii* URSINI notæ Rom. anno 1587. 8°. FALC.

Et eo multa ſpectant *Julii* PONTEDERÆ *in antiquitatibus*, quæ ſuo loco laudabimus: Aliæ EJUS viri notæ ad opus GESNERIANUM (*h*) accefſerunt.

Denique notas priorum, etiam F. URSINI ſuasque ILLUSTRIS noſter COLLEGA *J. Matthias* GESNER ſuæ editioni adjecit Lipſ. anno 1735. 4°. * Idem ILL. Viri J. B. MORGAGNI ad CATONEM eruditas notas edidit.

Editiones cum VARRONE, & cum VARRONE, COLUMELLA & PALLADIO conjunctas, ſuis locis citabimus.

Codex membranaceus exſtat Pariſ. in *Bibl. reg.* IV. p. 284.

Citat CATO MANCUM, PERCENNIUM (*i*) Nolanum, a quo cypreſſi ſationem didicerit.

De viribus herbarum medicis CATONEM ſcripſiſſe PLINIUS (*k*), quod aliud, ut videtur, opus eſt. Noſtrum enim opus *de agro colendo* idem vocat (*l*).

§. XX. *Cratevas Rhizotomus* (*m*), *alii.*

MITHRIDATI Regi, ut videtur, magno illi EUPATORI, Mithridatiam duplicem inſcripſit (*n*), non adeo HIPPOCRATIS coævus. De herbis medicis librum reliquit, & icones herbarum edidit, ſubſcriptis viribus medicis (*o*). Idem forte opus, cui titulus fuit ῥιζοτομούμενα (*p*), laudem GALENI meruit (*q*). Ocnan-

(h) *Epiſt.* III. ad VII.
(i) N. 152.
(k) L. XXV. n. 2.
(l) L. XIV.
(m) SCHOLIASTES NICANDRI: DIOSCORID. præf. L. I. PLIN. L. XXI. n. 9. *Bibl. Conſtantinop.* VERDIER.
(n) PLIN. L. XXV. n. 26. 27.
(o) IDEM ibid. n. 4.
(p) Tres libros citat auctor ſpurii *de Centaurea* libri GALENO adſcripti.
(q) Cum DIOSCORIDE, & aliis optimis auctoribus numerat, *Aetides*, L. I. c. 2.

Oenanthidem deſcripſit (*r*), & a cotyledone oves incaleſcere (*s*) adnotavit. Halimi tertium genus dixit (*t*), & duo verbaſca, folio alterum coriandri, alterum fœniculi (*u*). Hippomanes habere fructum ſpinoſum cucumeris (*x*).

EJUS aliqua ANGUILLARA ſuo operi (*y*) inſeruit, ut Aſari totam deſcriptionem, ex qua adparet, fere ad DIOSCORIDIS ſaporem ſcripſiſſe. Alius de dracontio (*z*) locus eſt, alius de atractylide (*a*), alius de therapidio (*b*) planta alias ignota. Helenium etiam ſerpylli caulibus dixit, foliis lentis (*c*). Oenotheridem ſedare, qui a vino furerent (*d*). Panacem dixit, quam cunilam bubulam Romani (*e*).

Non ſatis plene *de plantis* egiſſe DIOSCORIDES (*f*).

In *bibliotheca Conſtantinopolitana* codex CRATEVÆ de materia medica inter libros *Antonii* CANTACUZENI fuit (*g*), & medicinale CRATEVÆ RISOTOMI in bibliotheca *J. Michaelis* CANTACUZENI (*h*).

Hoc ſtudium iconum plantarum depingendarum DIONYSIUS (*i*) repetiit, quem PLINIUS poſt CRATEVAM recenſet, ille idem Iticæus, ut puto DIONIUS, cujus quartum *Georgicorum* librum ATHENÆUS (*k*) citat. Id facile PLINIO dederis, cum figuræ ſtirpium in alios codices tranſcriberentur, vitioſas demum imitationes natas eſſe, ut ſatis ex DIOSCORIDE illo auguſto adparet.

Cæterum DIONYSIUS rapa inter venerea laudavit (*l*). An idem, qui ſandaracham (*m*) ad hæmorrhagiam juſſit inſpergi? Aſphodelum marem & feminam fecit (*n*). Damnabat atriplicem (*o*): apii genus nigrius, brevi radice, ſeparabat (*p*).

Sed

(r) PLIN. L. XXIV. n. 102.
(s) SCHOLIAST. NICANDRI.
(t) PLIN. L. XXII. n. 33.
(u) NICANDR. SCHOLIAST.
(x) Schol. THEOCRITI.
(y) De *ſimplici* p. 27.
(z) p. 125.
(a) p. 149.
(b) p. 171.
(c) Ibid.
(d) PLIN. L. XXIV. c 102.
(e) IDEM L. XIX. c 50.
(f) L. I. præf.
(g) LAMBEC. L. VI. p. 156. VERDIER *bibl.* p. 61. vocatur ibi lib. *in materiam medicam.*
(h) VERDIER p. 62.
(i) An idem cum DIONYSIO Uticenſi. Ita putat C. GESNERUS *bibl.* p. 172.
(k) L. XIV.
(l) PLIN. L. XX. c. 3.
(m) CELS. L. VI. c. 18.
(n) PLIN. L. XXII. c. 22.
(o) IDEM L. XX. c. 83.
(p) IDEM L. XX. c. 44.

Digitized by Google

Sed & METRODORUS idem ſtudium depingendarum plantarum ſecutus eſt, quem ita poſt CRATEVAM & DIONYSIUM PLINIUS recenſet, ut putes juniorem eſſe. Titulus erat επιτομη των ριζοτομουμενων (*q*), aut ριζοτομουμενα (*r*). Non ergo erat METRODORUS ille, ERASISTRATI diſcipulus (*s*), ſed METRODORUS alter, Aſclepiadeus (*t*). Is negabat reſinam & bitumen calefacere (*u*). Noſter alvum & lochia pepli ducebat (x).

CLEOPHANTUS (*y*), aliquanto ASCLEPIADE antiquior, ſtaphylinum dyſentericis propinabat. De vini in morbis (z) uſu ſcripſit. Dracunculo multum in medicina uſus eſt ad tuſſim, & pectoris morbos, & fere pro antidoto habuit (*a*).

Ejus viri multa imitatus eſt ASCLEPIADES (*b*), qui tamen, cum rhetor eſſet, & in paucis diæteticis fere auxiliis ſuam fiduciam poneret, botanica vix adtigit. *De ſanitate* tamen *tuenda* ſcripſiſſe CELSUS. Anthemidem vehementer laudabat (*c*) & vinum (*d*). Ejus opus, cui titulus *Tanitrum*, videtur *de medicamentis* egiſſe *ſimplicibus*, ubi & adnotat GALENUS, non egiſſe de omnibus (*e*). Multa priorum medicamenta rejecit, quod nocere crederet (*f*); habuit tamen etiam compoſita, ut ad aures (*g*), ex aromatibus.

CLEOPHANTUS a CICERONE laudatus, aliquanto nuperior, nihil hujus argumenti reliquit. Medicamentum CLEOPHANTI ad hydropem habet (*h*) GALENUS, & mithridaticam compoſitionem (*i*).

MOSCHION (*k*), qui *de raphanis* ſcripſit, videtur idem fuiſſe, quem GALENUS Aſclepiadeum facit (*l*). Alius MOSCHION TRAJANI tempore vixit. Pluſcula MOSCHIONIS medicamenta GALENUS citat (*m*), qui de ornatu ſcripſit (*n*), ocularium (*o*), alia.

H 2 MENE-

(q) NICANDRI SCHOLIAST.
(r) PLIN. L. XX. c. 81.
(s) p. 38.
(t) GALEN. *ſimpl. facult.* I. c. 27.
(u) IDEM ibid. c. 33.
(x) PLIN. L. XX. c. 81.
(y) IDEM L. XX. c. 5.
(z) IDEM L. XXVI. c. 8.
(a) IDEM L. XXIV. c. 92.
(b) CELSUS III. c. 14.
(c) PLIN. L. XXII. c. 26.
(d) De eo ſcripſiſſe PLIN. L. XXIII. c. 1.
(e) *Simplic. facultat.* L. VI. c. 1.
(f) CELS. V. præf.
(g) L. VI. c. 1.
(h) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(i) *Antidot.* L. II. c. 1.
(k) PLIN. L. XIX. c. 26.
(l) *Differ. pulſ.* L. III. c. 4.
(m) *Compoſ. ſec. gen.* L. II. III. V.
(n) GALEN. *ſec. loc.* I. c. 1.
(o) Ibid. L. IV.

Digitized by Google

MENESTEUS ονομασιαν των φαρμακων ſcripſit (p).

Ex ea etiam ſchola prodiit JULIUS BASSUS, qui materiæ medicæ ſtudium ſuum impendiſſe dicitur (q). Græce ſcripſit. BASSI, an ejusdem? an potius POMPONII BASSI, Acopon ASCLEPIADES junior habet apud GALENUM (r); ſed id fuerit forte BASSI ſodalis GALENI (s). TULLIUM BASSUM medicum AURELIANUS (t) nominat, JULIUM BASSUM MARCELLUS, qui ejus collyrium citat (u). TYLEUM EPIPHANIUS inter botanicos (x) citat.

SEXTIUS NIGER, pariter ASCLEPIADEUS, inter iſtos primo loco a DIOSCORIDE ponitur. Adnotavit olim C. GESNERUS, quæ PLINIUS ex SEXTIO NIGRO repetat, eadem fere apud DIOSCORIDEM reperiri (y). De materia medica ſcripſit (z), & de vi vocis λυγρον citatur (a). Inter bonos ſcriptores recenſet GALENUS (b). Codex exſtabat Conſtantinopoli (c).

Citatur etiam PETRONIUS DIODOTUS Aſclepiadeum in ὑλικοις, quem GALENUS laudat (d). Dracunculum cum melle tabidis dabat (e). Dauci quatuor genera faciebat (f). Malvam cibo inutilem pronuntiavit (g). Alii PETRONIUM a DIODOTO ſeparant.

Eadem eſt laus NICERATI (h) ASCLEPIADEI. Remedium ad uterum NICERATI GALENUS habet, in quo cicer eſt, & paluſtres aſparagi (i); aliud ad dyſpnœam, in quo caſtoreum, ammoniacum, abrotanum, & aromatica varia (k) miſcentur; tum ad morſus reptilium (l); & alia (m). Sed is fuerit forte NICERATUS, qui de catalepſi ſcripſit (n).

HALIEUS

(p) GALEN. *gloſſ.*
(q) DIOSCORID. *præf.* L. I.
(r) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(s) *Compoſ. ſec. loc.*
(t) *Acut.* III. c. 16.
(u) L. I. c. 29.
(x) *Hæreſ.* L. I.
(y) Præf. ad TRAG.
(z) EROTIAN p. 37.
(a) Ibid.
(b) *Simplic. facultat.* L. VI. init.
(c) Apud *J. Michael* CANTACUZENUM VERDIER p. 62.
(d) *Compoſ. ſec. gen.* L. II. Habet EPIPHANIUS.
(e) PLIN. L. XXIV. c. 92.
(f) IDEM L. XXV. c. 64.
(g) IDEM L. XX. c. 84.
(h) Ibid.
(i) *Compoſ. ſec. loc.* L. IX.
(k) Ibid. L. VII.
(l) *Antidot.* L. II.
(m) *Sec. loc.* L. VII.
(n) CAL. *chron.* II. c. 5.

HALIEUS apud HERAM citatur, non ſatis certi ævi. Ejus emplaſtrum (o) & acopon (*p*), & gilvum (*q*), a GALENO emendatum exſtat, ſive is auctor fuerit eo nomine; ſive, ut alii volunt, piſcator.

§. XXI. *Auctores a Varrone citati.*

Antiquiores equidem eo viro, cæterum incertæ ætatis ſunt.

CASSIUS DIONYSIUS Uticenſis, qui MAGONIS vaſtum opus in compendium XX. libr. reduxit.

IDEM ῥιζοτομούμενα ſcripſit, a STEPHANO citata. Mireris duos DIONYSIOS duo opera ejusdem ſcripſiſſe. Fuit etiam DIONYSIUS GALENI condiſcipulus (*r*).

LASERNÆ pater & filius (*s*), libros reliquerunt, quos VARRO deſpicit ob ſuperſtitioſa & mendacia medicamenta. Arbuſti cultum damnabant (*t*).

Addo his AURELIUM OPILIUM (*u*), qui de ſylveſtribus arboribus ſcripſit apud MACROBIUM, & FESTUM. Ille quidem OPPIUM vocat.

BION Solenſis de agri, vitium & arborum cultu ſcripſit, PLINIO teſte, & inter auctores rei ruſticæ a VARRONE nominatur. An idem CÆCILIUS BION, quem de virtutibus herbarum PLINIUS citat (*x*).

POMPEJUS LENÆUS, CNEI Magni libertus, quem ſolum inter noſtros Romanos ait de herbis ſcripſiſſe PLINIUS (*y*). Myricam Ericam vertit (*z*). POMPEJI medicamentum GALENUS habet (*a*).

§. XXII. *Varro.*

M. TERENTIUS VARRO CICERONIS amicus, Romanorum doctiſſimus, plurima ſcripſit, quorum vix quidquam ad nos pervenit, præter iſtos *de re ruſtica tres* libros, quos anno ætatis octogeſimo primo ſcripſit. Vir ingenioſus, ſagax, bonus ſcriptorum judex, quo nemo vim vocabulorum & puritatem latini ſermonis perfectius tenuit. Sæpe ab ingenio ſuo ſeductus ad doctas

 diſqui-

(o) *Sec. gen.* L. V.
(p) *Sec. gen.* L. VII.
(q) L. V.
(r) *Sec. loc.* L. V.
(s) VARRO L. I. c. 2.
(t) PLIN. L. XVII. n. 22.
(u) Etiam PLINIUS eum habet L. XXVIII.
(x) L. XXVIII.
(y) L. XXV. n. 3.
(z) L. XXIV. c. 41.
(a) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII.

Digitized by Google

diſquiſitiones rediit, ut ad anni varietates. Sermo plenus leporis eſt & urbanitatis. Sed neque naturam ignoravit. Ex itineribus ſuis refert eſſe in Gallia, ubi creta fiſſili agrum ſtercorent. Pinos cum fœnore ſeri monet. Opera ruſtica per menſes enarrat, inſitionem potiſſimum vitium, etiam noſtris paſſim receptam. Varias ſementes per ſua diſcrimina diſtribuit, etiam cytiſum & medicam. Tum meſſis rationem docet, & vindemiæ: Uvarum & malorum varietates, & artificia, quibus terræ fructu condiuntur.

Libri II. & III. ad animalia pertinent.

In VARRONEM PETRUS VICTORIUS commentatus eſt Lugduni anno 1542. ex meis notis: Tum JOSEPHUS SCALIGER, & AUSONIUS POPMA. Porro, uti in reliquos ruſticos GE. ALEXANDRINUS, PHILIPPUS BEROALDUS, FULVIUS URSINUS, REINESIUS (*b*).

NOTAS variorum & ſuas GESNERUS edidit; tum PONTEDERÆ, horum peritiſſimi.

Seorſim prodiit, a P. VICTORIO editus, Paris anno 1545. 4°. (B. Bern.) absque notis.

Cum EJUSDEM notis & SCALIGERI Paris annis 1569. 1573. (GESN.) anno 1581. IDEM & 1585. 8°.

Cum AUSONII POPMA commentariis Leidæ anno 1601. 8°. GESNER. Denique Dordraci anno 1619. 8°. GESNER. Amſtelodami anno 1623. 8°. FABRIC. Recuſum eſt anno 1730. 12°.

Cum CATONE Baſileæ anno 1521. 8°. (GESNER.) & anno 1576. 8°. GESNER. Et in meis notis Lugduni anno 1549. 8°.

Codex M. S. membranaceus exſtat in Bibl. reg. Paris IV. p. 251. tum in *bibl. fratr. min. Ceſenæ* & alius Libri III. p. 282. in B. Reg. partim chartaceus partim membranaceus.

C. VALGIUS paulo poſt VARRONEM, aut cum ipſo VARRONE vixit, vir eruditus, qui *de herbarum viribus medicis* imperfectum librum ad AUGUSTUM dedit (*c*).

L. TREMELLIUM, SCROFAM (*d*), & JULIUM GRÆCINUM (*e*) de vitibus COLUMELLA citat (*f*).

§. XXIII.

(b) In var. lect.
(c) PLIN. L. XXV. n. 2.
(d) Corrigit negantem ulmum famuram ferre V. c. 6.
(e) De apibus L. IX. c. 21.
(f) L. III. c. 11. 12.

Digitized by Google

§. XXIII. *Tempora Auguſti. Muſa.*

Themison methodicorum princeps, etiam rem herbariam hactenus adtigit, & librum ſcripſit de plantagine (*g*). Diacodium primus deſcripſit (*h*) ſuamque picram (*i*).

M. Antonius Musa, Augusti medicus, ex felici uſu frigidæ celebris, quam in morbo Imperatoris adhibuit, etiam lactucæ (*k*). Idem eſt, quem nuper Japydis nomine a Marone celebratum fuiſſe ſcripſerunt. Inter meliores de medicamentis auctores a Galeno refertur (*l*). Multa ejus medicamenta ab iſto repetuntur (*m*). Ad hepatis morbos cichoreum & ſuccum filicis (*n*) laudabat. Stercore canino primus uſus eſt (*o*).

Ejus nomini inſcribitur libellus *de betonica* herbula radicibus tenuibus & rubicundis, thyrſo tenuiori, ultra cubitum alto, quadrangulo, ſemine quercus, flore in ſummitate ſpicato, ad thymbræ modum, bono odore. Ad omnia fere corporis humani mala commendat. Ipſe libellus ad ſaporem L. Apuleji accedit, notante olim *Gabriele* Humelbergio.

Baſileæ prodiit anno 1528. fol. cum Apulejo Iſinæ anno 1537. 4°. recenſente Humelbergio. Tum in collectione Veneta anno 1547. fol.

Codex M. S. erat inter libros Christinæ, & eſt inter codices regios Pariſiis IV. p. 256. & alter p. 283. valde nuperus.

Epiſtola etiam parvi momenti ad Mæcenatem inter Hippocraticas male recepta eſt, & Noribergæ excuſa 1538. & alias.

Plures libros ſcripſerat (*p*).

Euphorbus Antonii Muſæ frater nomen Euphorbio dedit, quod equidem a Juba ei plantæ impoſitum (*q*) eſſe dicitur, in libello de Euphorbio ſcripto (*r*), cujus regis medicus fuerit Euphorbus, & cui forte ejus plantæ hiſtoriam princeps debuerit. Eruditus princeps, hiſtoriam naturalem regni ſui, arboremque etiam thuriferam, deſcripſerat. Sed id remedium in antiquioribus

(g) Plin. L. XIX. c. 39.
(h) Galen. *Medicament. compoſit. ſec. loc.* L. VII. c. 2.
(i) Idem ibid. L. VIII.
(k) Plin. L. XIX. c. 39.
(l) *Compoſ. ſec. gen.* L. II.
(m) Ex Critone ad aphthas *Compoſ. ſec. loc.* L. VI. Ex Lampone ibid. L. III. ad ozænam, Ex Asclepiade ibid. L. X. Ad tabeſcentes L. VII. Paſtilli Muſæ *Med. ſec. loc.* L. III. Oribas *ſyn.* L. III. *Euporiſt.* L. IV. Ad oculos multa Gal. *ſec. loc.* L. IV. add. Aetium.
(n) Gal. *Compoſ. ſec. gen.* L. VIII. c. 8.
(o) Galen. *Compoſ. ſec. loc.* L. VI.
(p) Idem ibid.
(q) Plin. L. XXV. c. 38.
(r) Galen. *Compoſ. ſec. loc.* L. IX.

Digitized by Google

quioribus ſcriptis reperiri SALMASIUS (*s*) ſe oſtendere putat ex poëtæ antiqui, MELEAGRI, epigrammate, in quo ARCHILOCHI poëmatibus ευφορβη ακανθη comparatur. Verum mirum eſſet antiquos medicos Euphorbium ignoraſſe, quod poëtæ notum fuerit. Et facile potuit nuperior auctor nomen MELEAGRI aut geſſiſſe, aut uſurpaſſe (*t*). Neque potuit PLINIUS facile ignorare antiquam plantam fuiſſe. Scripſit etiam περι οπου.

EJUSDEM ævi ÆMILIUS MACER fuit, non ignobilis poëta, qui de toxicis, & de herbarum virtutibus ſcripſit, etiam QUINTILIANO dictus, & OVIDIO, qui ſenem carmen ſuum legentem audiverat.

Etiam huic viro miſerum carmen ſuppoſitum eſt, de quo alias dicemus.

§. XXIV. *Hiſtorici.*

Colligo hic in unum cum DIODORO diverſi temporis hiſtoricos, qui, cum regionum deſcriptione, plantarum aliqua indicia conjunxerunt. Princeps DIODORUS SICULUS in ſua *Bibliotheca*, AUGUSTI ævo, troglodytas ex ſemine paliuri (*u*) ſuccum exprimere reliquit, quem potent; ſemen vero ad ventris profluvia ab Arabibus adhiberi (*x*). In Arabia coſtum (*y*) naſci, & in valle (*z*) quadam ſola balſamum provenire. Thuris in extrema Arabia excelſas arbores reperiri (*a*), & alias ſcribit, eas eſſe puſillas arbores, fabæ ægyptiæ ſimiles, folio ſalicis, flore aureo, & ſuccum ex inciſa arbore ſtillare (*b*). Myrrham eſſe (*c*) Arabiæ arborem, Lentiſcum imitari, folio tamen eſſe tenuiori, & magis ſtipato idem reliquit. Vernum fructum rubrum eſſe, hibernum album, ſuccum emanare, effoſſa terra, circa radicem (*d*). Præſtans etiam Cinnamomum in Arabia gigni (*e*). In Panchaja, Platanos, Cypreſſos, Lauros, Myrtos etiam & vites provenire (*f*), & præſtans in Ægypto uberrimum eſſe ciborium (*g*), ſeu fabam ægyptiam, & abundare lotum, ex quo panem faciant (*h*). Circa Acheruſia Ægypti eſſe ſylvas calami (*i*). Dulcem in Ægypto Agroſtin naſci, quæ etiam homines alat (*k*). Perſicam a CAMBYSE in Ægypto conſitam, dulciſſimos

(s) *Homo. n. mat. med. proleg.* p. 4. 5.
(t) FABRICIUS pro ευφορβης ακανθης putat legi poſſe φοβερα.
(u) L. III. n. 32.
(x) L. V. c 41.
(y) II. c 49.
(z) L. II. c. 48. tum in maritimis montibus c. 46.
(a) L. II. c. 49. L. III. c. 46. & in Inſula Sacra Arabiæ L. V. c. 41.
(b) L. V. c. 41.
(c) L. II. c. 49. L. III. c. 46.
(d) L. V. c. 41.
(e) L. II. c. 49. L. III. c. 46.
(f) L. V. c. 43.
(g) L. I. c. 34.
(h) Ibid.
(i) L. I. c. 96.
(k) L. I. c. 43.

Digitized by Google

dulciſſimos fructus ferre (*l*). In Hircania unam vitem metretam vini produ-cere. Et alia ejusmodi (*m*).

Ita apud Strabonem balſami arborem, cytiſo & terebintho non diſſimilem, Hierichunte naſci. Circa Emporium Hiſpaniæ provenire (*) linum ſpartum & juncum. Hiſpanos ex herba apii ſimili toxicum parare. Gadibus arborem vivere, ramos ad humum curvantem, folio cubitali; ex ramo avulſo lac, ex radice minium ſtillare. Carthagine nova arborem de ſpina corticem emittere, ex quo pulcherrimæ telæ parentur. In Gallia arborem ficui ſimilem dari, corni fructu, qua ſagittæ venenentur. Duas eſſe Anticyras, quarum altera optimum veratrum producat, altera optime præparet. In Margiana vites dari, quas duo viri ægre amplectantur. Medicam herbam, qua equi alantur, & ſilphium in Media provenire. Styracem arborem circa Selgas naſci, ejus ſuccum a vermium roſione cum furfure defluere, ſuccini ſimilem & odoratum. Boſmorum milio minorem inter amnes apud Indos naſci. Magnarum arundinum radices natura & decoctione dulces eſſe. Byſſum parari ex corticibus arborum Lanigeræ arboris, fructum habere nucleum, hoc detracto reliquum tomentum carminari. Arborem Gymnoſophiſtarum eſſe ramis radicatis, & in novas arbores pullulantibus. In Gedroſia arborem lauri ſimilem, funeſtam jumentis reperiri, & ſpinam ad terram effuſam, cucumeres ferentem, qui adſpergine excæcent. In ora Arabiæ maritima thus & myrrham creſcere, regionem flumine a regione cinnamomifera ſeparari, in eo flumine multum phleum provenire. Sabæam thus, myrrham, cinnamomum, palmas, calamum odoratum ferre, tum balſamum, & arborem optimi ſed noxii odoris. Et alia.

Multo antiquior Herodotus paſſim ſimilia habet de Ægypto, & Arabia etiam potiſſimum. Caſiam ex paludibus Arabes colligere (*n*), non recte. Sillicypria, quæ in Græcia etiam naſcatur, fructum ferre in Ægypto graveolentem, ex quo oleum promanet, ad lucernas utile. Cinnamomum (*o*) ab alitibus ad Arabes adferri (*p*). In indica regione ad Acem fluvium melinen (*q*) & ſeſamum ſeri. In Arabia ſola myrrham, caſiam, thus, cinnamomum, ladanum provenire. Arabes ſtyrace (*r*) ſuffire, & thus colere, ut ſerpentes ſubmoveant (*s*).

Ctesias in *indicis* hiſtoriam naturalem non totam omiſerat, & arboris meminit, de qua fragrantiſſimum oleum ſtillaret (*t*). Arborem παρηβον deſcribit, fabuloſam.

Ex

(l) L. I. c. 14.
(m) L. VI. c. 75.
(*) L. XVI.
(n) L. III. p. 202.
(o) L. II. p. 122.
(p) L. III p. 203.
(q) L. III. p. 103.
(r) L. III. p. 203.
(s) Ibid.
(t) Apud Photium, & cum Agatharchide.

I

Digitized by Google

Ex Nearcho Arrianus, arbores Gymnoſophiſtarum deſcribit (u), quæ umbra ſua quinque terræ jugera protegant, & ſub quarum una decem mille homines locum inveniant. Olera in Carmania & Perſia non reperiri. Ex Aristobulo, Nardi radicem multam in Gedroſia naſci, eam Phœnices avchere: quæ ab equitibus conculcata late odorem ſpargat (x). In eadem regione myrrham naſci, & a Phœnicibus quæri (y); tum arbores lauri folio in aqua merſas, quando æſtus mare elevat, recedente fluctu ſiccatas, altitudine triginta cubitorum, flore fere violæ albæ. Alium etiam caulem ex ſpina naſci validiſſima, ex qua ſecta ſuccus fluat, ut ficuum, ſed uberior (z). Hic videtur *Mangle* deſcribere, & *Euphorbium*. Silphium in Caucaſo naſci, & a pecudibus amari, quæ e longinquo adcurrant, ut radicem ſuffodiant. Apud eumdem legas (a) prata Arabiæ ſponte Nardum gignere, ex fruticibus cinnamomum reſcindi, & ex promontorio Macete ad Aſſyrios vehi, & in paluſtribus caſiam prodire. Editi ſunt libri VII. *de expeditione* Alexandri Magni & ejusdem auctoris *Indica* Gr. lat. ex interpretatione *Bonaventuræ* Vulcanii cum notis *Nicolai* Blancaard. Amſtelodam. anno 1668. 8°. Bur.

Arrianus in περιπλου maris rubri aliqua habet, ad arbores aromaticas & thuriferas Arabiæ, etiam Indiæ maritimæ pertinentia, ut arborem ſanguinis Draconis, & triplex malabathrum. Coram eſt editio Lugdunenſis anni 1577. fol.

Agatharchides in libris *de mari rubro* animalia (b), fuſius, quam plantas deſcripſit, neque has tamen neglexit: De aromatibus Sabæorum aliqua habet, de planta, quæ dicitur capilli Iſidis, & de thymiamate (c). Seorſim prodiit cum Ctesia apud *Henricum* Stephanum anno 1577. 8°. & 1594. 8°. (B. Bern.) Vixit imperante Ptolemæo Philometore.

Pausanias plurima ejus generis habet. In ſuo *itinere* literato per Græciam paſſim plantarum nobiliorum mentionem facit. Ita ortum apud Salaminios poſt Ajacis mortem novum florem dicit, candidum, modice rubentem, iisdem literis (d) inſcriptum, quibus hyacinthus. Herbam Pæderota naſci intra Sicyonem, intra ſeptum veneris, ſub dio, neque alibi, foliis fago (e) minoribus, majoribus quam Ilicis, quercus forma, hinc albis, inde nigris (f). Prope Trœzenas oleaſtrum ῥαχον naſci, quem vocent intortum, quod Hippo-

Lytus

(u) Alex. exped.
(x) L. VI.
(y) Ibid.
(z) Ibid.
(a) L. VII.
(b) Ibid.
(c) Apud Photium *bibl.* p. 1018.
(d) L. I.
(e) Ex Quercus genere.
(f) L. II.

Digitized by Google

LYTUS ad ejus truncum habenas implicaverit. Aſterion herbam (*g*) proceram prope Mycenas provenire, quam JUNONI offerant, exque foliis faciant coronamenta (*h*). Oleaſtrum ex Hyperboreis primum ad Eleos ab Hercule adlatum (*i*) eſſe, unde arguas, minime in frigida regione eos Hyperboreos vixiſſe. Amare eam arborem Alphei ripam (*k*), eaque victores ab HERCULE coronatos fuiſſe. Balſami arborem eſſe myrti magnitudine, folia habere Amaraci (*l*). Αγνος arbor ex viminum genere, ex ea ſignum ÆSCULAPII (*m*) ſculptum. Plurima cæterum habet de ÆSCULAPIO. Prodiit Hanoviæ anno 1613. fol. ſed mea editio eſt Francofurt. anno 1624. 8°. editore *Friderico* SILBURG. Græce apud ALDUM anno 1516. fol.

§. XXV. *Vitruvius.*

VITRUVIUS equidem de architectura ſcripſit, arbores hactenus adtigit, ex quibus materies ſumitur, earumque ad ædificandum aptitudinem & conſtantiam definivit. Coram eſt editio Florentina anni 1522. 8°.*

HYGINUS, AUGUSTI libertus, eſt inter auctores rei ruſticæ, etiam COLUMELLÆ dictus. Apiaſtrum dixit, quod Græcis Meliſſophyllum (*n*), Caſiam, quod Cneorum (*o*).

SABINUS TYRO *Kepurica* ad MÆCENATEM dedit (*p*). Idem forte SABINUS fuerit, qui de villæ ſitu ſcripſit, & plantas ſalubres & inſalubres recenſuit (*q*). Sed etiam SABINUS, ut puto alius, in HIPPOCRATEM commentarium ſcripſit (*r*), & medicamentum acopum SABINI GALENUS recenſet (*s*). Is præceptor fuit STRATONICI, præceptoris GALENI (*t*).

I 2 §. XXVI.

(g) Etiam L. II.
(h) EODEM L.
(i) Eliac. V. p. 277.
(k) Ibid.
(l) L. IX.
(m) L. III. p. 172.
(n) PLIN. L. XX. c. 45.
(o) L. XXI. c. 29.
(p) L. XIX. c. 57.
(q) ORIBAS *Collect.* L. IX. c. 16.
(r) GALEN. *ord. leg. libr.*
(s) *Compoſ. ſec. gener.* L. VII.
(t) GALEN. *de atra bile.*

§. XXVI. *Virgilius Maro.*

Omnium poëmatum, quæ hactenus innotuerunt, perfectiſſimum eſt, quod *Georgicorum* nomine P. VIRGILIUS MARO edidit, & in quatuor libros diviſit. Nunquam res difficillimæ, & quæ nobis urbium incolis ſordidæ videntur, nobilius & elegantius traditæ fuerunt. Continet autem præter hortos, reliqua opera ruſtica, quorum pars eſt in ſegetibus, vineis, & arborum cura. Ea breviter, ut vatem oportet, propriis tamen & naturam depingentibus vocibus VIRGILIUS tradidit, arborum variarum, Salicum, Ulmorum, Oleæ, Vitis, Alni, Citri arboris, Myrti, Palmæ, laudes, genera, cultum, inſitionis artes. Laudat ſenem, qui in horto ſuo varii generis flores, & olera, utilesque ſtirpes coluerit.

Unicam editionem cito, P. V. MARONIS *Georgicorum* L. IV. *with an English translation*, *and notes* by *John* MARTYN Prof. of Botany at Cambridge, Lond. anno 1746. 8°. * cum doctis notis, quales a botanices perito exſpectes, cum aliorum Geoponicorum locis analogis, etiam lectionibus variantibus codicum MEADIANORUM, aliorumque, ex Regia bibliotheca, exque bibliotheca Bodleyana & Cantabrigienſi, & nonnullis florum iconibus. Germanice reddita editio MARTYNII prodiit Hamburg. 1759. 8°. Italicis verſibus reddidit BERNARDINUS DANIEL. Breſcia 1740. 12°. & vetuſta fuerat verſio F. EVANGELISTA FOSSA de CREMONA Venet. 1494. 4°. MARTYN.

EJUSDEM nobiliſſimi Poëtæ *Bucolica* non magis equidem huc ſpectaverint, quam THEOCRITI Idyllia, plurimique poetæ, qui florum elegantiam ad ornanda ſua carmina adhibuerunt. Cum tamen IDEM Cl. MARTYN eadem poëmata *the bucoliks of Virgil with an English translation and notes* anno 1749. 4°.* Londin. ita ediderit, ut plantas floresque, reique naturalis momenta a vate tacta fuſe & doctiſſime interpretetur, malui de juvenilibus magni poetæ pauca addere. Liguſtrum pro Convolvulo albo Cl. MARTYN habet, pallentes violas pro Leucojo luteo, ſecale pro Zea, Narciſſum pro eo, qui circulo eſt croceo, Hyacinthum, & Vaccinium pro Martago reflexo.

§. XXVII. *Celſus.*

Cl. *Cornelii* (*u*) CELSI eadem ætas fuit, ut nuper Cl. MATTHIÆ (*x*) non improbabilibus argumentis adſtruxit, aut certe TIBERIANA (*y*), cum a COLUMELLA citetur (*z*), qui CLAUDIO imperante ſcripſerit. De *re ruſtica* (*a*) ſcripſit,

(*u*) CORNELIUS, ut puto, medicus, cujus medicamentum adverſus dyſenteriam GALENUS habet *Compoſ. ſec. loc.* L. IX. Sed id apud CELSUM non reperitur.
(*x*) In propria diſputatione & fere le CLERC. p. 517.
(*y*) FABRIC. *bibl. lat.* L. II. p. 324. COLUMELLA enim ſuis temporibus adſcripſit.
(*z*) L. I. c. 1. & de apibus L. IX. c. 21. de legumine L. II. c. 12. de vineis L. III. c. 2. L. IV. c. 1. &c. & addit, ſuo ævo maxime probari L. IV. c. 8.
(*a*) QUINTILIAN L. XII. c. 21. & ipſe in primis ſuis vocibus adludit.

Digitized by Google

ſcripſit, ſed ea mature interierunt. Contuſam herbam *Ama* (vel Aria) cætera ignotam, cervici bovis febrientis imponi jubentem VEGETIUS (*b*) citat.

Quod nunc ſupereſt opus de *re medica*, ad rem herbariam fere eo jure pertinet, quo HIPPOCRATES, quem CELSUS imitatus eſt, & paſſim deſcripſit. Vires nempe plantarum medicas tradit; poſt morbos auxilia enumerat, inter ea plantas. Deinde olerum, fructuum, aliorumque edulium virtutes (*c*) & vitia recenſet, valde difficilis in adgnoſcendis bonis, ut plurima ſtomacho aliena dicat, quæ nos credimus ei conſulere, hyſſopum, thymum, ſaturejam, panem fermentatum. Habet aliquas plantas prius non cognitas, ut herbam cantabricam (*d*), ad anguium morſus utilem. Eam PLINIUS ait, Auguſti temporibus repertam fuiſſe, caule junceo, pedali, in quo floſculi oblongi, velut calathi, & in iis ſemen minutum (*e*). Mireris, ut aromata, & adſtringentia medicamenta cum ſtaphide agria ad alvum molliendam miſceantur (*f*). An CELSUS *corrigentia* veterum cum vere purgantibus confudit? Id ejus laudatores nolint. Formulas multas habet & compoſitiones. CORNELII CELSI de *alimentis* placita ex Libro II. in unum collecta ſenſim prodierunt Venetiis anno 1545. 8°.

§. XXVIII. *Heras. Menecrates. Alii.*

HERAS CAPPADOX ante ANDROMACHUM, ut puto, juniorem vixit (*g*), & ante CELSUM (*h*); cæterum Romanæ rei multa apud eum veſtigia invenio. Sextarium Romanum, Græcis ignotum pro menſura habet (*i*). HYGINI emplaſtrum (*k*) citat, & locum XENOCRATIS (*l*). Cæterum innumera & emplaſtra ex eo citantur, & interna medicamenta, fere compoſita, probata GALENO (*m*), & inter meliora recenſa, qui magnam laudem addit, HERAM nullum medicamentum deſcripſiſſe, quod non ſit probatum (*n*). Ea vero ipſe inveniebat (*o*), & adſcribebat modos utendi & virtutes medicaminum (*p*). Scripſit etiam *de facultatibus* (*q*) *medicamentorum*, & *medicamentarium* (*r*), eumdem

(b) L. III. c. 4.
(c) L. fere II.
(d) L. V. c. 27.
(e) PLIN. L. XXV. p. 47. Habent pro Campanula rotundifolia.
(f) L. III. c. 21.
(g) GALEN. *Compoſit. ſec. loc.* L. VI. c. 4.
(h) Qui eum citat L. V. c. 22. n. 3. TIBERII tempore le CLERC ex GAL. *Comp. ſec. loc.* L. VI.
(i) GALEN. *Compoſ. ſec. gen.* L. I.
(k) IDEM ibid. L. IV. c. 14.
(l) *Sec. loc.* L. I. c. 16.
(m) *Sec. gen.* L. III. c. 9. & L. II.
(n) IDEM ibid. L. II. init.
(o) *Sec. loc.* L. VI. c. 4.
(p) *Sec. gen.* L. I.
(q) IDEM ibid L. I. c. 16.
(r) *Sec. loc.* L. VI.

eumdem forte, qui alibi ναρθηξ dicitur (*s*). Libros Heræ citat Galenus (*t*), paucos tamen (*u*).

Ejus recenſetur a Galeno Iſis (*x*), Acopum (*y*), Gleucinum (*z*), Panygron (*a*), Helleſpontium (*b*), Diabotanon (*c*), album (*d*), quod podagræ opponebat: Melinum (*e*), Cyzicenum (*f*), acre (*g*). Ad alopeciam auxilia habet (*h*), & ad cruenta (*i*), & alia malagmata (*k*), & paſtillum (*l*), & ſepticum (*m*). Inter interna diacodium (*n*), ſtomaticum ex rutæ ſylveſtris ſemine (*o*), antidotum ad morſum canis rabidi (*p*). Cranion ex tithymalo, Aloë (*q*), &c. Aetius habet (*r*) remedia ad dyſenteriam (*s*); ea erant ex charta uſta, cadmia, auripigmento. Ad anginam hirudines admovebat (*t*), & mori ſuccum cum melle (*u*) coctum, & ſuccum papaveris ad aurium mala (*x*). Cicuta & opio in fomento uſus eſt, ad ſugillatos oculos (*y*).

Cratippum oportet ante Heram vixiſſe, cujus narthecium iſte citaverit (*z*).

Menecrates Zeophletenſis (*a*) Tiberio imperante vixit, qui ante Andromachum & fere cum Musa a Galeno citari ſoleat (*b*), & ſub Claudii imperio

(s) Galen. *Compoſ. ſec. gen.* L. V.
(t) *Sec. loc.* L. II.
(u) *Sec. gen.* L. II.
(x) Idem ibid.
(y) Idem ibid. L. VII.
(z) Idem ibid.
(a) Idem ibid.
(b) Idem ibid.
(c) Idem ibid.
(d) Idem ibid. L. I.
(e) Idem ibid. L. II.
(f) Idem ibid. L. V.
(g) Idem *Compoſ. ſec. loc.* L. X.
(h) Idem ibid. L. I. c. 1. 3.
(i) Idem *ſec. gen.* L. V.
(k) Idem ibid. L. VII.
(l) Oribas *Syn.* L. III.
(m) Cels. V. c. 22. ex alumine, gallis, &c.
(n) Galen. *Compoſ. ſec. loc.* L. VII.
(o) Ibid. L. VI.
(p) Ibid. L. I
(q) Ibid. L. IX.
(r) *Tetrab.* III. S. 2. c. 26.
(s) *Compoſ. ſec. loc.* L. IX.
(t) Ibid. L. VI.
(u) Ibid.
(x) Ibid. L. III.
(y) Idem ibid. L. V.
(z) Idem ibid. L. VI. c. 1.
(a) Aurel. *Chron.* I. c. 4. de epilepſia.
(b) Galen. *Medicament. Compoſ. ſec. loc.* L. VI. c. 4.

Digitized by Google

imperio obierit. Faſtuoſum operi (*c*) titulum dedit, *inſignium pharmacorum autocrator hologrammatos* (*d*), quo libro de optimis remediis agebatur; ea multa invenit, & inter optimos rei medicamentariæ ſcriptores recenſus eſt (*e*). Autogrammaton dixit, quia pondera tota exſcripſit (*f*). Inter ea fuerunt, quæ ad poſteros deſcenderunt, ut diſcutiens emplaſtrum (*g*), & proteus (*h*), & diachylon emplaſtrum, & acopum (*i*), & ſtomaticum (*k*). Videtur idem eſſe, cujus titulus in lapide ſupereſt TIBERIUS CLAUDIUS KUREINA MENECRATES, Cæſarum medicus (*l*).

CHARICLES TIBERII celebris medicus etiam medicamenta invenit, quæ poſteri conſervarunt, quæ ex ASCLEPIADE ad GALENUM tranſierint (*m*).

PHILO JUDÆUS, philoſophus Platonicus, ſcripſit περι γεωργιας Νωε, περι φυτουργιας Νωε, quos pro duobus libris Georgicorum (*n*) EUSEBIUS numeravit. Codex M. S. horum librorum in bibliotheca Vaticana exſtat (*o*). Libri nempe de agricultura, & de plantarum cultu.

SERVILIUS DAMOCRATES ſub finem imperii AUGUSTI vixit, cum Conſidiam filiam SERVILII (*p*) Conſularis curaverit, qui mediis annis AUGUSTI conſulatu functus ſit. Varia ſcripſit, & potiſſimum jambis Græcis *de Iberide* (*q*), lepidio Græcorum, libellum ab ARCHIGENE dictum (*r*). Eam herbam ad iſchiadicos dolores vehementer laudat (*s*). Inter optimos auctores medicamentorum recenſetur (*t*). Scripſit & *Philiatrum* (*u*), ex quo poemate GALENUS aliquas compoſitiones recenſet, & dentifricium (*x*). Sed multa alia ejus viri medicamenta apud GALENUM ſuperſunt, digerens emplaſtrum melinum (*y*), dyrrachites (*z*), acopum (*a*), tyrium, ægyptium,

(c) MERCURIAL. *art. gymnaſt.*
(d) GALEN. *Compoſ. ſec. loc.* L. II. & L. VI.
(e) IDEM *Compoſ. ſec. gen.* L. III. *ſec. loc.* L. VII.
(f) *Antidot.* L. I. c. 7.
(g) GALEN. *Compoſ. medicam. ſec. gen.* L. VI.
(h) IDEM *ſec. loc.* L. V.
(i) IDEM *Compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(k) IDEM *ſec. loc.* L. VI.
(l) GRUTER. p. D. LXXXI.
(m) GALEN. *Compoſ ſec. loc.* L. II. VII. X.
(n) Apud FABRIC. *Bibl. Græc.* T. IV. p. 107.
(o) GESNER. *Bibl.*
(p) PLINIUS L XXV. c. 28. Lacte capræ, quam lentiſco aluerat. Habet etiam GALEN. *de theriaca.*
(q) PLIN. L. XXV. c. 49. nuper factum, inquit PLINIUS. add. GALEN. *Compoſ. ſec. loc.* L. X.
(r) GALENUS.
(s) GALEN. ibid. & PLIN. L. XXV. c. 49.
(t) GALEN. *Compoſ. ſec. gen.*
(u) *Sec loc.* L. VII.
(x) Ibid. L. V ex TIMOCRATE.
(y) *Compoſ. ſec gen.* L. VI.
(z) IDEM ibid. L. V.
(a) IDEM L. VII.

Digitized by Google

ægyptium (*b*), adtrahens (*c*), album malagma (*d*), collyrium ex myrrha (*e*), & medicamentum ex dictamno (*f*). Tum inter interna diacodium (*g*), theriaca (*h*), antidoti adverſus reptilia (*i*) & canis rabidi morſum, mithridatium (*k*), & charme (*l*). Medicamentum ex myrrha, croco & theriaca AETIUS (*m*) ex eodem auctore habet, & diaſmyrneum (*n*).

§. XXIX. *Columella.*

CLAUDIO imperante vixit & SENECAM coævum citat (*o*) L. JUNIUS MODERATUS COLUMELLA, longe princeps auctor Georgicorum, Gaditanus (*p*), ruris ipſe cultor (*q*), quæ in Cilicia & Syria videret ſeri (*r*) enumerat, variasque Aſiæ & Europæ regiones citat, quas adiiſſe videtur, & M. COLUMELLAM patruum diligentiſſimum agricolam laudat (*s*). Ejus *de re ruſtica* libri XII. exſtant, quorum ſecundo ſegetes, frumenta, pabula, meſſes deſcribuntur. Videas Romanos ante Helvetos pratorum riguorum utilitatem noviſſe, & arvorum in prata converſionem, quæ per arationem fit, perque raporum cultum. Medicam noſtram videtur dicere, quam ajat decem annis durare, & ſexies nonnullis locis demeti poſſe. Lupinum & Viciam eo fine ſeri novit, ut aratro ſubigantur, & ſint pro ſtercore (*t*). Terras miſcere, ſabuloque cretam corrigere a patruo didicit, muſcumque cinere compeſcere.

Lib. III. Vitium cultum tradit & plurima genera. Miracula vitium laudat, ut unam arborem, quæ 2000. uvas tulerit, lucrum ex vitibus redundans laudat, & ſilices amat. Labores varios docet, & artem, qua vites recte ponantur, minute, & per menſuras.

Lib. IV. Pergit in vitibus. Palos dat ſingulos. Proprio ex experimento, contra priores, primi anni incrementa in malleolo falce caſtigat, quam dat delineatam. Ea occaſione etiam ſalices, geniſtas, arundines, caſtaneas dicit,

(b) IDEM L. VI.
(c) IDEM L. VI.
(d) IDEM L. VII. VIII.
(e) IDEM *ſec. loc.* L. III.
(f) IDEM *Compoſ. ſec. gen.* L. V.
(g) IDEM *ſec. loc.* L. VII. quod fuerat THEMISONIS.
(h) *Antidot.* L. I. c. 16. paulo aliter, quam ANDROMACHUS GALEN. *Theriac.*
(i) GALEN *Antidot.* L. II. c. 16.
(k) IDEM L. II. c. 2.
(l) IDEM c. 4.
(m) I. Serm. I. 85.
(n) GALEN. *ſimplic. facultat.* L. X.
(o) L. III. c. 3.
(p) L. X. & mea quam generant Tarteſi litore Gades.
(q) L. V. c. 6. vide ejus inventa.
(r) L. II. c. 10.
(s) L. II. c. 16. L. V. c. 5. L. VII. c. 2. L. XII. c. 43. &c.
(t) L. XIV.

Digitized by Google

dicit, ex quibus ſuſtentacula vitium ſumebantur. Sed infinita ſunt, quæ mererentur excerpi.

Lib. V. Pergit. Rumpotinum arborem deſcribit. Inde olearum cultum, tunc arbores pomiferas, & inſitionis artes, trium generum, & inoculandi rationem, quam PLINIUS (*u*) ipſi tribuit inventam, & quæ nunc ablactatio dicitur. Negant nuperi veterum inoculationem ſuccedere (*). In cytiſo finit.

Lib. VI. De bobus huc poſſit referri, quod remedia aliqua tradat, ex bituminoſo trifolio, tithymalo, hyoſcyamo. Hic (*x*) ſetaceum deſcribit ex Helleboro, in lue boum etiam nunc celebre.

Lib. VII. Sic de ovibus, ubi perniciosam herbam ſanguinariam adcuſat.

Lib. VIII. Animalium eſt volatilium.

Lib. IX. Ferarum; etiam de apibus hic agit, qua occaſione plantæ apibus gratæ enumerantur. Adnotat interire apiculas, ſi verno tempore floribus ulmi aut tithymalo indulſerint (*y*).

Lib. X. Eſt perelegans de hortis carmen, de eorum cultu, de plantis noxiis, de oleribus, de coronariis plantis; arbores aliquas paſſim deſcribit.

Lib. XI. Opera ruſtica per menſes diſtribuit. Caprificationem leviter tangit, tamquam qui ea non uteretur. Inverſo cacumine menthaſtrum replantat, ut dulcius redeat.

Lib. XII. Condimenta olerum, fructuum, ſapa, defrutum. Quando muſtum deferbuerat, Romani gypſum injiciebant, ut vinum diu ſervaretur. Vini etiam curam, & vina medicata varia docet. Uvas ſub aquis in puteo merſas ſervabat. A malorum odore uvas corrumpi monet. De olei cura.

In editione porro ALDINA & COMMELYNIANA (*z*), ſeorſim recenſetur liber *de arboribus*, ab iis libris diverſus, quos COLUMELLA SYLVINO inſcripſit, ſimilis tamen dictione tota & vocibus, COLUMELLÆ familiaribus. Auctor ſibi propagandæ vitis modum inventum tribuit, quæ eſt ea ipſa ablactatio, quam PLINIUS (*a*) COLUMELLÆ inventam tribuit. Inſitionem etiam deſcribit: tunc curam arborum, olearum, pomarii. Monet, ut ad eoſdem cardines mundi ramus inſititius adaptetur, quem in ſua arbore tenuerat. Acorem malorum (punicorum) laſere cum vino diluto ſe emendaſſe addit. Omnis generis arbores, omnis etiam generis ſurculos recipere contendit. In cytiſo uberior eſt. Salicem, geniſtam, arundinem, roſam, violam paucis tangit (*b*). Hunc librum

(u) L. XVII.
(*) *On fruit trees* 1768. p. 75.
(x) L. VI. n. 5.
(y) L. IX. c. 13.
(z) p. 493.
(a) Eadem exſtat L. IV. c. 7. 8.
(b) GESNER præf. p. IX.

Digitized by Google

librum ſummus harum rerum judex PONTEDERA habuit pro compendio Libri III. IV. & V. quod prius ſcripſerit COLUMELLA; deinde uberius tractato argumento aboleverit (*c*).

COLUMELLA (*d*) ſolus abſque anni mentione Argentorati prodiit cum B. FIERÆ cœna anno 1543. 8°. (GESNER). Lugduni anno 1548. 8°. GESNER. BURETTE.

Interprete J. B. PIO Bononiæ 1520. fol. OSB.

Cum N. BARTHOLOMÆI carmine de hortis & aliis libellis anno 1545. 4°. GESNER ibid.

Liber X. ſolus Parmæ annis 1478. fol. 1496. fol. SEGUIER & anno 1520. fol. Paris anno 1538. 4°. B. Bern. quod exemplum plurimas doctæ manus notas adſcriptas habet, & ib. 1595. 4°.

Germanice totum opus cum Palladio durch *Michel Herren* anno 1538. fol. TREW. Magdeburg. anno 1612. fol. durch *Theod.* MAJ. cum SEXTO PLATONICO.

Italice Venet. anno 1544. SEGUIER. & annis 1554. & 1564. 8°. *Petro* LAURO interprete IDEM.

Gallice per *Claude* COTTEREAU Paris anno 1551. 8°. SEGUIER. GESNER. & correcte per *J. Thierry* de BEAUVAIS anno 1556. IDEM.

Cum PALLADIO Paris R. STEPHAN. anno 1543. 8°. Et cum aliis Poetis Lipſ. anno 1655. 8°.

CATO VARRO & COLUMELLA per *Petrum* VICTORIUM ad veterum exemplarium fidem reſtituti Paris anno 1543. 8°. * In eos tres ruſticorum ſcriptores addita eſt *Georgii* MERULÆ priſcorum vocum enarratio, quæ apud VARRONEM, CATONEM & COLUMELLAM reperiuntur. Ibid. & eodem anno ſeorſim tamen PALLADIUS prodiit. *

CATO, VARRO, COLUMELLA & PALLADIUS Venetiis apud JENSON anno 1472. fol. MEAD.

Rhegii anno 1482. fol. MEAD.

Bononiæ anno 1494. fol. OSBORN.

Rhegii anno 1496. fol.

Venet. anno 1496. fol. SEGUIER.

Rhegii anno 1496. fol. IDEM.

Bononiæ anno 1504. fol. MEAD cum PHIL. BEROALDI notis.

Paris

(c) GESNER II. p. 826.
(d) Videtur plures alias ſolius COLUMELLÆ editiones habere SEGUIER, ſed non ſatis mentem explicat.

Digitized by Google

Paris anno 1513. fol. SEGUIER.

Venetiis apud ALDUM anno 1514. 8°. & 4°. ex edit. G. MERULÆZOCHA.

Florent. anno 1515. 8°. apud JUNTAM SCHULZ.

Bononiæ anno 1520. fol. SEGUIER.

Venetiis anno 1521. 8°. Florentiæ eodem anno 8°. CAT. OSBORNE 1752.

Incerto loco anno 1528. 8°.

Paris anno 1529. fol. cum BEROALDI notis B. Bern. anno 1533. fol. TREW. MEAD 1533. 8°.

Venet. apud ALDUM anno 1533. OSB.

Baſileæ anno 1535. 8°. ad ALDINAM.

Lugdun. anno 1535. 8°.

Coloniæ anno 1536. 8°. B. Bern. cum BEROALDI ſcholiis.

Lugdun. anno 1542. 8°. ex emendatione *Petri* VICTORII.

Apud COMMELINOS anno 1595. 8°. *

Denique in ILL. GESNERI collectione anno 1735. 4°. *

Codicem chartaceum COLUMELLÆ ſolius habet *Bibliotheca Regia* Pariſina IV. p. 282. & alium ib. & tertium ib. Chartaceos omnes.

Exſtant in COLUMELLAM notæ BEROALDI Bonon. 1514. & Pariſiis editæ anno 1529. fol. & 1533. fol. tum Lugduni anno 1535. 8°. Colon. 1538. 8°. Paris 1543. 8°. quæ fere comparatoriæ ſunt, & loca PLINII conferunt.

Notæ JULII POMPONII FORTUNATI in eadem editione Paris 1533. fol. exſtant, & in editione Bononienſi anni 1494. Regienſi anni 1496. & Juntina anni 1521.

Exſtant & SCHOLIA CODRI anno 1521. 8°. apud Juntas edita, & Pariſiis anno 1529. 8°.

Georgii MERULÆ ALEXANDRINI notæ fere cum BEROALDI notis reperiuntur.

Johannis THIERRY ſatis copioſæ notæ ad editionem CLAUDII COTEREAU acceſſerunt, ubi fuſe de emendanda dictione agitur, variæ editiones & analogi ſcriptores conferuntur, gallicæ ſubinde conſuetudines & colendi agri rationes comparantur &c.

Notas uberiores cum GESNERIANA editione PONTEDERA dedit & J. B. MORGAGNUS. GESNERUS etiam ſuas variorum notas adjecit. Aliqua REINESIUS adtigit (e).

(e) *Var. lect.*

Digitized by Google

§. XXX. *Apion. Theſſalus.*

Ad TIBERII tempora pertinet APION Grammaticus, vir erudititiſſimus, qui Anacampſerotem deſcripſit (*f*). Medicamentum ad carbunculos APIONIS habet (*g*).

THESSALUS NERONI coævus περὶ διαιτῶν ſcripſerat (*h*).

§. XXXI. *Andromachus.*

ANDROMACHUS Archiater antidoto viperas & opium addidit, compoſitionem (*i*) NERONI dicavit, citante jam GALENO, & ejus miſcelæ compoſitionem, atque plantas, quas recipit, elegiaco poemate deſcripſit (*k*), nuper Norībergæ recuſo. Multum a veteribus laudatur (*l*) & ad poſteros tranſiit, & aliquot de ea theriaca libelli Arabum (*m*) exſtant & *Judæorum* (*n*). M. S. apud T. GALE.

§. XXXII. *Apuleius.*

APULEIUS CELSUS Centuripinus Siculus, SCRIBONII præceptor, de re ruſtica (*o*) ſcripſit, a PALLADIO citatum opus, cujus in collectione CASSIANI BASSI aliqua fragmenta ſuperſunt; ipſum opus interiit, & quæ de herbis cum APULEIO PLATONICI nomine ſuperſunt, longe deterioris ſunt ſeculi. Librum de arboribus citat SERVIUS in *Georgica*. Huic APULEIO libellum MUSÆ *de botanica* tribuit MONGITORE, ſed is ſerioris utique ævi eſt.

§. XXXIII. *Scribonius Largus.*

SCRIBONIUS LARGUS librum ſuum *de compoſitione medicamentorum* C. JULIO CALLISTO, celebri CLAUDII (*p*) liberto, inſcripſit, quem etiam imperatorem in Britannica expeditione (*q*) comitatus eſt, Deumque (*r*) ſuum vocat. Theriacam citat, junior ANDROMACHO (*s*). Dictio non eſt ad ſaporem ſeculi argentei,

(f) PLIN. L. XXIV. n. 102.
(g) GALEN. *Compoſ. ſec. gen.* L. VI.
(h) CÆL. L. III. c. 17.
(i) GALEN. ad PISONEM *de theriaca* c. 5.
(k) Exſtat in GALENI *antidot.* L. I. c. 7.
(l) GALEN. ad PISONEM *de theriaca* c. 5.
(m) Ketab al tariak alakbar, & libellus *Muaffac albagdadi* HERBELOT. *bibl. orient.* p. 966.
(n) Abu Jacob Soleman al Iiſraeli ibid.
(o) p. 94. ubi ejus antidotum citat.
(p) Ea epiſtola cum MARCELLO prodiit p. 22. non bene.
(q) C. 41.
(r) C. XI. p. 43. ed. RHODII.
(s) C. 43. plures habet, nullam quidem ANDROMACHI.

Digitized by Google

argentei, ut J. CORNARIUS (*t*) & CAGNATUS putaverint, SCRIBONIUM Græce ſcripſiſſe, ejus vero opus latine verſum eſſe deteriori aliquo ævo. Sed ad ea argumenta MARSILIUS CAGNATUS reſpondet (*u*) & RHODIUS (*x*). Et epiſtola ad CALLISTUM, ſi PLINIO indigna fuerit, nimis terſa tamen eſt, quam a MARCELLI tempore exſpectes.

Botanices ſtudium omnino apud eum virum aliquod fuit, nusquam enim ſe in Italia trifolium bituminoſum ait reperiſſe (*y*), niſi circa Lunæ portum.

Ad ſingulum etiam morbum ſimplicia ab initio medicamenta indicat, deinde compoſita. Horum multa GALENUS recepit, intercedit autem plurimum ſuperſtitionis, etſi SCRIBONIUS paſſim ad ſuam experientiam provocat. ASCLEPIADEM plurimum citat. Symphytum ait alum Gallicum vocari (*z*). Chameleæ folia adverſus hydropem adhibet (*a*). ἱερὰν βοτάνην Vettonicam vertit. Trifolium (*b*) bituminoſum pro alexipharmaco habet (*c*). Definit in venenatis cicuta, opio, alterco, coriandro, aconito, dorycnio, ixia, ephemero, fungo, cum eorum remediis.

Multa ejus viri medicamenta ad poſteros tranſierunt, ut arteriaca (*d*), antidoti (*e*), remedia ad ozænas (*f*), emplaſtrum diſcutiens (*g*).

* Editiones ſunt, Baſileenſis anni 1528. fol. & 1529. 8°. ad codicem a RUELLIO e tenebris erutum. Cum Principibus Medicis recuſus eſt; ejusdem primaria editio eſt Patavina anni 1651. 4°.* cum notis J. RHODII, & Lexico SCRIBONIANO. RHODIUS plantarum equidem non gnarus fuit, multa tamen collegit, ad hiſtoriam, antiquitates & aliorum ſcriptorum parallela loca ſpectantia.

§. XXXIV. *Varii.*

BESTINUM (ſ. VESTINUM) ſæpe citat ARETÆUS, ejusque laudat pharmacum διὰ φυτάλλιδων, ad urinam ciendam (*h*), & ἱερὰν βηστίνου (*i*).

(t) Præf. ad MARCELLUM.
(u) *Var. obſ.* lect. III. c. 14.
(x) A principio.
(y) C. 43.
(z) C. 21.
(a) C. 34.
(b) C. 39.
(c) C. 43.
(d) Ex ASCLEPIADE GALENUS *Compoſ. ſec. loc.* L. VII.
(e) Ibid. L. IV.
(f) L. III.
(g) GALEN. *Compoſ. med. ſec. gen.* L. VI.
(h) *Cur. diut.* I. c. 13.
(i) Ibid. I. c. 4. II. c. 5.

Philo antidotum, quæ etiam nunc ſupereſt, ænigmaticis verſiculis deſcripſit. Eam opium ingreditur, ſed & Euphorbium (*k*). Laudat tamen **Galenus** (*l*). Collyrium **Celsus** habet (*m*).

§. XXXV. *Aretæus.*

Non omittenda videtur memoria viri inter medicos Græcos principis, eloquentis, ornata dictione, judicio accurato, ordine, ſuperiores meliori excellentis. Ipſe ille illuſor medicorum L. a **Capoa** magni fecit **Aretæum** (*n*). Romæ vixiſſe omnia denotant, qui garum (*o*), vinum ſurrentinum, fundanum, falernum & ſigninum (*p*) citet, & far thyrrenum (*q*).

Poſt **Andromachm** ſcripſiſſe putes ex frequente theriacæ ſeu beſtiariæ (*r*) compoſitionis citatione, & ejusdem antidoto **δια βηρατα.**

Non poſt **Galenum** vixit, tum quod eo ævo Pneumatica ſecta fere exſtincta fuerit, quam **Aretæus** ſecutus eſt; tum quod in Euporiſtis **Dioscoridis** citetur, **Andromacho** dicatis, quorum Archiatrorum etiam qui junior fuit, tamen ante **Galenu** vixit. A pauciſſimis veterum citatur, nunquam a **Galeno**, a **Paulo** mutato nomine (*s*), ut tamen adgnoſcas, ab **Aetio** paſſim. Inde conjectura **Huxhami**, **Aretæi** opus eſſe **Archigenis**, cum ex eo ſcriptore paſſim apud **Galenum** aliqua citentur, quæ reperiantur in **Aretæo** (*t*). Ipſa dictio melior eſt, quam poſteriori ævo fuerit.

Ad rem herbariam facit, ut **Hippocrates**, ob plantas nempe, quas citat, medicas: ut Acaciæ & Hypociſtidis ſuccum (*u*), Anethum in gonorrhœa præſtans remedium (*x*) & **την ρυτην** (*y*): Malabathrum folium Indicæ arboris (*z*), cinnamomum, ſi quis ejus copiam habeat (*a*), argumento eo ævo rarum fuiſſe. **Φυσαλλιδων** (*b*) pharmacum ad urinam pellendam optimum; **αστερα χαρτα**

(k) **Galen.** *Compoſ. medic. ſec. loc.* L. IX. **Oribas** *Syn.* III. **Aretæus** L. II. c. 5. **Myrepsus** n. 242. 243.
(l) Ibid. L. VII.
(m) Ibid. L. VI. c. 6.
(n) *Parere* I. p. 319.
(o) *Cur. acut.* I. c. 2.
(p) Ibid. II. c. 3.
(q) Ibid. II. c. 2.
(r) *ἡ ποικιλη δια θηριων Cur. diut.* I. c. 4. *ἡ δια σχιδνων ἑρπετων Cur. diut.* II. c. 5. *Αρτισκοι* ex viperis *Cur. diut.* II. c. 13. &c.
(s) Cappadox **Aetius** L. IV. c. 1.
(t) *Of fevers pref.* p. IX.
(u) *Cur. acut.* II. c. 2.
(x) *Cur. diut.* II. c. 5.
(y) Ibid.
(z) *Cur. acut.* II. c. 10.
(a) Ibid. II. c. 7. & 10.
(b) *Cur. diut.* I. c. 13.

κηρτα λευκον ad hæmorrhagiam (*c*) hic reperias. Validis remediis etiam utitur, contra ſeculi morem, ut cocco gnidio, cucumere ſylveſtri, thapſia (*d*), ſemine rutæ ſylveſtris acerrimo (*e*). Habet etiam plantas alibi vix reperiendas, σινωνα (*f*), quam cum cumino & ruta conjungit, & cujus decoctum commendat, tum λημνιςιδα (*g*) & ὕδαρ (*h*).

Editiones, Commentarii & viri hiſtoria alias dicentur, ſufficit Leidenſis anni 1731. fol.* Codex M. S. chartaceus exſtat in *Bibliotheca Regia* II. p. 462. ſed 16. ſeculi.

§. XXXVI. *Pedacius* (*i*) *Dioſcorides*, *Anazarbeus* (*k*). *Alius* (*l*) *a Dioſcoride Phaca* (*m*).

Pedacius botanices Græcanicæ princeps auctor, Neronis ævo (*n*) vixit, tum quod librum parabilium Andrómacho inſcripſerit, tum quod Lecanium (*o*) (Licinium) Bassum (*p*) citet, tamquam Arei (*q*) ſui amicum, tum quod a Plinio & citetur (*r*) & exſcribatur. Plinio juniorem fuiſſe, & ad tempora Hadriani pertinere, argumento Iberidis a Democrate inventæ Cigalinus (*s*): addunt Nervam demum Anazarbam condidiſſe, quæ prius Cyinda dicta ſit (*t*), ut non poſſit Anazarbeus homo ante Neronem vixiſſe. Sed ad ea reſponſum eſt abunde (*u*).

Clariſſimus Medicus fuit (*x*), & ea occaſione per Europam & Aſiam peregrinatus eſt. Plantas breviter deſcripſit, ut aliquando adgnoſcas, alias minime; ſigna enim ex colore, magnitudine, ſurculis, exque comparatione cum aliis plantis fere ſumpta in ſolis vulgaribus plantis ſufficiunt, & raro. Quare immenſæ

(c) *Cur. acut.* L. II. c. 2.
(d) *Cur. acut.* I. c. 2. *diut. cur.* II. c. 4.
(e) *Cur. acut.* I. c. 7.
(f) Ibid. II. c. 5.
(g) Ibid. I. c. 2. Adarce vertunt.
(h) Ibid.
(i) Aliis Pedanius, & ita habet codex princeps Vindobonenſis Lambecius p. 591.
(k) Galenus, Stephanus, Tarſenſis Myrepso.
(l) Mars Cagnat. l. c.
(m) A lentiginibus dicto Suidas III. p. 574. qui cum noſtro confundit, & cum eo J. Bernier *hiſt.* p. 85. Alexandrinum vocat Paulus L. IV. c. 24.
(n) Ante Christum natum Lambecius l. c. p. 559. ob Arrum Augusto familiarem, ſed repugnant nomina Licinii Bassi, Andromachi &c.
(o) Lecanii exſtat ſiccans Galen. *Compoſ. ſec. gen.* L. V.
(p) Præf. L. I.
(q) Galen. *Compoſ. ſec. gen.* L. VI.
(r) De hæmatite. Voces nempe Dioscoridis repetit, & nuperum auctorem ita ait reliquiſſe.
(s) *Patr. plin.* L. I. II. & M. Cagnat. l. c.
(t) Cigalinus l. c. L. II. Suidas p. 163. Marsil. Cagnat. L. II. c. ult.
(u) Salmasius *Exerc. Plin.* c. 30. Fabric. *bibl.* L. IV. p. 90.
(x) Stephanus in voce *Anazarba*.

Digitized by Google

immenſæ de plantis DIOSCORIDIS lites exſtiterunt, quas demum deſperatio compoſuit. Deinde vires medicas empirico modo tradit, nullo cauſarum aut temporum diſcrimine addito; & ſigna plantarum paſſim, & remedia ex NICANDRO ſumſit. Vires medicas numeroſas admodum recenſuit, & quibus ægre eventus ſatisfecerit. Ordo vix ullus eſt, numerus plantarum initur ad 600. Libri quatuor priores fere ſimplicia medicamenta tradunt, quintus varia vina medicata, primus olea & unguenta. Auctor ipſe quinque libros numerabat, tum GALENUS, ſic in ſua editione SARACENUS: Sextus liber plerarumque editionum ab eodem *Alexipharmacorum* nomine & *Theriacorum* venit. Venenorum titulo etiam plantæ aliquæ comprehenduntur. Eosdem libros PHOTIUS viderat, qui *ſeptenos* numerat (y), octo (z) alii, & plurimi ſex, excluſis venenatis (a), pauci novem (b), & quinque (c), & ſeptem (d) unice ob aliter initos numeros. *Notha* barbara, & paradoxa varia SARACENUS recidit.

Utcunque vero hæc ſe habent, nemo tamen botanicorum famam & auctoritatem DIOSCORIDIS adtigit (e). Eum perfectiſſime de medicamentis ſcripſiſſe, & pleniſſime, ipſe GALENUS (f) fatetur, etſi paſſim eum carpit (g), quod vim vocum ignoraverit. Ex eo PLINIUS hauſit, deinde GALENUS (h), & ORIBASIUS (i), & SERAPIO (k), & tota poſteritas. Arabes eum in ſuam linguam verterunt (l) & ubique exſcripſerunt (m). Ipſi Maurorum medici plantas ſuas ex DIOSCORIDE (n) diſcunt. Multo etiam frequentiores commentatores, verſiones, & editiones expertus eſt, quam ullus præterea rei herbariæ ſcriptor. Laudes etiam *Leonardi* a CAPOA meruit (o).

Ejus paſſim medicamenta ad poſteros deſcenderunt, ut ad oculos (p) pulvis (q), glencinum (r), remedium ad ulcera chironia (s), ad carbunculos, quod

(y) p. 400. 401. tum ORIBASIUS L. IV.
(z) IDEM PHOTIUS. Cod. M. S. Paris 2224.
(a) Dioſc. ALDI. 1518. & 1495. Editiones RUELLII, MATTHIOLI.
(b) BIBL. MEDICÆA.
(c) Cod. M. S. Bibl. Pariſ. II. n. 2179. 2180. 2182. 2183. 2185. & HERMOLEUS & CORNARUS.
(d) Bibl. Leid. ORIBAS ſynopſ. L. IV. CORNARUS.
(e) Vide judicium, certe peritum, PHOTII, qui DIOSCORIDEM omnibus aliis de herbis ſcriptoribus præfert p. 400. 401.
(f) *Simplic. facultat.* L. VI. c. 1. *Compoſ. ſec. gen.* IV. c. 2. *Antidot.* L. I.
(g) *Simplic. facultat.* L. XI.
(h) SPIGEL L. II. c. 17.
(i) GESNERO jam notante, CORDUM & SPIGELIO.
(k) GESNER. l. c. præf. ad CORD. TRAG.
(l) HERBELOT. *bibl.* p. 968. *Ibn Galgali* REISKE.
(m) EBN BEITHAR apud HERBELOT. p. 297. addit valde eum laudaſſe ABULFARAGIUM.
(n) SHAW. *travels* p. 263. ex editione MATTHIOLI.
(o) *Par.* I. p. 318.
(p) Cataplaſma AET. II. L. III. c. 96. &c.
(q) MYREPSUS *pulv.* 36.
(r) GALEN. *Compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(s) L. IV.

Digitized by Google

quod Areo Asclepiadi tradidiſſe dicitur (*t*), arteriacum (*u*), adipſon (*x*); catapotium ad exuſta (*y*). Varia ad comitialem morbum ex Dioscoride Aetius exſcribit (*z*) & ad febres, ſi noſter eſt.

Opera omnia græce & latine edita ſunt, cura *J. Antonii* Saraceni Lugduni anno 1598. fol. * quæ editio reliquis omnibus præfertur, tum Pariſiis anno 1549. 8°. cum *Jacobi* Goupyli caſtigationibus (Trew) ex interpretatione Ruellii, Falc. &c.

Libri VI. *de materia medica* Græce apud Aldum anno 1495. fol. cum titulo prodierunt πεδακιου διοσκοριδους περι ὑλης ιατρικης λογοι ἑξ, περι ιοβολων θηριων και περι λυσσων σημειων, cum Nicandro. Porro Venetiis 1518. 4°. ex Hotton. 4°. & ex Freytag 8. continet L. VI. de *mater. medica* tum de animalibus venenatis, & de curatione ab iis percuſſorum, & indicem plantarum animalium dictorum Dioscoridi, & carmina, quæ edidit Rentorfius. Inde Baſileæ 1529. 4°. * edente Jano Cornario cum titulo Διοσκοριδης περι ὑλης ιατρικης ΙΑΝΟΥ του ΚΟΡΝΑΡΙΟΥ cum indice & libro de venenatis animalibus, & cum nothis fragmentis.

Interpretes latini ſunt, antiquus auctor ignotus & ſemibarbarus; tum *Hermolaus* Barbarus, *Marcellus* Vergilius, *Johannes* Ruellius & *Johannes* Cornarius.

Latine ergo Dioscorides primum prodiit Coloniæ anno 1478. fol. Seguier. tum porro Romæ anno 1492. fol. (*a*)

Lugduni anno 1512. fol. parv. vel 4°. maj. * Titulus hic eſt Dioscoridis . . *virtutum ſimplicium medicinarum Liber capita* 717. *continens cum additionibus Petri* Paduanensis. Ejusdem Dioscoridis *de naturis & virtutibus aquarum*; litteris Gothicis, ordine alphabetico.

Venetiis anno 1516. fol. cum interpretatione & corollario *Hermolai* Barbari L. V. & J. B. Egnatii *adnotationibus.* Verſio Hermolai ad Plinii ſaporem facta, verbis Dioscoridis minus reſpondet.

J. Ruellio interprete prodierunt Dioscoridis L. VI. Pariſiis anno 1516. fol. Riv. apud H. Steph. tum anno 1537. 8°. anno 1542. 8°. ex *notis meis.* Baſileæ anno 1532. 8°. Tournefort. Venet. anno 1527. 8°. Lambec. Pariſiis anno 1537. 8°. Osb. 1549. 8°. &c. cum *Jac.* Goupyli caſtigationibus & textu græco Falc. Lugduni anno 1543. 12°. Lambec. ib. anno 1547. 12°. 1550. 8°. Gesner. 1552. 8°.

Hæc

(t) L. VI.
(u) *Compoſ. ſec. loc* L. VII.
(x) Oribas *Syn.* L. IV. & VII. c. 39.
(y) Idem ibid. L. III. IV.
(z) L. VI.
(a) Forte, Trew.

L

Digitized by Google

Hæc RUELLII verſio reliquis ſolet præferri; & cum adjectis H. BARBARI adnotationibus prodiit Argentorati anno 1529. fol. * Porro cum iconibus & notis GUALTHERI HERMENII RYFF, & *J.* LONICERI Marpurgi anno 1543 *. Cum *Euricii* CORDI *de ſimplicibus judicio*, & GESNERIANIS *herbarum nomenclaturis*, cumque *Valerii* CORDI adnotationibus & figuris EGENOLPHIANIS Francfurt 1549. fol. * LONICERUM parvi fecit GESNERUS.

Marcello VIRGILIO interprete Florentiæ prodiit anno 1518. fol. * Latine anno 1523. fol. LAMBEC. & Baſileæ anno 1532. 8°. cum morborum indice, ad quos medicamenta enumerantur. Græce & latine Coloniæ anno 1529. fol. * MARCELLUS botanicus non fuit, & multus eſt in reprehenſione HERMOLAI. Commentarii copioſi ſunt, & pleni antiquorum librorum lectione, ſtirpibus tamen ignotis revelandis non conferunt.

Vertente J. CORNARIO. PED. DIOSCORIDIS *de materia medica* L. V. J. CORNARIO interprete. Ejusdem *de beſtiis venenis & lethalibus medicamentis.* L. II. eodem interprete Baſileæ anno 1557. fol. Notæ fere ad vocum ſignificationem & proprietatem pertinent.

Ex editione P. A. MATTHIOLI, quæ fere eſt RUELLII, latine Venet. anno 1554. fol. * cum iconibus parvis absque notis; 1558. fol. cum figuris, & apologia; Lugduni anno 1554. 16°. * 1562. 4°. cum iconibus & *apologia adverſus* AMATUM, indice curativo, & notis. Princeps editio eſt Veneta anni 1565. fol. * & 1583. fol. 1604. fol. Prodiit etiam Lugduni anno 1554. 12°. Venetiis anno 1569. 12°.

Italice, interprete *Fauſto* di LONGIANO Venez. anno 1542. 8°. SEGUIER.

M. *Antonio* MONTIGNANO interprete Firenze anno 1545. 8°. SEGUIER. 1547. 8°. TREW.

MATTHIOLO edente cum ejus notis Venetiis anno 1548. 4°. GUNZ quæ editio II. dicitur, tum anno 1549. 4°. absque figuris, anno 1555. fol. LAMBEC. anno 1563. fol. 1570. fol. 1584. fol. 1604. fol. 1711. fol. *Giorn de letter* Mantuæ 1549. 4°. cum figuris plantarum & animalium HOTTON. Lugduni 1562. 4°. TREW.

Hiſpanice, Dioſcoride de la materia medicinal y de los velenos mortiferos traducido en la lingua Caſtillana per el D. *Andreas* de LAGUNA Antverp. anno 1555. fol. LAMBEC. Salmanticæ anno 1563. fol. FALCONET 1570. fol. HOTTON. B. THUAN. Madrit anno 1560. fol. SEGUIER. Valentiæ anno 1636. fol. BURETTE, anno 1695. fol. Madrit anno 1733. fol. ex not. Figuras LAGUNA addidit. Illuſtratus & valde auctus curante SUAREZ de RIBERA Madrit 1752. fol. 2 Vol.

J. JARAVA *hiſtoria de las Jervas y plantas ſacada da* DIOSCORIDES *Anazarbeo y otros autores* Antverp. anno 1557. 8°. BURETTE.

Gallice,

Gallice, par *Martin* MATHEE anno 1553. fol. SEGUIER. anno 1559. 4°. 1580. 4°. B. RIV. Ex editione MATTHIOLI par *Antoine* du PINET Lugduni anno 1561. fol. & par *Jean* des MOULINS Lugduni anno 1572. fol. 1573. fol. 1579. fol. 1580. fol. 1619. fol. 1642. fol. 1656. fol.

Germanice, durch J. DANZ von AST Francofurt anno 1546. fol. TREW. quo anno DANZIUS obiit.

Ex editione MATTHIOLI verſi a *Georgio* HANDSCH Prag. anno 1563. fol. a *Joachimo* CAMERARIO recuſa Francofurt anno 1586. fol. BASS. Catal. 1590. fol. ib. 1598. fol. 1600. fol. SEGUIER. anno 1610. 1611. 1614. fol. 1626. * cum iconibus GESNERIANIS. Revidit poſtremas edd. *Petrus* UFFENBACH.

Bohemice, ex verſione MATTHIOLI, reddita a *Thaddeo* HAGEK Pragæ anno 1562. fol. * cum magnis figuris.

J. B. EGNATII in Dioſcoridem annotamenta, cum H. BARBARI corollariis prodierunt Venet. anno 1516. fol. & vix ullius ſunt momenti.

In DIOSCORIDEM exſtant commentarii *Hermolai* BARBARI Cardinalis & Patriarchæ Aquilejenſis L. V. Hagenoæ anno 1518. fol. TREW. Venetiis anno 1516. fol. quæ prima in titulo dicitur editio, Coloniæ anno 1530. fol.* Baſileæ anno 1534. 4°. Diligenter veteres collegit, in natura ipſa non perinde verſatus.

Cornelium PETRI dicemus.

Leonhardi FUCHSII adaptatio in Dioſcoridis hiſtoria Argent. anno 1543. fol. BLIV.

Johannis LONICERI ſcholia nomina tradunt hebraica & germanica, vide editionem anni 1543. fol. *

Andreæ a LACUNA adnotationes Lugd. anno 1554. 12°. LAMBEC. & Commentarii hiſpanice anno 1552. fol. Exſtant etiam in editionibus, quas diximus. Innumeras plantas raras dicitur delineatas dediſſe, in titulo editionis Salamanticenſis, & multos RUELLII errores gloriatur ſe correxiſſe, ex fide vetuſtiſſimi cordicis.

Amati LUSITANI primum exegemata, cum nomine *Roderici* de CASTELLO ALBO, in duos priores libros Dioſcoridis, Antverpiæ prodierunt anno 1536. fol. Inde in totum opus, Enarrationes in Dioſcoridem de materia medica Argent. anno 1554. 4°. TREW. LAMBEC. Venet. anno 1553. 4°. 1557. 4°.* & Lugd. anno 1558. 8°. cum notis CONSTANTINI & iconibus HOTTON. AMATUS fere Galenum, & ſequaces legit, & Arabes, nomina nupera quatuor linguarum adjecit, loca tamen natalia aliqua hiſpanica addidit & italica.

Digitized by Google

Anonymi adnotationes breves ſingulis DIOSCORIDIS capitibus adjectæ & aliquæ icones, Lion anno 1550. 8°. GESNER. Eædem redeunt in editione anni 1552. 8°*. Auctor DALECHAMPIUS ex GALENO & MATTHIOLO ſua ſumpſiſſe fatetur, & icones nonnullas adjecit, triginta vero & ſex novas ad calcem.

J. Coſmæ HOLZACHII adnotationes in Dioſcoridem Lugd. anno 1556. 12°. BUMALD.

Roberti CONSTANTINI adnotationes Lugd. anno 1558. 8°. eruditæ ex.

Valerii CORDI adnotationes Argent. anno 1561. fol. quæ prius dictæ ſunt, nunc auctæ & emendatæ.

Antonii PASINI obſervationes anno 1592. 4°. dicemus. Titulum lego in CLESSII *elencho* annotazioni & emendazioni nella traduzione del ANDREA MATTHIOLI de cinque libri de Dioſcoride Bergamo 1593. 4°.

J. Ant. SARACENI ſcholia cum operibus edita, diverſas lectiones, emendationes, comparationes aliorum auctorum continent, herbarum non periti viri.

Nicolai MAROGNÆ in caput de AMOMO Baſil. anno 1608. 4°.

Jacobi & *Pauli* CONSTANT notæ in Dioſcoridem Poitiers anno 1628. fol. SEGUIER.

Sed etiam *Bartholomæi* MARANTÆ methodum huc referas & *Textoris* l. de *Differentiis*, & REINESIUM (*b*), & J. MANARDUM in epiſtolis, & alios ejus ævi Cl. Viros.

Huc etiam *Antonii* STUPANI Rhæti *ſimplicium medicamentorum facultates* ex DIOSCORIDE Lugd. 1561. 16°. cum iconibus MATTHIOLI.

Hieronymus BAGOLINUS Veronenſis, DIOSCORIDEM latine verterat, eaque verſio apud RHODIUM exſtabat (*c*). Verterat etiam GASPAR GABRIELI (*).

Sed etiam *Johannes* RAZENDITA *paraphraſin* in DIOSCORIDIS librum de materia medica ſcripſerat, quæ erat in bibliotheca *Michaelis* CANTACUZENI (*d*) & *Michaelis* PSELLI paraphraſis in bibliotheca *Manuelis* EUGENII, cujus partem additur anno 1570. prodiiſſe (*e*). NICANDRI Paraphraſis bis exſtat in B. *Eſcurialis*.

Notas manu GUILANDINI ſcriptas, FALCONETUS poſſidebat (in *catal.* Bibl.). SALMASIUS commentarios in DIOSCORIDEM paraverat, GUIDONI PATINO dictos. LAURENTIUS GRYLLUS in itineribus plantas diligenter legerat, & commentarios in DIOSCORIDEM inchoaverat GRIENWALD.

Poſt

(b) In var. lection.
(c) In SCRIBONIUM p. 175.
(*) In B. S. JUSTINÆ Patavii MONTFAUCON.
(d) VERDIER p. 62.
(e) IDEM p. 64.

Digitized by Google

Poſt hos commentarios (*f*) adeo numeroſos, tertia forte pars plantarum Dioscoridearum ignoratur. In ſecundo libro, quo notiſſimæ plantæ & olera continentur, 25. reperi de 102. ſpeciebus, quæ vel omnino ignotæ ſint, vel dubiæ. Nempe ſolus inter interpretes Matthiolus, & hactenus Ruellius, plantarum periti fuerunt, quorum prior multa equidem emendavit; reliqui ſcholaſtici & litterati fuerunt, qui herbas ipſas non legerint. Sed etiam Matthiolus ipſe, & Ruellius, vixerunt tamen in climate frigidiori, magisque occidentali, a calidis regionibus longe diverſo, in quibus Dioscorides ſuas plantas plerasque legit, ut ex variis plantis adparet, quas pro ſpontaneis recenſent, cum ſint calidiorum regionum propriæ. Etiam nunc deſideratur Commentator, qui easdem, quas Dioscorides, regiones percurrerit, plantasque in claſſico ſolo lectas, cum deſcriptionibus Cl. Viri comparaverit.

Huic deſiderio ſatisfactum foret, ſi aliqua lux ex iconibus adfulgeret, quæ in pervetuſtis codicibus Dioscoridis ſuperſunt. Dicitur codex cum bonis figuris Neapoli (*h*) exſtare; alius in Bibliotheca Leidensi interprete Honain & Stephano. Antonius Musa Brassavola in antiquo Dioscoride herbulam depictam vidit, quæ poſſet eſſe Caryophyllata (*i*). Alius codex Pariſiis ſupereſt (*k*), pluſculi Vindobonæ, & inter eos ſplendidus codex *Julianæ* Aniciæ, quæ de Augusta familia fuit, & Anastasii Dicori Justinique tempore vixit (*l*). De eo codice fuſiſſime (*m*) Lambecius egit, de quo viro juſta querela eſt, quod ornamenta nulli (*n*) uſui futura, & pavonem (*o*) ſculpi curaverit, omnibus notum, plantarum iconem nullam. Quæ equidem apud Dodonæum reperiuntur icones, ſpem magnam non faciunt. Aconitum Lycoctonum codicis Auguſti aliiariæ ſimile pingitur foliis urticæ, quæ oporteret eſſe Platani, ut deſcriptioni reſponderet (*p*). Sic rudis eſt figura Alyſſi, ex eodem codice deſcripta, foliis utcunque, floribus valde obiter expreſſis (*q*). Tuberaria in antiquo codice herbario miſere depicta repetitur a C. Avantio (*).

Codex ille *Cæſareus*, opus Dioscoridis, ab incerto auctore in alphabeticum ordinem reformatum, continet (*r*). Ejus generis alius (*s*), ſed minus

 ſplen-

(f) De commentatoribus Dioscoridis Gesneri judicium exſtat in præf. ad Cordum.
(h) Montfaucon diar. italic.
(i) *Exam.* p. 274.
(k) Montfaucon diar. italic. Salmas. ad Solin. p. 359. Bibl. Parif. II. n. 2179. add. excerpta e Dioscoride de animalibus & plantis cum figuris II. n. 2294.
(l) Lambec. L. II. p. 572.
(m) L. II. c. 7.
(n) Repetito apud Nesselium M. S. Græc. Med.
(o) Is quidem pulchre delineatus, multa de plantis bona promittit.
(p) *Pemptad* p. 439.
(q) Apud Frank. *veronica theiz.*
(*) *Coen. Fier.* p. 153.
(r) Lambec. p. 592.
(s) p. 599.

Digitized by Google

ſplendidus in eadem Bibliotheca ſervatur. Codex ſecundum alphabeti ordinem diſpoſitus, cum l. de theriacis Pariſiis exſtat (*t*). Sed etiam recti ordinis codex (*u*) in ea bibliotheca reperitur. In *vaticana* etiam quatuor ni fallor (*x*): alii tres in B.S. Marci: alii in *medicea bibliotheca* codices M. S. exſtant, tum in Pariſina, in libros ócto & capita 1011. diſtributus cum indice (*y*) ſeculo ſcriptus XIV. Alius, librorum quinque, ſeu excerptorum ex iis libris, & lexico vocum botanicarum & ad rem jatricem pertinentium ſeculi XV. (*z*) Iterum plenum opus librorum V. de materia medica, librorum duorum de theriacis & alexipharmacis, & de venenato & rabido cane (*a*). Alius iterum pleni operis a DEMETRIO TRIBOLE ſeculo XV. accurate deſcriptus (*b*) cum indice: iterum alius totum operis, ut paulo prior (*c*), & alius imperfectus a PETRO PADUANENSI elucidatus (*d*), & alius ab eodem elucidatus (*e*) ſeculi XIII. & duo alii latini (*f*). Exſtabant etiam in VOSSII bibliotheca duo codices. Alius Patavii reperitur, alius erat in PELISSERII bibl. Exſtabat codex DIOSC. de materia medica in bibliotheca *Michaelis* CANTACUZENI (*g*), & onomaſticon botanicum ex DIOSCORIDE (*i*), & excerpta ex DIOSCORIDE, CRATEVA & GALENO (*k*). Tractatus herbarum DIOSCORIDIS, PLATONIS & GALENI valde nuperus in Pariſina (*l*), & ex DIOSCORIDIS, GALENI & CRATEVÆ ſcriptis in ordine alphabeti codex (*m*). Iterum excerpta ex DIOSCORIDE (*n*) & denuo aliqua Ejus de plantis & animalibus (*o*), ibidem.

Pars etiam DIOSCORIDIS Libri nempe primi, & capita prima 26. ſecundi cum græcis ſcholiis marginalibus Viennæ exſtant (*p*). Alius codex librorum quatuor absque primo, ſecundo mutato, antiquus ſeculi X. literis ſemi arabicis, in Ægypto ut videtur ſcriptus, cum nominibus arabicis & notis græcis & arabicis (*q*), ibid.

(t) Bibl. Reg. II. n. 2184. nuperus & ſeculi XVI.
(u) LAMBEC. p. 597. 598.
(x) REDUS & B. Medicea.
(y) II. n. 2224.
(z) II. n. 2180.
(a) II. n. 2185.
(b) II. n. 2182.
(c) II. n. 2183.
(d) Latine IV. n. 6820. ſeculi XIV.
(e) Itid. IV. n. 6819.
(f) IV. n. 6821. ſeculi XIV.
(g) VERDIER p. 62.
(i) p. 599.
(k) Ibid.
(l) Latine IV. n. 6822.
(m) Græce II. n. 2286.
(n) Græce II. n. 2294. de anim. & plantis cum iconibus & n. 2331.
(o) B. Thuan. 441. 8. græce.
(p) NESSEL p. 25.
(q) *B. Pariſ.* II. n. 2179.

Digitized by Google

ibid. Alius codex mutatus in Pariſina (*r*). Ἀντιφαρμάκων codex exſtat in bibliotheca medicea (*s*).

Cæterum dum de principe Græcorum de re herbaria ſcriptorum ago, liceat meam de peritia ejus gentis in ſtirpium hiſtoria ſententiam dicere. Gens ingenioſa non apta erat ad lentam rerum naturalium contemplationem, ſequebatur ſumma rerum, neque numerum inibat partium, neque menſuras, neque demum figuras curioſe definiebat. Vix quærebat quidquam, præter ſtirpes in medicina utiles, aut ad artes aliquas neceſſarias. Non undique ignorabat generum dignitatem; plura Gerania, plures Ranunculos DIOSCORIDES adgnoſcebat. Verum Græci minime exhauſerunt naturæ divitias, quas in ſua poſſimum patria poſſidebant immenſas, ſi Olympos ſuos, frigidiſſimos, cum calidis inſulis Archipelagi pari ſtudio expilaſſent. Quare, ut juſti ſimus, Græcorum botanica peritia ita non æquavit nuperam illam Europæam peritiam, ut etiam a Chinenſium, Japonenſium, & Benjanorum induſtria ſuperetur. Legere tamen decet hos ipſos Græcos, quod ab iis potiſſimum ſperatæ ſtirpium facultates ad nos deſcenderint, non valde mutatæ.

§. XXXVII. *Euporiſta.*

Num genuinus liber ſit, num ſpurius (*t*), diſputatur: & ad iſtam ſententiam LAMBECIUS inclinat. Cum tamen AETIUS & ORIBASIUS (*u*) ex hoc opere loca frequenter citaverint, quæ DIOSCORIDI tribuunt, C. GESNERUS (*x*) & SARACENUS (*y*) malunt pro DIOSCORIDEIS habere. ANDROMACHO inſcribuntur, & ſecundum partes corporis humani adfectas farraginem immenſam citant medicamentorum, tum ſimplicium, tum compoſitorum, fere cum doſibus. Pluſcula medicamenta ſimplicia hic exſtant, quæ cum iisdem certe nominibus, in aliis libris non occurrunt, aliqua etiam nova, ut Moſchus.

Hos EUPORISTON L. II. (*z*) *Joh.* MOIBANUS latine vertit. Græcum textum ex codice AUGUSTANO C. GESNERUS addidit, & emendavit, verſionem MOIBANI per obitum auctoris interruptam perfecit: utriusque etiam viri notæ acceſſerunt, quibus loca parallela continentur. Prodierunt Argent. anno 1565. 8°.* & a SARACENO recuſa ſunt cum nonnullis ſuis ſcholiis.

Alphabetum empiricum ſ. DIOSCORIDIS & STEPHANI Athenienſis de remediis expertis librum ordine alphabetico ſcriptum citat & edidit CASPAR WOLF (*a*) Tiguri 1581. 8°. Ejus codex exſtat in Pariſina bibliotheca (*b*).

§. XXXVIII.

(r) II. n. 2287.
(s) *Della viper.* p. 23.
(t) p. 565.
(u) WIGAN.
(x) In præf. & in epiſtola ad MOIBANI editionem.
(y) In præf.
(z) In M. S. titulus erat περὶ ἁπλῶν φαρμάκων.
(a) BURETTE.
(b) II. n. 2181.

§. XXXVIII. *Erotianus vel Herodianus.*

Cum AUCTOR opuſculum ſuum ANDROMACHO inſcripſerit, hujus ævi fuiſſe neceſſe eſt; HERODIANUM verum nomen eſſe FABRICII (*c*) eſt ſuſpicio.

EJUS των παρα Ιπποκρ. λεξεις primum Græce ab *Henrico* STEPHANO ſunt editæ anno 1564. * Deinde latine converſæ a *Bartholomæo* EUSTACHIO cum eruditis notis Venet. anno 1566. 4°. recuſæ denique, & cum FOESII *, & cum CHARTERII HIPPOCRATE.

Brevis libellus eſt, & alphabeticus. Habet intermiſta botanica, ut de καμμαρω locum, a GALENO citatum, veneno frigido, de κραμβειω, quod ſit ſiculum Cicutæ nomen. Notas adjecit *Henricus* STEPHANUS.

Codex exſtat M. S. in Bibl. Pariſ. II. n. 2177. cum emendationibus, ſed nuperus omnino.

§. XXXIX. *Scriptores aliqui a Plinio citati.*

Antonius CASTOR Græcus, alius a Regis DEJOTARI genero, AUGUSTI fere tempore de plantis aliqua volumina edidit (*d*). Idem centeſimo anno major pleraſque herbas in horto colebat, PLINIO teſte (*e*), quarum rariores aliquas ipſi demonſtrabat (*f*). Hoc primum exemplum eſt horti botanici. Neque unicus fuit. Negat enim PLINIUS Meum in Italia naſci (*g*), niſi apud medicos, & vivere in Italia piperis arborem (*h*) & Caſiam. Duo CASTOR diſtinguebat Marrubia, album & nigrum (*i*). Radicis ferulæ ſuccum oculorum claritati (*k*) conferre docebat, oxymyrſinen myrti foliis acutis Ruſcum vocabat (*l*). Hunc puto eſſe *Antonium* (*m*) herbarium (*n*) & pharmacopolam (*o*), quem GALENUS paſſim laudat (*p*), & cujus medicamentum ad capitis dolores recenſet (*q*).

Alius fuit ANTONIUS archiater, cujus iſchiadicum medicamentum ORIBASIUS habet (*r*). Num MUSA?

EVAX,

(c) L. IV. c. 36.
(d) PLIN. L. XX. c. 68.
(e) L. XXV. c. 5.
(f) L. XX. c. 17.
(g) L. XX. c. 23.
(h) L. XVI. c. 59.
(i) L. XX. c. 89.
(k) C. 98.
(l) L. XXIII. c. 83.
(m) L. XX. c. 48.
(n) GALEN. *Compoſ. ſec. loc.* II. quem addit multa experientia clarum fuiſſe.
(o) IDEM ibid. L. IX.
(p) Ibid.
(q) Ibid. L. II.
(r) *Syn.* III.

Evax, Rex Arabum, de *ſimplicium effectibus* ad Neronem ſcripſit, Plinio auctore: carmina vero, quæ exſtant, cum ejus Regis nomine ſuppoſititia ſunt, & ad Marbodæum Rhedonenſem pertinent, qui obiit anno 1523. (*s*).

Antiphanes in *agroico* (*t*) raphanum dicit κραμβίδιον.

Damion (*u*) aut Damon Cyrenæus, de bulbis ſcripſit. Ad vulnera recentia muſcum in aquis naſcentem adhibebat (conſervam) (*x*).

Xenocrates, quem avorum ſuorum tempore vixiſſe Galenus ait, huc poſſis referre. Vanum vocat Galenus (*y*) & improbat, quod turpibus medicamentis & ſtercore humano uſus ſit (*z*). Ad ipſum potius, quam ad diſcipulum Platonis, referrem librum de *alimentis ex aquatilibus*, & loca Plinii ad rem herbariam ſpectantia, ut de *Gallidraga* (*a*) leucacanthæ ſimili, barbaro nomine, neque attico; de Aſphodeli viribus medicis (*b*) ad lichenes, de diuretica vi ſcolymi (*c*), de coriandri vi, qua menſes ſupprimit (*d*): porro malvas amaras eſſe (*e*), ſolanum ad omnia mala valere (*f*), ad tertianam febrem utiliter pulegium olfieri (*g*). Idem varia ejus medicamenta Galenus recenſet (*h*), quorum aliquibus addit ſe ſæpe uſum eſſe (*i*). Emplaſtrum Ejusdem album Galenus adhibebat (*k*), Xenocratem paulo aliter theriacum compoſuiſſe (*l*) Idem.

Euprosium & Julium de vini cura (*m*) ſolo nomine cognitos habemus, tum Aristogitonem, qui anonymon herbam probat.

T. Castricium de laboribus hortenſibus (*n*) Plinius paſſim exſcripſit. Citatur etiam a Gellio (*o*).

Mucianus

(s) Fabric.
(t) Pollux p. 507.
(u) Plin. L. XX. c. 48.
(x) Plin. Valerian. L. III. c. 19.
(y) Separat Xenocratem Plinii a Xenocrate Galeni Gesnerus.
(z) *Simplic. medicament. facultat.* L. X.
(a) L. XXVII. n. 62.
(b) L. XXII. n. 32. Eo argumento vincitur, novum eſſe auctorem, novum enim hoc morbi nomen eſt.
(c) L. XXII. c. 43.
(d) L. XX. c. 82. Hæ quidem manifeſtæ ſunt fabulæ.
(e) L. XX. c. 84.
(f) L. XXI. c. 105.
(g) L. XX. c. 54.
(h) *Sec. loc.* III.
(i) *Compoſ. ſec. gen.* L. V. *ſec. loc.* III. *Antidot.* II. c. 10.
(k) *Compoſ. ſec. gen.* L. I. c. 16.
(l) *Theriaca.*
(m) L. XXVII. c. 14.
(n) L. XIX.
(o) L. II. & XI.

Digitized by Google

MUCIANUM de cultu vini & renovatione (p) IDEM nominat.

THEODORUS lichenes ſanabat bulborum ſucco (q).

MNESIS *de opio* (r).

CÆSENNII Kepuria (s).

ACCIUS in Praxidico de ſemente (t).

OPION vel OFION de plantis (u), qui ſiſer pro alexipharmaco & venereo medicamento habuit (x).

SURA MAMILIUS *de re ruſtica* (y).

AMPHILOCHUS *de cytiſo* (z).

Huc potius referrem AESCHRIONEM, cujus medicamentum ex cancris exuſtis (a), adverſus hydrophobiam, quadraginta diebus continuis ſumebatur, certo effectu (b). Præceptorem ſuum GALENUS vocat (c).

LYCUM citat PLINIUS de atriplice (d). An idem fuerit, cujus plurima eſt apud ORIBASIUM mentio, paſſim etiam apud GALENUM, ſi idem eſt Macedo, QUINTI diſcipulus & SATYRI, qui ante GALENUM vixit. Multum plantis uſus eſt, ut lini (e) & fœnigræci ſemine in cataplaſmate, aliis herbis in clyſteribus (f), tum inter alvum ſubducentia (g). Ejus medicamentum purgans ad poſteros pervenit (h), & ex frumento cataplaſma (i). Clyſteres dixit nutritios (k).

§. XL.

(p) L. XI. n. 17.
(q) L. XX. n. 40.
(r) L. XX.
(s) L. XIX.
(t) L. XVIII. c. 55.
(u) L. XX.
(x) L. XX. c. 17.
(y) L. XVIII.
(z) Confuſe ſcripſiſſe ibid. n. 43.
(a) GALEN. *facult. med. ſimpl.* L. XI.
(b) Ibid. & *Compoſ. ſec. gen.* L. I.
(c) Ibid.
(d) L. XX.
(e) ORIBAS. *Collect.* L. IX. c. 25.
(f) *Compoſ.* L. VIII. c. 25. tamen etiam auripigmentum & alumen.
(g) L. VIII. c. 43.
(h) *Synopſ.* III.
(i) AETIUS I. S. 3.
(k) ORIB. *Collect.* L. IX. c. 4. 34.

§. XL. *C. Plinius ſecundus.*

Novocomenſis *(l)*, vir illuſtris & magnis functus imperiis *(m)*, VESPASIANI familiaris, maxima cum cupiditate libros legebat *(n)*, quorum duo millia hoc in opus ſe ſtipaſſe ipſe teſtatur. Continuo enim libertum lectitantem audiebat, etiam in balneo, quantum ejus fieri poterat, & in adverſaria referebat, quæcunque legiſſet. Ita nata eſt *Hiſtoria Mundi*, cujus libros XXXVII. ſatis integros poſſidemus. Eorum, qui a *duodecimo* ad XXVII. ſequuntur, fere ad ſtirpium hiſtoriam pertinent. Eas ipſum voluiſſe ſibi innoteſcere *(o)*, ex iis autumes, quæ de plantis apud CASTOREM viſis & ſibi demonſtratis *(p)* ſcribit, & de Moly longiſſima radice ſibi ex Campania adlata *(q)*. Aliam ſibi ait cyclaminum demonſtratam cognomine *(r)* Chamæciſſum.

Parca *(s)* tamen veſtigia ſunt, ipſas plantas PLINIO cognitas fuiſſe. Nuperas equidem aliquas & Romanis notas, neque Græcis viſas plantas habet.

In univerſum ſtirpium hiſtoriam fere ex Græcis auctoribus habet, THEOPHRASTO etiam potiſſimum, & NIGRO, & DIOSCORIDE, aut certe ex iisdem fontibus, ex quibus DIOSCORIDES hauſit. Cum vero ex nobilium Romanorum more lectore uteretur, cujus vocem ſtilo ſequebatur, factum eſt, ut adfines ſoni græcarum vocum ſæpe ſummo viro impoſuerint, & marrubium pro porro (πρασιον pro πρασω), hederam pro ciſto poſuerit (κισσον pro κιστω), & alia id genus. Quare ampla patuit ſeges iis, qui in PLINIO corrigendo delectati ſunt, SALMASIO principi, tum LEONICENO, DALECHAMPIO, C. HOFMANNO, MANARDO, HESSO, DODARTO, PAULO aliisque.

Ipſe, quas de plantis adfert, hiſtoriæ ſunt ad modum fere DIOSCORIDIS, deſcriptio brevis per ſumma capita, tunc longa virium œconomicarum, medicatarum, & ſæpe fabuloſarum ſeries: miraculis enim rerum delectabatur, cum tamen EPICUREAM ſectam ſequeretur, quæ nulla poterat admittere.

Cum DIOSCORIDEAS hiſtorias cum PLINIANIS conjungerem, iſtas plerumque breviores reperi & aliquanto deteriores. Pretium tamen hac in tota collectione ſummum eſt, quod innumera veteris ſapientiæ veſtigia conſervaverit, quæ non alibi ſuperſunt. Præter enim THEOPHRASTEA & DIOSCORI-

M 2 DEA

(l) Ita fuſe oſtendit CIGALINUS *de vera patria* PLINII SECUNDI *prælection.* L. I. Comi ann 1605. 4°. & ut puto BASILIUS PARAVICINUS Com. 1601. 8°. FALCON.
(m) VESPASIANO ſuo opus ſuum inſcribit.
(n) NEPOS in epiſtola.
(o) Plerasque ſe vidiſſe L. XXV. n. 5.
(p) Piperitin ſibi demonſtratam eſſe. L. XX. c. 66.
(q) L. XXV. c. 8.
(r) L. XXV. c. 69.
(s) Pro herbaria peritia PLINII CIGALINUS audiri poteſt Lect. II. & contra eam LEONICENUS.

DEA monumenta plurima alia collegit. Huc referas chartæ Ægyptiæ (t) fabricationem, videtur enim PLINIUS in artibus potiſſimum ſibi placuiſſe. Multo numeroſiores etiam plantas recenſet, quam DIOSCORIDES aliique Græci. Cæterum infinita ſunt, quæ ſequi nemo poſſit.

Lib. XII. Peregrinas arbores tradit.

Lib. XIII. Et has & Italicas.

Lib. XIV. Vites & vini genera, etiam quæ artificio, aliis ex fructibus, parantur.

Lib. XV. Adhuc arbores fructiferas, pruna, poma, ficus, & baccas.

Lib. XVI. Glandiferæ arbores continentur, & coniferæ, & reliqua materies, & arborum diſcrimina, atque adfinitates: tunc arundines, ſalices.

Lib. XVII. Arborum cultus & agri. Marga in Britannia & Gallia agrum fecundari non ignoravit (u). De vitium cultu fuſe, de caprificatione, artibus quibus fructus perficiuntur.

Lib. XVIII. Segetes, cerealia varia, quorum princeps Zea, quam GALENUS nusquam invenit. Mireris Alicæ cretam additam fuiſſe. Tunc Cytiſus, medica, herbæ frugibus noxiæ. In Rhætia inventum eſt rotas addere aratro. Neque ignoratum aratro ſegetem ſubigere pro lætamine. Opera menſtrua. Prata calendis Juniis cædebantur, non præcocius, quam Rupe ſolebam, & potius ſerius. Præſagia tempeſtatum, ſuperſtitioſa ſatis.

Lib. XIX. Lini cultus; horti, olera, cucurbitæ, raphani, radices variæ, etiam arum, allia, lactucæ, betæ, braſſicæ, alia hortenſia.

Lib. XX. Vires plantarum medicæ, cucurbitaceæ, olera, radices, raphani & alia. Hic in primis ex Græcis plurima congerit.

Lib. XXI. De coronariis arboribus & herbis. Roſarum varietates, Liliorum, cum artificio, maceratis in liquore colorato gemmis, tingendi floris. Mireris cæterum parcitatem florum. Tum herbæ edules ſponte naſcentes. Utriusque generis vires medicas ſeorſim repetit.

Lib. XXII. Iterum herbæ medicatæ, primum aculeatæ, tum aliæ variæ. Earum ſolas fere vires deſcribit. Sequuntur arte facta aliqua ex plantis, farina, panis. Inde leguminum medicatæ vires.

Lib. XXIII. Arborum vires medicatæ, vitium & vini: inde frugiferarum arborum, palmarum, ficuum, aliarum.

Lib. XXIV. Porro arborum ſylveſtrium, glandiferarum, coniferarum, intermiſtis ob nominum ſimilitudinem herbulis, chamæpyti, pityuſa; inde variarum

(t) L. XIII. c. 22. 23. 24. 25. 26.
(u) C. 4. poſt COLUMELLAM.

variarum arborum ſylveſtrium: tunc frutices ſequuntur & herbæ, hæ fere ad literarum ordinem.

Lib. XXV. Herbæ celebres a Diis nomen habentes, aut Græcis temporibus notæ, aut Regibus inſcriptæ; tunc aliæ notiores, & denique alexipharmacæ, aliæque medicatæ: tum venenatæ.

Lib. XXVI. Morbi cum remediis ex herbis fere ſumtis. Hic ſuperſtitioſa reperias, & ſaniora alia, & herbas varias ſuis cum medicis virtutibus, per membra humana diſpoſitas, quibus medentur.

Lib. XXVII. Iterum plantæ alphabetico ordine. Alia paſſim diſperſa omitto. Nam per regionum deſcriptiones earum aromata & raras ſtirpes fere ſolet addere, ſed breviter.

Editiones ſunt innumeræ, ut paucas ex multis citem.

Veronæ prima prodiit anno 1468. fol. FABR. quam pro ſuſpecta habet SEGUIER, & aliam anni 1488. fol. citat.

Venet. anno 1469. fol. MEAD. FOLK. quæ princeps editio, anno 1470. fol. 1472. fol. FOLK. Bibl. THUAN. 1476. fol. OSB. anno 1483. fol. THUAN BURCKH. & 1486. fol. HARD. anno 1487. fol. SEGUIER. anno 1491. fol. FALC. HALLERVORD. 1496. fol. SEG. anno 1497. fol. * cui præfatus eſt J. B. PALMARIUS & aliqua emendavit. Caſtigationes ad marginem adjectæ emendatorum fere locorum, aut variarum lectionem. FABRICIUS hanc editionem non habet, neque HARDUINUS, ſed habet SEGUIER. Porro anno 1499. fol. 1507. fol. B. Bern. anno 1510. cum AL. BENED. caſtigationibus 8°. 2 Vol. 1513. fol. 1519. fol. 1525. fol. 1536. 8°. 3 vel 4 Vol. apud ALDUM MEAD. 1540. 3 Vol. MAIT. 1559. fol. 1571. fol. MEAD. 1648. fol.

Parmæ anno 1476. HARD. cum brevibus notis P. BEROALDI, tum anno 1480. fol. SEGUIER. 1481. fol. MEAD.

Tarviſii anno 1479. fol. CIGALIN *patr. plin.* cum BEROALDI notis. Reperio in meis editionibus annum 1480. fol. & annum habet 1481. fol. SEGUIER.

C. PLINII SECUNDI *Hiſtoriæ Mundi* L. XXXVII. e caſtigationibus HERMOLAI BARBARI Rom. anno 1470. fol. MEAD. (x) 1473. fol. MONTF. anno 1496. fol. SEGUIER.

Mediolani 1491. fol.

Brixiæ anno 1496. fol. MEAD. 1498. fol. etiam cum HERMOLAI caſtigationibus HARD.

(x) Habet editionem Venetam cum caſtigationibus H. BARBARI OSBORN. 1472. fol. ibid. ea fere ſuſpecta eſt.

Hagenoæ anno 1518. fol. FABR.

Paris anno 1511. fol. SEGUIER. 1514. & 1516. fol. cum caſtig. H. BARB. notis SABELLICI, VOLATERRANI, & BEROALDI, BUDÆI, ERASMI & LONGOLII SEGUIER. 1524. fol. & 1526. fol. ASTRUC. anno 1532. fol. PLATN. cum H. BARBARI caſt. & præfatione J. DANESII: 1542. 4°. bis. anno 1543. fol. cum notis GELENI, SEGUIER. HARD. ASTR. 1593. fol. cum GELENII PINTIANI & B. RHENENI adnotationibus.

Coloniæ anno 1524. fol. GESNER. per J. CÆSARIUM, cum brevibus ſcholiis FABR. & anno 1535. 8°. SEGUIER.

Baſileæ anno 1525. fol. & anno 1530. fol. Hæc editio a *Sig.* GELENIO, erudito typographiæ FROBENIANÆ directore emendata fuit, & a *Deſiderio* ERASMO, ut ex præfatione adparet, ad veterum exemplarium fidem. Adnotationes etiam ad marginem habet BEATI RHENANI perpaucas, cæterum ſplendida & elegans. Prodiit etiam Baſileæ anno 1535. fol. cum notis S. GELENII HARD. & 1539. fol. HIRSCH: iterum ad editionem ERASMI. & 1543. fol. FABR. 1545. fol. HARD. 1549. fol. FABR. OSB. 1554. fol. FABR.

Schleſtad 1537. fol. cum notis GELENII & PINTIANI.

Lugduni anno 1548. fol. cum notis GELENII, SEG. anno 1553. fol. ibid. anno 1560. 12°. 4 Vol. SEG. anno 1561. fol. HARD. anno 1563. fol. cum HERMOLAI caſtigationibus BIBL. THUAN. 1582. fol. cum notis PINTIANI, TURNEBI, JOS. SCALIGERI & aliorum. 1587. fol. cum DALECHAMPII emendationibus & variis lectionibus.

Leidæ anno 1582. HARD. anno 1635. 12°. 3 Vol. e SALMASII caſtigatione, anno 1669. 8°. 3 Vol. cura eruditiſſimi J. F. GRONOVII HARD.

Genevæ anno 1593. 12°. & 1606. fol. cum variis lectionibus PINTIANI, TURNEBI, DALECHAMPII FABR. & anno 1615. fol. 1616. 12°. SEGUIER. anno 1631. fol. cum caſtigationibus GELENII & PINTIANI & aliorum lect. tum anno 1635. fol. PINTIANUM ſeu *Ferdinandum* NANNEZ de GUSMAN, Græci ſermonis ignarum, fontes PLINII non legiſſe HARDUINUS.

Francofurti anno 1582. fol. cum notis GELENII & iconibus SEGUIER.

Ex noviſſima & laborioſiſſima editione *Jacobi* DALECHAMPII Francofurti anno 1599. fol. cum PINTIANI & J. GRUTERI adnotationibus, & anno 1608. 8°. 2 Vol. * cui editioni ad marginem lectiones variantes, & emendationes, & ad calcem capitum notæ DALECHAMPII acceſſerunt. Ea omnia valde ſpernit HARDUINUS; ſunt fere fontium indicia, ex quibus PLINIUS hauſit, & loci paralleli aliorum veterum, ſubinde tamen DALECHAMPIUS alia ex propriis adnotationibus adſpergit, & cum gallicis plantis PLINIANAS comparat, ſed infrequenter uſus eſt vetuſto Veſontino codice CHIFLETI, & alio a CUJACIO accepto.

Digitized by Google

accepto. Adjiciuntur *Pauli* CIGALINI Novocomenſis, primarii Medicinæ Profeſſoris Ticinenſis, duæ lectiones de Plinii patria, doctæ certe, & contra Veronenſium, tantum civem ſibi adrogantium, argumenta deſtinatæ, & POLYCARPI PALERMI tres libros *de vera Plinii patria* Veronæ anno 1508. 4°. excuſos.

Nuper Glasguæ 1751. 8°. 3 Vol. Berolini 1766. 8°. 5 Tom.

Cum interpretatione & notis J. HARDUINI PLINIUS prodiit Paris anno 1685. 4°. & 1723. fol. 2 Vol. * (& Baſileæ anno 1741. fol. *) Hæc ornatiſſima eſt editio. Uſus eſt HARDUINUS codicibus M. S. undecim, inter quos eſt ille *Chifletianus*, habuit etiam notas M. S. G. PELISSERII, & *Nic.* RIGALDI. Accuſatur, quod COSSARTI M. S. absque auctoris mentione uſus ſit. Vitio etiam vertit FABRICIUS, quod in SALMASIUM injurius ſit, ex quo in multis profecerit. PLINIANAS ſtirpes omnes, paucis exceptis, in horto Pariſino ait ſe vidiſſe & comparaſſe, quod incredibile, & in tanta incertitudine multarum plantarum a PLINIO enumeratarum, omnino falſum. Catalogum ſcriptorum præmittit, ex quibus PLINIUS hauſit, paſſim quidem vitioſum. Deinde notas & ſubjectas paginis addidit, & libri cujusque fini alias, quod incommodum. Fontes PLINIANOS comparat, & citat, & loca aliorum auctorum, & non raro emendat. Paſſim etiam addit, ſe ſtirpem cum nomine LOBELIANO vidiſſe aut DODONÆANO; ſed intacta plurima omittit, quæ ex COLUMNA aliisque penitius rem herbariam perſpicientibus ſcriptoribus repetere potuiſſet; multa etiam præter rem adducit. Quis putet Sedi ſpeciem foliis linearibus acutiſſimis poſſe Chryſolachanum eſſe, quod PLINIUS lactucæ ſimile facit. Nimis etiam facilis eſt in recipiendis plantis, quæ Belgæ illi ſcriptores PLINIANIS nominibus reſpondere putarunt. Varia contra eam editionem monuit Cl. CREVIER (y). Quare eadem nobis ad PLINIUM querela ſupereſt, quam ad DIOSCORIDEM effudimus. Indicem cæterum copioſum, & non paucas nummorum imagines HARDUINUS addidit, quæ ad PLINII loca exponenda facere poſſunt.

Codices M. S. PLINII paſſim adſervantur, toti libri 37. in *Bibliotheca Regia Pariſina* IV. n. 6800. 6801. 6802. 6804. 6805. 6806. 6797. Integer etiam PLINIUS in Bibliotheca *Medicea* quater, & in *Vaticana*, & *Leidenſi*, *Oxonienſi*, *Ottoboniana*, *Neapolitana*, *Ambroſiana*, *Taurinenſi*, *Victorina*, M. S. *Michaelis* MONTFAUCON.

Accedit vita PLINII a SUETONIO deſcripta in *Bibl. Reg.* n. 6801. 6802. 6804. 6805. 6806. 6807.

Librorum triginta duorum priorum antiquus codex ſeculi noni in *Bibliotheca Regia Pariſina* IV. n. 6795.

Libri XXVII. priores IV. n. 6803. & Libri XXI. priores n. 6796. ſeculi XII.

Libri a XIV. ad XXIV. ſeculi undecimi ib. n. 6796.

Libri

(y) *Trois letres écrites ſur le Pline du Pere Hardouin* Paris anno 1725. 1726. 1727. 4°. BURETTE, ASTR.

Digitized by Google

Libri a XVI. ad XXXVII. ſeculi fere 13. n. 6798.

Libri a XVII. ad XXXIII. ejusdem ſeculi n. 6799.

Libri XXXII. priores in *Bibliotheca Medicea.*

Index alphabeticus in opera PLINII ſeculi XIV. n. 6807. *Bibl. Reg. Pariſ.*

Verſiones Italicæ per *Chriſtophorum* LANDINUM Rom. 1473. fol. Venet. anno 1476. fol. HARD. Tarviſii 1476. fol. Venet. anno 1481. fol. SEGUIER. anno 1516. fol. 1524. fol. Idem, & anno 1535. fol.

Per *Antonium* BRUCCIOLI emendata Venet. anno 1543. 4°. 1548. 4°. SEGUIER. Per *Ludovicum* DOMINICHI Venet. anno 1562. 1564. 1580. 4°. 1586. 1589. SEG. 1603. fol. FABRIC. Hanc verſionem præferunt.

Hiſpanice per *Hieronymum* de HUERTA cum adnotationibus Madrit anno 1599. ex meis notis & 1624. fol. HARD.

Gallice per *Ant.* du PINET Lion anno 1562. fol. 1566. fol. Bibl. exot. 1587. fol. cum novis notis. Paris anno 1608. fol. 1615. fol. 1622. fol. ASTR. Genevæ anno 1625. 4°. 2 Vol. ASTR. Editio anni 1566. præ ſe fert, ad multos codices latinos & græcos, M. S. & editos correctam, adnotationibus etiam ad marginem adjectis locupletatam eſſe.

Germanice vertente J. HEYDE Francof. 1565. fol. TREW. *Catal. libr.* ad annum 1602. anno 1571. fol. FABR. 1600. fol. *Cat. libr.* 1618. 4°. Francof. & nuper cepit eo ſermone edi a Cl. DENSO Roſtok 1764. 4°. Pridem libri aliqui, non tamen botanici argumenti, prodierunt Argent. anno 1543. fol.

PLINII compendium Arabes habent L. *ſecret. creaturarum* BALINI Sap. *Bibl. Pariſ.* I. p. 202. n. 959.

Epitomen ſcripſit Lud. de GUASTIS cujus codex exſtat Florentiae MONTF.

Singulatim aliqui libri prodierunt, quorum botanicos ſolos recenſeo.

Liber XXI. de natura florum & coronamentorum. Paris anno 1547. 8°. cum HERMOLAI *caſtig.* RIV.

Lib. XVII. ibid. anno 1549. 4°. MAIT.

Lib. XVIII. ibid. anno 1550. 4°. MAIT.

Hiſtoire de l'agriculture ancienne extraite de PLINE Paris 1765. 12°. cum notis.

PRÆF. ad L. XXXVI. * a TURNEBO emendata Paris 1556. 4°. PL.

Hermolai BARBARI *caſtigationes Plinianæ* Cremon. anno 1485. ſuſpecta Ed. MAIT. Romæ anno 1492. fol. Venet. in notis meis & SEGUIER. Caſtigationes ſecundæ ſucceſſerunt Romæ anno 1493. fol. PLAT. Caſtigationes caſtigatiſſimæ Cremonæ anno 1495. fol. SEGUIER. Baſileæ anno 1534. 4°. HOTTON d'ETREES. Dicam de HERMOLAO uberius & ſuo loco. Nimium conjecturis tribuiſſe HARDUINUS.

Roberti

Digitized by Google

Roberti de VALLE *in naturalis hiſtoriæ difficilia explanatio* Paris anno 1500. 4°. Valde contemnit HARDUINUS. Sed de eo libro ſuo loco dicetur.

Nicolai BERALDI & *Guil.* BUDÆI opera in emaculando PLINIO præſtita exſtat in editionibus Pariſiinis anni 1514. fol. 1516. fol. FABR.

Marini BECICHENII in PLINIUM prælectio Paris 1519. fol. FALC.

Martini de FIGUEREDO in PLINIUM Commentarius Ulyſſip. anno 1529. fol. SEGUIER.

Stephani AQUÆI Commentarii Paris anno 1530. fol. collatitii ex R. VOLATERRANO, ALBERTO &c.

Sigiſmundi GELENII caſtigationes in multa Plinii loca Pariſiis anno 1536. 8°. SEGUIER. Probat eas HARDUINUS, etſi ex uno codice natæ ſunt. Alii malum fuiſſe codicem objiciunt, & GELENIUM nimium dediſſe conjecturis (z).

Fr. MASSARII in PLINIUM *caſtigationes* Baſil. 1537. 4°.

Beati RHENANI obſervationes ad libros 14. Baſil. 1526. fol. & apud COMMELINOS 1593. fol. &c. ad omnes, ni fallor.

Pier de CHANGY *Sommaire des ſingularites des premiers ſeize libres de l'hiſtoire naturelle de Pline* Lyon 1551. 16°. *Bibl. Exot.*

Ferdinandi PINTIANI obſervationes in loca obſcura PLINII Salmanticæ 1544. fol. Pariſiis anno 1547. 8°. FALC. cum B. RHENANI interpretationibus, tum Lugduni 1582. fol. OSB. Genevæ aut Pariſiis anno 1593. fol. *B. Bern.* Uſus eſt duobus codicibus, quorum alter bonus fuit & antiquus. Ex iis codicibus, tum ex fontibus Plinianis, & ex ſua conjectura, PLINIUM ſuo tempore valde maculoſum innumeris locis emendavit, neque enim ultra molitus eſt quidquam. Correxit editionem Baſileenſem anni 1539.

Guilielmus PELISSIER in Plinii libros notas reliquit, quæ in Bibliotheca regia adſervatæ (*a*) ſunt, paucilſimæ noſtri argumenti. Verſatur & ipſe in emendationibus.

Melchioris GUILANDINI *in C.* PLINII *capita aliquot Commentarius* Lauſanno anno 1579. 4°.* ſuo loco dicetur.

Claudii SALMASII exercitationes Plinianæ Paris anno 1621. fol. & auctius Ultraject. anno 1689. fol.* EJUSD. de PLINIO judicium Dijon 1668. fol.

J. Frid. GRONOVIUS in librum XX. & ſeqq. notas eruditas dedit.

Chriſtophori

(z) FABRIC. *Bibl. lat.* L. II. p. 407.
(a) II. n. 6808.

Digitized by Google

Chriſtophori LONGOLII orat. de laudibus PLINII, & Comment. in XI. PLINII libros Paris fol. SEGUIER. Ineditas vocat HARDUINUS. Plerique ejus viri labores interciderunt HARDUIN.

Hadrianus TURNEBUS in adverſariis Pariſiis anno 1556. 4°. 1564. 1565. 1573. 4°. & plenius in operibus Argentorati anno 1604. fol. editis, varia adnotavit: & emendavit: tum REINESIUS in *variis lectionibus*.

In editione etiam Lugdunenſi 1582. fol. *Joſephi* SCALIGERI adnotationes exſtant.

Cum hoc cæterum viro hiſtoria naturalis pene interiit. GALENUS potius ad ſubtiles quæſtiones propenſus, plantas ipſas in agris & ſylvis parce indagavit. Poſt GALENUM ad Arabes nemo ne molitus quidem eſt aliqua in re herbaria invenire; ſcriptoribus tamen hæc tempora non caruerunt.

§. XLI. *Aliqui incertæ ætatis Scriptores.*

ATHENÆUS, Attaleus, auctor Sectæ pneumaticæ, PLINIO coævus. Ejus loci exſtant de tritico (*b*) ejusque diſcriminibus; de panibus (*c*), quos bene coctos melius credit alere, deque hordeo (*d*), de aqua (*e*) purganda. Ejus etiam medicamenta (*f*) ad dyſenteriam ANDROMACHUS junior apud GALENUM habet.

PHILUMENI cognomento MNASÆI vel MNASEÆ multa eſt mentio, & citatur liber de jucundis potionibus (*g*). Medicamentum valde compoſitum ad oculos (*h*): Clidion malagma (*i*); anthora (*k*); emplaſtrum emolliens (*l*); aliud emplaſtrum (*m*). De ſiti locus (*n*).

Oportet tamen meminiſſe, GALENUM ſuum ſcriptorem conſtanter MNASEAM dicere ſimpliciter, uti & AURELIANUS MNASEUM (*o*), vel MNASEAM (*p*) absque PHILUMENI nomine. Cum SORANO CAELIUS eum conjungit (*q*). Emplaſtrum

(b) ORIBASIUS *Collect.* L. I. c. 2.
(c) C. 9.
(d) C. 11.
(e) L. V. c. 5.
(f) *Compoſ. ſec. loc.* L. IX.
(g) AETIUS II. S. 1. c. 132.
(h) ORIBAS. L. VIII. c. 45. & alibi paſſim.
(i) IDEM *Syn.* III. & IV.
(k) Ibid.
(l) GALEN. *compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(m) IDEM *compoſ. ſec. loc.* L. III.
(n) ORIBAS. *Syn.* VII. c. 38.
(o) *Acut* II. c. 1. 5. 29.
(p) *Chron.* II. c. 1. 7.
(q) *Chron.* II. c. 7.

Digitized by Google

plaſtrum Mnaſeum citat, tamquam a vetere auctore (*r*). Medicamentum habet Paulus (*s*). Habet etiam emplaſtra Mnasæi Alexander (*t*). Tandem Mnaseas apud Philumenum ab Aetio citatur (*u*). Ad rem herbariam hactenus facit, quod innumera fere euporiſta ad ſingulos morbos proponat, quorum pleraque ſunt ex plantis.

Sic Philippus de uſu ſimplicium in *therapeute* egit, quem Galenus cum Archigene conjungit (*x*), & cujus paſſim medicamenta citat (*y*). Inter optimos de medicamentis auctores numeratur (*z*), qui non pauca primus invenerit (*a*). Paſtillus apud Myrepsum (*c*).

Herodotus pneumaticus (*d*), a Lycio diverſus, de præſidiis evacuantibus ſcripſit (*e*) & fuſiſſime de Helleboro, de loco quo optimus naſcatur, & quibus cum notis (*f*) & de evitanda ſuffocatione (*g*): Mandragora utebatur in delirio (*h*); Helleborum propinabat (*i*). Locum de vino (*k*) Oribasius habet. Quod adſtringere dixerit, quæ ad dyſenteriam faciunt, carpitur a Galeno (*l*).

Pharnacis herbarii medicamenta ad hepar Galenus repetit.

Mantiæ pharmacopolæ, qui de re medica ſcripſit, æruginoſum (*m*) emplaſtrum exſtat.

(r) *Chron.* V. c. 1.
(s) *Chron.* III. c. 23.
(t) L. III. c. 7. L. VII. c. 1. Paulus L. VII. Galen. *compoſ. ſec. gen.* L. VII. & *ſec. loc.* L. III.
(u) Aetius III. S. I. c. 150.
(x) *Simpl. facult.* L. VI.
(y) *Compoſ. ſec. loc.* L. VII. IX. IV. ad oculos.
(z) *Sec. genera* L. III.
(a) *Compoſ. ſec. gen.* L. II.
(b) *Compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(c) N. 14. &c.
(d) Galen. *ſimplic. facultat.* I. c. 27.
(e) Oribas *collect.* VIII. c. 3.
(f) C. 4.
(g) C. 7. &c.
(i) Oribas *Synopſ.* L. VIII. c. 4.
(k) *Collect.* L. V. c. 27.
(l) *Simplic. fac.* L. I. c. 34. *Compoſ. ſec. loc.* L. VII.
(m) *Compoſ. ſec. loc.* L. IV.

Digitized by Google

§. XLII. *Soranus.*

SORANUS, princeps methodicorum, quatuor libros de medicina & monobiblon περὶ φαρμάκων ſcripſit (*u*). Medicamenta multa docuit ad achores (*o*) diacodium (*p*), remedium ad oris mala (*q*), ad alopeciam. Ante ARCHIGENEM vixit, qui SORANI medicamento (*r*) ad alopeciam uſus ſit (*s*).

PUBL. VALERIUS MARTIALIS in *apophoretis* multas plantas medicas & alimentarias deſcripſit.

§. XLIII. *Plutarchus.*

Vir undique doctiſſimus, aliquam tamen partem rei herbariæ adtigit. Ita in *Quæſtionibus naturalibus* de tritici fertilitate quærit. Plura in *convivalibus* habet, ubi coniferas arbores negat inoculationem admittere, cauſamque requirit: porro quod oleum plantis infeſtum ſit; cur muſtum non inebriet; de tuberibus, & cur jove tonante gignantur; de EMPEDOCLIS & HOMERI malis tributis nominibus; cur ficus, quæ acerbi ſit ſucci, fructum producat dulciſſimum. Aliqua etiam in LL. de *placitis philoſophorum* huc ſpectant. Uſus ſum editione *Hermanni* CRUSERII Francofurti anno 1580. fol.

A. GELLIUS, PLUTARCHO coævus, aliqua huc pertinentia habet. Folia oleæ ſe ſolſtitio æſtivo & brumali convertere, ipſe ait ſe vidiſſe (*t*). De Elleboro albo & nigro fuſe agit, & notas adfert diſcriminis, & illum furſum purgare, hunc deorſum, Hiſpanosque ejus ſucco ſagittas inficere (*u*).

§. XLIV. *Varii ante Galenum Scriptores. Apollonii varii.*

Non quidem omnes confectionum & medicamentorum ſcriptores hic recenſere animus eſt, qui infiniti a GALENO citantur. Aliqui tamen, quorum loci ſatis integri ſuperſunt, & ad ſtirpium facultates pertinent, omnino omitti nequeunt.

Primum nomino APOLLONIUM pharmacopolam, qui diu Alexandriæ (*x*) vixit, & cujus libri *de parabilibus* GALENI tempore (*y*) exſtabant, qui idem

(u) GALEN. *Compoſ. ſec. loc.* I. c. 8. Narthecium vocat ORIBAS. II. S. 4. c. 43. Librum IV. περὶ φαρμακείας alibi citari video, & iterum περὶ φαρμάκων Succum Omphacii inter ſtomatica habet (ORIBAS).
(o) Ibid.
(p) *Sec. loc.* L. VII.
(q) Ibid. L. VI.
(r) l. c. 1.
(s) MYREPSUS n. 84.
(t) *Noct. attic.* IX. c. 7.
(u) XVII. c. 15.
(x) GALEN. *ſec. loc.* II. &c.
(y) IDEM *de ſimpl. facultat.* L. I. & de *compoſ. ſec. loc.* ubique.

Digitized by Google

idem ab eo viro plurimis locis citatur, quoad pertæſus ſimilitudinis, quam ejus conſilia cum ARCHIGENIS (z) conſiliis habent, eum porro omiſerit citare. Non habeo, ut Cl. viri ſolent, pro antiquo aliquo HEROPHILI diſcipulo: nam, dum jubet Caſtoreum & Opium torrefacere, addit in teſta Attica debere torrefieri, ea vero, ſi haberi non poſſit, in Romana (*a*). Is locus de temporibus HEROPHILI, aut paulo poſterioribus, intelligi non poteſt, quo certe ævo Romana res Græcis vix erat cognita, & multo minus, quam res Atticæ. Sed GALENUS præterea omittit APOLLONII nomen in ſcriptorum antiquiorum, quorum rem medicamentariam laudat (*b*), recenſione.

Ante ASCLEPIADEM *juniorem* vixiſſe videtur, cum ab eo citetur (*c*), & ante juniorem ANDROMACHUM (*d*), eadem de cauſa, & ante CRITONEM (*e*), qui eadem fere cum APOLLONIO verba habeat (*f*). Habet equidem APOLLONIUM Herophileum, qui *de parabilibus* ſcripſit (*g*), ſimili fere ut noſtra ratione; nihil vero obſtat, quin Cæſarum ævo HEROPHILI ſectatores ſuperfuerint, ut perinde ERASISTRATI.

Ejus ſcripta utique cum ſcriptis ARCHIGENIS plurimam habent ſimilitudinem, & pariter ad quemque morbum plurima medicamenta fere ſimplicia offerunt, nullo temporum, cauſarumve plerumque diſcrimine. Eam culpam GALENUS ſæpiſſime (*h*) adcuſat. Acetum præterea cum emollientibus miſcuiſſe ei vitio dat (*i*). Varia etiam confuſa, & ſibi contradicentia ad achores APOLLONIUS miſcuit (*k*). Eſt tamen ubi GALENUS ARCHIGENI præfert, & diligentius ſcripſiſſe ait (*l*), quam ARCHIGENEM, meliusque cauſas diſtinxiſſe, ut in ſugillatorum curatione. Raro compoſita habet: Theſpianum (*m*) tamen APOLLONII, in quod Hyoſcyamus recipitur & Mandragora, videtur noſtri fuiſſe, cum GALENUS eum abſque ſynonymo ſoleat citare; tum duo Phœnices (*n*). Alia ſuccedit antidotus ad tuſſim (*o*) & ad ſanguinis rejectionem (*p*). Malagma ejusdem alio loco habetur (*q*). Ad oculorum mala (*r*) medicamentum dedit.

 Non

(z) Ibid. L. V. de dentium doloribus.
(a) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. II. de aurium doloribus.
(b) Ibid. L. VI. de aphthis & iterum L. VII. c. 1.
(c) *Sec. loc.* L. IV.
(d) L. VII. c. 3. 4. & *de compoſ.* L. X.
(e) L. VI. de aphthis.
(f) *Sec. gen.* L. VII.
(g) L. VI. *de aphthis.* L. III. *de aurium dolore.*
(h) l. c. L. II. de capitis dolore. L. III. de aurium dolore. Etiam ORIBASIUS præfert *Syn.*
(i) L. VI.
(k) L. I.
(l) L. V. & L. II. *ſec. loc.*
(m) L. VII. c. 3.
(n) *Compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(o) Ibid.
(p) C. 4.
(q) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(r) *Sec. loc.* L. V.

Digitized by Google

Non diſplicet quod ad ægilopem, medicamentis non ceſſurum, nulla propoſuerit (s). Vana varia admiſcet, aſini lotium ad laxatam uvam (t). Ejus remedia etiam apud AETIUM ſuperſunt.

Admiſcet GALENUS multos alios APOLLONIOS, de quibus ultra nihil innotuit, *Organicum* (u), cujus emplaſtrum habet ad carbunculum, *Tarſenm* (x) GALENO coævum, cujus ad hemorrhoides medicamen exſtat: *Archiſtratorem* (y), cujus paſtillum habet, CLAUDIUM denique APOLLONIUM. Hi noſtri nuperi APOLLONII alii ſunt ab iis quos alibi dixi (z).

§. XLV. *Archigenes.*

ARCHIGENES pneumaticus, AGATHINI diſcipulus, Apamæus, Trajano imperante (a) vixit, aut prius, a JUVENALE citatus. Dignitate eminuit (b) & honeſtate (c), cæterum ut ex plurimis locis adparet, a GALENO conſervatis, ad modum empiricorum ſcripſit, & ad quemque morbum, nullo cauſæ, aut temporis, addito diſcrimine (d), ſed confuſe ſæpe conſilia projecit (e), plurima ex ordine medicamenta propoſuit, nec pauca vana, & non raro diſtinctiones neceſſarias neglexit (f), ut in exemplo de achoribus. Innumera vero ſolet pari cum laude proponere. Ita ad hepatica (g) mala proponit trifolium acidum, aut fel urſinum, aut radicis Rubiæ corticem, aut Ariſtolochiam, aut Glycyrrhizæ ſuccum, aut Nardi ſpicam, quæ quidem adeo vehementer inter ſe pugnant, ut ſi lenientia vere conducunt, acria conducere nequeant, neque aromatica, ſi acida conveniunt. Vana etiam aliqua ad parotides ſcirrhoſas ſuadet (h). Ad icterum ſtruthium, ſtercus caninum (i); hæc acria, inde ſicca & pene inutilia laudat, ut lichenem, qui in tegulis naſcitur, (ſed naſcuntur innumeri), & Adiantum (k). Ita Anagallidem alias laudat, aut radicis Ari corticem, aut grana Hederæ, aquoſa, acerrima, adſtringentia. Vide etiam ad ſtomachi (l) mala quot pharmaca profuderit. Integrum

(s) L. V.
(t) *Compoſ. ſec. loc.* L. V.
(u) *Compoſ. ſec. gen.* L. VI.
(x) Ibid. L. V.
(y) Ibid.
(z) p. 43.
(a) SUIDAS.
(b) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. VI.
(c) Ibid. L. I. c. 3.
(d) IDEM ibid.
(e) IDEM ibid.
(f) *Compoſ. ſec. loc.* L. I.
(g) Ibid. L. VIII.
(h) Ibid. L. III.
(i) Ibid. L. VI.
(k) Ibid. L. IX.
(l) l. c.

Digitized by Google

Integrum fere opus ex GALENO poſſis reſtituere, cui titulus erat *de pharmacis ſecundum genus* (*m*). Numeratur inter copioſiſſimos rei medicamentariæ ſcriptores (*n*). Quæ Iberis DAMOCRATI celebratur, eam noſter Lepidium vocavit (*o*), & pariter ad iſchiadica mala laudavit (*p*). De præparatione ad Elleborum ſumendum locus ejus exſtat apud ORIBASIUM (*q*), &, ut puto, ex eodem de vomitu per raphanum citato (*r*): porro de Elleboro ſelecto Octeo, Galatico, Siculo, ſignisque boni Ellebori. Purgantia recenſet febrientium (*s*), & ad oculorum claritatem (*t*). Præter remedia plurimis auxiliis diæteticis utebatur. Hiera ARCHIGENIS ad poſteros pervenit (*u*). Etiam apud AETIUM multa ejus loca ſuperſunt (*x*). Deſcendit ad coſmetica (*y*), & capillos denigrandos, aut impediendum eorum defluvium (*z*).

Eadem autem fere, quæ APOLLONIUS & CRITO habet, etiam GALENO (*a*) adnotante.

§. XLVI. *Andromachus junior.*

ANDROMACHI (*b*) Neroniani archiatri filius. Eum alias diſtinguit GALENUS (*c*), alias minime, ut ſatis tamen ſuperſit rationis, cur etiam ea hujus ANDROMACHI eſſe rearis. Romæ vixit, & Romanis nominibus plantarum uſus eſt, nepetamque dixit pro Calamintha. Scripſit (*d*) *de medicamentis intus adſumendis* ſoluta oratione (*e*). Alio libro *de externis* (*f*), tertio *de oculorum remediis* (*g*). Inter præcipuos rei medicamentariæ auctores a GALENO cenſetur (*h*), & eos, qui optima veterum retinuerunt, omiſſis, quæ minus certa eſſent. Ejus compoſitionem potius, quam HERÆ, GALENUS ſecutus eſt (*i*). Medi-

(m) GALEN. *Compoſ. ſec. loc.* L. I. VIII. IX.
(n) *Compoſ. ſec. gen.* L. III. fin.
(o) *Compoſ. ſec. loc.* L. X. in 1. 2. *pharm. ſec. gen.*
(p) AETIUS III. S. 4. c. II. & I. S. 3. in epiſtola ad ARISTONEM.
(q) *Collect.* L. VIII. c. 1.
(r) C. 2.
(s) C. 46.
(t) *Synopſ.* III.
(u) MESUE L. III. AETIUS I. S. 3. MYREPSUS.
(x) L. III. L. I. c. 31. 34. &c. L. I. S. 3.
(y) GALEN. *Compoſ. med. ſec. loc.* L. VIII.
(z) *Compoſ. ſec. loc.* I. c. I. 3.
(a) *Compoſ. ſec. loc.* L. VI.
(b) *Compoſ. ſec. gen.* L. III.
(c) *Compoſ. gen. ſec. loc.* I. c. 3. *Antidot.* L. I. c. 7.
(d) *Antidot.* L. I. c. 7.
(e) Ibid. & *Compoſ. ſec. gen.* I. c. 16.
(f) Ibid. & *ſec. loc.* L. VI.
(g) Ibid.
(h) GALEN. *Compoſ. ſec. gen.* L. II. III.
(i) *Compoſ. ſec. gen.* L. V.

Digitized by Google

Medicamenta valde numeroſa priorum ſcriptorum collegit (*k*), etiam ſua adjecit, compoſita omnia. Neglexit addere utilitates medicamentorum, & rationem, qua conficiantur (*l*) & cauſarum atque temporum diſcrimina (*m*). Apollonium (*n*) citavit, & Valentem (*o*), & Rufum (*p*), & Craterum, & Celsum (*q*), & Scribonium (*r*), & Lecanium Areum (*s*), qui creditur Dioscoridis fuiſſe amicus. Antidotos habet numeroſiſſimas (*t*), & diacodia (*u*), hieram (*x*); Colica medicamenta varia (*y*), arteriaca innumera (*z*), alia. Miſcet certe in unam compoſitionem nimis varia & ſibi contraria medicamenta ſimplicia. Ita ad renum mala balſamica, mitia, venenata, ut Cicutam, Hyoſcyamum, etiam Mandragoram (*a*), tum inutilia miſcuit, ut Syriacum lapidem. Ad dyſenteriam adſtringentia, gallas, ericam, cinnamomum, opium (*b*). Ad icterum ſtruthium & colocynthidem. Acria adverſus colicam remedia adhibebat, & cum ægri ſtercus revomerent, Mandragoram (*c*), Opium, Caſtoreum, Hyoſcyamum, cum aromatibus (*d*). In infuſo dyſenterico chartam uſtam dabat & auripigmentum (*e*). Arteriaca ingrediebantur decoctum filicis cum aromatibus, balauſtiis, mandragora & hyoſcyamo (*f*).

Externa medicamenta nihilo pauciora habet, ut malagmata (*g*); paſtillos (*h*), inter quos crocoſus (*i*); emplaſtra epulotica (*k*), digeſtiva (*l*), catagmaticum (*m*), acopon (*n*), viride (*o*), melina (*p*); unguenta, ut ægyptium,

(k) *Compoſ. ſec. gen.* L. I.
(l) Ibid. L. III. VI.
(m) Ibid. L. IV. VI.
(n) Ibid. L. V. VII. IX. X.
(o) Ibid. L. VII.
(p) Ibid.
(q) Ibid. Cornelium.
(r) *Compoſ. ſec. loc.* L. VI. IX.
(s) Ibid. L. IX.
(t) Galen. *Compoſ. ſec. loc.* toto opere.
(u) Idem ibid. L. VII.
(x) l. c. C. VIII.
(y) L. IX.
(z) L. VII.
(a) *Compoſ. med. ſec. loc.* L. X.
(b) Ibid. L. IX.
(c) Ibid.
(d) Ibid.
(e) Ibid.
(f) L. VII.
(g) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII. VIII.
(h) Ibid. L. V.
(i) Ibid.
(k) *Sec. gen.* L. II. IV.
(l) L. VI.
(m) L. II. V.
(n) L. VII.
(o) L. II.
(p) L. II.

Digitized by Google

ægyptium (*q*), gleucinum (*r*); arida (*s*). Adverſus iſchiadica mala acerrima remedia exhibuit, ut ſemen calidiſſimum rutæ ſylveſtris, colocynthidem (*t*). Ex Ariſtolochia utraque, cum ceruſſa, ærugine & chalcantho aliud (*u*), mire miſtum, medicamen impoſuit. Ad aphthas gallis & aliis adſtringentibus, alumine, ærugine (*x*) utebatur.

Ad MYREPSUM usque ejus viri medicamenta de manu in manum tradita ſunt.

§. XLVII. *Aſclepiades.*

ASCLEPIADIS nomen multi medici geſſerunt. Bithynus ille celebrior: tunc AREUS (*y*) ASCLEPIADES (*z*), qui Tarſenſis (*a*), amicus DIOSCORIDIS, auctoris certe libri *de propriis medicamentis* (*b*), & cui medicamentum ad carbunculos DIOSCORIDES Tarſenſis tradidit (*c*). Duos numerat ASCLEPIADES GALENUS (*d*), & alius eſt L. ARUNTIUS SEMPRONIANUS ASCLEPIADES (*e*), DOMITIANI medicus, & L. CALPURNIUS ASCLEPIADES PRUSIANUS (*f*), qui TRAJANO imperante vixit, alius demum ASCLEPIADES *philophyſicus* (*g*), qui hyoſcyamo ad ventriculi mala utebatur (*h*). Conjungit CLERICUS, ſed a noſtro citatur.

Demum noſter MARCUS TERENTIUS ASCLEPIADES (*i*) cognomento *pharmacion* (*k*), diverſus a prioribus, non paucos libros reliquit (*l*). *De internis adfectionibus* quinque ſcripſit libros, operi titulum fecit inſcriptum MNASONI; deinde *antidota* (*m*), & *externorum* quartum MARCELLÆ inſcripſit (*n*).

Inter

(q) GALEN. *compoſ. gen.* L. II. VI.
(r) L. VII.
(s) *Sec. gen.* L. V.
(t) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. X.
(u) IDEM ibid. L. V.
(x) Ibid. L. VI.
(y) GALEN. *ſec. gen.* L. V. *ſec. loc.* L. X.
(z) *Compoſ. ſec. loc.* L. V. VIII.
(a) *Compoſ. ſec. loc.* L. IX. ANAZARBEUS, STEPHANUS *byzantinus in* ANAZARBA.
(b) *Compoſ. ſec. loc.* L. IV.
(c) *Compoſ. ſec. gen.* L. VI.
(d) *Sec. loc.* L. VI.
(e) Conf. *Giorn. de Letter* T. XI.
(f) Ibid.
(g) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. VII. VIII.
(h) *Compoſ. ſec. loc.* L. VIII.
(i) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII.
(k) *Medicament compoſ. ſec. gen.* I. c. 16. L. III. VIII. c. 13. Eumdem eſſe cum METRODORO GAROFALO *Giorn. Lett.* l. c.
(l) *Medic compoſ. ſec. loc.* L. I. *Tertius* citatur *compoſ. ſec. loc.* L. IX.
(m) *Antidot.* II. c. 1.
(n) *Compoſ. ſec. loc.* L. IV. Librum IV. citat, & L. VIII. IX. X. *ſec. gen.* L. V.

Digitized by Google

Inter eos auctores a GALENO numeratur, qui rectiſſime (o) ſe in re medicamentaria geſſerunt, & omiſſis minus certis veterum medicamentis, optima retinuerunt (p); cujus etiam multa memorabilia medicamenta (q) inſeruit. Diſcrimina etiam cauſarum addidiſſe laudat (r), & alias inconſtantior negat (s). Medicamentorum conficiendorum rationem docuit (t). Quod ea ſtudioſe deſcripſerit (u), GALENUS profitetur.

ANDROMACHUM citavit (x), & SCRIBONIUM (y), ASCLEPIADEM philophyſicum (z), & præceptorem ſuum LUCIUM (a), & XENOCRATEM (b), & MOSCHIONEM (c), & ANTONIUM PHARMACOPOLAM (d). Romæ vixit, qui far cluſinum præſcribat (e).

Medicamenta priorum ſcriptorum numeroſiſſima collegit, etiam ſua, ut antidotos (f), ſtomaticam (g), hepaticam (h), zopyriam (i), arteriaca (k), paccianum (l), alia.

In arteriacis Eryngium cum ficubus, ſucco braſſicæ, gummi, & melle conterit (m). Uvam urſi ſanguinem vomentibus & alia adſtringentia (n) exhibet. Marrubium in tabeſcentibus præſcribit, etiam Mandragoram, Hyoſcyamum (o). Myrrham cum opio & mandragora in altere ſtomachico conjungit (p). Dyſenteriæ gallam, rhus, ericam, chartam uſtam, auripigmentum, hypocyſtidem, lycium, & opium opponit, ut eo fere ævo medici ſolebant (q). In

(o) *Compoſ. ſec. gen.* L. II. *ſecund. loc.* L. VII.
(p) Ibid.
(q) *Compoſ. ſec. loc.* L. I.
(r) *Compoſ. ſec. gener.* L. VI.
(s) *Medicament. compoſ. ſec. loc.* L. II. fin. *ſec. gen.* L. V.
(t) *Compoſ. ſec. gen.* L. III.
(u) Ibid. L. II. init.
(x) *Compoſ. ſec. loc.* L. VIII. *ſec. gen.* L. V.
(y) *Compoſ. ſec. loc.* L. VII. *ſec. gen.* L. V. VI.
(z) l. c.
(a) *Compoſ. ſec. gen.* L. V. VI.
(b) Ibid.
(c) Ibid.
(d) *Sec. loc.* L. IX.
(e) Ibid.
(f) *Antidot.* L. II. c. 6.
(g) GALEN. L. VI. *compoſ. ſec. loc.*
(h) L. VIII. c. 8.
(i) L. II. *antidot.* c. ult.
(k) *Compoſ. ſec. loc.* L. II.
(l) ORIBAS. *Syn.* III.
(m) GALEN. *compoſ. ſec. loc.* L. II.
(n) *Compoſ. loc.* L. VII.
(o) *Sec. loc.* L. VII.
(p) Ibid. L. VIII. c. 3.
(q) Ibid. L. IX.

In vomitu mandragoram dabat, cum ſutorio atramento (*r*). In ictero cichorium, ſolanum (*ſ*). A veneno poto vomere jubebat; a gypſo ſumto dabat lixivium ſarmentorum, & nitri duos obolos (*t*). Vides bona intercedere, eſſe quæ malis aliter ſcripta.

Neque pauciora externa medicamenta habet (*u*). Malagmata (*x*) ad mala iſchiadica, & alia mala, paſtillos (*y*), emplaſtra (*z*) varia, epulotica (*a*), acopa (*b*), inter quæ populeum Cyzicenum (*c*), album, ad ulcera chironia (*d*), ad carbunculos (*e*). Ad dentium mala acerrimis medicamentis utitur (*f*). In ventriculi (*g*) malis hyoſcyami ſemen imponit, tum calida, caſtoreum, piper, & acria (*h*).

§. XLVIII. *Rufus.*

Circa hæc tempora vixiſſe oportet. Vulgo ad TRAJANI ævum relegatur, ex SUIDÆ auctoritate. ARCHIGENE & ASCLEPIADE junior fuit (*i*), quem citat. Ipſe nullum ſignum habet, unde definias: neque enim novimus, quinam ſint nuperi illi medici Ægyptii, Græcam linguam male docti, qui nomen coronariæ & lamdoideæ, & ſquamoſæ ſuturæ excogitaverint. RUFI (*k*) l. de vino, & *ad vulgus* RAZEUS citat (*l*). De herbis Librorum IV. poema ſcripſerat, GALENO (*m*) auctore, quod amiſſum eſt, præter nonnullos verſiculos (*n*); & *de ratione victus* opus (*o*), ſæpe a RHAZEO citatum (*p*), etiam a SUIDA (*q*). Hi forte de lacte (*r*) egit, & de vino (*ſ*), de melle (*t*), de arte

coquendi.

(r) Ibid. L. VIII.
(s) Ibid. L. IX.
(t) *Antidot.* L. II. c. 7.
(u) Conf. L. IV. *compoſ. ſec. loc.* & ubique.
(x) *Compoſ. ſec. loc.* L. X.
(y) Ibid. L. V.
(z) *Sec. gen.* L. II. IV. V.
(a) Ibid. L. II.
(b) Ibid. L. VII.
(c) L. V.
(d) L. IV.
(e) L. VI.
(f) *Compoſ. ſec. loc.* L. V.
(g) *Sec. loc.* L. VIII.
(h) Ibid.
(i) AETIUS III. S. 2. c. 27.
(k) p. 34.
(l) *Contin.* p. 503. b.
(m) *Simplic. medicament.* L. VI.
(n) GALEN. *antidot.* I. c. 2.
(o) ORIBAS. *collect.* II. c. 62.
(p) *Simplic. medicament.* p. 157.
(q) L. V.
(r) L. I. ORIBAS. *Syn.* L. IV. c. 40.
(s) L. V. c. 7. ex libro RUFI duodecimo.
(t) SUIDAS, ex libro II.

Digitized by Google

coquendi (*u*), de aqua (*x*), de ſapa (*y*), de aceto, & lora (*z*). Inter optimos rei herbariæ auctores citatur (*a*), & eum ſe ſequi fatetur Oribaſius (*b*). Rufi eſſe ſuſpicio eſt C. Gesneri poema græcum *de virtutibus herbarum* Deo *alicui conſervatarum*, quod cum Dioscoride Aldus anno 1513. 4°. & 8°. edidit, & recudi fecit Cl. Fabricius (*c*), addita verſione Cl. Rintorf, cum ſcholiis. Chamæmelum, Rhamnus, Artemiſia monoclonos, Pentadactylus, Verbena Supina, Ruta, Dictamnum minus, Eleliſphacon, Chamæcupreſſus, Centaurium majus, Buphthalmus, Pæonia, Polium, hic laudantur, & medicarum virium adeſt farrago, verarum & falſarum. Easdem penitus plantas in codice Vindobonenſi deſcriptas Lambecius Pamphilo tribuit (*d*).

In paucis cæterum operibus, quæ de Rufo ſuperſunt, Pycnocomon dixit, cujus radix (*e*) rotundo malo ſimilis, alvum repurget. Ficum ſatis alere, etiam athletas (*f*): ſylveſtrem rutam veſicas ciere vi ignea (*g*). Φακοειδὴς (*h*), vix alibi dictam plantam dicit, cujus drachmæ duæ valide alvum ducant. In libro de *purgantibus medicamentis* (*i*) loca natalia optimorum purgantium deſcribit, Helleborum optimum ex Oeta monte & Anticyris repetit, nigrum tamen etiam ex Lynceſtide, & ex monte Parnaſſo, album ex Armenia & Galatia. Nigrum ait deorſum purgare, album ſurſum. Citat etiam pityuſam, granum gnidium, ſambucum, iridem &c. Anagallidem ad morſum canis rabidi juſſit imponi (*k*), quod remedium nuper revixit. Multa venerea habet (*l*), ut Hieram Rufi (*m*), medicamentum ad penem erigendum (*n*), & alia. Medicamentum Rufi apud Andromachum exſtat (*o*).

Sed datur alius Menius Rufus auctor remediorum (*p*).

§. XLIX.

(u) Oribas. L. IV. c. 2. ex Rufi libro *extremo*.
(x) Idem L. V. ex Rufi L. II.
(y) L V. c. 7. ex libro nono.
(z) Ibid.
(a) L. III. p. 266.
(b) Præf. Syn.
(c) *Bibl. Græc.* T. III. p. 629.
(d) L. II. p. 593.
(e) p. 16.
(f) Apud Oribas. *collect.* I. c. 40.
(g) Aetius I. Serm. 1.
(h) p. 15.
(i) Oribas. *collect.* L. VII. c. 26.
(k) Aetius II. S. 2.
(l) Aetius I. c. 3.
(m) Oribas. *Syn.* III.
(n) Ibid.
(o) Galen. *compoſ. sec. loc.* L. VII.
(p) *Compoſ. ſec. gen.* L. VII.

§. XLIX. *Criton.*

CRITON his omnibus junior videtur, & poſtremo certe loco a GALENO recenſetur. Eſt tamen inter eos, qui medicamenta (*q*) ſtudioſe deſcripſerunt, diſtinctius, quam ANDROMACHUS (*r*); ſelegit etiam veterum medicamenta & optima retinuit (*s*). Poſt ANTONIUM MUSAM natus eſt (*t*), vix poſt ASCLEPIADEM (*u*), & cum HERODOTO vixit, a quo formulam emplaſtri ICESII accepit (*x*). Galenen, quæ dicebatur, Theriacam vocavit, eam deſcripſit (*y*), & varia de accurata præparatione monuit. Quinque libros *medicamentorum* ſcripſit (*z*). Quatuor etiam libros fuſiſſime ſcripſit *de ornatu*, quorum capita recenſet GALENUS (*a*), & in iis ſe ad humiliores curas demiſit, adque defluvia capillorum remedia dedit (*b*), & ad achores (*c*) varosque (*d*) & Lichenes (*e*), & pſilothrum ſuum habet (*f*). Antidoti ejus exſtant apud GALENUM, & ſtomaticum ex punicis (*g*), arteriaca (*h*) ex ammoniaco gummi in vino ſoluto; diacodium (*i*), alia; ex ſalicibus apud ORIBASIUM (*k*). Locum de ephelidibus AETIUS conſervavit (*l*).

Simplicia tamen medicamenta amaſſe videtur: ad aphthas portulacam, cum oleæ (*m*) foliis coctam ad collutiones adhibet, & baccas Myrti albæ ex vino, & gallam ex acri aceto illinit, & fere plantis utitur: ſic in apophlegmatismis (*n*). In morbis aurium acria & narcotica, & varii generis medicamenta proponit (*o*).

(q) *Compoſ. ſec. gen.* L. II. init. & L. III.
(r) *Sec. gen.* L. VI.
(s) *Compoſ. ſec. loc.* L. II. VII.
(t) Ibid. L. VI.
(u) Ibid.
(x) *Sec. gen.* L. V.
(y) GALENUS *Antidot.* L. I. c. 18. Rejecit CLERICUS.
(z) *Compoſ. ſec. loc.* V. Tertius liber citatur a GALENO *Antidot.* L. c. 18. Primus *Medic. ſec. loc.* L. II.
(a) Liber de *Compoſ. ſec. loc.* L. c. 3.
(b) Ibid. L. I. c. 1.
(c) Ibid. L. I. c. 8.
(d) Ibid. L. V. *Sec. gen.*
(e) Ibid.
(f) Ibid. L. I. c. 4.
(g) *Compoſ. ſec. loc.* L. VI.
(h) Ibid. L. VII.
(i) Ibid
(k) *Synopſ.* L. III.
(l) T. II. S. 4.
(m) *Compoſ. med. ſec. loc.* L. VI.
(n) Ibid. L. II.
(o) Ibid. L. III. c. 1.

Digitized by Google

Externa medicamenta etiam habet, ut emplaſtrum ICESIUM (*p*), emplaſtrum diabotanon (*q*), & δια σκιλλης (*r*), δια ακονης (*s*), & ad ulcera chironia medicamenta (*t*).

§. L. *Gallus. Quintus.*

GALLI ſæpe GALENUS meminit, alias ſimplici (*u*) eo nomine, ut in ſiccante emplaſtro (*x*), & barbaro (*y*). Alias addit nomen AELII (*z*), ut tamen ex adjectis, de medicamento CÆSARI (*a*) oblato, vocibus intelligas, eumdem virum eſſe.

Poſt ANDROMACHUM putes vixiſſe, cum ejus *catagmatico emplaſtro* ſchiſtum lapidem (*b*) addiderit. Antidotum dicitur inveniſſe, quam CÆSARI obtulerit, adverſus canis rabidi morſum, militesque multos (*c*) ſervaverit, ipſum etiam alibi CÆSAREM (*d*).

Ex alio loco GALENI putes antiquiorem eſſe; antidoto enim, quam CÆSARI GALLUS obtulerit, CHARMIDEM uſum eſſe ſcribit, qui CLAUDIO imperante medicinam fecit (*e*).

Alibi GALLUM MARCUM ASCLEPIADEUM, ejusque medicamentum ad ventriculum (*f*) dicit.

De QUINTO GALENUS reliquit, duplici pondere Carpeſii loco Cinnamomi uſum eſſe (*g*). Ejus diſcipulum SATYRUM (*h*) addit PRÆCEPTOREM deriſiſſe, qui imbelle medicamentum putaverit aucto pondere reddi generoſius. Ejus Antidotum habet ORIBASIUS (*i*).

AGATHINUS, ARCHIGENIS præceptor, de *Helleboro* ſcripſit (*k*), & ejus aliqua medicamenta a GALENO citantur.

LUCIUM

(p) *Compoſ. med. ſec. loc.* L. V.
(q) *Sec. gen.* L. VI.
(r) Ibid.
(s) Ibid.
(t) Ibid. L. IV.
(u) *Antidot.* L. II. c. 15. *Compoſ. ſec. loc.* L. VII. *Sec. gen.* L. II.
(x) *Compoſ. ſec. gen.* L. V.
(y) Ibid. L. II.
(z) *Antidot.* L. II. c. 1. 11. 14.
(a) Ibid. L. II. c. 1. 11. 14. 15.
(b) *Compoſ. ſec. gen.* L. II.
(c) *Antidot.* L. II. c. 10. ACTUARIUS p. 71.
(d) *Antidot.* L. II. c. 1.
(e) Ibid.
(f) *Sec. loc.* L. VIII.
(g) *Simplic. facult.* L. VII.
(h) *Antidot.* L. I. c. 8.
(i) *Synopſ.* L. III.
(k) *Chron.* III. c. 16.

Lucium ignotum medicum ſæpe citat Asclepiades. Ad catarrhum fumum tuſſilaginis jubebat per infundibulum ſumere (*l*).

Terentius Evelpistus de herbarum facultatibus ſcripſit, ſi Marcello fides (*m*).

§. LI. *Galenus.*

Vaſti ingenii vir, multiſcius, egregius pharmacopola, & qui propria manu medicamenta ſollicite paraverit. Botanices non perinde peritus fuit. Lycoperſicum equidem primus dixit, a mercatoribus ſibi oſtenſum, & herbulas aliquas (*n*) ad theriacam pertinentes ipſe teſtatur ſibi accurate fuiſſe perſpectas, & recto lectas tempore. Herbas recenſet, quæ Cyzici frequentes naſcuntur. Petroſelinum ex Macedonia, Scordium ex Creta monet accerſi debere, Carpeſium Sidæ pamphylicæ optimum naſci (*o*): Amaracum a Maro ſeparat: Perſeam nusquam ſe vidiſſe monet, niſi in Ægypto (*p*). Sed nimis exſcribit Dioscoridem, neque ullam addit deſcriptionem (*q*), ut intelligas nihil hic habuiſſe proprii. Medicamentariam artis partem non neglexit. In Palæſtinam navigavit, ut bitumen propius inſpiceret, balſamumque ſtillare videret (*r*). Terebinthinam veram, tum larignam, & ſtrobilinam bene diſtinxit (*s*), ut iſtam haberet pro validiſſima, Chiam pro mitiſſima (*t*). Beſaſa tamen, quod paſſim ſemen ipſe dicit ſylveſtris rutæ (*u*), Moly alicubi interpretatur, in eo inconſtantior (*x*). Inde factum, ut Aetius Beſaſam, Harmalam, & Rutam ſylveſtrem pro eadem cum Moly planta habeat, quod vix poteſt verum eſſe (*y*).

Diætetici libri Galeni hactenus ad plantas pertinent, potiſſimum libri III. *de alimentorum facultatibus.*

In libro I. cerealia deſcribuntur, qualia veteres colebant, nobis non ſatis cognita, & panis. Siliginum panem plurimum alimentum præbere ait, inde Similaceum, ſed Siliginis, rei Romanæ, ſigna nulla dat. Caſu cum ediſſet triticum elixum, difficulter coqui expertus eſt. Ptiſanæ præparationem deſcribit. Zeæ nomen ſe in peregrinationibus nunquam audiviſſe, ſed brizam in Macedonia dici ſemen frumenti, typhæ ſimillimi. Olyram poſt triticum

(l) *Tard.* II. c. 7.
(m) In Epiſt. ad Mæcenatem.
(n) Chamæpityn, Chamædryn, Thlaſpi, Centaurium, Hypericum, Polium, *Antidot.* L. I.
(o) *Antidot.* L. I.
(p) *Compoſ. ſec. loc.* L. II.
(q) Olim Photius p. 400. 401.
(r) *Antidot.* L. I.
(s) *Compoſ. ſec. gen.* L. II.
(t) Ibid. L. I.
(u) *Compoſ. ſec. loc.* L. VI. & alibi.
(x) *Simpl. facultat.* L. VII.
(y) I. Serm. I.

Digitized by Google

triticum ponit, & eo deteriorem typham. Tangit Zeopyrum, etiam oryzam, qua legumina orditur. Fabas rotundas facit, aphacam & viciam compreſſas. Melampyron ex tritici degeneratione naſci docet.

L. II. De fructibus, etiam palmis, & ſericis; & de oleribus. Inter iſta Solanum numerat, & Cinaram, & Ocimum, quod cum garo edant, & Ari radicem.

De libro III. ſolum vinum huc pertinuerit, reliqua ſunt de animalibus.

Liber *de ſuccorum bonitate & vitio*; nempe de alimentis, quæ adtenuent, incraſſent, ita ſcriptus eſt, ut GALENUS ſatis per ſingula eat, & etiam homonymias interpretetur. Cerealia, legumina, glandes, vinum, aliaque potulentorum genera conſiderat.

In librum HIPPOCRATIS *de ſalubri diæta* GALENI Commentarius practici potius argumenti eſt. Prodiit Paris anno 1529. 8°. 1536. Baſil. 1544. 4°. &c.

De adtenuante victus ratione L. I. Laudat eam adtenuationem, & olera percurrit, fructusque, ſemina, radices, & cerealia, a quibus eam vim exſpectat, etiam animalia.

De ptiſana liber, fuſe & minute, de ejus præcipui alimenti ægrotorum præparatione agit.

De ſanitate tuenda L. VI. potius ad exercitationes, veteribus familiares, & ad frictiones, adque refutandum THEONEM ALEXANDRINUM ſpectant. Habet tamen GALENUS aliqua libro IV. de populi, & conorum Abietis vi leniente, quando in oleo infunduntur, deque cibis & potu, qui ſenibus conveniunt libro V.

Propius huc pertinent, quæ *quinta* claſſe operum GALENI continentur. Eorum princeps eſt opus, *de ſimplicium medicamentorum facultatibus* L. XI. qui equidem non toti ad rem herbariam faciunt. Quinque enim priores fere in ratiociniis conſumuntur, inque ſtabiliendis quatuor præcipuis medicamentorum qualitatibus, calido ſive acri, frigido, quo acorem & venena ſtupefacientia refert, humido, emolliente, & ſicco ſeu adſtringente. Quatuor harum qualitatum gradus primus conſtituit. Libro etiam I. de aceto, ſecundo fuſe de olei natura, tertio de braſſica diſputat. Recte tamen monet, ab eventu in corpore humano inde conſequente, non ab externis ſignis de eorum facultatibus debere definiri. Facit etiam earum qualitatum gradus. L. IV. eſt de ſaporibus. L. V. de claſſibus medicamentorum ſecundum vires, quas in corpore humano exercent. In L. VI. præfatione judicat de iis auctoribus, qui, ante ſe, de materia medica ſcripſerint. Sequitur alphabetica enumeratio plantarum, quarum aliquis in medicina uſus eo tempore erat, qui catalogus per librum VII. continuatur, & in libro VIII. finitur. Meræ ſunt virium medicarum enarrationes, absque ulla deſcriptione.

Parum

Digitized by Google

Parum hic eſt proprii: & habet fere DIOSCORIDIS facultates. Pauca Romana admiſcet, quo *Bretannica* ſpectat. Non eſt absque ſuperſtitione, & fidem Amuletis adhibet, etiam interpoſito ſuo teſtimonio. Videntur errores intercedere, & epimelis, quam dicit unedinem vocari, a Comaro ſeu arbuto diverſa eſt. Aliquoties plebejorum experimenta citat, & paſſim DIOSCORIDEM refutat, ut in Coriandri viribus. In Lilio proprium ſibi medicamentum citat. Reliqui ad finem usque libri ſunt de foſſilibus & animalibus.

Liber de *ſubſtitutis medicinis* brevis eſt, ſed tamen utilitatem habere poteſt, ex comparatione plantarum, quas GALENUS ſibi ſubſtituit, & quas inde colligas, ſimilium fere virium eſſe. Id aliquando noſtra nomina confirmat, ut in duplici Caſiæ doſi pro Cinnamomo ſubſtituta, aut in aliis exemplis, ubi pro Dauco Sium, pro Hyoſcyamo ſemen Solani veſicarii ſubponitur; alias GALENUS longe a noſtra opinione recedit, ut in Iridis radice pro Aconito, Acoro pro Aſaro, & tamen pro Amomo, Argemone pro Siſymbrio (Mentha) & Seriphio, Aſaro pro Zingibere, radice violæ albæ pro Balſamo, Lapathi radice pro Chamædry, Coriandri ſemine pro Cicuta, Roſeis paſtillis pro Cinnamomo, Braſſicæ ſemine pro Cumino, & Solani veſicarii pro Cynorrhodo, pro Hyacintho flore Iſatidis, pro Peucedano glycyrrhiza, pro ſucco Polygoni ſemine Erucæ, pro Potamogitone Serpyllo ſubſtitutis. Alias per adfinitates diſcas aliqua de plantis, alias vix notis: ita ſphagnum odoramenti genus fuiſſe adparet, cum pro Bdellio, calamo odorato, junco odorato detur. Ita Moly adſtringere intelligas, cum pro Corallio & Symphyto ſupponatur. Ita Dorycnium narcoticum venenum eſſe conſtat, cum pro eo Hyoſcyami ſemen adhibeatur, & idem Dorycnium pro Mandragora ſubjiciatur. Papiri radix vehementer purgat, cum pro Helleboro albo propinetur. Struthii ſuccus pro Eryſimo, radix pro Helleboro, Dryopteris (Filix) pro Cneoro, Mentha agreſtis pro Ocymoide, Omphacium pro Oenanthe ſubſtituitur.

De purgantium medicamentorum facultate fere ad cauſas rerum potius ſpectat. Defendit vim certos humores adtrahentem, contra ASCLEPIADEM. Multum laudat remedia purgantia, & felices curationes citat, quas iis auxiliis perfecerit. Hos libros potuiſſemus reſervare ad Bibliothecam practicam, ſed incertus, num tantum vitæ mihi ſuperſit, ut eo progrediar, malo hanc certe partem immenſi operis pleniorem edere. Superſtitioſa admiſcet c. 6. quibus ſibi fidem ipſe detrahat.

De theriaca ad PISONEM, cujus filium ulcere ſummæ coxæ laborantem ipſe curaverat. Adfirmat veram theriacam experimento innoteſcere; a ſerpentibus enim ictos non lædi, ſi theriacam bonæ notæ ſumſerint, perire qui ſecus. MARCUM ANTONINUM plurimum theriaca eſſe uſum, & ad ejus exemplum alios nobiles Romanos. Ipſum Imperatorem medicinæ faviſſe. Defendit medicamenta compoſita, ut frangantur vires nimiæ, aut ſcopo contrariæ. Præfert deſcriptionem ANDROMACHI, quam operi inſerit: aliqua monet de fraudibus ſeplaſiarum in plantis ſupponendis. Debere theriacam

Digitized by Google

purgationem alvi inhibere. Deſcriptio ſalis compoſiti, quem viperæ ingreditur. Non eſſe genuinum GALENI opus, fuſe a LABBEO contenditur.

De Theriaca ad Pamphylianum brevis eſt l. & fere practici ſcopi.

De antidotis L. I. (z). Deſcriptionem continet Theriacæ, ad quam componendam AUCTOR a MARCO ANTONINO advocatus fuerit. Jubet ſimplicia medicamenta accurate perſpicere, ex quibus fit Theriaca. It autem per ſingula, & mellis bonas malasque qualitates dicit, vina varia, trochiſcos viperarum, ſcylliticos. Quæ herbæ in Italia bonæ naſcantur, quas præſtet ex Creta advehi, IDEM definit. Intercurrunt plantarum deſcriptiones, ut cytiſi fruticis myrto æqualis. Laudat GALENUS Cinnamomi arborem, ab ADRIANI ævo apud Auguſtos conſervatam, qua ſit in theriaca uſus. COMMODUM medicamenta neglexiſſe, quare ſe, SEVERI imperio, cum theriacam pararet, vetuſto Cinnamomo uti maluiſſe. Laudat formulas verſibus comprehenſas, quod non poſſint fallere. Inſerit adeo ANDROMACHI *ſenioris* theriacam. Ipſe Hedychroum verſibus hexametris deſcripſit. Medicamenta adſervata per ætatem debilitari, ut Cinnamomum, & alia, etiam acerrima. Porro varia adfert de Caſia, Schœnantho, Stœchade, Chamæpity, Polio, Styrace, Acacia, Thlaſpi, quod in Cappadocia natum Cretico præfert. Alias formulas habet theriacæ, DAMOCRATEAM, anonymam aliam: & CRITONIS.

In L. II. varias compoſitiones deſcribit, antidotos Mithridaticas, antidotum AELII GALLI, DAMOCRATIS, ASCLEPIADIS JUNIORIS, ZOPYRII, APOLLONII MURIS, MITHRIDATIS ipſius, ARCHIBII, ANTIPATRIS, EUCLIDIS, PALATIANI, ZENONIS LAODICEI, XENOCRATIS, ARPULI, aliorum, etiam circulatorum: tum Alyſſa varia: inter quæ herbam cognominem deſcribit.

Lib. *de medicamentorum compoſitione ſecundum locos*, nempe ad omnes a capite ad calcem morbos. Ratiocinia primum proponit de morbi indole; deinde medicamenta ſua, & aliorum, plurima ARCHIGENIS, APOLLONII, CRITONIS, ASCLEPIADÆ junioris, hæc ſimpliciora; deinde ANDROMACHI antidotos, qui auctores & ipſi plurimos alios citant. Eorum labores paſſim dijudicat & carpit, quando vel aliena miſcent, vel cauſarum & temporum diſtinctionem negligunt. Adparet GALENUM multum indulſiſſe medicamentis purgantibus, quibus alopecias ſe ſanaſſe gloriatur. Utebatur autem hiera picra, etiam thapſia ſola, aut euphorbio extus illito. Cæterum ſero ad hæc ſcribenda acceſſit, citat enim hic I. libro opus ſuum *de uſu partium* (*a*), libro III. & IVto (*b*) librum de medendi methodo XII. & libro III. (*c*) quintum de pharmacis ſimplicibus, libro VIII. ſimplicium librum V. & methodi medendi decimum quartum.

L. II.

(z) CLARICUS habet pro ſpurio.
(a) C 3.
(b) Init.
(c) Fin.

Digitized by Google

L. II. Ad morbos porro capitis. Plantarum virtutes ipſe enumerat. Multa bene in APOLLONIUM empiricum monet, quo plurimum utitur. Opium in collyrio adhibitum amblyopiam feciſſe adnotat. Inde ARCHIGENIS, ſpectati viri, conſilia fuſe expendit. Nimium adpenſis herbis & Coronis videtur tribuiſſe. Intercurrunt pluſculæ vires ſimplicium medicamentorum. Sternutamenti loco ipſum elaterium in nares ſufflavit.

L. III. Mireris GALENUM de radice Cucumeris ſylveſtris, Bryoniæ & Ari ſcribere, eas extra mordacitatem alvum ducere, tum quod hæc acerrima remedia cum Polio conjungat. Medicamenta cæterum APOLLONII HEROPHILEI & ARCHIGENIS, ſimplicia fere utriusque, aliqua tamen ex APOLLONIO ipſe in uſum revocavit. Polypum narium vetat acribus tentari.

L. IV. Adverſus oculorum mala ſuum aridum ex lapide Phrygio remedium deſcribit, quod valde laudat, & addit in Romano Imperio multo in uſu eſſe. Hic mireris nomen JOHANNII legere, citatum de medicamento ex roſis.

In L. V. aliqua adhuc habet oculi mala, tum dentium; & ejus doloris ſedem ſagaciter in ſe ipſo GALENUS diſtinxit, ut alius in gingivis reſideret, in nervo dentis alius. Mire acria veteres in his malis adhibebant. Tithymali radicem in vino coquebant, eo os eluebant, & ſuccum tithymali farina exceptum denti admovebant.

L. VI. De oris morbis. In angina ſe ipſum laudat, quod in agro, cum medicamentis deſtitueretur, nucum ſuccum cum melle coxerit, novum undique medicamentum, & feliciter adhibuerit. Stercus caninum ad oris eſcharas laudat, & negat ingrati quid habere. Ad columellæ mala rhus præfert, & gallas, tum medicamentum APOLLONII, quo alumen & gallæ continentur.

L. VII. Ad morbos organorum ſpiritalium. Hic innumerabilia arteriaca recenſet, tum ad tabem & dyſpnœam medicamenta. Mandragora, Hyoſcyamo, Opio veteres multum utebantur, non valde probante GALENO; fatetur tamen in colica non poſſe nos carere narcoticis. Citat ſuum diacodium, & diſtinguit, in morbis pectoris, ubi ei locus ſit, aut Opio demum.

L. VIII. Stomachi adfectiones recenſet. Multum utitur Hiera. Corrigit ASCLEPIADEM, qui atramentum ſutorium & Mandragoram adverſus vomitum dabat. Deſcribit ſuum remedium ex ſucco malorum cydoniorum, cum pipere & zingibere. Multa ſolebant extus ad ventriculi mala adponere. Inde hepatis mala. Non ſolas radices Chamæpityos, Cichorii & ſimilium, ſed ſuccos & totam plantam juvare recte monet.

Libri ſexti, ſeptimi, octavi codex M. S. in Bibliotheca Cæſarea exſtat (*d*).

(*d*) LAMBEC. II, c. 6.

Digitized by Google

L. IX. Ad Icterum, ſplenis mala. Arſenicum flavum fuiſſe ex malagmate ſplenico colligas, quod non aliam ob cauſam aurei coloris fuiſſe potuit. Multum veteres utebantur emplaſtris in malis ventriculi, hepatis, ſplenis, inque hydrope. Inde morbi renum, & pauca ad partes genitales. Mireris Agarico in ſtrangulatione ex utero GALENUM uti. Pompholygem ad hæmorrhoides præfert.

L. X. De renum morbis, & podagra: ad iſtam quidem potiſſimum malagmata præſcribuntur.

De compoſitione medicamentorum ſecundum genera L. VII. His vocibus pars fere pharmaceutica intelligitur, & modus, quo emplaſtra, trochiſci & unguenta ex arte parantur. Multus in his fuit GALENUS, & ſua manu medicamenta præparavit, & in omnibus cautelis accuratiſſime ſe geſſit.

Tuetur libro I. compoſita, quod ſimplicia ſæpe non ſufficiant. Laudat ſuum diachalciteos medicamentum, quod multi imitentur. Negat argenti ſpumam frigidam eſſe. Corrigit ASCLEPIADEM, cum olei ad ceruſſam portionem nimis parcam feciſſet: agit fere de emplaſtris albis ex Ceruſſa, & viridibus.

Libro II. pergit in emplaſtris varii coloris, demum bituminoſis, ſeu barbaris, inter quæ eſt GALENI Ceratum, quod ad poſteros deſcendit (e).

L. III. eſt totus extra ordinem, & proprie pertinet ad opus ſecundum locos. Nam tradit medicamenta, externa quidem, quæ ad vulnera nervorum adhibentur, & de iis vulneribus fuſe GALENUS agit, adprime ſibi notis, cum Gladiatores Pergami, adhuc juvenis, curandos accepiſſet. Adparet etiam paſſim, cum itinera obiret, exercuiſſe chirurgiam, neque facile ſuam operam cuiquam negaſſe. Solebat autem ruri uti euporiſtis, lixivio, euphorbio, propolide, ervorum farina, fermento. Perite diſtinxit a vagina tendinem, Euphorbium recens peracre eſſe, inde, & celeriter miteſcere; ſic thapſiam. Omnes ſibi oblatos ægros ſe ſanaſſe gloriatur.

L. IV. Pergit in iis, quæ ulceribus malignis conveniunt & cicatricem inducunt; tum ad ulcera cancroſa. Monet quæ indiſtinctim ANDROMACHUS ſcripſerat, ea diſtinguere.

Sic L. V. paſſim comparat diverſas auctorum compoſitiones, eas emendat, ſuasque tradit. Sequuntur trochiſci ad ulcera, carbunculos.

L. VI. Iterum emplaſtra, & primum ad ulcera ſerpentia. Aliqua GALENUS ſe inveniſſe ait, nihil decedentia optimis. Celebre eſt diabotanon, varie deſcriptum a variis, de cujus uſu accurate agit, & de variis variorum formulis: ſic de fuſco ægyptio. Inde digerentia & extrahentia.

L. VII. Theoriam dat ſcirrhi & deſcribit emollientia. Præfert calidiorem leonis adipem. Comparat iterum varias compoſitiones HERÆ, ANDROMACHI, ASCLEPIADIS. Inde relaxantia, acopa, quæ laſſitudinem tollant.

Cæterum

(e) MESUÆ edit SYLV. p. 322.

Digitized by Google

Cæterum hoc opus in ſenio ſcripſit, poſt librum de ſimplicibus med., & poſt therapeuticen, poſt etiam duos alios de compoſitione medicamentorum libros jam editos, qui cum templo Pacis per incendium interierunt (*f*).

Denique omiſſis interim mere practicis operibus, & *Euporiſtis* (*g*), faciunt ad rem herbariam *interpretationes vocum obſoletarum* HIPPOCRATIS. Ita ἀντιῤῥινον interpretatur herbam, quam βουκρανον etiam vocent (unde intelligas de noſtri Antirrhini genere eſſe), & Lychnidem ſylveſtrem (παρθενιον) non debere reddi per Helxinen mercuriali finitimam, ita enim intelligo.

In Libro de *temperamentis* III. aliqua habet de ciborum & medicamentorum temperamento.

Fragmenta aliqua de vino apud ORIBASIUM & ATHENÆUM, de pane apud ATHENÆUM exſtant.

Inter ſpuria GALENI integra aliqua opera botanici argumenti reperiuntur, ut liber alter de *Dynamidiis*, nam primi exigua particula ſupereſt. Iſte alter pro prooemio habet ſæpe repetitam epiſtolam ad Mæcenatem; ſequitur catalogus medicamentorum purgantium, inter quæ yſium, ſed & allium & thymus eſt, & ſtyrax. Inde varia medicamenta. Opium auctori eſt expreſſus ſuccus foliorum & ſeminum, ad ſolem ſpiſſatus. Sequuntur morbi ſecundum loca, tunc eorum remedia, ad empiricorum morem. Unguento vult epilepſiam ſanare, quod vocat probatum. Plurima vana habet & ſuperſtitioſa. Hinc de diebus formidoloſis; de urina, febribus, vulneribus, &c. Multum abſunt omnia a ſubtili & dogmatico GALENI ingenio. Dynamidia REINESIUS GARIOPONTO tribuit.

Liber *de ſimplicibus medicamentis ad Paternianum* ordine alphabetico, neque ad Græcum alphabetum, neque tamen unice ad latinum ſcriptus eſt. In prima pagina vitriolum habet, nomen veteribus ignotum, & a Chalcantho, vitriolo cæruleo, diſtinctum. Nomina corrupta Alcimonium pro Alcyonio. Aloſardion pro Haloſanthos, Adarcha pro Adarce, caliſiva pro calx viva.

De Centaurea ad fratrem ſuum Papiam. Citat THEMISTIUM celebrem magiſtrum. Liber mere empiricus eſt. Prodiit ſeorſim Venet. 1497. fol. Argentor. anno 1541. fol.

Neque perſequor librum *ſecretorum* ad MONTIUM, totum arabiſtam.

Librum *venenorum* (*h*) GALENO inſcriptum paſſim Arabes citant (*i*).

Librum de vini facultate ex ORIBASIO CHARTERIUS inter opera Galenica excudit.

(f) L. I. c. 1.
(g) Spuria eſſe putes, cum ORIBASIUS, diligentiſſimus GALENI lector, neget exſtare *Præfat.* Primus liber hactenus ferri poteſt.
(h) SERAPIO *obſ.* 353.
(i) RAZE p. 319. &c.

Cæterum ſibi viventi libros alieniſſimos ſuppoſitos fuiſſe ipſe GALENUS queritur (*k*).

Seorſim prodierunt libri III. *de alimentorum facultate*, ex interpretatione MARTINI GREGORII Pariſiis anno 1530. 4°. (SEGUIER) anno 1543. 8°. ibid. anno 1547. 16°. ibid. Lugduni anno 1570. 16°. Leidæ anno 1633. 8°. BURETTE. Gallice vertit JEAN MASSE 1552. 16°. VERDIER. Græce Paris anno 1557. 8°. BURETTE.

Liber *de attenuante diæta* Lugd. anno 1546. 1549. 16°.

Liber *de ptiſana* Paris 1536. & interprete J. POLITO Paris 1544. 4°. prodiit, & Baſil. 1544. 4°. tum cum MAXIMILIANI de LUCIO Commentario Venet. anno 1575. 8°. Edidit etiam J. LALAMANTIUS cum libro de ptiſana ſui temporis anno 1578. 8°. LIND.

Libri *de ſanitate tuenda*, *Theodoro* LINACRO interprete Colon. anno 1526. 8°. Pariſ. anno 1530. fol. Lugduni anno 1548. 12°. 1549. 8°. GUNZ & 1559. 8°. OSB. & caſtigati a J. CAJO Baſil. anno 1549. 8°. græce. *Albano* TORINO interprete Baſil. anno 1578. 8°. Italice edidit *Joſephus* GALEANUS Panorm. 1650. 8°. MONG.

Commentarios in eos *Antonius* RABERIUS Baſil. anno 1547. fol. edidit LIND. Enarrationes *Ludovicus Jacobus* BORDING Roſtoch anno 1605. 4°. LIND. Adnotationes *Leonhardus* FUCHS Tubing. anno 1541. 8°. GUNZ.

Deinde C. *Hofmannus* GALENI de *ſanitate tuenda* L. III. accurata verſione, & perpetuis commentariis & caſtigationibus illuſtravit, quæ editio curante *Sebaſtiano* SCHÆFFERO prodiit Francof. anno 1680. 4°. Codex M. S. verſionis arabicæ exſtat in *Bibliotheca Pariſina Ketab Galinous fi tedbir al ſchat* (*l*).

Libri *de ſimplicium medicamentorum facultate T. Gerardo* GOUDANO interprete excuſi ſunt Pariſiis anno 1530. fol. 1543. 8°. TREW. 1547. 12°. MAITT. Argentorati 1561. 8°.

Librorum *de ſimplicibus medicamentis* duas verſiones Arabes habent (*m*).

In quinque libros priores Commentarius exſtat *Franciſci* VALESII Francof. anno 1645. fol. Eoſdem in XVI. diſputationes reſolvit *Melchior* SEBIZ Argentorat. anno 1651. 8°. * Gallice totum opus vertiſſe dicitur HERVE FAVARD, cum additionibus FUCHSII & SYLVII & aliorum Limoges 8°. VERDIER.

Antidotorum L. II. cum notis *Fr.* TIDICÆI prodierunt Thorunii anno 1607. 4°. In compendium redacti a LACUNA prodierunt Antverpiæ 1587. 16°. * cum EVERARDO de nicotiana.

Libri de *Theriaca* Paris 1534. fol. 1536. 1531.

Libros

(k) De libris propriis ab init.
(l) I. n. 986.
(m) HERBELOT, p. 963.

Digitized by Google

Libri *de compoſitione ſecundum locos* ſoli prodierunt Paris 1530. fol. 1535. fol. Lugd. anno 1549. 8°. In eos commentatus eſt J. CORNARIUS Baſil. anno 1537. fol. Edidit etiam VIII. Periodos J. HOLLERIUS Francofurt 1589. 8°.

Libri *ſecundum genera* Paris 1530. fol.

Euporiſta Paris 1530. 8°. GUNZ. 1536. Baſileæ anno 1576. 8°. & J. HOLLERIO curante Paris anno 1549. 8°. & ex verſione *Sebaſtiani* SCROFÆ Paris anno 1548. 8°. FALCON.

Succedanea Paris 1530. 8°. 1536. Baſ. 1544. græce.

Cum EVERARDO *de tab.* prodiit l. *de theriaca ad* PISONEM cum commentariis & interpretatione *Job.* JUVENIS.

Liber de *purgantium medicamentorum facultate* de his quos purgare oporteret, quibus medicamentis, quo tempore prodiit interprete *Johanne* POLITO Paris anno 1544. 4°. tum Baſil. 1544. 4°.

Codices M. S. operum GALENI paſſim exſtant. *Sex librorum de ſanitate tuenda* nuperus codex in *Bibl. Pariſ.* II. n. 2172. græce, & latine 6867. tum in *Medicea.*

Iidem, quinque priores a *Nicolao* de RHEGIO converſi, ſextus a BURGUNDIONE & B. R. P. II. n. 6867. neque ipſe vetuſtus.

De alimentorum facultate L. III. In Bibl. Pariſ. II. n. 2173. codex eſt, & iſte novus & II. n. 2164. & IV. n. 6865. verſi a GUIL. de MORDECHO, tum in *Medicea.*

Libri I. & II. pars ib. n. 2157. pariter novus.

Liber regiminis ſive de ciborum virtutibus, ſeculi XIV. IV. n. 6865. & a BURG. verſus 6865. a, & apud *Mich.* CANTACUZENUM de diæta & moris curandis II. n. 2230.

Commentarius in HIPP. de *victus ratione in morbis acutis* B. R. P. II. n. 2165. & ipſe novus, & 2332. tum in *Medicea.*

De *ptiſana & ejus conficiendi ratione* Bibl. Pariſ. II. n. 2267.

Et de *bonis & pravis alimentorum ſuccis* Bibl. Reg. P. II. n. 2164. & latine 6865.

Libri XI. de *ſimplicium medicamentorum facultatibus* Bibl. Reg. Pariſ. II. n. 2157. 2159. 2160. & 2170. neuter vetuſtus codex, græci tamen: latine in B. D. MARCI.

Libri V. priores Bibl. R. Pariſ. II. n. 2156. 2158. & duo tantum libri n. 2279. 2280. omnes novi & græci. L. VI. poſteriores verſi n. 6865.

Liber *de ſuccedaneis* Bibl. Reg. Pariſ. II. n. 2312. & 2319. græci & IV. n. 7056. iſte ſeculi XIII.

Ex eodem excerpta II. n. 2208.

De *purgantium medicamentorum facultate* II. n. 2165. gr. & in B. *Medicea.*

Liber

Digitized by Google

Liber de theriaca ad PISONEM Bibl. Reg. Pariſ. II. n. 2164. in *Bibl. Medicea* cum L. II. *de antidotis* in Medicea, & in Pariſina n. 2164.

Libri X. de *compoſitione medicamentorum ſecundum loca Bibl. Pariſ.* II. n. 2123. & 2156. græce. & in *Bibl. Med.* & S. MARCI Veneta.

Octo eius operis libri B. R. P. n. 2158.

Duo libri priores ib. II. n. 2164.

Libri VII. de *compoſitione medicamentorum ſecundum genera Bibl. Reg. Pariſ.* II. n. 2158. & 2156. græce. Huc *Catagenarum partes* VII. ib. IV. n. 6865.

Libri VI. in *Bibl. Medicea.*

Uter priorum ſit l. de *compoſitione medicamentorum ſimplicium* B. R. P. II. n. 2167.

De medicinis experimentatis a JOHANNITIO verſus n. 6893. De qualitate herbarum & aromatum n. 6837. Dynamidia in VATICAN.

Quid fuerit *Lexicon botanicum* GALENI in *Bibl. Medicea.*

Poſt GALENUM maſcula medicina declinavit, & veratri potiſſimum uſus obſolevit, neque quidquam rei herbariæ additum eſt.

§. LII. *Scriptores incertæ ætatis.*

Subjungam hic ſcriptores aliquos, quorum ætas incerta eſt. Huc ANTYLLUS (*n*), nusquam dictus a GALENO, frequenter ab ORIBASIO. Titulum operi fecit *de medicamentis, quæ ægrotis offerantur & de eorum præparatione;* citatur etiam ex tertio de *auxiliis* libro & ex ſecundo. Agit de pane, alica, ptiſana, malva cum garo cocta & oleo, quam valde laudat. (*o*). Alio loco de Elleboro agit, in libro *de remediis evacuantibus*, & de ſymptomatibus evitandis, quæ ab Ellebori uſu ſuperveniunt, ſyncope, ſenſuum interceptione, ſpaſmis, hypercatharſi. Demum ex ſecundo libro *evacuantium* (*p*) loca exſtant de apophlegmatiſmis; & ex libro *de iis, quæ extrinſecus occurrunt* (*q*), magnum fragmentum de ſuffocationibus, olfactoriis, adſtringentibus, collyriis, peſſis, infuſis, unguentis, malagmatibus, acopis, ſternutamentis, cataplaſmatibus, aliiſque.

PHILAGRIUS Epirota, NAUMACHII diſcipulus, Theſſalonicæ medicinam fecit (*r*), & *libros medicos* ſcripſit ſeptuaginta (*s*). Citat librum *de potionibus* (*t*) *ſuavibus* ORIBASIUS, & ex eo libro de apomelite, de diacodio loca (*u*), ubi AUCTOR GALENUM citat (*x*); tum de confectione ex cydoniis & cornis, omphaco-

(n) ORIBAS. *collect.* L. IV. c. 11.
(o) IDEM ibid. L. VIII. c. 5. 6.
(p) L. VIII. c. 10. Locum de exhibendo veratro citat AETIUS I. S. 3.
(q) L. X.
(r) SUIDAS III. p. 597. 598.
(s) IDEM ibid.
(t) ORIBAS. *collect.* L. V. c. 15.
(u) C. 19.
(x) C. 20. AETIUS III. S. 4. 23.

Digitized by Google

omphacomelite (*y*) ad morbos acutiſſimos utili, de rhodomelite (*z*), apii decocto (*a*). Alius locus de milio. Stomaticum PHILAGRII idem (*b*) citat. Ceratum ejus habet AETIUS (*c*), PAULUS (*d*) ALEXANDER (*e*), J. MESUE (*f*), MYREPSUS, & SERAPION (*g*).

§. LIII. *Alexander.*

ALEXANDER APHRODISEUS, GALENO coævus, qui tamen ad CARACALLÆ usque tempora vixit, commentator ARISTOTELIS, ſcripſit etiam ιατρικα αποφθεγματα και φυσικα προβληματα, quorum duo libri Paris 1540. & Francofurti anno 1587. 4°. græce prodierunt. Inter multas quæſtiones pauculæ ad rem herbariam pertinent. Cur ſinapi, piper, & alia acria cutem impoſita adtrahant, alvum vero non ducant. Cur a raphano comeſto ructus (*h*) alias olidi adſcendant (*i*), alias inodori. De farinæ hordei frigore (*k*). Cur idem piper & ſinapi integra devorata alvum non calefaciant, ſed comminuta (*l*). De fructibus horæis coloratis & decoloribus (*m*). Cur oleum cum aqua non miſceatur (*n*). Poſterioris ævi eſſe, neque genuinos gnari Viri partus, paſſim fatentur. In *quæſtionibus phyſicis* & *moralibus* nihil ad nos pertinet.

Problematum codex exſtat in *Bibliotheca Pariſina* II. n. 2230. tum in *Medicea*, & in B. D. MARCI.

Gallice prodierunt Pariſ. 1555. 12°. cura HARETI.

§. LIV. *Q. Serenus.*

QUINTUS SERENUS SAMMONICUS SEPTIMIO SEVERO imperante inclaruit, qui ab ANTONINO, quem CARACALLAM vocant, interemtus ſit, maximæ bibliothecæ dominus, SPARTIANO & CAPITOLINO teſtibus.

EJUS *de medicina præcepta ſaluberrima*, carmine heroico, minime contemnendo, continent morborum cenſum, ad quos SERENUS ſua remedia, etiam

(y) C. 21.
(z) Ibid.
(a) C. 23.
(b) L. IV. c. 10.
(c) III. S. 4. c. 23.
(d) L. III. c. 46. & alibi.
(e) L. VIII. c. 10.
(f) p. 322. editionis SYLVII anni 1544.
(g) Tr. IV. c. 21.
(h) I. c. 30.
(i) C. 42.
(k) C. 53.
(l) C. 67.
(m) II. c. 26.
(n) C. 67.

Digitized by Google

etiam potiſſimum ex plantis adjicit, non absque ſuperſtitione. Ita quartanam Homericis verſiculis ſanare ſuſcipit (*o*), & Abracadabra hemitritæo opponit. Inclinatæ latinitatis veſtigia reperias in pomis Sabuci, pro Sambuci baccis. Vix quemquam citat. Præter *Philonia*, & antidotos, etiam ſimplicia medicamenta ſuadet, ſed ad empiricorum morem longam absque diſcrimine farraginem.

Editiones primo meas addam. Pariſiis apud Colin anno 1533. 8°. cum aliis poematibus. Tiguri anno 1540. 4°. cum *Gabrielis* HUMELBERGII copioſis commentariis, plerumque quidem ex antiquis ſcriptoribus collectis, non tamen absque proprio experimento. Ita veterum conſilium cibis opplendorum, quibus vomitum movebant, ſæpe funeſte cadere monet, ex LEONELLI VICTORII præceptoris ſui teſtimonio. Porro prodiit SERENUS cum *Roberti* KEUCHENII eruditis, ſed collectaneis emendationibus & notis, Amſtelodami anno 1662. 8°. * & in collectione *Henrici* STEPHANI; & demum cum notis *Petri* BURMANNI inter *poetas latinos minores* Leid. anno 1731. 4°. * cum J. CÆSARII & aliorum notis. Prodiit etiam Lipſiæ 1515. 4°. & 1654. 8°. Venetiis anno 1502. cum CELSO, & 1488. 4°. cum AVIENO & ARATO, & nuper Venetiis 1763. 8°. cum CELSO. Codex M. S. cum variantibus lectionibus exſtat in *Bibliotheca Regia Londinenſi* 210. & plures in *Regia Pariſina* IV. n. 4839. 6864. 7099. 8454. alii in *Leidenſi* & *Vaticana*.

§. LV. *Athenæus Sophiſta.*

Ægyptius, Naucratites, polyhiſtor, vixit COMMODO imperante, cujus meminit, OPPIANO junior, etſi GALENUM, ARRIANUM, PLUTARCHUM, & ULPIANUM in ſuo convivio collocutores introducit, qui HADRIANI coævum Poetam ſibi notum fuiſſe dicit. Male ergo a SUIDA ad MARCI ANTONINI tempora refertur (*p*).

Doctiſſimus homo innumerabiles veterum locos memoriasque hominum conſervavit, non alibi reperiundas, ut vel eo fine, ob maximum numerum ſcriptorum ad rem coquinariam & ciborum hiſtoriam pertinentium, & eorum de plantis placita, hoc uno loco conſervata, inter præcipuos ſit auctores herbariæ hiſtoriæ, quo plurimum & ipſe uſus ſum.

Δειπνοσοφιστῶν libros XV. non integerrimos poſſidemus, cum duorum priorum librorum & initii tertii tantum habeamus epitomen, tum in antiquis editionibus finem libri XV. deſideremus.

Græce prodiit hoc opus, curante M. MUSURO apud ALDOS Venetiis anno 1514. fol. B. Bern. & Baſileæ anno 1535. fol.* *Jacobo* BEDROT & *Chriſtiano* HERLIN curantibus, imparibus oneri, judice CASAUBONO, & certe valde mendoſe, etſi aliquot centurias errorum BEDROTUS ſe ſanaſſe ait, nullo cum auxilio codicum, citationes etiam aliorum auctorum & loca parallela emendaſſe.

Græco

(o) C. 49.
(p) Conſ. iſta apud FABRICIUM *Bibl. Græc.* L. IV. p. 631.

Græce & latine cum eruditiſſimis Commentariis J. CASAUBONI apud Commelinos anno 1598. fol. *, tum Lugduni anno 1612. fol. & 1657. fol. FABRIC. hic cum nonnullis fratrum FERMAT obſervationibus.

Libri XV. lacunam ſupplevit *Guilielmus* (*q*) CANTER, eaque acceſſit ad nuperiores editiones.

Latine vertente *Natali* COMITE Venet. anno 1556. fol. FABRIC.

Jacobus DALECHAMP emendatiorem verſionem & pleniorem editionem cum commodis indicibus & nonnullis notis dedit Lugduni anno 1583. fol. *

Iſaaci CASAUBONI animadverſiones ſeorſim prodierunt Lugduni anno 1621. fol. * etſi dedicatio anno 1600. data eſt. Uſus eſt vir undique doctiſſimus multis codicibus, optimo potiſſimum FARNESINO. Habuit etiam aliqua a GESNERO & WELSERO. Notæ criticæ, & emendatoriæ acceſſerunt, tum collectio locorum parallelorum; nam botanicæ res a ſtudiis Clari Viri alienæ erant. Multa ad ATHENÆUM REINESIUS monuit (*r*).

Gallice ab Abb. de MAROLES verſus prodiit Paris 1680. 4°.

§. LVI. *Aelianus.*

CL. AELIANUS Præneſtinus, qui multa ex ATHENÆO habet, *in variis hiſtoriis* aliqua tangit ad rem herbariam pertinentia, de vinis Græcis (*s*), de plantis Deli inſulæ (*t*).

Edidit *Conradus* GESNERUS, cum reliquis operibus, Tiguri anno 1556. fol. verſionem a J. VULTEIO inceptam; & cum plurimis adnotationibus *varias hiſtorias* ſolas *Abrahamus* GRONOVIUS Leidæ anno 1731. 4°. 2 Vol. Dederat etiam PERIZONIUS Leidæ 1701. 8°.

§. LVII. *C. Julius Solinus Polyhiſtor.*

Γραμματευς Ægyptius, vixit poſt Parthorum deſtructionem per Artaxerxem, reſtauratorem (*u*) Perſici Imperii, quo tempore vulgo ſericum in veſtibus adhibebatur. Dictio tamen non peſſima non ſinit multo poſteriorem facere. Scripſit miracula fere regionum, inque iis magis ad animalia & ad lapides reſpexit, quam ad plantas: has tamen adtigit, breviter quidem, & obiter (*x*). Herbam Sardoam habet (*y*), Alimon Creticam, arborem quæ

 gummi

(q) FABRIC.
(r) *Var. lect.*
(s) L. XII. c. 31. & L. XIII. c. 6.
(t) L. V. c. 4.
(u) SALMAS. *proleg.* ibid.
(x) C. 4.
(y) C. 11.

Digitized by Google

gummi ammoniacum (*z*) ſtillat, & Laſer, Balſamum, cujus eo ævo magnus in Judæa proventus erat, Medicam (*a*) nempe Citrum, Ficum indicam, ſeu Benjanorum (*b*) arborem, cujus umbra latiſſime patet, Arundinem *Bambu*, cujus ex radicibus ſuccus melleus exprimatur, denique Ebenum.

Utor editione SALMASII Ultraject. anno 1689. fol. *

§. LVIII. *Neſtor.*

NESTOR POETA, ALEXANDRO SEVERO (*c*) imperante vixit, & ſingulis literis ſe carere poſſe carmine oſtendit. Ejus extabat *Panacea*, in qua ZOROASTER (*d*) citatur, tum elegiacum carmen ἀλεξίκηπος, qui liber a PAXAMO nominatur, ubi fabuloſa aliqua de Braſſicæ virtutibus refert. Citatur etiam NESTOR ex VARRONE, qui ab eo aliqua habet remedia (*e*), craſſo errore. Oportet omnino titulos auctorum in collectione Geoponico vitioſos eſſe, cum nullo modo in ordinem reduci poſſint.

§. LIX. *Heſychius.*

Incerti ævi auctor, quem FABRICIUS (*f*) quidem Chriſtianum fuiſſe, & Alexandrinum, & ſeculo tertio vixiſſe autumat; Cl. vero editor *Johannes* ALBERTI (*g*) neque chriſtianam fidem ſecutum, neque certi ævi eſſe contendit, & quæ Chriſtiana habere videatur, ea aliena eſſe gloſſemata. Utut ſit, non quidem omnes, neque pleraſque, herbas in ſuo Lexico recenſuit, aliquas tamen & cum nominibus ſæpe inſolitis (*h*) adtulit, ut poſſis ad eos libros referre, quos penitiſſime res veterum intellecturum legere oporteat.

Utor editione *Johannis* ALBERTI cum vaſtis Commentariis edita Leidæ anno 1740. fol. *

PTOLEMÆUS HEPHÆSTION, VERI præceptor, in *polymathea* de ψαλακάνθα herba ſcripſit, PHOTIO teſte. CYTHERUM vocat SUIDAS.

§. LX. *Quintilii.*

QUINTILII fratres, Georgicorum ſcriptores (*i*), habentur pro viris illuſtribus, CARDIANO aut CONDIANO & MAXIMO (*k*), quos COMMODUS occidit;

(z) C. 27.
(a) C. 46.
(b) C. 52.
(c) SUIDAS.
(d) *Geopon.* L. XV. c. 1.
(e) Ibid. L. XII. c. 16.
(f) *Bibl. Græc.* L. IV. c. 35.
(g) Præf.
(h) Ἀργυρεῖος, εἶδος βοτάνης &c. βρυωνία, ῥιζάριν τινα, Ἀστεχνι (labruſcæ).
(i) HIEROCLES *hippiatr.* præf.
(k) Ex XIPHILINO, EUSEBIO.

occidit; quos etiam fratres de Fraxino, terebintho, ſive piſtacia ſcribentes ATHENÆUS (*l*) citaverat. Citantur iidem a FLORENTINO (*m*). Vixerunt in Roma pagana, & Cæſareis temporibus. Boni enim ingenii plantam Laurum a Romanis aiunt dici (*n*).

De variis ſtercoribus agunt (*o*), de humano, ut eo Arabes utantur, de aſinino, caprino, bubulo; de cultu Cannabis (*p*), & Lini (*q*). Opera menſtrua agri enarrant (*r*). Alicæ (*s*), ut puto, Tragi (*t*) & ptiſanæ præparationem (*u*) docent: ſarmenta ſumere jubent de vitibus optimis & medio loco (*x*): de diverſa duratione vini (*y*); oleas meliores reddendi artificia docent, circumfodiendo (*z*), adfuſa amurca, aut urina, terebrando, inſerendo ramos meliores; &c. Ne flores aut folia dejiciantur ab arboribus, curari circumfodiendo, complendo foſſam fabarum palea (*a*). Pyrus, ne quid (*b*) lapidoſi habeat, obſcure indicat: deinde ut ex ſtolonibus plantetur. De inſitione & cura Lauri (*c*). Ne cucumeres vel melones ſemen (*d*) ferant, particula ſarmenti de terra prominente aſſidue reſecta. Porro, ut eos fructus in fictili vaſe figuram variam jubeas induere, etiam characteres. Medi[illegible]tæ vires cucumeris ſylveſtris; ut ſerventur cucumeres. De animalibus etiam & univerſa adeo domo ruſtica hi fratres ſcripſerunt.

§. LXI. *Sextus Julius Africanus.*

Imperante vixit SEVERO. Κεςοὶ ſcripſiſſe dicitur (*e*), variæ eruditionis *opus*, libris *novem* (*f*), ORIGENIS (*g*) coævus, & de *remediis phyſicis* egit. Sed auctor noſter multo poſterioris eſt ævi. Inſcriptionem Chriſtianam eo ſeculo non exſpectes (*h*), boni viri, ſed ſuperſtitioſi: idem FLORENTINUM citat (*i*).

Q 3 Non

(l) L. XIV.
(m) L. X. c. 2.
(n) L. XI. c. 3.
(o) L. II. c. 21.
(p) L. II. c. 40.
(q) Ibid.
(r) L. III.
(s) Ibid. c. 7.
(t) C. 8.
(u) C. 9.
(x) L. V. c. 8.
(y) L. VII. c. 1.
(z) L. IX. c. 9.
(a) L. X. c. 88.
(b) C. 22.
(c) L. XI. c. 3.
(d) L. XII. c. 19.
(e) NEEDHAM ex PHOTIO & SYNCELLO.
(f) Alii 14. ut SUIDAS.
(g) Et EUSEBIO.
(h) L. VII. c. 14.
(i) L. IX. c. 14. L. X. c. 66.

Digitized by Google

Non undique laudandus auctor varia ſemina macerare ſuadet, ne poſt ſationem injuria adficiantur, non tamen ſine vanitate (*k*). Sex tantum diebus uvas (*l*) maturas manere. De occidendis vermibus, non ſatis vere (*m*). Ridicule ait, fertilem fore vitem, ſi vinitor hedera fuerit coronatus (*n*). Alumine injecto vult a vino aquam ſeparare (*o*), quod nuper eſt renovatum ad emendandam aquam. Vana varia remedia habet ebrietatem impeditura (*p*). Oleam fertilem reddit terebrato trunco, & pinguis oleæ inſertis ramis (*q*). Inde de citrio malo in gypſeo modulo, in ſpeciem capitis humani aut aviculæ formando. Intelligas Romanis heſperidum eo tempore copiam fuiſſe, quo noſter ſcripſit, aut ex alio mutuavit (*r*). Idem artificium ait ad omnes fructus valere. Punica ſine granis (*s*), excmta pariter certa medullæ parte curat. Omnia punica eumdem granorum numerum habere (*t*). Nigram & albam ficum facere, utriusque generis oculis colligatis, ut in unum (*u*) truncum coaleſcant. Ut caveatur ne ficus maturæ de arboribus delabantur (*x*). Dulces reddere ex amaris amygdalas, perforato trunco, lacruma effluente (*y*). Nucem absque putaminibus naſci ex nucleo, cujus defractum ſit putamen (*z*). Lapathi vires medicæ (*a*). De animalibus etiam, totaque adeo domo ruſtica ſcripſit. Habet fabellam de dextro & ſiniſtro teſticulo ligando. Eſt inter mulomedicos, & ab ISIDORO citatur.

§. LXII. *Philoſtratus Senior.*

PHILOSTRATUS SENIOR SEVERO & JULIÆ DOMINÆ innotuit, & fuit inter eruditos viros, quos is imperator ſolebat convocare. Mirificam reliquit vitam APOLLONII, cujus editionem Græcam cito, quæ coram eſt, cum latina interpretatione *Alexandri* RINUCCINI Venet. anno 1502. fol. non pleniorem illam *God.* OLEARII Lipſ. anno 1719. fol. Magnam partem fabuloſi libelli PHOTIUS conſervavit. In mirifico eo opere de monte Caucaſo Indiæ dicitur, Cinnamomo radicem conſitam eſſe, reliquum montem diverſis aromatibus. Piper in eodem monte ait partim ab hominibus plantari, & partim a ſimiis, &

(k) *Geopon.* II. c. 18.
(l) V. c. 45.
(m) C. 48. 30.
(n) C. 24.
(o) VII. c. 9.
(p) C. 31.
(q) L. IX. c. 8.
(r) L. X. c. 9.
(s) C. 31.
(t) C. 36.
(u) C. 53.
(x) C. 56.
(y) C. 59.
(z) C. 66.
(a) L. XII. c. 36.

Digitized by Google

& alias etiam in planiori India arbores deſcribit, ut Seſamum, Milii genera, arborem pomis cæruleis. Varia quidem & ficta.

§. LXIII. *Julius Pollux.*

ΙΟΥΛΙΟΥ ΠΟΛΥΔΕΥΚΤΟΥΣ ὀνομαστικὸν (L. X.) poſt *Wolfgangi* Seberi editionem emendatum, ſuppletum, illuſtratum. Præter notas Seberi accedit Commentarius *Godofredi* Jungermanni, & alius *Joachimi* Kuhnii. Contulerunt, in ordinem redegerunt VII priores libros Stephanus Lederlinus, reliquos *Tiberius* Hemsterhuys Amſterdam anno 1706. fol.* Etſi fere Comeniana janua eſt, technicorum vocabulorum ad diverſas artes accommodatorum, ſatis hactenus inepta, etſi eruditioni potius ſophiſticæ deſtinatur, tamen aliqua plantarum nomina huc pertinent. Integram artem agriculturæ pluſculis paginis perſequitur, & hortorum, arborumque curam & vitium, & inſtrumentum ruſticum, & olerum nomina. Sic in capite de convivio plurima de alimentis adducit. Porro de arte tinctoria agit, de coquinaria, de myropolis, denique ſparſim de nonnullis plantis.

Verſio paſſim vitioſa. Ita χόνδρον cartilaginem interpretantur, cum oporteret Alicam vertere, quæ utique melius cum lacte & adipe edulium fuerit, quam cartilago.

Vixit imperante Commodo, cui paſſim libros ſuos dedicavit (*b*). Ægyptius fuit, & Naucratites.

Aliæ editiones ſunt Græca Aldina Venet. anni 1502. fol. Fabric. Juntarum Florentina anni 1520. fol. B. Bern. denique Baſileenſis anni 1536. 4°. Gesner.

Latina eſt Baſileæ anni 1541. 4°. aut 1542. cum adnotationibus editoris *Rudolphi* Gualtheri.

Græco latina W. Seber Francof. anni 1608. 4°.

Ultima Hemsterhuysii aucta eſt & emendata ex Græcis codicibus, & Salmasii, Valesii, Canteri notis.

Seorſim *Caroli* Labbei ſpecimen animadverſionum in Pollucem prodierat Argentorati anno 1675. 12°., curante *Joachimo* Kuhn.

Diogenes Laertius ob vitas Theophrasti & Democriti legi meretur. Vixit & ipſe exeunte Severo.

§. LXIV. *Geoponici. Florentinus.*

Hic deſperatione aliqua adacti conjungemus Geoponicos, etſi eorum aliqui nuperiores fuerint. Cum enim alii mutuo alios citent, atque viciſſim ab iisdem citentur,

(b) Etiam Suidas.

Digitized by Google

citentur, nullo modo poſſunt in ordinem tolerabilem reduci. Initium adeo a FLORENTINO faciemus, cujus ætas certior videatur.

CASSIANUS FLORENTINUS, villæ Maratonymi in Bithynia & vicini agri dominus, ex præcipuis eſt auctoribus operis Geoponici, & a multis pro ſolo habetur. Utrumque nomen ejusdem eſſe viri conſtat, quod & CASSIANO (*c*) & FLORENTINO (*d*) eadem villa Maratonymus tribuatur. FLORENTINIANO operi *de re ruſtica* titulus fuit (*e*), cujus L. I. & II. in iſto Geoponicorum opere citatur (*f*). A JULIO AFRICANO citatur (*g*), & a DIOPHANE (*h*), aque DIDYMO (*i*), aque PALLADIO paſſim, etſi nomen non additur (*k*), demum a Pſeudo Democrito (*l*). Roma florente vixiſſe putes, cum in ea urbe Camelopardalim viderit (*m*) in PHILIPPI forte ſpectaculis, & ipſe oleuvæ (*n*) apud MARIUM MAXIMUM MACRINI Præfectum urbis viſæ meminerit: vixerit adeo ſeculo III. nondum adulto. QUINTILIOS citat (*o*). Stercoris præparationem (*p*), & augmenta ex alga docet, ex coriariis retrimentis & aliis ſordibus, & de meſſis tempore (*q*). Menſuram panis, quam ex dato frumento requiras (*r*), ut adgnoſcas villæ dominum; deinde de Ciceris cultu (*s*) agit, & lentis (*t*), & milii (*u*), & lupini (*x*). Modum operarum, & numerum & victum (*y*) definit. Inde fuſe vitium cultum tradit (*z*); cujus rei magna in eo viro peritia fuit, & primum de vite arbuſtiva (*a*). De theriaca vite (*b*), antidoto loco medullæ inſerta, & de purgatrice (*c*): de inſitione vitium (*d*) accurate, etiam in cerasum; de terra vitibus apta (*e*), quam

(c) L. V. c. 6.
(d) L. X. c. 2.
(e) PHOTIUS n. 163. Liber XI. citatur a J. AFRICANO.
(f) L. IV. c. 8.
(g) L. IX. c. 14.
(h) L. X. c. 76. L. XIII. c. 9.
(i) L. XI. c. 18. L. XVI. c. 22. L. II. c. 34. quem viciſſim citat L. X. c. 37.
(k) Jan. 15. Febr. 28. Mart. 3. 4. 11.
(l) L. X. c. 51.
(m) L. XVI. c. 22.
(n) L. XIX. c. 14.
(o) L. X. c. 2.
(p) L. II. c. 22.
(q) C. 25.
(r) C. 32.
(s) C. 36.
(t) C. 37.
(u) C. 38.
(x) C. 39.
(y) C. 47.
(z) L. IV.
(a) L. IV. c. 1.
(b) L. IV. c. 8.
(c) Ibid.
(d) C. 12.
(e) L. V. c. 1.

Digitized by Google

quam nigram deſideret, qualem Ægyptus habet. Recte durabile vinum a rubris uvis naſci (*f*), minus firmum ab albis. Quæ uvæ maximi ſint quæſtus (*g*). De tempore, quo vites plantare conveniat (*h*). Addit experimentum in Bithynia captum, oportere autumno vitem plantare in locis non irriguis, quo loco CASSIANI nomen exſtat. Præfert plantationem per totalem defoſſionem (*i*) ei, quæ fit per palam, easque foſſas deſiderat (*k*) trium minimum pedum. Duo ſarmenta pangit (*l*) potius, quam unum. Non debere miſtas vites diverſi generis (*m*) plantari. Uvarum (*n*) genera, quæ in Bithynia præferantur. Sideratas vites Bithynorum experimento corrigit, clavo truncum penetrante (*); œnanthen ut legere oporteat (*o*), quæ videtur flos eſſe vitis; ut uvæ paſſæ fiant (*p*), & de plantandis arundinibus (*q*). De torculare, vaſis (*r*); etiam olei, de cella vinaria (*s*), doliis, picatione (*t*). Ne muſtum ferveat (*u*): ut triduo purum fiat (*x*). Bene clauſo in vaſe muſtum dulce manere (*y*), melius in puteo (*z*). De vini guſtatione & fraudibus cauponum (*a*). Vina ἀνθούμενα, quod vitii genus per colationem corrigunt, ut ſanentur (*b*). Vinum Thaſium ut fiat, uvis cum aqua marina expreſſis (*c*). Olearum cura (*d*) & inſitio (*e*); ut oleæ condiantur (*f*). Oleam vidit in vitem inſertam (*g*) & fructum guſtavit, & in Lybia naſci addidit. Horti in univerſum ſitus & ratio (*h*). Arborum plantatio. Quo tempore arbores plantare conveniat (*i*). De plantando citrio (*k*). Juxta muros plantat, hieme ſtercus

(f) C. 2.
(g) Ibid.
(h) C. 6.
(i) C. 9.
(k) C. 12.
(l) C. 17.
(m) C. 15.
(n) C. 17.
(*) C. 37.
(o) C. 51.
(p) C. 52.
(q) C. 53.
(r) L. VI. c. 1.
(s) C. 2.
(t) C. 7. 8.
(u) C. 14.
(x) C. 15.
(y) C. 16.
(z) Ibid.
(a) L. VII. c. 7.
(b) C. 37.
(c) L. VIII. c. 23.
(d) L. IX. c. 2. 4.
(e) C. 16.
(f) C 28. 29. 30.
(g) C. 14.
(h) L. X. c. 1.
(i) C. 2.
(k) C. 7.

Digitized by Google

ſtercus circumjicit, fructum forma gypſea figurat. Poſſe in malum inſeri & viciſſim, & in morum: Duracina aquoſis locis gaudere (l), quod nuper confirmatum eſt, durare magis, ſi in prunum damaſcenam, aut in amygdalum amaram inſerueris. De punicorum cura (m) & inſitione (n). De amygdalarum plantatione & collectione (o). De inſitione (p), inoculatione, & infoliatione; hæc accurate, ut ab artifice. Ut a vermibus arbores defendantur (q). Croci plantatio & decerptio (r), ſic myrti ex ramo depacto (s) educatio. Inſeri albam in nigram, etiam in pirum, meſpilum, malum punicam. Idem de buxi plantatione (t). Res hortenſes imprimis curavit. De horto in univerſum (u). De cultu lactucæ & viribus medicatis (x), & melopeponum (y); de rapo (z), & raphano (a), ut dulcis reddatur, deque ejus ad ſcorpii ictum viribus, aliisque (b). De apio (c), ut magnum fiat, & criſpum, ejusque uſu medico. De mentha (d), quam mireris hic dici inutilem eſſe. De ruta (e) ſylveſtri & hortenſi; ſic de eruca utraque (f); de naſturtio (g) ſemper medice. Animalia etiam habet; & de apibus proprium caput (h): nam ſubnaſcentem apum pullitiem ſollicitus inſpexit.

§. LXV. *Apulejus Geoponicus.*

Iſte APULEJUS non fuit Centuripinus ille, neque antiquus ruſticorum auctor, neque aſini ſcriptor, nam FLORENTINUM citat (i), & totus homo alterius eſt ſaporis. Citatur a DIOPHANE (k) aque BERYTIO.

Hujus

(l) C. 13.
(m) C. 29.
(n) C. 37.
(o) C. 57. 58.
(p) C. 75.
(q) C. 90.
(r) L. XI. c. 26.
(s) C. 7.
(t) C. 9.
(u) L. XII. c. 2.
(x) C. 13.
(y) C. 20.
(z) C. 21.
(a) C. 22.
(b) Ibid.
(c) C. 23.
(d) C. 24.
(e) C. 25.
(f) C. 26.
(g) C. 27.
(h) L. XIV. c. 2.
(i) L. II. c. 39.
(k) L. XIII. c. 9.

Digitized by Google

Hujus Apuleji multa exſtant in Geoponicorum collectione. Ita de montibus arboribus conſerendis (*l*), & loco, ubi quodque genus melius proveniat. Myricam ponit in humida. Semina vino macerare ſuadet, ut minus corrumpantur (*m*); ut uvas calcare oporteat (*n*). Humiditatem (ἰκμάδα) Garo, & terris pinguibus incenſis vult corrigere (*o*). Acetum ut acre fiat (*p*). Olei omphacini præparatio (*q*). Mala alga, muſco, foliis, aliis modis conſervat, ut durent (*r*). Erucas necare vult (*s*) tum maceratione varia & fungorum ſuffitu, tum ſuperſtitioſis. Habet etiam animalia aliqua.

§. LXVI. *Sotion.*

Sotion varia ſcripſit (*t*), & inter ea de fluminibus, lacubus, fontibus: ſed & alia ruſtici generis. Vixiſſe putatur (*u*) circa tempora Tiberii, cum Potamonem Lesbium citet. Citatur a Florentino & refutatur (*x*), & ab Anatolio (*y*), aque Palladio, nomine ut ſemper omiſſo (*z*). Si vere Sotion noſter Cæſarum tempore vixit, oportet duos eſſe Sotiones, antiquiorem, & alterum chriſtianum.

Ergo veriora iſta priori Sotioni tribues.

Ne formicæ frumenti (*a*) acervos tangant. Cedria extremam plantatæ (*b*) vitis ſedem ungere. Tria vel quatuor vitium genera una ſerere (*c*): ut circumfodiantur (*d*) vites & paſtinentur (*e*) & pampinentur (*f*). Nimium lacrumantes falce eſſe detruncandas (*g*). De defluis uvis (*h*) & luxuriantibus (*i*). Lunæ multum tribuit (*k*). Signa vini aceſcentis (*l*). Florem delet œnanthe injecta.

(l) L. II. c. 8.
(m) L. II. c. 18.
(n) L. VI. c. 11.
(o) L. VII. c. 26.
(p) L. VIII. c. 38. 39. 40.
(q) L. IX. c. 19.
(r) L. X. c. 21.
(s) L. XII. c. 8.
(t) Photius n. 189.
(u) *Proem.* p. 19.
(x) L. V. c. 9.
(y) L. IV. c. 10.
(z) Febr. 29.
(a) L. II. c. 29.
(b) L. V. c. 9.
(c) C. 16.
(d) C. 19.
(e) C. 20.
(f) C. 28.
(g) C. 38.
(h) C. 39.
(i) C. 40.
(k) L. V. c. 10.
(l) L. VII. c. 15.

Digitized by Google

injecta (*m*). Citra uvam vinum facere ex myrrha, corno, &c. (*n*). Acetum ſcilliticum (*o*). Cura olearum (*p*). Oleum medicum lauro, cypero conditum Liburnico ſimile (*q*).

An IDEM fuerit, an alius junior & Chriſtianus SOTION? qui in aratro RAPHAEL jubeat inſcribere (*r*), ut ſemina evadant fertilia, qui idem DIDYMUM citet (*s*). Æque ridicula habet ad arcendam Orobanchen (*t*) conſilia. Inter ſigna vini aceſcentis ſerpens viti implexus (*u*). De reponendis citriis (*x*). Nugas porro varias, quibus caveatur, ne arbores fructum abjiciant (*y*). De ocimi cultu, ſuperſtitioſa (*z*). De betis earumque uſu medico (*a*). De pomis (*b*) earum cultu, & viribus medicis. Forte & capita de alliis (*c*) & cepis (*d*) eo pertinuerint, quibus viros medicæ traduntur. Animalia etiam habet.

§. LXVII. *Pſeudemocritus.*

Qua ætate hic ſcriptor vixerit, difficile eſt dictu: antiquum eſſe credas, quod a plurimis ſatis antiquis ſcriptoribus citetur, ut a PAXAMO (*e*), præterea a DIDYMO (*f*), a DIOPHANE (*g*), a TARENTINO (*h*), a FLORENTINO (*i*). Citat ipſe ARISTOTELEM (*k*) & FLORENTINUM (*l*). Theriacam notam habuit (*m*), & armeniaca mala vocat βερικοκκα ſeu præcocia (*n*). Chriſtianus certe fuit, Græculus, parum antiquus. Nemo vero DEMOCRITO adſerat. Vox ADAM ſola intercedit, quæ ſpectare videtur ad vires illas Abraxa-

(m) L. VII. c. 25.
(n) L. VII. c. 35.
(o) L. VIII. c. 35.
(p) L. IX. c. 9.
(q) L. IX. c. 27.
(r) *Geopon.* II. c. 19.
(s) L. X. c. 87.
(t) L. II. c. 42. virginem nudam agrum circumire.
(u) L. VII. c. 15.
(x) L. X. c. 10.
(y) C. 87.
(z) L. XI. c. 28.
(a) L. XII. c. 15.
(b) C. 29.
(c) C. 30.
(d) C. 31.
(e) L. XVII. c. 14.
(f) L. XI. c. 5. 18. L. IX. c. 7.
(g) L. XIII. c. 9. L. XV. c. 7. Celebre illud veteris DEMOCRITI teſtimonium de vi benefica mellis.
(h) L. XX. c. 6.
(i) L. V. c. 3.
(k) L. XV. c. 9.
(l) L. X. c. 51.
(m) L. V. c. 3.
(n) L. X. c. 73.

Digitized by Google

Abraxarum. Ex citato FLORENTINO, qui viciſſim DEMOCRITUM citat, adparet, quam difficile ſit, hos viros in ordinem redigere, ut omnino videantur tituli capitum vitiati fuiſſe. Cum paſſim a PALLADIO exſcribatur, vixerit tamen ante ſeculum V. (*o*).

Princeps ejus fuit *de re ruſtica* opus, cujus magna pars inter Geoponicos ſervatur. In eo mira miſcela eſt,„ multa enim perſapienter & utiliter dicta habet, ut plantarum (*p*) uvidi ſoli catalogum, quas inter indicos etiam *meſtocalamos* habet, ut peregrinatorem adgnoſcas. Equiſetum bene diſtinguit, & Quinquefolium, & Batrachium Chryſanthemum, & odoratum Cyperum. Serere jubet circa finem Novembris, ob pluvias ejus temporis (*q*). Legumina cum ſinapi coquere ſuadet, ut molleſcant (*r*). Uvam absque acinis facere docet, exemta medulla (*s*). Theriacam pro medulla (*t*) ſubditam, optimas uvas facere. De vario ſitu, qui viti (*u*) conveniat. Muſtum aceſcens per arenam (*x*) colare. Vinum ex madefactis (*y*) uvis debilius adjuvat, continuo transfundendo, etiam coquendo. Ut aqua vino admiſta detegatur (*z*). Olei emendationem docet (*a*) Generoſiores palmas fieri, ſi *helices* (ſpadices) mares ſiccos in truncis (*b*) ſuſpenderis, quod eſt antiquum per pulverem marem fecundandarum palmarum exemplum. Inſcriptam perſicam naſci, ſi (*c*) in ejus nudata amygdala lineas duxeris: ſic rubra (*d*) duracina fieri, ſi aperto oſſiculo cinnabari nucleum circumfuderis. Cydonia mala figurat (*e*), & ut ſerventur (*f*) docet; ficus purgantes (*g*) reddit adfuſo veratri aut tithymali fructu. Amygdalum ſterilem corrigit radicibus hieme nudatis (*h*). Nomina definit nucis regiæ, caſtaneæ, armeniacæ, quam βερικοκκον vocat (*i*). *Opora* ſeparat ab ἀκροδρύων (*k*). Fœtidiſſimis ſordibus plantas a jumentis vult defendere (*l*). Dendrolibanus ut plantetur (*m*) docet. Animalium etiam mira-

R 3

(o) Febr. 29. Mart. 10. Aug. 8. Oct. 19. Nov. 10. 20.
(p) L. II.
(q) *Geopon.* L. II. c. 14.
(r) L. II. c. 41.
(s) L. IV. c. 7.
(t) L. V. c. 3.
(u) C. 4. 5.
(x) L. V. c. 19.
(y) L. VII. c. 4.
(z) C. 8.
(a) L. IX. c. 25.
(b) L. X. c. 5.
(c) C. 14. ſic inſcriptas ficus c. 47. & amygdalas c. 60.
(d) C. 15.
(e) C. 27.
(f) C. 28.
(g) C. 51.
(h) C. 61.
(i) C. 73.
(k) C. 74.
(l) C. 89.
(m) L. XI. c. 16.

Digitized by Google

miracula tradit. Ex lingua naſcentis agni colorem futuræ ovis non male præſagit (*u*).

Memorabilem hic locum habet, quem totum adponam; ut oſtendatur novum artificium veteres non latuiſſe (*o*). „Habebis multos pullos citra in„cubationem gallinæ, hoc modo: ſtercus minute tuſum & cribratum in ven„triculos mitte, & gallinarum pennas circumpone, eique gallinæ ova recte „impone. Perinde ſuper hæc iterum ſtercus injice, donec undique ſint con„tecta, ſingulis diebus converte, ut æqualiter foveantur. Poſt vigeſimum „diem, reperies ova in ventriculis rupta. Vigeſima itaque die putamen „adime, & pullos paſce.„

Eſt etiam inter *mulomedicos*. Fragmentum de ſympathia & antipathia recuſum exſtat apud FABRICIUM (*p*). M. S. Φυσικων και μαγικων Vindobonæ exſtat (*q*) in *Bibliotheca Cæſarea*.

Contra inania plurima reperias; ſigna tempeſtatum a Jovis (*r*) diverſo in ſigno ſitu. Agri ab orobanche (*s*) ſervandi abſurdum artificium: tum de tuendis vitibus (*t*). Cupedinem vini tollere ſucco de ſarmentis (*u*) cæſis fluente. Aceti duplicatio huc pertinet (*x*); ſic infinita alia (*y*). Arbores deſtruit adfuſis menſtruis (*z*). De horti emendanda conditione (*a*). De ſerpentibus immobilibus reddendis (*b*), deque columbis ſervandis (*c*). Lepores ſexum mutare (*d*).

§. LXVIII. *Pſeudo Zoroaſtres.*

ZOROASTRES, ſpurius procul dubio auctor, eſt inter Geoponicos.

Præſagia tempeſtatum ex ſtellarum & Jovis potiſſimum loco ſumit (*e*): prognoſtica ex ſeminibus, quæ canicula lædit, aut illæſa relinquit (*f*). Citat HESIO-

(n) L. XVIII. c. 6.
(o) L. XIV. c. 8.
(p) *Bibl. Græc.* L. IV. P. ult. p. 333.
(q) LAMBEC. L. II. P. 6. p. 170.
(r) *Geopon.* L. I. c. 12.
(s) L. II. c. 42.
(t) L. V. c. 10.
(u) L. VII. c. 32.
(x) L. VIII. c. 41.
(y) L. IX. c. 12.
(z) L. X. c. 67.
(a) L. XII. c. 6.
(b) L. XIII. c. 8.
(c) L. XIV. c. 5.
(d) L. XIX. c. 4.
(e) C. 12.
(f) L. II. c. 15.

Digitized by Google

Hesiodum Græculus (*g*), Plutarchum (*h*), Theophrastum (*i*), Aristotelem (*k*). Citatur a Diophane (*l*), & a Didymo (*m*), aque Palladio exſcribitur (*n*); ut non totus novus ſit, etſi falſum titulum præfixum gerit.

§. LXIX. *Didymus.*

Didymus incerti ævi, a Suida dictus Alexandrinus, *Georgicorum* ſcripſit L. XV. Citatur ab Aetio (*o*), a Diophane (*p*), a Florentino (*q*), a Vindanio (*r*), & a Sotione (*s*), & exſcribitur a Palladio (*t*). Citat Florentinum (*u*), Democritum (*x*), Zoroastrem. Ut iterum perobſcurum ſit, citari a Didymo Florentinum, & a Florentino Didymum. Didymus herbarum peritiſſimus ab Aetio citatur.

Ejus locus (*y*) exſtat de tempore, quo frumentum & hordeum ſerere convenit; alius de ſeminibus in contraria ſerendis; ut in campeſtribus nata in montanis feras, & viciſſim, quæ etiam nunc recepta (*z*) eſt opinio, ut tamen alio loco vetet in deteriorem locum plantas transferre (*a*). Porro de areæ præparatione (*b*); de pane abſque fermento (*c*); ptiſana; fabis (*d*); de viviradicibus transplantandis, ubi Bithyniæ conſuetudinem (*e*) citat; de inſitione per terebrationem (*f*); de uvis diſcoloribus (*g*); de conſervandis uvis, palea, fœno, in aqua (*h*); de plantario ad Bithynorum morem (*i*). Vivi-

(g) L. VII. c. 6.
(h) L. XV. c. 1.
(i) Ibid.
(k) L. XIII. c. 16.
(l) L. XIII. c. 9.
(m) L. XI. c. 18.
(n) Jun.
(o) L. II. S. 2. c. 15.
(p) L. V. c. 11. 20. 76.
(q) L. X. c. 37.
(r) L. X. c. 43.
(s) C. 87.
(t) Mart. 10. Maj. 8. Oct. 21. Nov. 13.
(u) L. X. c. 71.
(x) L. IX. c. 7. L. XI. c. 5. 18.
(y) L. I. c. 14.
(z) L. II. c. 17.
(a) L. II. c. 48.
(b) C. 26.
(c) L. II. c. 33.
(d) C. 35.
(e) L. IV. c. 3.
(f) L. IV. c. 13.
(g) C. 14.
(h) C. 15.
(i) L. V. c. 3.

Digitized by Google

Viviradices præſtare vult ſarmentis (*k*). De perticis: ad amineas vites altiores, in terra ſicca (*l*), humiles requiri. Ut optima pix ad dolia in Italia paretur (*m*). De gypſatione (*n*). Vinum dulce fieri in Bithynia (*o*), intortis trigeſimo ante vindemiam die racemis. Ut dulce muſtum ſervetur, primum exhalatione permiſſa (*p*), deinde accurate obturato vaſe. Vini aminæi præparatio, cum aloë, cypero, nardo, cinnamomo (*q*). Olearum plantarium (*r*), quod non valde probat, cum absque eo celerius proveniant. Rationem tamen docet ſcrobum (*s*): tum condiendi modum (*t*) & contuſas oleas (*u*), & colymbades in muria conditas (*x*). De palmis adjuvandis (*y*). Augeri colorem punici, ſi aqua cum lixivio balneorum rigaveris (*z*). De ficuum plantatione & cura (*a*). De avellanæ ſpeciebus (*b*) & plantatione, & meſpilorum (*c*), & ſiliquarum (*d*): breviter iſta. Quo tempore ipſe inferat arbores (*e*) exponit, & qua cum cura. Superſtitioſe (*f*) vult verſiculis Homericis cavere, ne arbores fructum dejiciant. De cupreſſi plantatione (*g*). De roſarum cultu (*h*). De terra oleribus apta (*i*), & de ſtercore (*k*): ut varia olera ex eadem radice proveniant, depacta in ovillum ſtercus (*l*). Aſparagum ex ſemine educat (*m*). De feridis medicis viribus (*n*). Animalia etiam habet, totamque adeo domum ruſticam. Camelos curſu vidit excellere (*o*), & in Antiochia Camelopardalim (*p*). Aliquot ejusdem auctoris

(k) C. 14.
(l) C. 27.
(m) L. VI. c. 5. 6.
(n) L. VI. c. 18.
(o) L. VII. c. 18.
(p) L. VII. c. 19.
(q) L. VIII. c. 22.
(r) L. IX. c. 5.
(s) C. 6.
(t) C. 31.
(u) C. 32.
(x) C. 33.
(y) L. X. c. 6.
(z) L. X. c. 33.
(a) C. 45. 46.
(b) C. 68.
(c) C. 71.
(d) C. 72.
(e) C. 77.
(f) C. 87.
(g) L. XI. c. 5.
(h) C. 18.
(i) L. XII. c. 3.
(k) C. 4.
(l) C. 14.
(m) C. 18.
(n) C. 28.
(o) L. XVI.
(p) C. ult.

Digitized by Google

auctores in collectione Mulomedicorum ſunt capita. Citatur etiam ejus codex de lignis varii generis, qui in Bibliotheca regia Par. exſtat (*q*), certe in VOSSIANA. Adparet in Bithynia vixiſſe.

§. LXX. *Paxamus.*

PAXAMUS *de arte culinaria* (*r*) ſcripſit; tum *de arte tinctoria*; & *de re ruſtica* libros duos (*s*). PAXAMUM dicimus, qui ante COLUMELLAM vixit. Verum noſter citat NESTOREM (*t*), quem NEEDHAMUS ſub ALEXANDRO SEVERO ponit, neque adeo a COLUMELLA & ATHENÆO citari potuit. A PALLADIO citatur (*u*), ut ante ſeculum V. ponendus ſit. Citatur a TARENTINO (*x*). Multa ex COLUMELLA habet.

In *Geoponicis* multa ex *Georgicis* PAXAMI, ut videtur, conſervata ſuperſunt, de Orobanches noxa & Lolii (*y*); de vite unguentaria (*z*); de ſecunda pampinatione (*a*) quæ 30. diebus ante vindemiam fit. Vappeſcere vina circa initia hiemis (*b*), aut florente vite. De olearum (*c*) meſſe, & olei expreſſione. Ut aridæ ficus (*d*) integræ in dolio ſerventur. Circumfoſſis (*e*) radicibus & ſtercore ſuillo adfuſo punica fieri dulcia. Amygdali inſitio (*f*) & cura arborum (*g*). De Braſſica, longum caput, & de viribus ejus oleris medicis (*h*). Caucalides diureticæ (*i*). Animalia etiam habet.

§. LXXI. *Damogeron.*

DAMOGERON PAXAMUM citat (*k*), ignotus cæterum auctor; a PALLADIO paſſim (*l*) exſcriptus, & a collectore Geoponicorum citatus (*m*). Docet ut

(q) FABRIC.
(r) SUIDAS, POLLUX L. VI. c. 70. ATHENÆUS L. IX. COLUMELLA L. XII.
(s) Plures, nam tertius dicitur L. X. c. 34.
(t) L. XII. c. 16.
(u) Mart. 10. Aug. 8. Oct. 14.
(x) L. XX. c. 6.
(y) L. II. c. 43.
(z) L. IV. c. 9.
(a) L. V. c. 29.
(b) L. VII. c. 10.
(c) L. IX. c. 17.
(d) L. X. c. 54.
(e) C. 34.
(f) C. 62.
(g) C. 84.
(h) L. XII. c. 17.
(i) C. 32.
(k) L. X. c. 12.
(l) Januar. 15. Octobr. 12. 14.
(m) L. XI. c. 30.

ut hordeum diu ſervetur (*n*), aut farina: ſed illud quidem fatetur (*o*) veteraſcendo amarum fieri. De putatione vitium (*p*) ſollicite agit, & de ſarmentis in foſſa binis (*q*). De corrigenda vite morbida (*r*). Panaceam deſcribit duraturas facturam uvas, quam aloë, caſſia, crocus & ſpica-nardi, ingrediuntur (*s*). Ut vinum vetus facias ex novo, amaris fere teſtis vetere vino imbutis (*t*). Oleum ex terebinthi tuſo fructu (*u*), ut fiat. Oleum ut fiat Hiſpanico ſimile (*x*), coquendo cum aqua & ſale, admiſto ſucco foliorum olivæ. De piſtaciorum plantatione (*y*). Caſtanea ut plantetur (*z*): eam arborem frigidis gaudere. De nucum plantatione (*a*). Arborem terebra perforat, ut fructum det meliorem: experimentum ſuum citat (*b*), ut nucum in terebinthum feliciter inſoliaverit, & magnas ſit nactus arbores. Hederam nigram appenſam ad ſplenis mala valere (*c*). De malvæ viribus medicis (*d*). De Siſymbrio, quod ſub terra nutriatur (*e*). Animalia non habet.

§. LXXII. *Tarentinus.*

Tarentinus Geoponicorum ab editore putatur Heraclides eſſe. Id quidem fieri non poteſt. A Diophane citatur, quem oſtendimus poſterioris ævi eſſe, deinde exſcribitur a Palladio (*f*). Hierocle prior eſt, a quo citetur (*g*), qui idem, Absyrtum cum citet, ſeculi V. eſt. Citat etiam Paxamum, & Democritum (*i*), & Diophanem (*k*).

Ejus exſtat locus de ſeminibus ſerendis (*l*), de frumento ſub terram recondendo (*m*), inſperſo cinere, aut pravi odoris herbis. De uvæ in myrtum

(n) L. II. c. 30.
(o) C. 31.
(p) L. V. c. 21.
(q) C. 22.
(r) C. 37.
(s) L. VII. c. 13.
(t) C. 24.
(u) L. IX. c. 18.
(x) C. 26.
(y) L. X. c. 12.
(z) C. 63.
(a) C. 64. 65.
(b) C. 65.
(c) L. XI. c. 30.
(d) L. XII. c. 12.
(e) C. 35.
(f) Novembr. 19. 20. 21.
(g) *Hippiatr. proœm.*
(i) L. XX. c. 6.
(k) L. XIII. c. 9.
(l) L. II. c. 12.
(m) C. 27.

Digitized by Google

tum inſitione (*n*), & præcocibus uvis ex inſitione in ceraſum (*o*) procuratur, & ſerotinis (*p*). Vinum aceſcens corrigit, olla nova in dolium demiſſa (*q*). Olei depuratio quæ ſale (*r*) fit, & nuce præuſta, aut infuſa cum ſale cera, aliisve modis (*s*). De inſitione pirorum (*t*), etiam in terebinthum, & morum. De violarum plantatione, Romanos ad menſes (*u*). Ut fungi obtineri poſſint: non bene absque ſemine tentat (*x*). Animalia etiam habet, ſuperſtitioſe, & piſcium capturam.

§. LXXIII. *Diophanes.*

Diophanes Nicenſis in Varronis (*y*) & Columellæ cenſu ruſticorum habetur; coævus Julio Cæsari. Idem Magonem in compendium ſex librorum redegit, miſitque Dejotaro (*z*). Tertium librum citat Florentinus (*a*). Verum noſter multo nuperior, & Didymum citat (*b*), & Florentinum (*c*), & Plutarchum (*d*), & Apulejum (*e*), & Tarentinum (*f*), & Zoroastrem (*g*), ut multo recentioris eſſe ævi neceſſe ſit.

Ejus exſtat de aqua colligenda & emendanda locus apud Geoponicos (*h*). Ex terra in aqua ſoluta, exque ejus odore, & ſapore, vult præſagire, quale vinum ea vinea ſit datura (*i*). Vana aliqua de avertenda pruinæ (*k*) noxa. De paranda ſepe viva (*l*). De maturitate uvarum (*m*), ut muſtum in dolia condire oporteat (*n*). Nigram uvam valentius vinum dare (*o*). De piſtaciis plan-

S 2

(n) L. IV. c. 4.
(o) C. 5.
(p) C. 6.
(q) L. VII. c. 16.
(r) L. IX. c. 21.
(s) C. 22. 23. 24.
(t) L. X. c. 24.
(u) L. XI. c. 23.
(x) L. XII. c. 41.
(y) Varro L. I. init.
(z) Columella L. I. Plin. L. VIII.
(a) *Geopon* L. V. c. 15. L. XI. c. 26.
(b) L. X. c. 11. 20. 76.
(c) L. X. c. 76. L. XIII. c. 9.
(d) L. XIII. c. 9.
(e) Ibid.
(f) Ibid.
(g) Ibid.
(h) L. II. c. 7.
(i) L. V. c. 7.
(k) C. 31. 32.
(l) C. 44.
(m) C. 45.
(n) L. VI. c. 12.
(o) L. VII. c. 3.

Digitized by Google

plantandis (p). Mala in citrum inſerta toto anno (q) fructum ferre. De pirorum (r) & cydoniorum (s) plantatione. De arboribus (t) quæ in ſe invicem poſſint inſeri; ficus in morum & platanum; morus etiam in malum & piraſtrum, & populum albam, unde alba mora; pirus in morum, rubra latura pira. Mala in cydoniam optime. Præcox in damaſcenam & amygdalas. Citrum infoliationem non admittere. Blattas ventre ovillo (u) colligit, ut perdat. Animalia etiam adtigit. Caput de abigendis ſcorpionibus eſt inter mulomedicos.

§. LXXIV. *Leontinus.*

LEONTIUS vel LEONTINUS, incerti ævi auctor, quem editor Geoponicorum ſuſpicatur ſeculi eſſe JUSTINIANEI (x): ſed tota collectio antiquior eſt.

De ſeminibus diverſorum cerealium & leguminum (y) in propriam terram ferendis. Uvas acerbas, aut corruptas, aqua ad muſtum addita vult corrigere (z). De aliis, præter vinum, potubus inebriantibus, & varia cereviſia (a). Sapa optima ex croco cum muſto cocto (b). De plantatione olearum & de ſcrobibus (c). De ficu ſananda (d), & inſerenda (e). De arborum falce purgandarum cura (f). De palmarum plantatione (g). De Iridis cultu (h). Pulegii vires ad lippitudinem (i). Animalia etiam cortina adtigit. Summam ejus inter Geoponicos auctoritatem eſſe PHOTIUS (k), qui LEONTA vocat.

§. LXXV. *Fronto.*

FRONTO Emiſenus Rhetor fuit (l), & alius, Romanus vir ill. De noſtro non conſtat.

Domum

(p) L. X. c. 11.
(q) C. 20.
(r) C. 23.
(s) C. 25.
(t) C. 76.
(u) L. XII. c. 9.
(x) *Proleg.* p. XIII.
(y) L. II. c. 13.
(z) C. 47.
(a) L. VII. c. 34.
(b) L. VIII. c. 32.
(c) L. X. c. 11.
(d) C. 50.
(e) C. 52.
(f) C. 78.
(g) C. 4.
(h) L. XI. c. 21.
(i) L. XII. c. 33.
(k) p. 350.
(l) SUIDAS.

Digitized by Google

Domum ruſticam videtur ſcripſiſſe. Exſcribit eum Palladius (*m*). Vinum gypſo, & ſale condit (*n*), ne aceſcat, & cinere, aliisve artibus; albuminibus ovorum reddit limpidum (*o*); Altheæ radice areſacta, raſa, intrita, facit, ut multam aquam ferat (*p*). Animalia & canes habet.

Duo Frontones citantur ab Absyrto, ad quos literas dederit.

§. LXXVI. *Anatolius.*

Anatolius nullam certam ob cauſam pro eo habetur, qui Theodosii magiſter fuit, Suidæ dictus. Noſter Sotione tamen nuperior eſt, quem citet (*q*), Palladius eum exſcribit (*r*).

Lunæ phaſes obſervat (*s*). De plantando palmeto (*t*). De foſſione (*u*), paſtinatione (*x*), & ſtercorationis modo (*y*). De lora paranda (*z*). De citrii plantatione (*a*) a talea, & a clavo. Qua cura magnæ arbores (*b*) transplantentur. Ut rubra Lilia fiant (*c*), ex bulbis caulinis in fæce vini nigri maceratis. Plura etiam Lilia haberi, ſi plures depoſueris bulbillos. Raphanum & rapam (*d*) a pulicibus infeſtatam defendi, ſi in ſucco Sempervivi macerentur, aut Cucumeris ſylveſtris. Bulbi ut magni (*e*) habeantur. De animalibus, & univerſa adeo domo ruſtica ſcripſit, & de morbis animalium cortinorum.

Frequens eſt inter mulomedicos Ruellii.

Fragmentum Ναπουλειου, ſed legit Anatolii, exſtat in *Bibliotheca Græca* Fabricii (*f*) ex Rendorphii communicatione, cum Commentariis. Innumerabiles illas animalium curationes continet, quas a Natura edocta in ſe ipſis ſuſcipiunt.

(m) Octobr. 14.
(n) L. VII. c. 12.
(o) C. 22.
(p) C. 23.
(q) L. V. c. 10.
(r) Januar. 15. Mart. 10. 11. Septembr. 3.
(s) C. 10.
(t) L. V. c. 19.
(u) C. 25.
(x) C. 26.
(y) Ibid.
(z) L. VI. c. 13.
(a) L. X. c. 8.
(b) C. 85.
(c) L. XI. c. 20.
(d) L. XII. c. 7.
(e) C. 36.
(f) L. IV. P. ult. c. 29.

Digitized by Google

§. LXXVII. *Berytius.*

BERYTIUS Geoponicorum, habetur ab editore pro HERMIPPO BERYTIO (*g*), libertino, PHILONIS BYBLII diſcipulo, qui, temporibus ADRIANI Imperatoris vixit. Sed noſter vix ADRIANO imperante vixerit, qui ex APULEJO (*h*) ſuperſtitioſum locum citet, quem putes eſſe Madaurenſis Apuleji. Et iſte quidem ANTONINIS regnantibus vixit.

Noſter medicamentorum nonnullorum auctor eſt: & ſcripſit de conſervandis uvis (*i*). Recte monet, nihil ferendum in vinea (*k*). De rubigine vana aliqua (*l*). Coi vini præparatio; coquebatur cum aquæ marinæ quarta parte, etiam cum aromatibus (*m*). Ut punica diu incorrupta ſerventur (*n*). Mora alba fieri, ſi ramus in populum (*o*) albam inſeratur. Ex ſeminibus diſſolutis creſcere, præſtare taleam. De ſcilla præſagium vanum (*p*). De animalibus etiam egit cicuribus. Eſt inter mulomedicos caput BERYTII de fugandis muſcis. PALLADIUS aliqua ex eo habet (*q*).

§. LXXVIII. *Vindanius.*

VINDANIUS PHOTII, VINDANIONIUS dictus in *Geoponicis*, ignotus, & incerti ævi auctor.

Ariditatem fructus in vite vult deradendo & inſperſo ſanare cinere (*r*). Vini medicati formula (*s*). De zizyphorum (*t*) plantatione & conſervatione. Super tegulas ut olera proveniant in horto non irriguo (*u*).

Mire nos hic turbat PHOTIUS (*x*), qui unum nomen facit VINDANII ANATOLII BERYTII, cujus ſint Georgicorum L. XII. Addit ex ſcriptis DEMOCRITI, AFRICANI, TARENTINI, APULEJI, FLORENTIS (FLORENTINI), VALENTIS (*y*), & vel maxime ex DIOPHANIS *Paradoxis* hunc ſcriptorem ſua ſumſiſſe.

PAMPHILUM non repetimus (*).

§. LXXIX.

(g) SUIDAS.
(h) L. V. c. 33.
(i) *Geopon.* II. c. 11.
(k) L. V. c. 11.
(l) C. 33.
(m) L. VIII. c. 24.
(n) L. X. c. 38.
(o) C. 69.
(p) L. XII. c. 37.
(q) Mart. 10. Maj. 9.
(r) L. IV. c. 34.
(s) L. VII. c. 36.
(t) L. X. c. 43. 44.
(u) L. XII. c. 5.
(x) p. 150.
(y) Is in noſtra collectione deſideratur.
(*) P. 47.

Digitized by Google

§. LXXIX. *Geoponici.*

Γεωπονικα. Geoponicorum, ſeu de re ruſtica L. XX. Cassiano Basso ſcholaſtico collectore antea Constantino Porphyrogenetæ inſcripti Græco latini, M. S. contulit, prolegomena notas & indices adjunxit Petrus Needham Cantabrigiæ anno 1704. 8°. *

Ita mea editio audit, ad quam pluſculos codices M. S. & notulas manu doctorum virorum conſignatas Editor adhibuit. Adjecit *lectiones variantes* pluſculas, notas paucas: & utilem catalogum auctorum, qui a Cassiano collecti ſunt. Non nimis emendata eſt editio, paſſim legi vitia, ut ἑμη loco θυμου.

Priores editiones ſunt Græcæ Venet. 1538. 8°. Falc. Baſileæ anno 1539. 8°. * curante *J. Alexandro* Brassicano.

Latine Cornario vertente 1538. 8°. Baſileæ 1540. 8°.* Coloniæ anno 1543. 8°. vertente ultimos 8 libros *Andrea* Lacuna & Cornarium paſſim corrigente, cum titulo Cassii Dionysii Uticenſis *de agricultura* L. XX. male, cum tot nuperi auctores in hac collectione citentur.

Italice ex Petri Lauri verſione Venet. anno 1542. 8°. 1554. 8°.

Gallice vertente Antonio Pierre Lugduni anno 1557. 12°. Falc. & ex meis notis Paris 1550. 8°. tum 1545. 8°. Falc.

Germanice vertente *Michaele* Herr ex recognitione *Lud.* Rabi Argent. anno 1566. 8°. Fabric. Baſil. 1622. 8°.

M. S. codex Græcus in Bibliotheca Vindobonenſi exſtat (z). Alii Pariſiis in Bibliotheca regia II. n. 1995. 2313. & Neapoli in B. S. Joh. Carbonara in B. Præs. de Mesme & in Vossiana græce Montf.

Auctor operis incertus eſt. In *proœmio* dicitur Constantinum Regem, non alia nota deſignatum, conquiſitis undique hujus argumenti libris hos Commentarios ſcripſiſſe. Fieri etiam potuit, ut antiquior collectio, Constantini ævo recenſa, vel aucta, vel etiam diminuta fuerit. Ita præfixo Augusti nomine factum eſt, ut ea de Apio ex Constantino Serapion citaverit, quæ in *Geoponicis* reperiuntur. Pogonato Cornarius tribuit. Photio cæterum juniores Constantini, auctores ejus collectionis non poſſunt fuiſſe, quam Photius citet. Alibi collector dicitur Cassianus, Bithynus, ex villa Maratonymo natus. Et certum eſt, ad Bithyniam fere hic revocari, quæ de re ruſtica ab aliis dicuntur (*a*), maximamque libri partem tribui Florentino. Neque tamen poteſt pro eo collectore haberi. Nam cum mature vixiſſe oſtendimus, & Chriſtiana varia in collectione citantur, & demum I. & II. Liber Georgicorum Floren-

(z) Lambec. L. V. P. 2. p. 163. 164.
(a) L. XIII. c. 5. &c.

Digitized by Google

FLORENTINI a collectore citatur, ut alieni auctoris (*b*). Neque ad CONSTANTINI aut Porphyrogeniti aut POGONATI ævum pertinet, cum hæc ipſa collectio innumeris locis a PALLADIO exſcribatur, quem auctorem nemo poſt initium ſeculi V. ponit. Cum vero PALLADIUS Græcorum nomine noſtros GEOPONICOS intelligat, neque tamen omnia in noſtris reperiantur, quæ ſuis Græcis PALLADIUS tribuit, perſuaſum eſt Cl. viro, nos fragmenta mera priſci operis poſſidere, quæ CASSIANUS BASSUS collegerit (*c*).

Cæterum Geoponicorum collectio integra *domus* eſt *ruſtica*, ut nulla pars fere agri omittatur: pretioſum utique opus, etſi plurima vaniſſima continet, in quo plurimos ſcriptores non alias ſuperſtites conſervatos habeamus, Vulgarium ſcriptorum præter VARRONEM & DIOSCORIDEM vix quemquam citat.

L. I. eſt aſtronomicus, continet etiam præſagia tempeſtatum, ventos, & Jovis mirificum dodecennium, hoc ex ZOROASTRE. Pleraque tamen ad rem herbariam pertinent.

Libro II. agitur de variis plantis humidum ſolum prodentibus: de conſerendis arboribus. De ſeminandi diverſa ratione, & temporibus ſerendi, & electione, de modo efficiendi, ut ſemina fecunda ſint, de horæis fructibus, & conſervando frumento: de pane, ptiſana, fabis, cicere, lente, milio, lupino, aliis leguminibus; de Orobanche herba.

L. III. Opera ruſtica per menſes enarrantur. Intercurrit præparatio Alicæ, Tragi, ptiſanæ.

L. IV. eſt de vitibus, earum cultu, de uvis medicatis, de inſitione varia.

L. V. pergitur de vitibus, earum cura, putatione, variis laboribus, plantandis arundinibus.

L. VI. de torculare, doliis, conſervando muſto, de lora.

L. VII. de vinorum varietate, & cura, & emendatione.

L. VIII. de vinis medicatis ex DIOSCORIDE: de aceto, ejusque augendo robore, & aceto medicato.

L. IX. de oleæ cultu, de ejus in vitem inſertione, cura ſervandi olei, perficiendo oleo, & condiendis olivis.

L. X. de horto: de palmarum cultu; de plantandis citriis, duracinis, malis, piris, cydoniis, punicis, prunis, ceraſis, zizyphis, ficubus, amygdalis, nucibus, meſpilis, ſiliquis, avellanis, moris; de arboribus plantandis & conſervandis.

L. XI. Fabulæ de arboribus variæ, & laudes; de cultu lauri, cypreſſi, myrti, pini, lentiſci, ſalicis, ſilicis, dendrolibani, roſæ. De Lilio, Iride, Viola, Narciſſo, Croco, Ocimo, Hedera.

L. XII.

(b) L. IV. c. 8.
(c) PALLADIUS *Geſn.* II. p. 990.

Digitized by Google

L. XII. denuo, quæ Conſtantinopoli quovis menſe ſerere conveniat. Hortenſia, olera, lactuca, beta, braſſica, aſparagus, cucumeres, raphanus, apium, ruta, eruca, naſturtium, intybus, porra, allia, cepe, caucalides, ſiſymbrium, lapatum, fungi.

L. XIII. eſt de animalibus noxiis, non hujus loci.

L. XIV. de columbis & avibus.

L. XV. Phyſicæ ſympathiæ & antipathiæ. Multa hic potiſſimum fabuloſa: tum de apibus, & melle.

L. XVI. De equis. Hic veterinaria.

L. XVII. de vaccis, admiſſione boum, armentorum morbis.

L. XVIII. de ovibus, capris, ovium morbis, lacte.

L. XIX. de canibus, ſuibus.

L. XX. de piſcibus, de eſca ad varios piſces capiendos, copioſiſſime iſta, & de garo.

Auctores rei agrariæ, legesque variæ, quas edidit GOES Amſtelodami anno 1674. 4°. nihil faciunt ad rem noſtram.

§. LXXX. *Gargilius Martialis.*

Addam his Græcis GARGILIUM MARTIALEM, latinum, frequenter a PALLADIO citatum, atque CASSIODORO laudatum, quem vir non ignarus *de hortis* pulcherrime ſcripſiſſe dicat (*d*). Ejus codex dicitur apud VOSSIUM (*e*) fuiſſe, *de boum cura.* Virides nuces ait, ſuo experimento, liberas putaminibus, in melle demerſas, poſt annum virides ſupereſſe, mel vero arteriacum fieri (*f*). Ut cucumeres in fictili figurentur, ut ſine ſemine fiant (*g*), quæ etiam in Geoponicis redeunt. In Aſſyria citros poma ferre (*h*), neque unquam iis carere. Ut punica maxima autumno poma ferat, ſi obruto circa terram fictili vaſe claudatur, & ad palum adligetur (*i*). Ut ficus, perſica, olea, inoculentur, quod iis ſolis arboribus conveniat (*k*).

Ejus de mulomedicina libellum editurum ſe promittit RHODIUS (*l*), & fragmentum dat in ruſticis ſuis GESNERUS. Codex exſtat in VOSSIANA.

§. LXXXI.

(d) FABRIC. B. LAT. p. 461.
(e) Ibid.
(f) Januar. tit. 16.
(g) Mart. tit. 9.
(h) Ibid.
(i) Maj. tit. 6.
(k) Jun. tit. 6.
(l) In Lexico SCRIBONIANO.

T

Digitized by Google

§. LXXXI. *Apicius.*

Caelii Apicii de arte coquinaria L. X. Hoc opus ſolum de infinitis illis ὀψαρτυτικοῖς veterum ſupereſt. Auctor ignoratur, neque enim ullus poteſt eſſe trium Apiciorum, Gurgitum & Ganeonum, quorum hiſtoria meminit. Etſi enim eorum ultimus oſtrea ad Trajanum in Parthide militantem miſit, & in noſtro opere artificium recenſetur, quo oſtrea conſervantur (m), multa ſunt tamen quæ faciunt, ut poſterioris ævi eſſe cum Listero perſuadear. Adnotavit vir cl. Iſicia (n) ex piſcibus apud Apicium paſſim deſcribi; ſed ea Iſicia Heliogabali eſſe inventum recte monet, quem Varii nomine Lampridius (o) citat: ſed porro Apicius Conchiclam Commodianam ex piſis deſcribit, cum Commodus legumina cocta in cœnas reduxiſſe dicatur (p). Pſittaci (q) inter aves edules cum Phœnicoptero meminit, quam ipſam avem Heliogabalus inter (r) cibos receperit. Porcellum Celſinianum deſcribit, a Clodio Celsino Severi æquali (s) dictum. Imo vero Hædus ſeu agnus *Syringatus*, etiam magis ferrei ævi videtur, ex inficeta græci verbi in latinum metamorphoſi. Denique legas in voces *ſuper hædum componis in zerbo, & omentum charta cooperies*, quæ vox (zerbus) ni fallor eſt Arabica (t), omentum denotat. Stylus, ſi emendatior eſſet, non fuit peſſimus. Corruptus cæterum codex, & paſſim ab editoribus non intellectus. Ita Oliſatra procul dubio Olus atrum erit (u).

Cæterum, etſi ubique olera & condimenta ex plantis ſumta dicuntur, tamen liber III. peculiariter *cepuros* audit, & hortenſium præparationem deſcribit. Ptiſanæ Apicio (x) dictæ longe differunt a ſimplici illa Hippocratica, & cum variis acribus decoquuntur.

Editio I. Mediolani prodiit a 1490. 4°. & 1498. 4°. tum Venetiis 4°. absque anno, & Venetiis anno 1504. 4°. (Lister nam alias lego 1503. Mead.). Deinde *Albanus* Torinus Apicium recudit, adjutus duobus codicibus M. S. & paſſim pro ſuo judicio emendavit, Baſileæ anno 1541. 4°. cum Platina & aliis, (ubi tres libri numerantur). Ea editio eodem anno Lugduni recuſa fuit Gesner. *Gabriel* vero Humelbergius Tiguri anno 1542. 4°. aliam editionem dedit, modeſtior & minus in emendando audax. Deinde *Martinus* Lister, cum Humelbergii & C. Barthii, atque Salmasii notis Londini

(m) L. I. c. 12.
(n) L. II. c. 1.
(o) Vit. Heliogabali.
(p) Lampridius in vit.
(q) L. VI. c. 7.
(r) Lampridius.
(s) L. VIII. c. 7.
(t) L. VIII. c. 6.
(u) L. III. c. 12.
(x) L. IV. c. 4.

Digitized by Google

Londini anno 1705. 8°. APICIUM reddidit quæ editio Amſtelodami anno 1709. 8°. recuſa fuit. *

Multo uberiores HUMELBERGII ſunt adnotationes, quarum exiguam partem LISTERUS conſervavit. Fuſæ enim illæ ſunt, & aliæ ad emendationem vocum pertinent, quam & ex analogia & ex ingenio, & ex collato vetuſto exemplari Vir Cl. ſumſit: aliæ ad illuſtrationem faciunt, diligenter enim HUMELBERGIUS auctores ruſticos, PLINIUMque & alios cum CAELIANIS confert, ut vocum ſæpe difficilium ſenſus eruatur.

Codex M.S. in *Bibliotheca Medicea* ſervatur, & in VOSSIANA.

§. LXXXII. *Cælius Aurelianus.*

CAELIUS AURELIANUS ex Sicca Venerea Africæ urbe natus, acer defenſor ſectæ methodicæ, SORANI admirator, Romæ vixiſſe videtur, cum mores gentis, victusque modum, & alimenta, & vina & menſuras Romanas ubique memoret, nihilque de ſuæ Africæ peculiaribus fructibus inmiſceat. Quo tempore vixerit, valde obſcurum eſt: ſtylo uſus eſt adeo barbaro, ut non ad quintum ſeculum, ex REINESII ſententia, ſed ad octavum & decimum relegare poſſis: ſunt tamen, quæ faciunt, ut antiquiorem putem. Nihil habet, quod chriſtianam religionem ſapiat, non vixit adeo ſerius, quam ſeculo ad ſummum quinto. Neminem citat, qui ſit GALENO junior, cum multos Scriptores citet, & in iis medicis recenſendis & carpendis perpetuo verſetur, qui vixerunt ab HIPPOCRATE ad ARCHIGENEM. Medicamenta primo a GALENO ſeculo celebrata ubique citat, nulla mentione facta nuperiorum, neque morbos habet ORIBASIO (*y*) primum dictos, aut peſtis memoriam, quæ adeo gravis JUSTINIANO regnante Orbi incubuit. Denique integro capite morbum, ut frequentiſſimum, deſcribit, quem veteres *mollitiem* (z) vocabant, & qui HELIOGABALI exemplo inclaruerat, apud priores Satyrarum ſcriptores ſæpius exagitatus. Eum partim bella perpetua minuerunt, quæ Romanum Orbem concuſſerunt, partim religio chriſtiana exſtirpavit.

Non longe adeo poſt ea tempora CAELIUM repoſuerim, & potuit in remota provincia natus barbare ſcripſiſſe, cum præterea voces ei non occurrerent, quibus SORANI ſui Placita apte redderet, quem *latinizandum* (*a*) ſuſceperat, ipſe parum Græcus (*b*). Antiquos ergo Scriptores ſolos citat, cum SORANUM reddat, qui non potuit nuperiores citaſſe.

Praxin equidem Clinicam AURELIANUS deſcripſit, interſperſit autem, ut alii medici, herbarum uſum & memoriam, etſi neque compoſitiones neglexit,

(y) Lycanthropiam.
(z) *Chron.* IV. c. 9.
(a) *Acut.* Lib. II. c. 11.
(b) Oſtendit REINESIUS *var. lect.* L. III. Lepida cyprina pro æris ſquama *Chron.* III. c. 8.

glexit, de quibus proprio libros edidit (*c*). Caricariam herbam inter adſtringentes habet, & clyſteri ad cœliacam admiſcet (*d*), & *calicari* caprum paſcit, cujus lac exhibeat (*e*), nusquam dicta alibi. Emendant, ut ſit Calyocularia, forte Parietaria. Strobili decocto ad morbos pectoris multum utitur (*f*). Helleborum raphano inſerebat, per noctem, altero mane raphanum (*g*) propinabat. Fumum tuſſilaginis per infundibulum a catarrhoſis admittendum LUCIUS (*h*) ſuadebat, CÆLIUS rejicit. Inter adſtringentia, cum Polio, & Gentiana, Macer recenſet (*i*): ita Aſtrutii (*k*) meminit inter ſternutamenta. In hydrope veratrum (*l*) dabat & Euphorbium, & æris ſquamam, cum cæterum acria medicamenta damnare ſoleat. Capræ lac variis herbis paſtæ ſuadet, etiam ut DAMOCRATES Lentiſco (*m*).

Editiones alias recenſebo: utor Amſtelodamenſi anni 1722. 4°. quæ eſt alterius anni 1709. ibidem editæ repetitio. Curam ejus geſſerat J. *Conradus* AMMAN. Acceſſerunt notæ *Theodori* ab ALMELOVEEN.

Bucolicos & *Venaticos* omitto.

LIBANII ſophiſtæ, JULIANI amici, *laudatio agriculturæ* hactenus huc pertinet, quæ Græce & Latine Pariſiis anno 1602. 8°. & 1606. fol. prodiit, tum *laus Palmæ & Pomi*, cum horti deſcriptione Pariſiis anno 1621. 8°. edita. Codex M.S. eſt in *B. Vat.*

§. LXXXIII. *Oribaſius.*

Seculi quarti auctor, cum univerſi artifices & inter eos medici, poſt M. ANTONINUM rareſcant.

ORIBASIUS Pergamenus, JULIANI CÆSARIS archiater & amicus, auxiliorum empiricus collector, ſuperſtitioſus ſæpe & vanus, ut in laudibus ſtercoris lupi (*n*), cujus utilitatem vult ipſe adnotaſſe. Plantarum etiam uſum a forma ſeparavit (*o*). Primum deſiderante Imperatore, cum una in Gallia eſſet, collectionem ex veterum monumentis collegit ſeptuaginta libris, quorum multi perierunt; ſeptemdecim tamen fere ad nos pervenerunt, ideo pretioſi, quod amiſſa alioquin ſcriptorum deperditorum loca multa conſervent.

Pertinent autem huc ex libro I. qui ad diætam pertinet ATHENÆI fragmenta de tritici pane, hordeo.

In

(c) *Chron.* II. c. 3. & in reſponſionibus *Chron.* III. c. 4. & L. IV. c. 8.
(d) *Chron.* II. c. 6.
(e) *Chron.* IV. c. 3.
(f) *Chron.* II. c. 13. 14.
(g) *Chron.* II. c. 1.
(h) *Chron.* II. c. 7.
(i) *Chron.* II. c. 13.
(k) *Chron.* I. c. 4.
(l) *Chron.* III. c. 8.
(m) *Chron.* IV. c. 3.
(n) *Synopſ.* L. IV.
(o) PHOTIUS p. 400. 401.

Digitized by Google

In L. II. Ex Rufo de ficubus, de melle in L. IV. de parandis eduliis, de aquis. L. V. de vino, de ſapa, de potu ex vinaceis: L. VII. de purgantibus.

In L. V. ex Antyllo de alimentis ægrotorum, ex Galeno de vino. L. VIII. de Elleboro. Lib. IX. de ſuffitibus, collyriis, infuſionibus, malagmatibus, acopis, ſternutamentis, unctionibus.

In Libro V. ex Philagrio de potionibus ſuavibus, de apomelite, de capitum papaverum confectione.

Ex eodem libro quinto ex Philotimo de potione ante & poſt cibum.

In L. VIII. Archigenis locus, ut præparandi ſint, qui helleborum ſumunt, & qui ex raphano vomunt, deque dando Helleboro. L. etiam VIII. de purgantibus in febre.

In L. VIII. ex Ctesio de Elleboro.

Pariter in L. VIII. ex Lyco de dyſentericorum clyſteribus, & de leniter alvum ducentibus. L. IX. de cataplaſmatibus ex pane & variis herbis.

L. VIII. Iterum de leniter alvum ducentibus.

L. VIII. Philumeni varia ad oculorum mala.

L. IX. ex Sabino de herbis ſalubribus & inſalubribus.

Liber *undecimus*, *duodecimus*, & *decimus tertius* ex Dioscoride ſumti ſunt, eodem ſervato ordine.

Liber XIV. ex Galeno, plantæ ſecundum gradus qualitatum, deinde ſecundum qualitates ſuas ſecundas ſeu effectus, quos in corpore humano exercent.

L. XIV. ex Zopyro de apophlegmatiſmis, diureticis, arteriacis, ſudoriferis, acribus & ſepticis, adſtringentibus, lac cientibus & emmenagogis.

L. XV. ex Galeno, de ſimplicium medicamentorum qualitatibus.

Secundum opus Oribasii ſunt *Synopſeos ad filium* Eustachium libri IX. Ex præfatione adparet, nuperiorem eſſe *collectione*, & ejus quaſi compendium. Magna pars argumenti eſt botanici. L. I. a c. 16. eſt purgantium medicamentorum. Libro II. plurimæ plantæ continentur ſecundum alphabetum, in claſſes juxta vires medicas diſpoſitæ, ſelectus etiam additur, notæque boni medicamenti. L. III, compoſita habet, pleraque aut omnia ex Galeno, quorum plurima de plantarum claſſe ſunt. Emplaſtra ex venenatis ſtirpibus veteres non ignorarunt, ut ex Dorycnio & Mandragora. L. IV. facultates habet alimentorum, potiſſimum ſecundum eorum vires, quas in corpore humano exercent. Reliqui libri ad curandos morbos pertinent.

Ejusdem *de facile parabilibus medicamentis* ad Eunapium. Fere Rufum ſe ait ſequi. Libro I. agit de facultatibus alimentorum, eaque fere ſecundum

Digitized by Google

dum claſſes diſpoſuit. Libro II. ſecundum literas alphabeti, adjectis viribus, fere ex GALENO. In fine tamen ad claſſes redit. Duo reliqui libri ſunt Clinici, & medicamenta etiam compoſita continent; multa ex GALENO Libri III. & IV. ſunt fere VIII. & IX. Synopſeos.

Liber de equorum medicina (p) erat in *Michaelis* CANTACUZENI bibliotheca.

Editiones hic non perſequor.

Totum opus reperitur latine inter principes STEPHANI.

Latine *collectionum* libri XV. priores, cum XXIV. & XXV. Venetiis 1596. Baſileæ prodierunt anno 1557. 8°. vertente RASARIO, & Paris anno 1555. 8°.

Libri X. M.S. in Bibl. Pariſ. exſtant II. n. 2190.

Et libri XV. II. n. 2189. nuperi codices.

Synopſis ad EUSTACHIUM prodiit Venet. apud ALDUM anno 1554. 8°. * Paris anno 1558. * FABRIC. Baſil. anno 1557. 8°. *

RASARIUS a *Nicolao* SAMICHELLIO codicem habuit, quem ex Græcia retulerat. Codex etiam M.S. exſtat Vindobonæ (q); tum excerpta ex ORIBASIO. Codex alius in *Bibl. Reg. Paris* II. n. 2188. & in *Medicea* & I. MORI.

Euporiſton L. IV. ad EUNAPIUM Baſil. anno 1529. fol. SEGUIER. Venet. anno 1558. 8°. * demum cum HILDEGARDI &c. Argent. anno 1533. fol. SEGUIER. & 1544. fol. FABRIC. Codex M.S. eſt in *Bibl. Reg. Londin.* 212. & in Regia Pariſina. II. n. 2177. & in MEDICEA.

Fragmentum de ratione victus per totum annum prodiit ſeorſim cum SORANO & aliis Baſileæ anno 1528. fol.

Græce exigua pars operum, & præter anatomica & chirurgica Libri I. caput 14. & capita ſex priora Libri V. prodierunt AUGUSTINO RICCIO curante Romæ anno 1543. 8°. Codex L. XXIV. & XXV. eſt in B. ESCUR.

MACROBIUS in ſaturnalibus aliqua ad hiſtoriam medicinæ, & paucula ad plantas habet.

§. LXXXIV. *Euporiſta Galeno adſcripta.*

Euporiſta ſ. *de medicamentis parabilibus* libros GALENO vulgo adſcriptos hic recenſeo, qui adeo manifeſto alterius ſint auctoris. A tertio incipio, quem JUNIUS PAULUS CRASSUS latine vertit. In eo GALENUS paſſim citatur. Deinde remedia ſtupidæ ſuperſtitionis plena paſſim præſcribuntur, ut cervi cornu & candela ſuper Panis Dei ſacellum poſita, hæc inceenſa. Notarius regius,

(p) VERDIER. p. 61.
(q) LAMBEC. L. II. c. 98.

Digitized by Google

gius, qui dicitur, tempora Byzantina indicat; Panis Dei ſacellum ſuperſtitem Paganorum religionem. Quare huc ponere viſum.

Liber ad Claudianum Solonem archiatrum, viri nomen in genuinis libris Galeni nusquam reperiundum, aliquanto minus malus eſt, quem & ipſum J. P. Crassus latine vertit. Medicamenta proponit a capite ad calcem: ſed ad empiricorum morem, nulla cauſarum & temporum diſtinctione facta, quod vitium Galenus in veteribus acriter carpit. Acanthum romanis tricadumæam dici, innuit deteriora tempora: ſuperſtitioſa etiam & Galeno indigna reperias, ſeptem flores leucanthemi, & galli guttur uſtum adverſus urinæ incontinentiam: experimentum abſurdum, cum hordeo & tritico factum, quae lotio feminæ gravidæ conſpergit; ita marem gerere docet, ſi triticum prius pullulavit, feminam ſi hordeum.

Liber denique ad Glauconem primum ab Huberto Barlando converſus aliquanto magis ad Galenica accedit, remedia habet magis probabilia, cauſarum aliquam diſtinctionem, frequentem citationem Anchigenis, periapta, quæ novimus Galeno non diſplicuiſſe, inter ea nuper celebratam ad capitis dolus verbenam. Morbos etiam a capite ad calcem recenſit, & ea medicamenta, fere ex plantis. Non placet tamen illud *aliud & aliud*, Galeni prudentia indignum, qui alia aliis non æqualia, ſed præſtantiora definiſſet. Neque ſinit genuinum eſſe teſtimonium Oribasii.

§. LXXXV. *Vindicianus.*

Præceptor Prisciani, Africæ Proconsul (*r*), Archiater Valentiniani, nihil admodum reliquit, niſi Poëmation ad eum ſpectet, quod alii Marcello tribuunt, cujus ad calcem edi ſolet, aliqui & Sereno. Recuſum exſtat cum minoribus poëtis *Petri* Burmanni, & a Rivini cura Lipſ. 1654. 8°. Continet multorum ſimplicium medicamentorum catalogum, ex herbarum genere.

§. LXXXVI. *Theodorus Priſcianus.*

Archiater, temporibus Valentiniani II. vixit. Methodicum vocant, neſcio, an ſatis ad verum. Etſi enim unguenta, & olea valde amat, & geſtationem, & paſſim credas habere aliqua ab Aureliano non abludentia, Hippocratem tamen ubique laudat, ſiletque de methodi ſcriptoribus; totum etiam opus ad ſaporem eſt empiricorum. Sordida dictio, viri tamen, quem ſentias ſibi confidere, & in dignitate verſari.

In editione Baſileenſi anni 1532. 4°. * tres tantum ſunt libelli, omnes ad medicinam pertinentes. Etſi enim liber dicitur Euporiſtorum, tamen vere eſt morborum externorum catalogus, capitum 38. ad quorum quemque longo ordine medicamenta fere ſimplicia, abſque ullo ſelectu, ſubjiciuntur, quorum multa ſuperſtitioſa ſunt & inania.

Iidem,

(r) Priscianus in principio L. IV.

Digitized by Google

IIDEM tres libelli QUINTI OCTAVII HORATIANI titulo prodierunt Argentorati anno 1532. fol. * cum quarto libro adjecto, cui titulus eſt phyſica materies; farrago varia, & plurimum vanitatis habens & ſuperſtitionis.

EJUSDEM putatur eſſe THEODORI liber *de diæta ſeu rebus ſalubribus* Argentorati anno 1544. editus; Halæ Saxonum 1632. 8°. & 1638. cum notis GEORGII EBERHARDI SCHREINER GUNZ, & Lipſiæ anno 1654. 8°. Codex M.S. eſt in B. J. MORI.

Paſſim PRISCIANI antidoti citantur, ut apud AETIUM T. IV. S. I. c. 46. S. II. c. 48.

§. LXXXVII. *Abſyrtus & Vegetius.*

Vetuſtior VEGETIUS ſub CONSTANTINO militavit: iſte junior noſter eſt qui ABSYRTUM citet: uterque mulomedicinam ſcripſit. Noſter fuerit ſerioris multo ævi. Nam equi Friſici, Burgundici & Turingici vix potuerunt ante ſextum ſeculum vulgo noti, & Romae in uſu fuiſſe.

ABSYRTUS in collectione RUELLIANA prodiit Paris anno 1530. fol. *

VEGETII de mulomedicina Libri IV. Baſil. anno 1528. 4°. * & 1574. 4°. ſed multo emendatius inter Geoponicos Viri ILL. J. MATTHIÆ GESNER. Germanice Francof. 1565. 4°. Codices exſtant in MEDICEA, BARBERINA, OLIV. NEAP. VOSSIANA.

Uterque vix ad rem herbariam pertinet, niſi per medicamenta ſimplicia ex plantis repetita, quibus fere easdem in malis veterinorum facultates tribuunt, quas habent in humanis. Celebratur imprimis potio Diapente, quæ ariſtolochiam & gentianam recipit.

COLUMELLAM a VEGETIO exſcribi oſtendit MORGAGNUS.

LXXXVIII. *Palladius.*

FESTI philoſophi *de re ruſtica & hortenſi* codex e Græco in arabicum verſus a SERCHAS filio Heliæ, etiam in perſicum, exſtat in *Bibl. Leid.* incertæ auctoritatis.

CLAUDII RUTILII TAURI AEMILIANI viri illuſtris de re ruſtica Libri XIV.

De auctore nihil valde conſtat. Poſt plerosque Geoponicos vixiſſe manifeſtum eſt, quos, Græcorum equidem nomine complexus, fere omnes citet, argumento jam eo tempore fuiſſe in unum collectos; ABSYRTUM (*s*) certe, AFRICANUM (*t*), ANATOLIUM (*u*), APULEIUM (*x*), BERYTIUM (*y*), DEMOGERON-

(s) Mart. tit. 13.
(t) Januar. tit. 15. Mart. tit. 10. 11. Septembr. tit. 3.
(u) Februar. tit. 25.
(x) Octobr. tit. 50.
(y) Mart. tit. 10. Maj. tit. 9.

Digitized by Google

GERONTEM (z), DEMOCRITUM (*a*), DIDYMUM (*b*), FLORENTINUM (*c*), FRONTONEM (*d*), PAXAMUM (*e*), QUINTILIUM (*f*), SOTIONEM (*g*), TARENTIUM (*h*), ZOROASTREM (*i*) quos exſcribit, prætereа GARGILIUM MARTIALEM, & COLUMELLAM, hunc fere nominatim, VITRUVIUM, PLINIUM. Quare non potuit ante quartum Seculum vixiſſe, forte & ſerius. PALLADIUM laudat CLAUDIUS RUTILIUS NUMATIANUS GALLUS, generis ſui ſpem atque decus (*k*), circa annum 416. (*l*) æræ Chriſtianæ, quem CLAUDII illuſtris viri familiarem fuiſſe non repugnat. Dictio & ipſa jam declinat, & alia vocibus genera impertit, quam priſci ſolebant. Utut pleraque exſcripſerit, paſſim tamen ad experientiam (*m*) ſuam provocat, & ſuum in re ruſtica judicium interponit, aut certe quæ ſibi ſint a rerum peritis indicata (*n*) fidenter proponit. Credulus braſſicam in rapam, vetuſtate tranſire perſuadebatur (*o*). In Sardinia fundos poſſidebat, & in Neapolitano agro Parthenopeo, ut puto, nam Campaniæ morem (*p*) ſæpe citat.

Libri operis ſunt, quos recenſeo.

Primus communia quædam rei ruſticæ præcepta continet; ſequentes duodecim opera ſingulorum menſium.

Colocaſiam (*q*) eo tempore in Sardinia colebant. Citria (*r*) per totum annum fructus ferre, ut alter alteri ſuccederet. Pineum lignum in Sardinia ſervari, ne putreſcat, ut toto anno in piſcina merſum lateat (*s*), quod etiam de fagino obtinet. Cæterum totam domum ruſticam, ſegetes, arbores, vites & animalia curat.

Liber XIV. eſt de inſitione arborum.

EJUS major pars elegiacum eſt carmen.

Prodiit

(z) L. II. tit. 15. Octobr. 12. 14.
(a) Februar. tit. 29. Mart. tit. 10. Auguſt. tit. 8. Octobr. tit. 9. Novembr. tit. 7. 10. 20.
(b) Februar. tit. 33. Mart. tit. 10. Maj. tit. 8. Octobr. tit. 21. Novembr. tit. 13.
(c) L. II. tit. 15. L. III. tit. 28. Mart. tit. 13. 4. 11. April. tit. 2. 3.
(d) Octobr. tit. 14.
(e) Mart. tit. 10. Auguſt. tit. 8. Octobr. tit. 14.
(f) Mart. tit. 8.
(g) Februar. tit. 29.
(h) Novembr. tit. 19. 20. 21.
(i) Jun. tit. 9.
(k) In Edit. BURMAN p. 70.
(l) IBIDEM. p. 4.
(m) De ficuum cultu Mart.
(n) Februar.
(o) Februar.
(p) Mart.
(q) Februar. tit. 24.
(r) Mart.
(s) Novembr.

Prodiit ſolus Paris anno 1536. aut 1539. 4°.

Italice ex *Petri* MARINI, Fulginatis verſione Venet. anno 1528. 4°. B. Bern. & 1538. 4°. cum notis, & vertente SANSOVINO Venet. anno 1560. 4°. GESNER.

Gallice ex *Joh.* DARCES interpretatione (FABRIC.) anno 1533. 8°. 1554. 8°. FALC. Germanice, vertente MICHAELE HERR libri XIV. Argentorat. 1538. fol. Bibl. Tig.

Cum COLUMELLA Regii 1482. fol. & apud *Rob.* STEPHANUM anno 1543. 8°.* vel ſi mavis ſolus.

Plerumque CATO, VARRO, COLUMELLA & PALLADIUS una conjuncti prodierunt, ut Venetiis anno 1472. fol. (*t*) 1496. fol. FABRIC. 1514. 4°. ZOCHA apud ALDUM, ſic anno 1533. 8°.

Regii anno 1482. fol. OSB. GESNER. anno 1496. fol. GESNER. duæ diverſæ editiones: anno 1498. * fol. FABRIC. Anno 1499. fol. GESNER.

Bononiæ anno 1494. fol. GESNER. anno 1496. fol. FABRIC, 1504. fol. OSB cum notis P. BEROALDI. 1520. fol.

Paris, anno 1513. fol. GESNER. ex CL. SCHOTTGEN, tum anno 1529. fol. * cum MERULÆ, & ALDI laboribus, & BEROALDI, JULII POMPONII, & *Baptiſtæ* PII notis in COLUMELLAM. Porro 1533. fol. cum iisdem.

Florentiæ apud JUNTAM anno 1515. 8°. GESNER. anno 1521. non 8°. ſed 4°. ut puto, a *Nicolao* ANGELIO recogniti, cum expoſitione dictionum, & libro de umbris & *oris* apud PALLADIUM. Iterum anno 1533. fol. GESNER.

Baſil. anno 1521. 8°. 1535. 8°. ad ALDINAM GESNER.

Abſque loco & anno 1528. 8°. GESNER.

Lugduni anno 1535. 8°. GESNER. anno 1542. 8°. GESNER. cum emendationibus *Petri* VICTORII; tum anno 1548. 1549. 8. GESNER.

Coloniæ anno 1536. 8°. * cum G. (MERULÆ) ALEXANDRINI interpretatione priſcarum vocum, & ALDI libro de horis & umbris apud PALLADIUM.

Apud COMMELINUM anno 1595. 8°. * ex veteribus membranis emendatior, cum indice copioſo SYLBURGII.

Lipſiæ anno 1735. 4°. 2. Vol. * cum VEGETIO. In iſta editione notæ SCHOETGENII, GRONOVII, CODRI, PONTEDERÆ & aliorum continentur.

Germanice cum COLUMELLA Strasburg. 1578. fol. Francofurti 1612. fol.

Exſtant libr. XIII. in *Biblioth.* Reg. Paris IV, n. 6892. 6842. decimi ſeculi duo Codd. & tertius 6830. hic undecimi ſeculi, & denuo 6830. G. decimi ſeculi iſte tum

(*t*) Deſcribitur hæc editio in Excerpt. liter. anno 1759. n. IV. p. 47.

Digitized by Google

tum in BASILICA PETRI, in Baſilica JOH. PATAVINA, in B. BODLEY. GALEI, CANTABR. PONTINIAC. MONTP.

In Bibliotheca Leidenſi alius codex eſt & duo in Biblioth. Vaticana n. 1951. 1969. alius, libris XV. diſtinctus in *Medicea.* Excerpta B. R. P. n. 7131.

§. LXXXIX. *Plinius Valerianus.*

Aevi eſt ultimi & ſeculi Marcelliani (*u*). SIBURIUM ſuſpicatur eſſe GUNZIUS, nullo quidem argumento addito. Liceat hic cum ſimili fere Scriptore conjungere.

GALENUM ſæpiſſime citat: ſcripſit, quo tempore Principis uxor *Regina* (*x*) dicebatur, uti CLAUDIANUS frequenter SERENAM Reginam vocat, & videtur pronuntiatio linguæ græcæ eo ſeculo jam corrupta fuiſſe, quo is homo ſcripſit. Χειρᾶδες enim, ad morem neogræcorum, *cyratus* reddit, σχοίναν θος ſquinantium, opium cyrenaicum pro ſucco cyrenaico habet, qui ſilphium eſt.

Prodierunt ejus auctoris Libri V. *de re medica* Romæ 1509. GUNZ & emendatius paulo, tamen valde vitioſe, Baſileæ 1528. fol. curante ALBANO TORINO *. Argentorati 1533. fol.

Venetiis 1547. fol. cum aliis principibus medicis. Baſileæ 1549. fol. Et inter H. STEPHANI Principes.

Codex eſt in B. R. ANGL.

Librum ipſum cum faſtidio legas, ſive ad ſtylum reſpexeris, ſive ad res ipſas. In univerſum quidem verior PLINIUS hic compilatur, quatenus ad rem medicam ſpectat, Libri I. II. & III. ordo eſt ſecundum morbos a capite ad calcem, ad quorum quemque farrago medicamentorum recenſetur, fere ex PLINIO. Habes autem hic ſapam CONSTANTINI, Vinum Burdigallicum, Apoſtolicum rotundum, Feſſæ animal, ex arabico detortum.

Liber quartus & quintus alterius auctoris videri poſſunt, qui multo comtiores ſint, deinde peculiaris illa ex templo Coo antidotus hic repetitur, quæ in priori Libro jam deſcribebatur.

Plantæ ipſæ hic ordinem ducunt. In malva SEXTIUS NIGER cum DIOSCORIDE conjunctus citatur; deinde in omnibus capitibus GALENUS & DIOSCORIDES. Capita ſive plantæ ſunt 58.

In Libro V. Victus ratio ſecundum morbos docetur. Hic iterum liber valde barbare ſcriptus eſt.

C. BARTHII adverſaria non ſunt ad manum, in quibus PLINIUS iſte recenſetur: ſed T. REINESIUS, dum adverſarium refutat, juſtum pene commentarium in hunc poſteriorem PLINIUM dedit (*y*).

(u) Citantur duo a MARCELLO PLINII.
(x) Livia Regina l. c. 5.
(y) *Var. Lect.* multis locis, potiſſimum p. 182. ſeqq. & p. 388. ſeqq.

Digitized by Google

§. XC. *Apuleius.*

Ipſe quidem L. Apuleius, Madaurenſis, Antoninorum ævo vixit, Rhetor, Sophiſta & fabularum Mileſiarum auctor.

Liber *de herbis ſeu de nominibus & virtutibus herbarum* Baſileæ prodiit anno 1528. fol. * cum Plinio Valeriano excuſus, *Albano* Torino editore, qui duobus antiquis codicibus ſe uſum fuiſſe dicit. Ibidem recuſus eſt 1549. fol.

Eodem anno 1528. etiam Pariſiis prodiit fol. * cum Benivenio *de abditis rerum cauſis.* Tiguri editus eſt anno 1537. 4°. cum *Gabrielis* Humelberg * commentario. Iſte quidem nullo codice uſus, ex Dioscoride & Plinio ſuum Scriptorem emendare eſt conatus, quorum loca addidit, nominum monſtra paſſim delevit, repetita capita conjunxit, aut omiſit. Plantas etiam Germanicas admiſcet ſed rudiuſcule. Redit Apuleius in Lucii operibus omnibus Lugduni anno 1604. 4°. & apud Sander de Clar. Antoniis Noriberg. 1538. 8°. Prodiit etiam Romæ perantiqua editio Maitt.

Non poteſt valde nuperi ſcriptoris opus eſſe, ſi quidem *Iſ.* Vossius in Bibliotheca ſua codicem Apuleii ante annum 1200. ſcriptum habuit, cum figuris elegantibus, quem promiſerat ſe editurum (z), & opus de *remediis ſalutaribus* Salmasius. Alius pulcher codex exſtabat apud Comitem de Neuenaar (a) cum figuris; alii duo in *Bibliotheca Medicea;* alius in *Bibliotheca Regia Pariſina*, ſed valde nuperus IV. n. 6838, alius ſeculi decimi n. 6862. Erat etiam inter libros Christinæ reginæ ejuſdem auctoris codex. Tres codices in *Medicea* ſunt, & perantiquus in B. *Caſſinenſi;* alius in Vaticana.

Fuiſſe opus Afri hominis, indicio eſt áſparagus, quem Plinius Libycum, auctor noſtrum vocat. Etiam adfectatio nominum Dacicorum ad Trajani tempora ſpectare videtur.

Denique L. Apuleius Madaurenſis utique & de Aesculapio proprium librum ſcripſit, & ſervum habuit medicum (b), & de piſcibus multa inter *quæſtiones naturales* protulerat, ut omnino ab ejusmodi opere non alienus fuerit.

Libellus exiguus eſt, & capita habet 130. Magna pars conſumitur in nominibus Aegyptiis, Dacicis & varie barbaris, ad imitationem Pamphili adjectis. Sequuntur nomina morborum, ad quos quamque plantam putat utilem eſſe, nimis in iſtis credulus & liberalis. Errores craſſiuſculi paſſim intercedunt: ita fel terræ vocat Centaurium majus, quod nomen ad Centaurium minus ſpectat. Minorum mendorum ſeges eſt plurima. Paſſim nomina habet latina minus recepta, Radiolam pro Polypodio, Victoriam pro Daphnoide, Oſtriaginem pro Holoſteo. Corruptio mira lectionum adeſt, ut Botortes pro Batrachium &c., & admiſta fabuloſa, ut de Baſiliſco. Habet etiam plantas non alias dictas. Huc Gryas vel Cryas, Apula, Baſilica.

XCI.

(z) Fabric. *Bibl. lat.* L. III. p. 526.
(a) Brunfels T. II. p. 232. 236.
(b) *Apolog.* I.

Digitized by Google

§. XCI. *Marcellus*, vulgo *Empiricus*.

Burdigalenſis, Archiater & Magiſter officiorum THEODOSII magni, ARCADII tempore de officio depulſus, omnino empiricus, etiam a ruſticis & plebejis medicamenta collegit.

Prodiit ejus liber *de medicamentis* Baſileæ anno 1536. fol. * curante *Jano* CORNARIO, quem lego non ſatis fideliter ſuis codicibus uſum eſſe, ut adpareat ex *Iſ.* VOSSII antiquo codice comparato (*c*).

Mera eſt collectio formularum & medicamentorum ſimplicium, etiam carminum, absque hiſtoria morbi, aut temporum diſcrimine, nulla etiam cuiquam medicamento data prærogativa; dictione barbara, ut etiam carmen, quod ipſi tribuitur, MARCELLI puritatem ſuperet. Totum SCRIBONIUM (*d*) LARGUM compilavit. Nulla ei fides etiam quando addit, expertum eſſe (*e*) medicamentum. Habet tamen aliqua ad rem herbariam. Plantarum nomina pluſcula nova, aut parum nota. Huc pycmos (*f*) ad colicam utilis, canis cerebellum (*g*), Symphoniaca (*h*) ad albugines, gladiatoriæ herbæ ſuccus ad tuſſim (*i*), bergilonii radix ad arthritidem (*k*), herba, quæ gallice *vernetus* dicitur, & quæ bluthagia (*l*), Leucandron ad morbos auris (*m*). Reddit etiam alio modo plantas veteribus notas, Argemoniam (ut puto Agrimoniam) Græcis Sarcocollam vocari (*n*). Polygonum Græcorum modo Millefolium (*o*) vertit, modo Verbenam: Anagallidem Maciam (*p*), Oxymyrſinen Scopam (*q*) Regiam, Trifolium Viſumarum (*r*). Herbas denique aliquas ad propria officia adhibet, *Turæ* & *Anturæ* ſuccum ad oculos (*s*).

Ab AETIO citatur (*t*), primusque inter medicos nobis dictos Chriſtianus fuit (*u*).

Non debet diſſimulari, noſtrum auctorem MARCELLUM egregium (*x*) medicum citare, ſive is alius, & GALENO vetuſtior MARCELLUS fuit, ſive auctor libri

(c) FABRIC. *Bibl. lat.* p. 863.
(d) Ita præceptorem ſuum VALENTEM vocat, nulla SCRIBONII facta mentione.
(e) p. 56. 88.
(f) C. 29.
(g) p. 56.
(h) p. 67.
(i) p. 122.
(k) p. 175.
(l) C. 9.
(m) Ibid.
(n) Ibid.
(o) p. 68.
(p) p. 40.
(q) p. 176.
(r) p. 40.
(s) p. 68.
(t) L. VI.
(u) Spina, qua Chriſtus coronatus p. 163.
(x) De oxyprio.

Digitized by Google

a MARCELLO, cui tribuitur, diverſus, dignus cæterum ſeculo PRISCIANI.

Codex ſeculi IX. exſtant in *Biblioth. Reg. Pariſ.* IV. n. 6880.

§. XCII. *Olympiodorus, Coſmas. Heliodorus.*

OLYMPIODORUS, qui ſcripſit de rebus HONORII, etiam Aſiæ hiſtoriam naturalem deſcripſit (z).

COSMAS auctor *Coſmographiæ Chriſtianæ*, JUSTINO imperante vixit (a). In ejus τοπογραφιας fragmento exſtat de pipere, coco, memoria aliqua (b).

In HELIODORI *Aethiopicis* Baſil. 1534. editis plantæ aliquæ deſcribuntur.

§. XCIII. *Stephanus.*

STEPHANUS BYZANTINUS, antiquior ſcriptor, cujus epitome JUSTINIANI ævo compilata fuit, aliqua, pauca quidem ad rem herbariam habet; ad hiſtoriam medicinæ pluſcula. Optima editio eſt *Abrahami* BERKELII Leid. anno 1694. fol. * Græco latina, cum notis. Titulum dedit εθνικα κατ επιτομην. De Veratro, Lauro Alexandrina (c) & aliis agit.

ASCLEPIODOTUS Chaldaicus, mathematicus, muſicus, amiſſum olim uſum albi Hellebori renovavit (d).

§. XCIV. *Aetius.*

AETIUS Amidenus, Chriſtianus, ſuperſtitioſus homo (e), Alexandriæ ſtudium medicum perſecutus, Comes dicitur fuiſſe Obſequii.

Citat *Jacobum* PSYCHRESTUM (f) LEONIS Thracis (g) archiatrum; MARCELLUM (h), THEODORUM (i), aliosque ſcriptores, ex quibus deducas, ſub finem quinti ſeculi vixiſſe.

Utique adeo libere GALENUM (k) exſcripſit, ut nullo ejus indicio facto, propria perſona uſus, GALENI experimenta & inventa repetat: ut in Oxymelle

(z) Apud PHOTIUM.
(a) PHOTIUS.
(b) Reperitur apud THEVENOT *relation de divers voyages.*
(c) p. 96.
(d) PHOTIUS p. 1051.
(e) *Tetrab.* II. ſ. 4. c. 10. de ſpina per certa verba de gula avellenda.
(f) *Tetrab.* III. ſ. 4. c. 43.
(g) *Jacobus* HESYCHII F. PSYCHRESTUS. SUIDAS.
(h) L. IV. ſerm. II. c. 12.
(i) Hunc, qui PRISCIANUS vulgo dicitur, frequenter citat.
(k) *Bibl. Græc.* L. V. c. 23.

Digitized by Google

melle liliato, in bitumine Sodomæo; in Jaſpidis vi ad ſanguinem ſupprimendum; in ſtercoris canini uſu, a præceptore ſuo laudato; in viperæ ad lepram utilitate; in ozæna ſananda (*l*); in nucis rancidæ uſu ad livores (*m*).

Ita illuſit J. A. FABRICIO, ut ipſum AETIUM ex Cœleſyria Gagatem retuliſſe putet, ſed retulerat GALENUS (*n*). Sed neque LUCIUS AETII præceptor fuit, dudum citatus ab ASCLEPIADE, cujus præceptor fuerit. Et minimum eſt, quod cum nomine GALENI citet, cum id nomen plerumque omittat. Eſt tamen ubi ſua a GALENICIS ſejungit, ut de thymo (*o*).

Princeps cæterum ſcopus viri fuiſſe videtur, formulas & compoſitiones colligere. Carpit eum PHOTIUS, quod non plenus ſit (*p*), cæterum perutilem eſſe fatetur.

Sigillatim *Tetrabibli primi* L. I. S. I. eſt materiæ medicæ pars, ex plantis ſumta. Rhus adhuc ait adſtringere. Ad finem libri I. S. 2. habet bonas notas ſimplicium medicamentorum, deinde ex ORIBASII libris plantas ſecundum qualitates ſuas diſtributas.

In P. III. redit ad enumerationem medicamentorum purgantium, ubi ſcammoniam, peplium, veratrum, recenſet &c. & ex ANTYLLO & POSSIDONIO fuſe de ſumendo veratro & avertendis ejus noxis agit. Inde morbos a capite ad calcem perſequitur, deſcribit ſingulos, & medicamenta ſubjungit, innumera, abſque ſelectu, undique conquiſita, potiſſimum ex GALENI & ORIBASII collectionibus.

In *tetrabibli* IV. Libro I. recurrunt venenatæ plantæ ex GALENO & DIOSCORIDE. Arnabon veteribus non dictam habet.

Editiones alias repetam, uſus ſum CORNARIANA verſione Lugduni anno 1541. fol. * excuſa, & alia Baſileæ anno 1535. fol. * Codex M.S. Græcus (*q*) plenorum librorum ſedecim Vindobonæ exſtat, ex quo ALDINA editio perfici poſſit, & alter, qui libros a nono ad decimum quintum continet (*r*).

In Bibliotheca Regia Pariſina continentur plures AETII codices. Libri XVI. toti II. n. 2191. 2192. 2193. 2198.

Libri undecim poſteriores II. n. 2194.

Libri V. VI. VII. & VIII. ib. n. 2195.

Libri V. ad XIV. II. n. 2199.

Libri

(l) *Tetrab.* II. ſ. 2. c. 92.
(m) *Tetrab.* II. ſ. 4. c. 2.
(n) *Bibl. Gr.* l. c.
(o) *Tetrab.* I. Serm. I.
(p) I. 400.
(q) LAMBEC. P. II. L. VI. p. 108.
(r) L. II. p. 25.

Libri IX. X. XI. XII. ſeculi undecimi codex II. n. 2196.

Libri XIII. XIV. XV. XVI. II. n. 2197.

Libri II. ſynopſeos medicamentorum ſimplicium GALENI II. n. 2256.

In Bibliotheca VOSSII codex M.S. integer AETII fuit; & in Vaticana.

In noſtra editione præmiſſa ſunt *Hugonis* SOLERII ſcholia, quæ unice ad medicamenta ſimplicia, & parte quidem prima ad plantas pertinent Lugduni anno 1549. data. Non meræ ſunt lectionis, locoſque natales Gallicos paſſim citant. Locum COLUMELLÆ de conſiligine, tamquam ſetaceo adhibita, minime omittit, & idem, ubi ficuum etiam ſuo tempore in Gallia uſitata nomina addit, coccum Gnidium circa Aquas Sextias vulgo naſci docet, & verum Scordium circa Pariſios.

§. XCV. *Alexander Trallianus.*

STEPHANI filius (*s*), a patria civitate Lydiæ dictus, vixit Romæ (*t*), & Alexandriæ (*u*), & itinera varia (*x*) ſuſcepit. Magnus certe medicus, nullique ſuperiorum inferiorum, ſi ſuperſtitionem ei condonaveris. Ejus merita alibi laudabimus, GALENO tamen multum uſus eſt.

Librum ſuum COSMÆ dicat, ejus medici filio, qui apud barbaros vixit.

Jacobum PSYCHRESTUM, LEONIS archiatrum (*y*) citat, & AETIUM (*z*), & MARCELLUM (*a*), & THEODORUM. Vixit JUSTINIANI ævo, ſeculo ſexto (*b*).

Paſſim citantur ejus compoſita medicamenta, ALEXANDRI nomine (*c*), ut antidotus aurea (*d*). EJUSDEM eſt purgativum ex melle roſaceo (*e*), emplaſtrum (*f*) TRALLIANI, hiera (*g*).

Liber equidem practicus eſt totus, neque tamen ad botanicen inutilis.

Vim alcyonii (*h*) uſti ad alopecias ipſe expertus eſt. Multas alias herbarum virtutes poſt ſuas adnotationes indicat. Rubiam inſolito nomine

θαψιν

(s) L. IV. c. 1. p. 230.
(t) L. XI. c. ult. L. XII. c. 3.
(u) L. XII. Vina etiam Aſcalonitica, Gazea, & nulla, ut puto, Europæa laudat.
(x) In Tuſcia L. I. p. 80. In Hiſpania p. 82. Ex Gallia medicamentum p. 81.
(y) L. V. c ult. L. XII. c. ult.
(z) L. XII. p. 779. de eryſipelaceis viſcerum adfectionibus.
(a) L. VIII. c. 8. & ejus antidotus. L. X. c. ult.
(b) Ex AGATHIA.
(c) MYREPSUS XII. 12. de hedrico. MESUE p. 566.
(d) ACTUARIUS p. 58.
(e) MYREPSUS L. XXVI. p. 2.
(f) p. 173.
(g) n. 9. IDEM p. 374.
(h) L. I. c. 1.

Digitized by Google

θαψον vertit (*i*), & ad colorandos capillos commendat. Paſſim victus rationem per ſingula præſcribit (*k*), & olerum, fructuum, leguminum facultates medicas indicat. Ruta ſylvatica ex conſilio ruſtici, epilepſiam ſuſtulit. Plantaginem minorem ad (*l*) palpebrarum cruſtas, & alia oculorum mala, utiliter impoſuit (*m*). Rheo (*n*) barbarico in dyſenteria utitur; ſinapi in podagra feliciſſime impoſitum fuiſſe teſtatur (*o*). Hermodactylos valde laudat (*o**) in podagricis adfectibus, & Myurum herbam, parum notam. Abſinthio in tertiana notha uſus (*p*) eſt, & peponibus ad febres (*q*).

Ejus operis aliquas editiones citabo. Meæ ſunt Græca libris duodecim Paris anno 1548. fol. * cum nonnullis GOUPYLI notis. Græco latina Baſil. anno 1556. 8°. libris XII. * J. GUINTHERO Andernaco interprete, & latina Baſil. anno 1533. 8. vertente ALBANO TORINO * libris tantum V. qui non plene duodecim illos GUINTHERI repræſentant. Verſio etiam deterior eſt. Denique eſt inter Principes HENRICI STEPHANI.

Codices integri exſtant in Bibliotheca Pariſina II. n. 2200., 2201 & 2202.

Alius fuit, ut puto, ALEXANDER, cujus τας των ιερων βοτανων περιεχουσας κρατεις in Bibliotheca SAMBUCI M. S. exſtabant (*r*).

§. XCVI. *Iſidorus.*

Hiſpalenſis Epiſcopus, circa initia ſeptimi ſeculi, ſcripſit *Etymologiarum* L. XX. quarum editio apud ZAINERUM anno 1470. * excuſa coram eſt. Pertinet ad rem herbariam liber XVII. *de* re ruſtica, & liber XX. in quo hortenſe inſtrumentum traditur. In eo voces id inſtrumentum exprimentes, & arborum, atque plantarum nomina, etymi, aliqua etiam de earum forma & uſu traduntur. PLINIUM potiſſimum exſcribit, & etymi ſæpe fabuloſi ſunt.

§. XCVII. *Paulus.*

PAULUS, a patria Aegineta dictus, ALEXANDRUM bis citat. Romæ & Alexandriæ (*s*) vixit, HERACLII ævo (*t*), nondum. ut videtur, Saracenis ſubjectæ, ante

(i) L. I. c. 3.
(k) E de Phrenitide L. I. de podagra, &c.
(l) L. I. c. 15.
(m) L. II. c. 7.
(n) L. VIII. c 3.
(o) L. XI. c ult. (o*) Ibid.
(p) L. XII. c. 8.
(q) L. XII. c. 73.
(r) FABRIC.
(s) L. VII. in cyphoide & in acopo ex atramento librario. Medicamentum, quod in Alexandria accepi L. IV. c. 49.
(t) HERBELOT. p. 215.

ante victoriam adeo Ducis Califarum AMRU, atque adeo ante annum 640. Compendium veterum, ad modum ORIBASII, & ſæpe ex eo ipſo (*u*), & ex GALENO (*x*) concinnavit, ut tamen aliqua addiderit materiæ medicæ (*y*): id ſeptem libris comprehendit, de quo alias & vitia dicemus & virtutes. Ad rem herbariam pertinent tum interſperſæ ubique facultates medicæ, & alimentorum vires: tum venenorum, ex plantis catalogus in libro V. a c. 38. ad 55. Glaucium, quo multum ad oculorum mala veteres utebantur, non eſſe papaver corniculatum, deducas ex loco, quem iſtud quidem inter venena occupat (z). Denique bona pars libri VII. tradit materiam medicam ex plantis, fere ad ORIBASIUM, tamen ut aliqua aut nova aut nupera aromata hic occurrant, ut arnabo, ſuccedaneum cinnamomi, & caryophylli veri, noſtrique. Betonicam ſuam ramulis pulegio ſimilibus, facultatem nullam guſtu prodere adparet, & aliam eſſe a Betonica Romanorum, quæ ſit κιςρον Græcorum. Iterum eodem libro Veratri uſum deſcribit, Rhei barbari vim purgantem laudat. Finis eſt in catalogo antidotorum & medicaminum compoſitorum.

Hæc ad editionem Græcam Baſil. anni 1538. fol. * & latinam, ex verſione J. GUINTHERI Baſil. anni 1534. fol. & ALDI anni 1553. 8°. * & 1554. 8°. * Ad iſtam non inutiles adnotationes *Jacobi* GOUPYLI & marginales notæ J. B. CAMOTII acceſſerunt. GOUPYLUS paſſim plantas veterum cum ſtirpibus Gallicis comparat, ut Ambroſiam, quæ ibi eſt Chamædrys laciniata. In editione Lugduni anni 1551. 8°. 1567. 8°. adjectæ ſunt notæ DALECHAMPII. Libri VI. vertente PETRO TOLET prodierunt 1579.

Codex M.S. librorum VII. rerum medicinalium non unus in Bibl. Reg. Pariſina eſt II. n. 2205. qui ſeculi X. fuit, & n. 2206. ſeculi undecimi, & 2207. & 2208. 2209. 2210. 2211. 2213. 2214. 2212. 2215. & 2292. tum in *Medicea* bini, & in BODLEYANA.

Libri quinque poſteriores II. n. 2217. ſeculi XI. !

Libri tres priores II. n. 2216. & græce atque arabice II. n. 2293.

Pars Libri VI. n. 2192. L. V. VI. & VII. in *B. Medicea*.

Pars Libri VIImi n. 2294. & in *Medicea*, tum excerpta ejus libri.

Libri de ſuccedaneis Bibl. Paris n. 2240. Excerpta n. 2153. 2158. tum in *Med.*

Catalogus ſimplicium medicamentorum ex libro VII. excerptus ſeorſim prodiit ex editione *Othonis* BRUNFELS Argentorati anni 1531. 8°. 1532. 4°. FABRIC. cum COPI libro: & quæ PAULUS *de alimentorum facultatibus* ſcripſit cum APICIO & PLATINA Baſileæ anno 1541. cura ALBANI TORINI, & Lugdun. anno 1541. 8°.

Ejus

(u) L. II. c. 1.
(x) SPIGEL. *Iſag.* II. c. 17.
(y) PHOTIUS p. 401.
(z) Ibid. c. 52.

Ejus etiam *ſalubria de tuenda valetudine præcepta*, quæ pars eſt libri I. ſeorſim prodierunt, G. Copo interprete Pariſiis anno 1510. & 1511. & 1512. 4°. Gunz 8°. Maitt. Baſileæ 1541. 4°. Mead. Argentorati 1531. 8°. Noribergæ anno 1525. 1541. 4°. Mead. & cum S. Austrii interpretationibus Argentorati anno 1578. 4°. Excerpta ex Leomate Paulo & Pyropulo (*a*) exſtant Vindobonæ in Bibliotheca Cæſarea. *Bibl. Reg.* Pariſ. n. 2153.

Bulos al Aigianithi verſus a Honain filio Isaaci Arabice exſtat (*b*), & Paulus arabicus alius, a M. Zeth converſus exſtabat in Bibliotheca *Michaelis* Cantacuzeni (*c*).

§. XCVIII. *Medicinæ Occaſus.*

Hic fere finis eſt medicinæ Græcorum, & imprimis botanices. Etſi enim Palladii & Synesii & Demetrii *Pepagomeni* opera non omnino ſpernenda priſcæ ſapientiæ compendia repræſentant, nihil tamen ab eo tempore in Græcia ſcriptum eſt, quod non ſit a Priſcis repetitum, aut ab Arabibus ſumtum, qui Pauli ævo inceperunt caput efferre. Rei potiſſimum herbariæ ſtudium, quod pauliſper effloruerat a Mithridatis ævo ad Castorem, ita penitus intercidit, ut in codice Dioscorideo, quem Anicia Regio ſumtu concinnari juſſerat, icones inutiles, neque agnoſcendæ reperiantur, uti monuimus (*c**). Id tamen hactenus tempus victoriarum Imperii Orientalis erat; inde res Romanæ in Occidente quidem penitus interciderunt; in Oriente lentiora, ſed perpetua decrementa paſſæ ſunt, ut pari paſſu & vires Imperii & artes in deterius abirent. Conjungere liceat quæ, pauca certe, de ea nuperiori Græcia ſuperſunt monumenta.

§. XCIX. *Stephanus.*

Stephani Athenienſis quæ ſuperſunt, non ſunt botanici argumenti. Ad eum tamen refertur *alphabeticum de re medica opus*, cujus codex Vindobonæ exſtat, & Pariſiis Bibl. Reg. II. n. 2181. Materia eſt medica ex Dioscoride ſumta & ex Stephano, qua vires fere ſtirpium medicæ continentur. Stephani ſalem Myrepsus citat (*d*). Alphabetum ex Stephano & Dioscoride Vindobonæ exſtat (*e*), ſed confer. n. 37.

Aelius Promotus incerti temporis auctor, reliqnit librum περι ιοβολων και δηλητηριων φαρμακων, cujus codex M.S. Græcus exſtabat apud Mercurialem. Toxicum non plantam, ſed venenum compoſitum fuiſſe docuerat (*f*).

(a) Lambec. L. II. P. VI. p. 117.
(b) Herbelot. p. 215.
(c) Verdier. p. 62. (c*) p. 85.
(d) N. 18
(e) Lambec. L. II. P. VI. p. 99. 124.
(f) Mercurial. *Venen.* L. II. c. 10. p. 40.

§. C. *Photius.*

PHOTII *Bibliotheca* non debet negligi, in qua multa veterum medicorum, & rei naturalis Scriptorum, opera recenſentur, non alibi obvia. Medicinam ipſe fecit (*g*), & perite de medicis judicavit. Seculi eſt noni. Editio noſtra Græco latina vertente *Andrea* SCHOTTO Auguſtæ prodiit anno 1606. fol.* non quidem ſatis feliciter. Melior eſt DAVIDIS HOESCHELII Rothomag. 1653. fol.

§. CI. *Suidas. Phile.*

SUIDÆ *Lexicon* omnino huc pertinet, in quo non ſolum plurima ad medicorum hiſtoriam, ſed etiam plantarum paſſim memoria reperiatur. Uſus ſum editione Græco latina *Ludolphi* KUSTERI Cantabrig. anno 1705. fol. 3. Vol. ex tribus codicibus Pariſinis ſumta, cum variantibus lectionibus codicis Vaticani, emendata, notulis pauculis additis.

Homo non doctiſſimus neque accuratiſſimus. Poſteriori vero ævo aliena aliqua addita fuiſſe putes. Annos (*h*) 651. numerat, a quo Roma nova condita eſt, ſed ea 326. (*i*) anno ab AUGUSTI CÆSARIS Imperio condita eſt. Vides ætatem auctoris ad finem ſeculi X. cadere, Vix etiam nuperiora ulla eo ſeculo habet, niſi quæ putes ab alieno auctore adlita fuiſſe, & Codices M.S. antiquitatem præferunt (*k*).

In Phyſicis PHILOPONO, in grammaticis & vetuſtate ARISTOPHANIS fere ſcholiaſte uſus eſt.

Ecce aliqua ſpecimina ad plantarum cognitionem. Σαγαπηνον (*l*) ſuccus ferulæ ad oculos utilis. Σιλφιον Laſer olim magni fiebat, folium, ſuccus, caulis, fructus. Ampeliotæ Apollini obtulerunt; radix eſt ſuaveolens, planta (*m*) parva. Cyrenis optima provenit. Cyrenæi in nummo Silphium ſignarunt, & alicui Battiadarum tribuerunt inventum. Σικυον (*n*) Cucumer χνοαοντα vocant. Αβυρτακη intritum eſt ex καρδαμω & πρασοις, Medis familiare, ex THEOPOMPO. Αγχουσα herba, cujus rubra radice feminæ faciem pingunt.

MANUEL. ſ. PHILE carmina Lipſiæ anno 1767. 8°. cura CL. WERNSDORF excuſa, inter annum 1270. & 1340. ſcripta putantur. Paſſim plantas tangit. De fluoribus viteroſa, granato.

§. CII.

(g) GEISLER de PHOTIO.
(h) T. II. p. 366.
(i) p. 365.
(k) KUSTER. præf.
(l) T. III. p. 272.
(m) ib. p. 214.
(n) ib. p. 313.

Digitized by Google

§. CII. *Pſellus.*

Michael Psellus *de victus ratione* ad Constantinum Monomachum Imperatorem ſcripſit, ſeculo undecimo nondum adulto, parvum libellum, Baſileæ anno 1529. 8°. latine (*o*) editum.

Liber primus ſecundum claſſes virium ad vitam alendam utilium & noxiarum cibos diſtribuit: altero plantas edules pariter ex veteribus, ſigillatim enumerat.

Codex M.S. exſtat Vindobonæ (*p*), & alius γεωργικων M. Pselli Pariſiis in Bibliotheca Regia (*q*). Alius, de victus ratione, quem ineditum vocant ib. II. n. 2218. *Synopſis de alimentorum virtute.* ib. II. n. 2181. & *ſyntagma de alimentorum facultate, utilitate, & noxa* ordine alphabetico II. n. 2151. 2316. alius cum eodem titulo 2194. De re medica in Bodl.

§. CIII. *Simeon Seth.*

Aliquanto majoris molis eſt Συμεωνος μαγιςρου αντιοχειας του Σηθι συνταγμα κατα ςοιχειων και τροφων δυναμεων. Civis noſter *Martinus* Bogdan eum libellum edidit Paris anno 1658. 8°. * Græco latine, ex duobus Bibliothecæ Mentelianæ (*r*) codicibus. Stirpes edules, etiam medicatæ aliquæ, ſecundum alphabeti ordinem enumerantur, neque deſcribuntur, facultates vero recenſentur. Balſamum ea ætate in Ægypto naſcebatur. Pepones ad febres ardentes laudatur. Moſchum deſcripſit. Arabes utique citat, & aromata habet. Verſio boni Bogdani non ſemper accurata eſt: Χαννα planta, quæ urinam rubro colore tingit, manibus comprehenſa, hic Juncus ruber vertitur, quæ forte *Caja* fuerit, celebris, inodora planta, ad rubrum colorem goſſypio imprimendum celeberrima, aut *Chenna* Arabum. Fontes tamen commode adſcripſit, ex quibus Simeon hauſit, & notulas addidit, etiam botanici argumenti.

Alia editio cum titulo *Syntagma de cibariorum facultate* Lilio Gregorio Gyraldo interprete, prodiit Græco latine Baſileæ anno 1538. 8°. Falc. & latine per *Dominicum* Monthesaurum correcta Baſileæ anno 1561. 8°. Falc.

Codex M.S. Vindobonæ in Bibliotheca eſt (*s*), & *Syntagma de facultatibus alimentorum* ab editis diverſum (*t*), alius in Bodleyana & in libris Pelisserii, & in Augustana & Ambrosiana. Codices ejusdem operis pluſculi ſunt in *Biblioth. Reg. Pariſ.* ut cum titulo *de cibariorum condimentorum Aromatum & aliorum ſimplicium facultatibus Syntagma* II. n. 2230.

(o) Cum Razro de peſtilentia & Comment. in vitam medicam Galeni.
(p) Lambec. L. II. P. VI. p. 161.
(q) Fabric.
(r) Codex exſtat in *Bibl. Reg. Pariſ.* IV. n. 7049.
(s) Lambec. L. II. P. VI. p. 110. 156. 161.
(t) p. 161.

Digitized by Google

& 2229. 2231. & iterum n. 2224. parlo plenius quam in editis, & alio cum titulo 2301. 2302. 2260, & in BODL. 2303. 2324. Excerpta ib. n. 2235.

EJUSDEM viri *Lexicon botanicum* latet in Bibliotheca Vindobonenſi (*u*).

§. CIV. *Actuarius.*

JOHANNES ab officio ACTUARIUS, vir ſplendidus, qui legationes obierit, fere infimæ ætatis eſt. Ejus exſtat liber *de medicamentorum compoſitione*, J. RUELLIO, paulo ante mortem, interprete Pariſiis editus anno 1539. 8°. min. * & anno 1546. 8°. FABRIC. Venetiis anno 1541. IDEM, & Baſileæ cum GESNERI ſuccedaneis anno 1540. 8. * Codex M. S. L. Primi de *compoſitione medicamentorum* exſtat in *Bibl. Reg. Pariſ.* II. n. 2239. & 2231. Pleraque a priſcis habet, aliqua tamen ſibi vindicat. Arabum voces & medicamenta (*x*) cum Græcis conjungit. Cæterum ſunt claſſes medicamentorum, ſecundum formam ſuam diſtinctæ. Multa vanis titulis narravit, ut antidotum, quæ HIPPOCRATI tribuitur, peſtem Atticam curaturo. Interponitur catalogus medicamentorum purgantium ſimplicium, & medicamentorum etiam, quæ vomitum movent, inter quæ Hippophæſtum eſt. Arabum cathartica habet Seme (Sennam) Caſiam nigram (Caſſiam ſiliquoſam), Mannam, Myrobalanos, etiam Diambar, Diamoſchu, nucem moſchatam, laccam. Aquas, ut alias dicetur, habet ſtillatitias.

Nuperius hujus viri opus eſt, poſt libros duos *de morborum notitia & cauſis* ſcriptum (*y*).

De ætate litigatur. In ſeculum XIV. collocavit LAMBECIUS (*z*); Antiquiorem ſeculo XIII. facit FREINDIUS, ſeculi XIII. alii, neque facile eſt definitu.

Nonne fuerit is magiſter JOHANNES (*a*), quem MYREPSUS citat. Habet IDEM THEODORUM (*b*) ACTUARIUM, & ACTUARIUM ſimpliciter (*c*) dictum.

§. CV. *Myrepſus.*

Nicolaus MYREPSUS ALEXANDRINUS ACTUARIO junior, ultimæ ætatis, & ſeculi XIII. noviſſimis annis, partim Alexandriæ (*d*) vixiſſe videtur, ſed omnino

(u) LAMBEC. L. II. P. VI. p. 37. 64. 117. 124.
(x) p. 15.
(y) p. 229.
(z) L. VI. P. 2. p. 112. & FABRIC. L. VI. c. 7.
(a) Pil. compoſ. 99.
(b) Pulv. p. 138.
(c) P. 40. n. 8.
(d) *Collyr.* 85. Enema, quo uſus ſum Alexandriæ 11. 17. ſal, quo cœnobii Aegyptiorum utuntur ſal, 16. Antidotus, quam accepi a civitate Alexandria n. 241.

Digitized by Google

omnino etiam in Italia, ut a P. de ABANO (*e*) citari minus mirum ſit. Ab Italis habet, quæ vocantur pilulæ Cotzeræ (*f*), & Aoriæ (*g*). Eo Turneſii pondus (*d'un ſou tourneſis*) (*h*), ſal purgativus, quo Papa NICOLAUS (*i*) eſt uſus. Vinum malvaticum (*k*), fructus Nerantziæ (*l*). SYNCELLUM etiam citat & LEONEM DRUSARIUM.

Græce libri 22. priores in bibliothecis latent. Toti libri 24. exſtant in *Bibl. Reg. Pariſ.* n. 2238. & 2243. donum olim ANTONII EPARCHI, tum alius etiam plenior cod. II. n. 2231. alius in BODLEY, alius in ESCURIALENSI. Latine primum a *Nicolao* RHEGINO, inde melius a *Leonhardo* FUCHSIO converſus prodiit Baſileæ anno 1549. fol. * Titulus eſt *Medicamentorum opus in ſectiones 46. diviſum, digeſtum.* In editione alia Noribergenſi anni 1658. 8°. titulus eſt *Theatrum medicopoliticum ſ. de recta Medicamentorum præparatione & uſu opus in 48. Sectiones digeſtum.* GUNZ &c. editio optima eſt.

Ordo eſt ſecundum literas alphabeti Græci, non ad formulas, neque ad morbos, ſed ad nomina & titulos, ut omnes Athanaſiæ in unam ſectionem congeſtæ ſint, in aliam Lexipyreta, Droſata, Dyſenterica, &c. Plantas habet Arabicas, veteribus ignotas, ipſum Menegetæ granum (*m*), & Mumiam (*n*). Sæpe nominibus aliter utitur, quam reliqui ſcriptores, ut Eſulæ, quæ ipſi eſt aroma (*o*), Arſenici, quod & ipſum ei eſt aromati genus (*p*): καρνaβαδι dicit pro Cumino Aethiopico (*q*); ἀρσενοβοτανον pro Betonica (*r*). Alias mire nomina corrumpit, ut præter emendationes FUCHSII plurimis aliis locus ſit (*s*). Nova Romana nomina paſſim habet, & Italica, exemplo Veronicæ (*t*), & perſæpe latino nomine græca refingit. Huc κοριτζολι (*u*) ex Corrigiola. Nerantzia (*x*), ſeu pomum aurantium, Melantzania.

Numerus compoſitionum enormis eſt, & ſuperſtitionis admiſtæ plurimum: ſibi etiam tribuit, quæ vetuſtiſſima exſcripſit, ut GALLI antidotum (*y*).

FUCHSIUS

(e) FREIND.
(f) N. 123.
(g) N. 97.
(h) Droſaton 116.
(i) Sal 9. ὁ παπας.
(k) Ex Monembaſia Antidot. 467.
(l) Ad dyſenter. n. 90.
(m) Antidot. 22.
(n) Antidot. 13.
(o) Antidot. 180.
(p) Pilul. 21.
(q) n. 1.
(r) Antidot. 10.
(s) Antzitoli Droſat. 113.
(t) Antidot. 327.
(u) Droſaton 112.
(x) Hedricum 20.
(y) p. m. 364.

Digitized by Google

Fuchsius bona ſua officia præſtitit, neque omnia tamen intellexit, ut neque vocem *Nerantzia*. In principio operis aliquas notas ex herbaria adjecit, paucas, neque ultra continuatas.

J. A. Fabricius (z) Nicolaum, cujus δυναμερον apud Aetium laudatur, habet pro noſtro, cujus primi libri 24. cum titulo (*a*) Νικολαου το μεγα δυναμερον exſtant M.S. in Bibliothecis (*b*). Verum noſtri Myrepsi libri 24. priores ſunt omnino poſterioris ævi, & æque nuperi, ac ii, qui ex ordine literarum ſequuntur reliqui. Nam & Mesuen paſſim exſcribit (*c*); & καταβιρος αστερον dicit (*d*) pro albo Papavere; & πουραxις pro Borragine (*e*); & Veronicam (*f*) nominat, & Nerantzia (*g*); & novum neque ante Arabes notum μιτεγεται (*h*); & Curcumam (*i*).

Sed etiam alius eſt Nicolaus, antiquior Galeno, cujus compoſitiones ſæpe citat.

Aliæ editiones ſunt, ad Fuchsianam verſionem Lugduni anno 1550. 8°. Falc. Francof. anno 1626. 8°. & inter H. Stephani *principes*.

Nicolaus præpoſitus (*k*) capita 150. ex Myrepso decerpſit, quæ prodierunt Lugduni anni 1505. 4°. 1536. 4°. qui idem eſt, quem nunc dicemus.

CVI. *Nicolaus Alexandrinus.*

Nicolaus Alexandrinus, potius ſalernitanus, fere Myrepsi compendium ſcripſit. Paſſim citatur nomine *Antidotarii* (*l*), & eo cum titulo inſertum eſt Mesuei ſupplemento in plurimis editionibus. Venet. annis 1484. 1495. 1512. 1513. 1527. fol. 1538. 8°. 1561. 1602. fol. & Lugdunenſi 1511. 12°. Primum prodiit Venet. 1471. fol. Mead. Antiqua exſtat editio fol. Goth. cum titulo: Diſpenſarium ad Aromatarios Falc. *Diſpenſarium ad Aromatarios* Lugdun. 1505. fol. Gunz. & 1512. fol. Trew 1512. 4°. cum Titulo *Iſagogicum in artem* apothecariorum. Alia editio *Diſpenſarii accedit recognitum multis additionibus auctorum & antidotorum deſcriptionibus modoque diſpenſandi tyriacam*. Lugduni 1512. 4°. In hoc Antidotarium *Johannis* de S. Amando Tornacenſis Eccleſiæ canonici commentarii exſtant, & *Johannis* Platearii Venetiis &c. annis 1497. fol. 1527. fol. 1528. 4°. Falc. 1582. 4°. Falc. cum Titulo Nicolai Præpositi introductorium in artem apotecariatus, tum Lugd. 1512. 4°. Gunz Trew. Diſtinguere

(z) *Bibl. Græc.* Lib. VI. c. 9. p. 5. & 346.
(a) *Tetrab.* II. Serm. 2. n. 27.
(b) *Michaelis* Cantacuzeni apud Verdier g. 62. *Bibl. Pariſ.* II. n. 2149. in quo codice aliquot literæ deſunt.
(c) Sect. I. Antidot. 21. Nominat Sect. 32. pil. 117. & alibi.
(d) Antidot. 21. quæ Sectio eſt.
(e) S. I Antidot. 224.
(f) Ibid. Antidot. 327.
(g) Sect. 10. n. 190.
(h) S. I. Antidot. 22.
(i) S. I. Antidot. 219.
(k) Monuit Dessenius p. 408.
(l) Antidotarii, ut puto parvi, varii Codices ſunt inter Codices M.S. *Bibl. Regiæ Pariſinæ* IV. n. 6823. 6988. 6988. A 7056. & 7058. A. latini omnes. Magnum, eſt ipſum Myrepsi opus. Utrumque diſtinxit Saladinus *de doſib.*

Digitized by Google

ſtinguere oportet Nicolai Alexandrini Antidotarium, ſeu *de compoſitione medicamentorum ſecundum loca*, quo 1100. compoſitiones continentur. Id prodiit cum libro Agricolæ Ammonii 1602. fol. * Ingolſtat. anno 1541. & recuſum eſt Venet. anno 1543. 8°. ab Ant. Stupano auctum.

Magnum, eſt Myrepsi. opus Conf. Saladin de doſibus, qui etiam diſcrimina utriusque Antidotarii habet.

Antidotarii minoris paſſim codices ſuperſunt in B. S. *Vict. Par.* Paulina Lipſ. B. R. *Pariſ.* n. 6988. 7038. *Vaticana*, *Coll. nov.* Oxoni.

§. CVII. *Varii.*

Paſſim in Bibliothecis aliqui codices M.S. botanici argumenti latent, ut *Lexicon botanicum* (*m*) Græco barbarum, & codex herbarum cum figuris pictis (*n*); & anonymi herbarum ex Dioscoride deſcriptio (*o*).

Eugenii Poema de planta Nymphæa in *Bibl. Medic.*

C. Porphyrogenetus (*p*) de alimentis, & Theophilus de diæta ad Constantinum Porphyrogenetam (*q*).

Anonymi opus de facultatibus (*r*) alimentorum, eſt inter Pariſinos codices (*s*).

Alterius Anonymi de compoſitione medicamentorum (*t*).

Et alterius Anonymi de bonis alimentis & parabilibus (*u*).

Anonymus *de alimentis*, urinis & pulſibus (*x*).

Anonymus de diæta (*y*).

Excerpta de alimentorum virtute ex variis, & *antidotorum & confectionum* (*z*).

Ερμηνεια βοτανων, & Anonymi gloſſæ lexici botanici, & alia Anonymi herbarii argumenti Pariſiis ſuperſunt (*a*), & Constantini Meletiniotæ antidota ex medicamentis Perſicis (*b*). Neophy-

(m) Lambec. L. II. P. VI. p. 165. *Bibl. Reg. Pariſ.* II. n. 2149. 2287. 2318. 2286. 2294. 2208.
(n) Ibid. p. 124.
(o) p. 145.
(p) Kniphof de M.S. An Idem Anonymus *de viribus herbarum Bibl. Reg. Pariſ.* IV. n. 6988. A. & II. n. 2091.
(q) In Bibliotheca Regia Pariſina, abſque titulo II. n. 2303. aut n. 2244. B.
(r) Lambec. l. c. p. 132. 159. An l. de diæta Bibl. R. Par. IV. n. 6842. B.
(s) Fabric. *Bibl. Græc.* VI. p. 8. An Anonymus de alimentis ad C. Pogonatum. II. n. 2224.
(t) Lambec. p. 107. 155.
(u) II. n. 2208.
(x) II n. 2159.
(y) II. n. 2287.
(z) II. n. 218. B. R. Par. n. 2194.
(a) *Bibl. Græc.* VI. p. 8.
(b) Conf. *Medicea* Plut. 73.

Digitized by Google

NEOPHYTI Monachi *Prodromeni* tr. *de plantis* aliiſque rebus ad *curandos morbos idoneis* Bibl. Reg. Pariſ. n. 2256. & in PELISS.

Anonymus de natura arborum, de granis & fructibus, latinus, in *Bibl. Med.* & *Anonymi* ſimile opus. ib.

Alter Anonymus de variis oleorum generibus n. 2229.

Excerpta ex HERMETE TRISMEGISTO *de herbis & plantis* 12. ſignorum Zodiaci & 7. Planetarum (c).

Anonymus de ſimplicibus ad purgandum idoneis B.R.P. n. 2318, & alius de remediis purgantibus, oleis, emplaſtris trochiſcis ib. 2091.

Anonymus de Betonica diverſus a MUSA IV. n. 6862.

PLATONIS herbarium quod accepit ab ÆSCULAPIO Bibl. *Cantabr.* CAJI & GON. II. 97.

Antiquum herbarium pictum UFFENBACHII Reiſ. III. p. 10.

In Bibliotheca *Michaelis* CANTACUZENI erat Medicinale Nigri VERDIER p. 63. de materia medica.

Georgii ZIGABENI de herbis particularibus demonſtratio ib.

In B. MEDICEA *Plut.* 74. de virtutibus herbarum, ſecundum alphabeti literas & denuo alius codex de herbis & variis medicamentis ib.

CALLISTUS de emplaſtris, antidotis & unguentis LAMBEC. VII. p. 99. & 122.

Codex de medicamentis purgantibus: & Lexicon antiballomenon ex veteribus, etiam JAC. PSYCHRESTO DAMMASTO & PALLADIO ſophiſta B. *Medic. Pl.* 74.

Fragmenta de compoſitione medicamentorum Compoſitio oymellellis JULIANEÆ & antidoti Julianeæ ib. *Plut.* 75.

Varia de coloribus HERACLII & aliorum B. R. Pariſ. IV. 6741.

Remedia ad pedum dolores, cum plantarum iconibus n. 2091.

Excerpta obſervationum medicarum, in quibus vinum abſinthites &c. LAMBEC. VI. p. 92.

CYRILLO Patriarchæ Alexandriæ perperam inſcriptus l. de plantarum & animalium proprietatibus. *In Mazarina.*

Anonymi antidotarium univerſale. In Vaticana.

ANDREÆ THAUMASTI de medica materie M. CANTACUZ.

Anonymi opus tripartitum de compoſitione medicamentorum LAMBEC. L. VI. p. 107.

Antidotarium ex antiquis, cum emplaſtris, catharticis & aliis pharmacis B. VATICAN.

Aliud antidotarium B. R. Pariſ. n. 2243. 2219.

GALENO tributum lexicon Plantarum *B. Medic. Plut.* 75.

Alia botanica capita 28. ib. a Græco nuperiori compilata.

ASCLEPIO tributa de herbarum poteſtate: medicamenta ex herbis in Arabia felici inventis M. CANTACUZEN.

Succedanea varia B. R. Pariſ. n. 2224. 2153. LAMB. VI. 132.

Excerpta ex DIOSCORIDE, GALENO & *lexicon botanicum* n. 2286. 2287. Collectanea Bot. LAMB. VI.

(c) II. n. 2180.

ARA-

LIB. II.

ARABES.

§. CVIII. *De Arabibus in univerſum.*

Imperiorum fata ipſæ artes ſequuntur. Cum Græcorum potentia etiam medicina, & ejus pars herbaria declinavit: cum Arabum florente Imperio eadem medicina apud victricem gentem incrementa cepit, & ipſa res herbaria tutelam principum hactenus ſenſit, ut certe per eam gentem indica aromata innotuerint, quæ per regiones Arabibus ſubjectas ad Græcos (*a*), & Italos venirent; ut medicamenta etiam aliquanto mitiora vehementibus illis veterum draſticisque purgantibus ſucceſſerint, in Mannæ, Caſſiæ, Sennæ, Tamarindorum exemplo. Denique paſſim plantæ Orientis aliquæ, Medicis Bagdadenſibus familiares, per eos laudatæ hactenus nobis innotuerunt, & earum una loca natalia orientalia eademque nova. Arabes tamen vere botanicen amaſſe, aut ejus gratia labores aliquos ſuſcepiſſe, præter Ebn Beithar, vix invenias, nam in iis fere ſtirpibus hæſerunt, quæ in pharmacopolia recipiuntur.

Deſcriptiones iidem parum utiles dederunt; Dioscoridem (*b*) imitati non optime intellexerunt (*c*), & etiam id habent incommodi, quod pravos fere interpretes nacti ſint. Nimis ſibi ſimiles, ſi unum legeris, tenes omnes (*d*). Ipſa nomina plantarum medicatarum plurima ex Græco ſermone reficta ſunt, ita paſſim corrupta, ut etiam ſcriptorum opera vitientur (*e*). Latinos libros ignoraverunt, neque Plinium citatum vidi, etſi & ipſe Arabice verſus eſt. Antidotis compoſitis etiam magis indulſerunt, quam Græci. Ipſi Principes theriacæ ſtudioſiſſimi fuerunt, & Khalifa Motawakkel homines a viperis curabat morderi, quos ſua theriaca curaret (*f*).

Ordo Scriptorum Arabum difficilis eſt. Duo videntur fuiſſe medici Mesve nomine, duo *Johannes* Serapionis filii, ut per ſingula adparebit. Invitus certe me ad hanc hiſtoriam demiſi, qui linguam in pueritia tactam, per tot alios labores neglexi: cum præterea arabici codices paucis locis lateant,

(a) Cinnamomum optimum *Muſulum* (per Muſſul advectum) S. Seth, p. 14.
(b) Vide Freind p. m. 230.
(c) Vide perſequentem Arabes Fuchsium in *paradoxis*.
(d) Vide ipſum monentem Serapionem c. 246. 309.
(e) Meibom *ſcriptt. Med.*
(f) Herbelot, p. 876.

Digitized by Google

teant, in ESCURIALI monente jam F. CASIO, PARISIIS & LEIDÆ, pauci vere omnino, & male latino verſi impreſſi ſint.

§. CIX. *Aaron.*

Vetuſtiſſimus videtur AARON, Alexandrinus presbyter, Mahometo coævus, qui *Pandectas medicinæ* Syriaco ſermone ſcripſit, libris XXX. comprehenſas (*g*). Arabice verſum opus paſſim citatur a SERAPIONE (*h*), citat etiam MESVE, & RHAZEUS.

Hoc quidem opus intercidit. Ejus auctor (*i*) res naturales & non naturales breviter deſcripſit, & morborum curationes potiſſimum docuiſſe videtur.

§. CX. *Honain & Filius.*

Paulatim, adjuvantibus Khalifis, Chriſtiani potiſſimum inceperunt græcos libros conquirere, AL MOHDI & AL MAMONIS (*k*) tempore, & arabica lingua reddere; ſæpe tamen ex Syriaco verſos (*l*).

ISCHAK BEN HONAIN ARISTOTELIS librum de plantis convertit, & titulum dedit *Ketab alnabat.* HONAIN BEN ISHAK, filius prioris, Hippocratem ex Syriaco ſermone convertere cepit, librum certe *de natura hominis* (*m*) *aphoriſmos*, & *epidemias*; tum duos libros *de mulierum morbis*, *prognoſticum*, librum *de aere & locis*; porro GALENI *de facultatibus alimentorum* librum (*n*), & *de medicamentis ſimplicibus*; & *de conſervanda valetudine* (*o*). In GALENO etiam vertendo occupatus fuit AL BATARICH (*p*). R. CHANIN BEN ISHAK GALENUM de ſectis hebraice reddidit (*q*), & EBN BEITAR DIOSCORIDE plurimum uſus eſt, cujus, & PAULI, verſiones Arabicas, ſuo loco diximus. PAULUM ISCHAK BEN HONAIN convertit.

HUNAIN vixit ſub AARONE AL RASHID, & proximis KHALIFIS, neque facile eſt opera patris & filii ſeparare. Propria etiam opera HONAIN ſcripſiſſe videtur. Citatur ab AVICENNA quintuplex ejus Abſinthium Tarſenſe, Suſianum, Nabatenum, Choraſenum, & Romanum (*r*), unde putes Te adgnoſcere Orientalis Aſiæ hominem. Citatur etiam a MESVE (*s*) & a SERAPIONE

(g) HERBELOT. p. 129.
(h) In compoſit. p. 95.
(i) HALI ABBAS Proleg. L. I.
(k) HERBELOT. p. 978. Anno 813. RENAUDOT præf. ad Verſ. hiſp.
(l) RENAUDOT ib.
(m) In Bibl. MEDICEA.
(n) HERBELOT. p. 209.
(o) In *Bibl Medicea* FABRIC.
(p) SERAPION *ſimplic* c. 197.
(q) REINMANN. *Biblioth. Vindob.* p. 96.
(r) *Canon.* L. II. t. 2. c. 2.
(s) p. 416.

PIONE (*t*), qui etiam HACHIM (Medicum) EBN HUNAIM citat (*u*): ſic Expoſitionem Synonymorum Græcorum Arabice redditam HONAINI RHAZEUS (*x*). De Theriaca ſcripſit (*y*) IDEM librum, a SERAPIONE dictum, & ei etiam viro *Introductio in artem parvam* tribuitur, quæ exſtat in *Artiſella*.

Opus certe de *Theriaca*, cum nomine JOHANNITII, frequentiſſime citatur a RHAZE (*z*) in *continente* (*a*); tum *liber ciborum* (*b*). Liber de *ſimplicibus medicamentis* prodiit Lugduni anno 1515. fol.

§. CXI. *Ebn Abu Zahar.*

EBN ABU ZAHAR vixit anno hegiræ 125. & de plantis ſcripſit, figurasque addidit, de iis tamen plantis egit unice, quas IV. libro DIOSCORIDES dixit, etſi quatuor mundi plagas a ſe peragratas dicat, ut plantas conquireret (*c*).

§. CXIII. *Iſaac Ebn Amram.*

ISAAC EBN AMRAM paſſim citatur a J. MESVE (*d*), & a SERAPIONE (*e*). Videtur de materie medica ſcripſiſſe, & eſt ex antiquioribus chemicis, Camphoræ enim ſublimationem (*f*) docet: ſolebat deſcriptiones plantis addere, & fere fons fuiſſe videtur, ex quo reliqui Arabes materiam medicam hauſerunt. Nonne fuerit HAMRAN SERAPIONIS (*g*). Putes, cum MESVE ſcribat EBN AMARAN. Ab ISAACO filio A. ERRAM (*h*) JOHANNIS LEONIS (*i*), & ab EMRAM ejusdem (*k*) hunc noſtrum ſeparare oportet, qui multo juniores ſint.

 §. CXIV.

(t) *Simplic.* c. 28. 107. 108. 116. 136. 143. 280. &c.
(u) C. 107. 108. 185. 280.
(x) *Simpl.* c. 975. in contin. add. c. 415. 442. 486. 574. 802.
(y) C. 78. 94. 179. 183.
(z) C. 420. 277. 348. 473. 572. 676. 728. Etiam cum nomine ſapientis filii JOHANNIS c. 171.
(a) Conf. GESNER *bibl.* p. 351. qui a FRANCISCO CABALLO ait citari.
(b) C. 137. 175. 238. 611. 703. *De regimine ſanorum* vocat p. 500.
(c) *Bibl. Pariſ.* n. 968.
(d) p. 237. b.
(e) C. 2. 8. 9. 18. 23. 26. 58. De Senna c. 142. De Cotino c. 334. De Camphora.
(f) SERAPIO l. c.
(g) *De antidot.*
(h) In ſeire aran.
(i) C. 26.
(k) C. 27.

§. CXIV. *Meſve Senior.*

In MESVE laboratur. Vetuſtior enim ſcriptor fuit filius MASUJE ſeu JOHANNIS BEN MESSUIAH ABU ZACHARIAH, facetus homo, qui AARONIS (*l*) AL RASCHID, MAMONIS (*m*) & VATHEK BILLAH (*n*) archiater fuiſſe dicitur. Multos libros in Arabicam linguam convertit. Paſſim a veteribus citatur, ut locus *de Mace*, ſive (*o*) *involucro mordicante* uti Cubebæ, a RHAZEO (*p*), & ab ipſo noſtro juniori MESVE nominatur. RHAZEUS non alio auctore præter GALENUM frequentius uſus eſt. Habet multis locis SERAPIO (*q*). Auctor fuit electarii (*r*). Nomen varie redditur, filius MESSE (*t*) & MESUE (*u*), & BIM MASUI (*x*), ABEN MESUIAH (*y*), & JOHANNES ABN MESUAI (*z*), & MESAZUE (*a*). Putatur idem (*b*) fuiſſe DAMASCENUS, quem RHAZEUS ſæpiſſime citat (*c*), & SERAPIO (*d*), & cujus exſtant Medicinæ therapeuticæ L. VII. Baſil. anno 1543. fol.* editi, in quibus multa primum leguntur deſcripta, variolæ, myrobalani, muſa, nuces fauſel. Sed dubium movet, quod iſte DAMASCENUS & ipſe JOHANNEM filii MOSAGUÆ (MESUE) & Regem Mamonem, & GABRIELEM medicum ſæpiſſime citet, quod de coætaneis minus ſperes; ſe ipſum vero omnino non potuit citaſſe. Neque poteſt MESSIUS eſſe (MESUE), cujus meminit HALI ABBAS, qui regulas componendorum medicamentorum non ſubjiciat morbis capitis, ut MESSIO vitio vertit HALI.

An noſter MESVE cum iſto antiquo idem fuerit? Certe video ABU OSBAIA ipſi tribuere librum *de medicamentis purgantibus*, *&* *de decoctis*, cum quo titulo libri MESVÆ tributi etiam nunc exſtant. Cum tamen noſter MESVE RHAZEUM multo nuperiorem citet, non poterit ſeculo nono ineunte vixiſſe. Manuſcriptus codex J. DAMASCENI in *Bibl. Medicea* exſtat, & paſſim alii alibi. Cæterum in ejus JANI DAMASCENI operibus morborum a capite ad calcem cenſus reperitur, ad GALENI ductum, cum plurimis medicamentis, & inter ea græcis non paucis cautum & prudentem virum fuiſſe, neque imperitum artificem ad

(l) ABUL FARAJ.
(m) I. LEO c. 1.
(n) HERBELOT p. 494. 562.
(o) AVICENNA L. II t. 2. p. 456.
(p) *Contin.* I. *Simplic.* c. 294. innumeris locis, & de *variolis.*
(q) C. 73 de Baſilico, &c.
(r) HERBELOT. p. 494.
(t) RHAZE *ſimpl.* c. 233. 234. 235. 236. &c. SERAPIO c. 2.
(u) C. 14. 21. 49. 54. 60. 96. 270. 274.
(x) C. 319. 326. 328. & aliis locis creberrimis.
(y) SERAPIO c. 25.
(z) IDEM c. 764.
(a) *Antidot.* p. 90.
(b) Vid. ad hæc J. G. HAHNIUS.
(c) *Simplic. medicam* c 60.
(d) C. 107. 192. 194. &c.

Digitized by Google

ad conquirendam famam utilium, ejus aphoriſmi indicant. Sed neque noſter Janus Damascenus *(e)* ea habet, quæ plurima diætetica ex eo Rhazeus citat, neque videtur idem Damascenus eſſe cum Mesve, cum in eodem capite Rhazeus & Damascenum citetur *(f)*, & filium Mesve, ut omnino manifeſtum ſit, vetuſtioris Mesues opera intercidiſſe.

§. CXV. *Gabriel Fil. Baktiſchua.*

Gabriel filius Baktischua, Chriſtianus, amatus Aaronis al Raschid archiater, ad res agendas idoneus, ex urbe Niſabur natus, multa medicamenta invenit, quæ a Jano Damasceno *(g)* & a Serapione *(h)* paſſim citantur. Libri nulli ad poſteros pervenerunt.

Salube filius Gabrielis a Serapione citatur, ex gente Niſabur.

§. CXVI. *Sabur Ben Schaled.*

Sabur Ben Shaled, medicus Chriſtianus, ſcripſit *Abdal aladuiat*, ſive *ſuccedanea.* Obiit anno 870 *(i)*.

§. CXVII. *Ibn Wahſijah.*

Ibn Wahsiijah ſcripſit *de agri cultura*, anno Hegiræ 291. ſeu ſeculo IX. exeunte *(k)* Calendarium hortenſe dedit de anni tempeſtatibus, ad varia opera ruſtica idoneis, de ſtercoratione, deſtructione inutilium. Tertia pars eſt Agricultura Nabathæa, de plantis & oleribus, caryophyllo, multisque plantis nobis ignotis. Exſtat codex M.S. ex lingua chaldaica converſus in Bibl. Leidenſi, ſi vere diverſus eſt a compendio.

Ejus enim opus in compendium redegit Muhammed *filius* Ibrahim, *filius* Jahir, Kebtenſis. Exſtat in Bibliotheca Leidenſi *(l)*, & in Pariſina *(m)*. De telluris colendæ ratione egit, de ſementis ratione, & tempeſtatum divinatione.

Aliud eſt opus Ibn Wahsijah de Venenis eorumque antidotis, ex Jargiuka & Sachab, chaldæorum libris, & ex Nebathca lingua in Arabicam verſum

§. CXVIII.

(e) C. 40. 546. 703. 729. 754. 755. 767. 837. Chriſtianellus Damaſcenus dicitur c. 4. & Chriſtianellus c. 6. 165. & Chriſtianus c. 232.
(f) *Contin.* c. 60. 294. 454. &c.
(g) Tr. VII. p. 796. de confect.
(h) Tr. V. c. 527.
(i) Herbelot. p. 727.
(k) *Bibl. Pariſ.* n. 913.
(l) n. 291.
(m) Ibid. n. 914. 915.

Digitized by Google

§. CXVIII. *Alkindus.*

Jacob ALKINDUS Chriſtianus, refertur a FABRICIO ad ſeculum duodecimum. Verum id omnino locum habere nequit. Nam non SERAPIO ſolus, & MESVE, & AVICENNA, aliique ALKINDUM citant, ſed RHAZEUS in *continente* (n), qui liber certe eo ſeculo antiquior eſt, & ipſe HALI ABBAAS ſæpiſſime noſtrum citant.

Ejus opus de rerum gradibus Venetiis anno 1527. fol. 1538. fol. 1581. & 1602. fol. cum MESVE & in collectione librorum de formulis & gradibus Venetiis pariter excuſa, tum Argentorati anno 1531. fol. * iterumque Lugduni 1584. 8°. excuſum, eſt equidem formularum ex calculis arithmeticis concinnandis methodus. Hactenus vero huc ſpectat, quod in exemplis variarum plantarum qualitates & gradus, & pondera recenſeat.

Codex exſtat in B. R. LOND. CASHLEY.

§. CXIX. *Peregrinatores Arabum.*

In Itinerario Arabum, qui Chinam anno 851. adierunt, a RENAUDOTO edito, prima exſtat memoria herbæ SAH, (Theæ) cujus infuſum in ea regione bibunt (o). MEHEMET etiam arabs apud RAMUSIUM editus aliqua de thea ſ. *Chiakatay* habet.

§. CXX. *Auctores a Rhazeo dicti.*

Ante RHAZEUM dicere oportet libros *de medicamentis ſimplicibus*, quorum locis fere totum opus conſtat, cui titulum fecerunt *continens*, genuinum idem, cum ejus HALI Abbas meminerit. Plurimum ergo uſus eſt HIPPOCRATE, DIOSCORIDE, RUFO, ARCHIGENE (*p*), PHILUMENO (*q*), MNESITHEO (*r*), ANDREA (*s*), GALENO, ORIBASIO, PAULO, etiam ALEXANDRO (*t*) & GEOPONICIS (*u*), nuſquam quantum memini AETIO. Deinde ſcriptores aliquos citat, qui & ipſi antiqui videntur, ut TRITUS *de agricultura* (*x*), & ARSECENUS (*y*), & BARBIOS de agricultura (*z*), cæterum nobis ignoti; ſed etiam AKAMBIOVEN (*a*), vel

(n) l. c. 232. de coloquintida.
(o) p. 31.
(p) Arcageniſius c. 424. 679. Archigeniſius c. 465.
(q) Huc refero *Filemen* c. 133. 145.
(r) Meſidinos c. 47. 277.
(s) C. 277.
(t) C. 651. 687.
(u) Nomen ſcribitur COSTA de agricultura c. 209. 222. 228. 230. 269. 297. 503. &c. & COSTES c. 679. 143. confer inferius. Corrigit SERAPIO, & CONSTANTINUM nominat c. 280. de Apio.
(x) C. 143.
(y) C. 166.
(z) De Faba. Etiam SERAPIO habet c. 94. An BERYTIUS.
(a) C. 143.

Digitized by Google

vel AKAN BIONNEM (*b*), aut ACAM BIONNEM (*c*), demum HAKAM BINONIDE (*d*), & BADIGORIUS (*e*), aut BEDIGORIUS (*f*) monſtra videntur nominum antiquorum, ut tamen noviſſimum nomen PYTHAGORÆ ſcriptum ſpurium ſignificare videtur, cujus liber VII. *de proprietate granorum* (*g*), & plurima loca ad materiem medicam & diætam pertinentia hic repetuntur.

Reliquos putes, aut Arabes fuiſſe, aut Arabum tempore vixiſſe, ut ABROMOR (*h*).

ABUGERIO (*i*) (cognomine *monachus* (*k*)), qui & EBUGERIG (*l*), & BUGERIC (*m*), & EB MERAG (*n*), AB MIRAG (*o*), nam & iſte monachi nomine citatur, & denique *monachus*, nullo cum nomine. Filium GEORGII interpretor, neque ſeparo EBVIRAGI.

CALAMAN (*p*), CAHLAMAN (*q*), eumdem, qui ALCAHLEMEN (*r*) & ACHALAHEMEN (*s*).

CHUZ (*t*), ELCHUZ (*u*), ELCHUZI (*x*), plerumque plurali nomine citantur, quod frequens apud RHAZEUM nomen eſt. SERAPIONI CHOZI dicitur (*y*).

CHYSALMUIA (*z*).

HESE (*a*), HAHESE (*b*) forte idem, qui JESUS (*c*), BUCCAJESU (*d*), & ISAI

(b) C. 650.
(c) C. 751.
(d) C. 65.
(e) C. 209. 213. 215. 519. 558. &c.
(f) C. 54. 157. BEBIGORAS SERAPIONI c. 49.
(g) C. 268.
(h) C. 611.
(i) C. 124. 205. 349. 395. 424. SERAPIO frequentiſſime c. 6. 12.
(k) C. 124. Eremita SERAPION c. 15.
(l) RAZEUS C. 436.
(m) C. 430. 465. 651.
(n) C. 210. 230.
(o) C. 33.
(p) C. 230.
(q) C. 330. 395. 655. 764.
(r) SERAPIO c. 84. 156. 194.
(s) IDEM c. 236. de tubere.
(t) RAZE C. 360. 423.
(u) C. 481. &c.
(x) C. 498.
(y) C. 91.
(z) L. XXIV. de diæta.
(a) C. 142.
(b) SERAPIO c. 327.
(c) C. 225. 264.
(d) C. 236.

Digitized by Google

Isai (*e*); quod idem eſt nomen cum Jesu. Idem procul dubio Ayrise Serapionis (*f*).

Johannes (*g*), & Johannes Grammaticus (*h*) (nam Johannitium diximus), & Grammaticus (*i*).

Judæus absque nomine (*k*).

Bimassa (*l*), & Binmassa, qui videtur a Mesues filio differre, cum eodem capite & iſte citetur, & Bimassa (*m*). Idem fuerit Isac Bimassa (*n*). Nonne Abu Ali Ben Massihi Herbeloti.

Tum alter, cujus mutabile nomen Masar (*o*) ſcribitur, & Masarguie (*p*), & Maseruce (*q*), idem non dubie cum Marse (*r*), Marsarey (*s*), Marserice (*t*), aut Marseruce, Marsinice (*u*), Marsemay (*x*), Marseyme (*y*), plerumque tamen Masargui. Hic fuerit Mesarugie, juniori Serapioni (*z*) ſæpiſſime dictus, & videtur eſſe Massargieh ſ. Massariawaih Judæus, qui Aaronis *Khenaſch*, & alia arabice reddidit (*z**).

Mibah (*a*), Mihsi (*b*), Missua (*c*), qui Meseha Serapioni (*d*), Musaih (*e*), Musiach (*f*), Musich (*g*). Fuerit Abu Sahal Issa Ben Jahiah ob religionem chriſtianam dictus Massihi (*g**).

Persus (*h*), etiam Persianus (*i*) Serapioni Alferezi (*k*).

Sassal-

(e) C. 438.
(f) C. 107. de Bdellio.
(g) C. 299. Serapio antidot.
(h) C. 294.
(i) Serapio Antid. p. 108. 1106.
(k) Raze C. 247. 680. 825. &c. Serapio. c. 107.
(l) Raze C. 26. tum 334. 353. 863.
(m) C. 326.
(n) C. 325.
(o) C. 768. 769.
(p) C. 333. 340. 341. 397.
(q) C. 276.
(r) C. 98.
(s) C. 120.
(t) C. 133. 209. 213. 215. 231. &c.
(u) C. 74.
(x) C. 49.
(y) C. 65. de auricula muris.
(z) C. 6. 21. 49. &c.
(z*) Herbelot.
(a) C. 348.
(b) Sæpe, ut de Croco c. 343. de Caſia c. 374. de folio c. 376. de Lilio c. 385. de Blito c. 424.
(c) C. 764.
(d) Sæpe ut c. de paſſulis c. 77. c. 170. de vino.
(e) C. 340.
(f) C. 650.
(g) C. 324.
(g*) Herbelot.
(h) C. 209. 230. 353. 357. 536. 639.
(i) C. 54.
(k) C. 178. de Thure, c. 201. de Aloe.

Digitized by Google

SASSAHAM (*l*).

SABAUIAH (*m*).

Filius SERMOI (*n*), & SALMUC (*o*), & SELMUEY (*p*), & SALMUJA (*q*). Medicus Califæ Motaſſem, ſeculi IX.

SINDISCAR (*r*), & SINDISAR, qui SARAC Indus (*s*), & SCARAC Indianus (*t*), & SARAC (*u*), & SINDYA (*x*). A SERAPIONE SINDAXAR vocatur (*y*), & XARCHA Indus (*z*), & XARCA INDI (*a*).

TABRI procul dubio a patria, qui ipſe frequentiſſime citatur, ad diætetica (*b*), SERAPIONI ſæpe dictus, cum corrupto nomine ATABARI (*c*), alius a nuperiore ALTABARANI (*d*).

TRUSIAH (*e*).

§. CXXI. *Serapion Senior.*

Eſt etiam inter ſcriptores a RHAZEO citatos SERAPION (*f*), & BIN SERAPION (*g*); ſenior nempe ille JOHANNES SERAPIONIS filius, cujus HALY ABBAS meminit, & in quo carpit, quod ſolas morborum hiſtorias dederit, & etiam inter eas multas omiſerit. Eum ante RHAZEUM ponit, ut ætate ſuperiorem. Ille idem eſt, cujus practica opera poſſidemus. Ejus ergo *Practicæ Tractatus ſeptem* ſtudio M. RUINALDI Noviomagenſis prodierunt Baſil. 1499. fol. MAITT. & apud Juntas anno 1550. fol. *Andrea* ALPAGO interprete. Practica dicta *Breviarium* cum aliis prodiit Venet. 1479. fol. UFF. *Practica ſ. breviarium* cum l. de *ſimplici medicina*, Venet. 1497. fol. MAITT. 1530. fol. 1569. fol. M.S. exſtat in *Bibl. Oxon.* MERTON, & ex GER. CARMONENSIS verſione Bib. Reg. Pariſ. n. 6894. 6891. & 6893.

(l) C. 519.
(m) C. 386. de Cypreſſo.
(n) C. 378.
(o) C. 294.
(p) C. 125. c. 143.
(q) De cucumere c. 606. de Bdellio c. 725. de Nucleis c. 792.
(r) C. 213. 219. 238. 389. 539. 688. 813.
(s) C. 825.
(t) C. 54.
(u) C. 353.
(x) C. 121.
(y) C. 84. 156.
(z) C. 95.
(a) C. 357.
(b) C. 208. de Fœnogræco c. 230. de morbis per trifolii oleum curatis c. 231. de ciceribus c. 237.
(c) C. 15 21. 43. de Mahaleb.
(d) Inferius.
(e) C. 778.
(f) C. 742.
(g) L. 25.

Practica ex operibus HIPPOCRATES GALENI & aliarum, interprete ABRAHAMO JUDÆO & S. JANUENSI in Bibl. Londunenſi MONTP.

Diverſus ab iſto SERAPIONE eſt, cujus opus de medicamentis ſimplicibus & compoſitis indicabimus, poſt RHAZEUM. Noſter ad undecimum ſeculum a FABRICIO refertur, ſed oportet RHAZEO fuiſſe antiquiorem.

Pauci citantur in iſto SERAPIONIS opere auctores, ut ALTHISANI (*h*); JOHANNES MESUE filius (*i*), JOHANNES (*k*), GABRIEL (*l*), MOYSES filius IBRAHIM (*m*), URNEMESVI (*n*), LUCAS (*o*); demum BUBACHER (*p*), qui non poteſt RHAZEUS eſſe, cum RAZEUS SERAPIONEM citet.

ABU MASAR de medicamentis ſimplicibus. B. PAUL LIPS.

§. CXXII. *Abubecker* vulgo *Razeus*.

ABUBECKER MOHAMMED BEN ZACHARIA EL RASI Arabum me judice princeps, nomen duxit a patria civitate REY. Bagdadi, Alexandriæ, & demum in Hiſpania vixit (*q*), ſeculo decimo (*r*). Legit veteres & nuperos, & in opus ſuum eorum placita ſtipavit, quod vocatur Continens: ordine quidem malo, ut ſæpe idem titulus bis & ter redeat, non tamen ut compilator, ſed ſuo utique judio interpoſito, additis etiam de facultatibus ſtirpium non vulgatis adnotationibus (*s*). Hoc opus genuinum eſt & ab HALI ABBAS citatur, non perinde libri citantur, quos RHAZEUS ad *Manſorem* dedit. Pertinent ad rem herbariam libri XXI. XXII. XXIII. quibus materia medica continetur; & Liber XXIV. quo victus ratio docetur. In miſerrima verſione ne plantas quidem ipſas adgnoſcas, quarum nomina aut Arabica ſint, aut mirifice ex Græco ſermone corrupta: cæterum hic omnes Arabum divitias Indiæque theſauros recenſos invenias, Borach, Muſam, Nucem Indicam &c. Latine vertit FERRAGUS Judæus Agrigentinus, Regio juſſu, M. S. ejus translationis codex exſtat in Bibliotheca Pariſ. n. 2912. & tres libri n. 6913. Prodiit Brixiæ 1486. fol. & 1483. fol. emendatius ab HIERONYMO SURIANO (in edit. 1506. dicitur SALIUS) Venet. anno 1606. fol. BODL.

(h) p. 126.
(i) p. 25.
(k) Puto illum Grammaticum hic dici *ægr. cap.* c. 13.
(l) p. 54. 60. 536.
(m) Ægr. *cap.* c. 13. Nonne MUSACH RAZEI.
(n) Tr. V. c. 21.
(o) Tr. V. c. 18.
(p) C. 21.
(q) I. LEO c. 1.
(r) Obiiſſe Cordubæ anno 1023. I. LEO.
(s) De vipera c. 234. de Mandragora c. 835. a cujus quinque pomis feminam in deliquium vidit delapſam; de Scorpione c. 544. quem ab aqua radicis filicis occidi expertus ſit.

Digitized by Google

BODL. RIV. 1509. fol. 3. vol. TREW. 1542. fol. * (*t*), eadem forte editio, novo ornata titulo. Libri ſunt XXXVI. An is fuerit tractatus Medicus ABUBECKI RASIS f. ZACH. Mediolani 1481. fol. impreſſus.

De libris ad MANSOREM (*u*) non dubitandum eſt, quin ejusdem ſint auctoris. Nam in iis *Continens* citatur (*x*). Ad rem herbariam pertinet L. III. cujus 54. capita, brevia ſatis, ſunt de plantis ad victum & ad medicinam utilibus. Nomina pariter plurima barbara. Macaleb ante AVICENNAM (*y*) habet. Deinde pars libri VIII. huc ſpectat, qua venenatæ plantæ traduntur. Mercurii ſublimati hic meminit, & experimenti ſui in ſimia facti (*z*), cui argentum vivum absque noxa dedit: hactenus huc etiam fecerit *Antidotarius*. Hi libri prodierunt *Gerardo* CARMONENSI interprete Venet. 1497. fol. PLATA Baſileæ anno 1544. fol. * & ſeorſim liber *de ſimplicibus medicamentis* Venetiis anno 1497. fol. TREW. Argentorati anno 1531. fol. * cum SERAPIONIS & AVERRHOIS ejusdem argumenti libellis, curante *Othone* BRUNFELSIO noſtro. Codices M.S. exſtat in Bibliotheca Medicea, in Oxonienſi, in Vaticana bini, alius in Bibliotheca Berolinenſi (*a*), alius Ceſenæ, inque Lipſienſi, & duplex etiam hebræus, latini vero pluſculi in Bibliotheca Pariſina n. 6893. 6901. 6902. 6903. 6904. 6905. 6906. 6907. 6907. A. 6908. 6917. omnes interprete GERARDO CARMONENSI. In plerisque codicibus etiam antidotarius exſtat. Alius Oxonii, in coll. MERTONENSI n. 6940. MONTF.

Latini ex verſione GERARDI CARM. in Medicea ib. omnino quatuor alius in Bibliotheca, quæ fuit CHRISTINÆ, alius Neapoli MONTF.

Continentis L. 9. 11. & 12., hebraice FARAGO interprete Bibl. Reg. 6913.

Hebraice opera medica cum additionibus JOSEPHI CARCASSON Turini. MONTF.

Antidotarii M.S. exſtat in *Bibl. Reg. Pariſ.* n. 6906. 6993. & 7046.

Librorum ad *almanſorem* V. poſteriores in *B. Reg.* n. 7046.

Nomina hujus viri paſſim corrumpuntur. Nam etiam ZACHARIAS, & Filius ZACHARIÆ, & Filius ZEZAR, & HAMECH (*b*), a MESUEO nuperiori

paſſim

(t) Habet Venetam anni 1506. fol. BODL. 1511. fol. FABRIC.
(u) KENASCHAT AL MANSUR HERBELOT p. 956. Prorex erat Coraſaniæ RAZEUS *de antidotis*.
(x) De *adfect. junctur.* c. 13.
(y) C. 22.
(z) C. 42.
(a) MOHSEN *Epiſt.* I.
(b) MESUE p. 49. &c.

paſſim dicitur. Chriſtianum fuiſſe neceſſe eſt, ſi nonnullæ præfationes genuinæ ſunt, in quibus Dei *ex virgine nati* ſit mentio.

Abu Ali Ibn David El Misri ſcripſit compendium Razei de medicina, cujus codex M.S. eſt in *Bibliotheca Medicea* (c).

§. CXXIII. *Haly Abbas.*

Haly *filius* Abbas poſt Razeum vixit (d), quem fuſe dijudicat. Medicus fuit Adad Heddulæ Sultani Bujadæ, religione Perſa (Gebrus).

Ejus liber *totius medicinæ neceſſarius* prodiit Venet. 1492. fol. Maitt, & emendatus ab Antonio Vitali cum tit. *Regalis diſpoſitio* Lugduni 1523. 4°. * ſed alia editio vetuſtior videtur.

Vertit ex Arabico Stephanus anno 1127. Codex M.S. Leidæ exſtat. Alius in B. R. Par. latinus, & nuperus, partis II. practicæ n. 6919. Alius inter libros Ranchini Montfauc.

Integræ artis compendium eſt. Ad plantas pertinet pars libri V. *Theorices*, in qua ciborum facultates recenſentur, tum odoramenta & aromata. Porro Liber X. quo victus ratio exponitur. Inde practices Liber II. in quo medicamenta enumerantur, ſecundum qualitates ſuas. Deinde catalogus plantarum medicatarum, cum nominibus barbaris. In Libro III. plantæ venenatæ dicuntur; in Libro X. medicamenta compoſita.

Pars operis ſ. tractatus 7. 8. 9. & 10. etiam in *B. Reg.* exſtant arabice n. 1015. pars alia, de ſanitate tuenda, medicamentis ſimplicibus, febribus & earum remediis n. ib. 1061. & eadem præter tr. de febribus n. 1012. pars alia n. 1013. Pars prima n. 1012. pars 7. 8. 9. & 10. n. 1016. tractatus 10. partis ſecundæ de purgantibus compoſitis n. 1014.

Omnes Arabes fratres ſunt fraterrimi, ut qui unum eorum de plantis legerit, legerit fere omnes.

§. CXXIV. *Iſaac.*

Pantechni (e) Isaaci filii adoptivi Salomonis idem eſt cum complemento medicinæ Haly Abbassidae, & idem opus ſibi Constantinus Africanus tribuit in ed. Lugduni anno 1515. fol. In epiſtola tamen Andreæ Turini id opus Isaaco vindicatur, & Constantini plagium detegitur, & prius a Symphoriano Campegio. Idem enim Iſaaci opus cum Haly Abbassidae labore convenire ſenſit, male tamen Razeo Isaacum ſeniorem fecit.

Codex M.S. *Pantegni* exſtat in *B. Cath. Metenſis* Montf. Omnia opera Isaaci prodierunt apud Barthol. Trot. Lugdunenſem anno non rite indicato Trew.

Idem

(c) Fabricius

(d) Primus ordinem poſuit medicinæ Berengar. *fract. cran.* p. 58.

(e) Trew. Freind.

IDEM ISAAC BEN SALOMON & ISAAC ISRAELITA dicitur, cujus exſtat opus *de diætis univerſalibus & de particularibus diætis*, cujus codices M.S. paſſim exſtant, in Bibliotheca *Vaticana*, *Medicea*, *Leidenſi*, & Pariſina n. 6868. 6871. 6871. a. 6883. 7034. 7036. 7037. 7039. 7044. h. latini. De *diætis particularibus in B. Corp. Chriſt. Biblioth. Pariſin.* 7040. 7038. De univerſalibus B. Med. *Plut.* 73. Uterque in *bibliotheca* S. EBRULFI Uticenſis MONTF. & in coll. ORIEL Oxonii. Prodiit Patavii anno 1487. 4°. GUNZ. Uterque liber cum aliis ISAACI operibus, Lugduni 1515. fol. *De diætis. univerſalibus & particularibus* cum titulo *de victus ſalutaris ratione & alimentorum facultate*, a J. POSTHIO Baſileæ editus anno 1571. 4°. & 1577. 8°. MERKLIN Antverpiæ anno 1607. 8°. FABRIC.

In *diætas univerſales* gloſſæ anonymi exſtant in *Bibliotheca Pariſina* n. 6883. A.

§. CXXV. *Ebn Gueſith.*

EBN GNEFITH, vulgo ALBENGNEFITH, a juniori SERAPIONE citatur. Ejus exſtat liber *de virtutibus medicinarum & ciborum*, interprete *Geraldo* CARMONENSI, Argentorati editus cum EBN BITAR & ALKINDO anno 1531. fol. * & 1533. fol. * SEGUIER & cum MESVE Venetiis anno 1527. fol. TREW. anno 1535. fol. anno 1602. fol. *. Præter generalia aliqua, habet titulos qualitatum ſecundarum & tertiarum, & nomina medicamentorum ſimplicium, quæ ad quamque claſſem pertinent. Brevis eſt libellus. Vires plantarum variis ex ſignis, etiam ex ſapore definit (f).

An non idem fuerit AL BEN CENIF, quem HERRERA ſæpe citat, qui de viribus medicis & cultu plantarum ſcripſerit.

§. CXXVI. *Abu Haſſan.*

ABU HASSAN ALI BEN ISSA GIAVALLAH medicus Bagdadenſis, pro Khalifa Moktadi Billah Abbaſſide ſcripſit *Takuin al abdan fi tedbir al enſan*, ſeu *de curandis morbis & remediis magis parabilibus* Bibl. Reg. I. n. 1020.

AHMED BEN MOHAMMET AL SARAKHSI anno 387. hegiræ ſcripſit de *confectionibus* & quo die eas oporteat componere HERBELOT p. 972. Titulus eſt *Ketab Althbabikh.*

ISHAK BEN SOLIMAN AL ISRAELI ejusdem ævi auctor ſcripſit de cibis & medicamentis HERB.

§. CXXVII. *Johannes Serapionis filius junior.*

JOHANNES SERAPIONIS filius, junior, qui poſt RAZEUM (g) vixit, plurimos ſcriptores citavit, plerosque etiam RAZEO dictos, cujus libros 21. ad

(f) p. 266.

(g) Qui citat c. 34. 49. 67. &c. Huc liber aggregatus c. 18. 68. 192. de Cypero RAZEO tributus c. 79. Sed ipſe etiam RAZEUS librum aggregationum citat c. 371. 521. alium ut puto.

Digitized by Google

ad 24. manifeſtiſſime exſcribit (*h*), aliquos tamen ſibi peculiares ſcriptores citat; nomina habet etiam magis corrupta, cæterum numeroſiora, niſi fallor, reliquis Arabibus (*i*) ſimplicia. Inter antiquos DIOSCORIDEM & GALENUM plurimum repetit (*k*), etiam PAULUM, & ſubinde ALEXANDRUM (*l*). Ob DIOSCORIDEM male intellectum ſæpe peccat (*m*). Multas ſtirpes recenſet, quas apud Græcos non invenias, ut Dadi (*n*), Chakelen (*o*), Nucemhenden (*p*), Muſam (*q*), Abrong (*r*), Nucem moſchatam (*s*), Vomicam (*t*), Verz (*u*), Jaſminum (*x*), Nerſin (*y*), Feleng (*z*), Fagre (*a*), Culcul (*b*), Mihad (*c*), Ribes (*d*), Kali (*e*), Buzeiden (*f*), Beletſel (*g*), Macis (*h*) granum ſelim (*i*), Santalum (*k*), Thamarindos (*l*), Dend (*m*), Muſaragi (*n*), Methel (*o*), Myrobalanos Emblicas & Indas (*p*), & Haſili (*q*), hendacocha ſ. trifolium aquaticum (*r*), Nucem indicam cocos (*s*), Gariophylon (*t*). Neque eſt absque proprio experimento, ut de vi decocti tamariſci ad lepram (*u*), gentianæ

(h) GESNER *præf. ad* TRAG.
(i) Arabum optimus FUCHS caſtig. p. 22.
(k) Vide Mandragoræ effectus c. 333.
(l) C 34. 223.
(m) LEONICEN *Error. Plin.* ad POLITIANUM.
(n) C. 24.
(o) C. 65.
(p) C. 79.
(q) C. 84.
(r) C. 153.
(s) C. 161.
(t) C. 163.
(u) C. 170.
(x) C. 176.
(y) C. 187.
(z) C. 199.
(a) C. 200.
(b) C. 215.
(c) C. 217.
(d) C. 231.
(e) C. 247.
(f) C. 250.
(g) C. 251.
(h) Verum Macis *Simpl.* c. 2.
(i) C. 227.
(k) C. 336.
(l) C. 338.
(m) C. 318.
(n) C. 358.
(o) C. 375.
(p) C. 95.
(q) C. 107.
(r) C. 6.
(s) C. 218.
(t) C. 309.
(u) C 11.

Digitized by Google

gentianæ adverſus morſum canis rabidi (*x*), colocynthidis in melancholia & lepra (*y*). Chriſtianos norat & citat (*z*). Liber eodem fere ſcopo ſcriptus eſt quo RAZEI, & compilatio priorum cum nominibus eorum, per quos profecerit, tantum, quod claſſes ſequatur. Poſt claſſes medicamentorum, ipſa ſimplicia medicamenta ſequuntur, quorum ultima ſunt ex animalibus & foſſilibus. Titulus eſt SERAPIONIS *Aggregatoris de ſimplicibus commentarii* ABRAHAMO *juniori* & SIMEONE JANUENSI *interpretibus* curante OTTONE BRUNFELS Argentorati anno 1531. fol. TREW, & Venet. apud Juntas anno 1550. fol. *. 1569, fol. BASS. Alia interpretatio *Nicolai* MUTONI prodiit Venetiis anno 1552. fol. TREW, quod autem potius NICOLAI MUTONI opus eſt (*a*). Eum fere PLEMPIUS ſequitur (*b*). Sed liber aggregatus *de medicamentis ſimplicibus* ex SYMEONIS JANUENSIS verſione prodierat Venetiis anno 1479. fol. BODL. UFF. inter alia opera cumque titulo libri *de ſimplici medicina* Venetiis anno 1497. fol. & ſimiliter anno 1503. fol. & anno 1530. fol. TREW. Baſil. 1499. fol.

Codices ejus l. de ſimplicium medicaminum temperamentis M. S. paſſim exſtant, ut in *Bibliotheca Vaticana* & in *Pariſina* n. 6896. 6897. 6898. 6899. 6900. latini omnes ex ABRAHAMI JUDÆI & SIMONIS JANUENSIS interpretatione.

Exſtat etiam codex in *Colleg. maj. Lipſ.* & in *monaſterio trinitatis Vindocinenſi* MONTFAUC. & in *Coll. Cov. Oxon.* inque D. PETRI *Cantbabr.*

Sæpiſſime citatur AL CHANZI (*c*), rarius ABENGNEFITH (*d*), ſæpe ABIX (*e*) vel HABIX (*f*), ſæpe ABUHANIFAH (*g*), ſemel AMRAM filius BIAUMET (*h*), ſemel ABRAHAM filius (*i*) SALOMONIS Iſraelitæ, alias ABRAAM (*k*): an forte JUDÆUS ille RAZEI? Semel ABEN JULIEL (*l*); porro ALMANZOR (*m*), forte RAZEUS ad MANZOREM, ALMASAHERODI (*n*), AL-BATA-

(x) C. 253.
(y) C. 272.
(z) C. 46.
(a) TREW.
(b) *Canon.* p. 205.
(c) C. 6. 21. 31. 34. 41. &c. adde *Antidot.* p. 95. MESUE p. 56. b.
(d) C. 12. 120. de arbore Nabech. c. 150. de urtica: c. 354. de Cataputia minore.
(e) C. 14. 46. &c.
(f) C. 14. 34.
(g) C. 39. 40. 47. 50. 58. de Senna &c.
(h) C. 6.
(i) C. 61.
(k) C. 163.
(l) C. 67.
(m) C. 68.
(n) C. 177.

Digitized by Google

BATARICH (*o*) (qui forte etiam ALBATARI (*p*) tranſlator GALENI (*q*), AHAMET EBN DAVID HUMAR (*r*), ARMASIOS (*s*) HERMES ut videtur, AARON, iſte raro (*t*), HABONHASEU (*u*), CHIALFETEBENI (*x*), ISMAHELITA (*y*), ALBUSID (*z*) puto qui SEID MESVEO (*a*), MEHERERIT (*b*), KAZEBRAS (*c*), ISRAEL (*d*). SULAHIN EBN HAHASEN (*e*) idem forte, qui SALOMON EBN HASEN (*f*), ARTRAM (*g*), YHAIE (*h*).

Verum præterea liber *de antidotis*, *ſive medicamentis compoſitis*, qui ſeptimus eſt inter practicos SERAPIONIS, vulgo ſenioris, manifeſto nuperioris eſt auctoris, qui paſſim ZACHARIAM (*i*) citat, ſeu RAZEUM. Habet etiam multa medicamenta GABRIELIS (*k*) filii BACTISCHUA & filii ejus SALUBE, plurima etiam Græcorum medicamenta, & potiſſimum GALENI, aut ejusmodi, quæ apud GALENUM deſcripta exſtant, ex aliis græcis deſumta.

Inſertus eſt ſermo JOHANNITII de *medicamentis alvum ſolventibus*.

Citat BARZUATUM ſapientem (*l*), & JACISSUHA Regis medicorum (*m*) medicamentum, & DAVID filium SERAPIONIS (*n*) & SERAPIONEM medicum (*o*), & XIRAXES medicorum regem (*p*), & ALBAMD AL HAGELEGI (*q*), & JACOB filium MARZUR (*r*), qui forte MAZAR ille RAZEI fuerit, & HALI noſtrum (*s*), ut puto, addito cognomine parvi.

§. CXXVIII.

(o) C. 85. de Melochia.
(p) C. 116. 145.
(q) C. 197. 209.
(y) C. 234 de Melone.
(z) *El* HARABI c. 247. de antidotis paſſim.
(a) p. 237. b.
(b) C. 201. de Aloe.
(c) C. 313. de Senecione.
(d) *Antidot.* p. 111.
(e) C. 26.
(f) C. 250. *antidot.* p. 1106.
(g) C. 218.
(h) C. 59.
(r) C. 118. de cephalione.
(s) C. 143. 210. de Keiri.
(t) C. 161.
(u) C. 185. de Muſco.
(x) C. 197. de Aloe.
(i) C. 108. a. b. c. 109. a. b. c. 111.
(k) Confectio anacardina, pilulæ ad tremorem, pilulæ ſtomaticæ.
(l) Confect. anacard.
(m) Pilulæ p. 866.
(n) Ad Sodam.
(o) p. 87.
(p) p. 96.
(q) Pilulæ hydropicæ.
(r) Trochiſci de arſenico.
(s) p. 111.
(t) p. 108. b.

Digitized by Google

§. CXXVIII. *Avicenna.*

Abu Ali Hussain Ben Abdalla Ben Sina, cognomine *Al* Scheik, Al Reis, vulgo Avicenna, qui pro principe medicorum Arabum habetur, vir præcocis & ſummi ingenii, & medicinæ quodammodo reſtaurator, Bokharæ natus, Bagdadi & Iſpahani vixit, & archiater atque vazir fuit Sultani de Buidarum gente; ſplendidus vir & magnanimus. Obiit aut circa annum 1051 (*u*), aut aliquanto prius anno 1036 (*x*). Plantas non neglexit, qui in proœmio *canonis* mentionem faciat tabularum ſuarum medicamentorum ſimplicium ſuis coloribus pictarum, ut diſcipuli poſſint inſpicere. Ad rem herbariam pluſcula ejus opera pertinent, primumque *Canonis* totus liber II. quo præter generalia & cautelas colligendarum plantarum medicamenta ſimplicia ſecundum literas Arabicas recenſa continentur. Uſus eſt fere Dioscoride (*y*), quem enixe laudat, & Galeno, Arabibus paucioribus. Ordo compilationis melior eſt, deſcriptiones pauciores, ut ſermo fere in viribus medicis verſetur. Judicium ſuum nonnunquam interponit. Tithymali ſuccum rejicit, ipſi Galeno etiam auſus contradicere. Sæpe in rerum nominibus aberrat.

Etſi pleraque græca ſunt, habet tamen etiam plantas, easque permultas, Orienti proprias, ignotas Dioscoridi. Ecce aliquas Om Gheilan, Azadiracht, Alnafel, Adakhiam, Aſkharatſan, Attinth, Bunk (*z*), Betsbatſa (Macis verum), Bedaſigan, Gullbehenk, Darkeiia (nonne arbor Caſſiæ?), Wartz annon Virtz Serapionis?), Zarneb (procul dubio Arnabo Græcorum), Keln lignum Indum, Ketſengi tuber ſolidum, Laija, planta amara lacteſcens, Maru, quod non bene Marrubium redditur, Melwach, Muldatſefran floris genus, Narmusk, Tſaled atsſal, Khalkhala, Kirſa attheib cortex odoratus, Konnabara, Kohlkats diverſiſſimum a Colocaſia, Rai aldhammám herba Myrti ſemine, Riſakhen, allii ſimiles bulbi, & Orchidis, ut puto, Siukaa ſpinæ genus, Siabanek Abrotano adfine, Tenbul folium in India naſcens, Bàhaman planta aphrodiſiaca.

Citat Avicenna Honaim, paſſim (*a*), filium Guirihi, Giarigi, Gizrig (*b*); Alchozi toties Razeo dictum, Alraheb monachum (*c*), *filium* Matsueji ſ. Mesven Seniorem (*d*), Mat-Ergui filium (*e*), qui Ma-

(u) Herbelot p. 813. J. Leo c. 9.

(x) Freind anno 1036 & Plemp. & ex Sorrani calculis.

(y) Alio exemplo uſus eſt, in quo varia ſpuria exſtabant conf. p. 1156.

(z) Non poteſt eſſe Coffeæ granum, cum radicum ſpinæ Arabicæ præ vetuſtate deciduarum partem eſſe putatum ſit.

(a) In capite de Abſinthio, Corriando, Shadanegi.

(b) Lotus. Coriandrum. Anzarut. Idem videtur Gabrili Bactischuah, Georgii filius, Aaronis archiater, idemque quem ſupra p. 177. citavimus Ebn Gerig.

(c) Ardakiari.

(d) Benaj wâ-jari, Murdatſefran, Dſandal.

(e) Portulaca, Macis, Giedwar, Murdadſefran.

SARGUI RAZEI MATSERHUVIA (*f*), MUTSIH (MUSIH RAZEI), METSCH (*g*), ALKINDIUM (*h*), DAMASCENUM (*i*) MAHOMET filium ZACHARIÆ (*k*) ſive RAZEUM.

Liber IV. continet plantas venenatas cum antidotis.

Liber V. Canonis eſt antidotarium, & hactenus ad nos ſpectat, quod ſimplicia medicamenta nominentur, ex quibus compoſitis antidoti conſtant. Paſſim ſua habet AVICENNA theriacata, compoſitionem minorem, Hieram ſuam, Electuarium ſuum, Syrupum acetoſum ſuum, Trochiſcos ſuos, pulverem ad ulcus veſicæ, confectionem de hyacintho. Cæterum Græcorum antidotos & Arabum hic repetit, non ſine fabellis.

Citat medicamenta ALBUMUSELI (*l*), KULME (*m*), ALCANZI, MUTAGUACHIL Iſraëlitæ (*n*), ALKINDI (*o*). ALCALAMET (*p*), filii ALHARITH (*q*) filii HUBEIRE (*r*). Filii HELGEBEN &c.

Sæpe recuſus eſt Canon, ſeu *fil. Thebb* (*s*). Solus Canon verſus a GER. CARMONENSI Venetiis anno 1488. 4°. GRAV. 1510. 4°. cum I. de PARTIBUS expoſitione, & ſine loco, editio antiquiſſima fol. RIV. & anno 1505. C. Tig. cum GENTILIS de FULGINO expoſitione BODL. & 1500. 4°. FALC. 1520. 4°. TREW cum eadem expoſitione, & Papiæ 1510. & 1511. fol. magno GUNZ BODL. tum Florentiæ cum caſtigationibus ANDREÆ BELLUNENSIS anno 1527. fol. cum emendatione I. RUSTICI & notis SYMPHORIANI CHAMPERII Lugduni 1512. 4°. BODL. 1527. 4°. Cum caſtigationibus *Petri* RINII Venetiis anno 1582. 4°. BODL. CANON per JOH. HEBERT Patav. 1473. fol. MAITT, cum tr. de viribus Cordis, & Cantico. Ope G. de FULGINO, JACOBI de PARTIBUS, UGONIS SENENSIS, DINI Florentini, JACOBI de GRADI & THADDÆI FLOR. Venet. 1489. & 1490. & 1491. fol. 2. Vol. GUNZ. Cum expoſitionibus G. de FULGINO I. de PARTIB. DINI, AVERRHOIS, & THADDÆI FLORENTINI, Venet. 1523. fol. maj. TREW.

Petrus KIRSTENIUS Libri II. tractatum I. ſeorſim ex *codd. Cæſarr.* edidit Breslau anno 1609. fol. Arabice & latine, illius ſermonis imperitus, ut lego.

Canon

(f) Tirbed.
(g) Betſatſa, Cicuta.
(h) Chandtſhal.
(i) Chirwan.
(k) L. III. tract. II. c. 13.
(l) C. 528.
(m) C. 531.
(n) C. 542. b.
(o) C. 544. b.
(p) Ib.
(q) C. 545.
(r) HERBELOT p. 250.

Digitized by Google

Canon per G. CARMONENSEM, & A. ALIAGUM, cum B. RINII lucubratibus, Baſil. 1566. BODL.

Lib. III. ſolus Patav. 1473. fol. cum JAC. de PARTIBUS expoſitione MAITT. Solus Venet. 1412. fol.

Solus liber I. & II. Canonis AVICENNÆ *Vopiſci Fortunati* PLEMPII opera Lovanii prodiit anno 1658. fol. Uſus eſt PLEMPIUS codicibus M.S. pluſculis, Conſtantinopolitano, Goliano, Halebenſi. Habuit etiam ad noſtrum ſecundum librum Commentarium botanicum ELKHARASII. Verſionem *Gerardi* CARMONENSIS fidelem, ſed rudem, reformavit, monſtra nominum caſtigavit, commentarium addidit, Græcorum loca & ſuorum codicum diverſas lectiones comparavit, neque tamen in conferendis reliquis Arabibus diligentiam adhibuit, quod facillimum fuiſſet, & in univerſum ab herbarum cognitione nimis alienus fuit. Carpit etiam virum G. H. WELSCH, quod ſuos codices arabicæ editioni ad *codices Mediceos* factæ prætulerit (*t*).

AVICENNÆ liber Canonis *de medicinis cardialibus* & *canticum* ex verſione G. CARMONENSIS ab ANDREA. ALPAYO, inde a *Benedicto* RINIO eruditiſſimis lucubrationibus illuſtratur Venetiis anno 1555. fol. * prodiit. Multas marginales notas collectitias habet. Adjecta eſt vita a *Nicolao* MASSA ad SORIANI AVICENNÆ diſcipuli commentarium exſcripta.

Opera omnia. Opus medicinæ Venet. 1490. fol. ib. *Medicina* AVIC. Venet. 1483. fol. MAITT porro Patav. 1479. MAITT. Venet. 1508. fol. & 1544. fol. apud JUNTAS & 1608. fol. MEAD. Eadem ex verſione GERARDI & ALPAGI cum RINII notis Baſil. anno 1556. fol. prodierunt, quam editionem PLEMPIUS laudat. Canoni ſoli tribuit BODL. Cum explanatione I. de PARTIBUS Lugdun. 1498. fol. 2. Vol. B. Tig. Canoni ſoli tribuit BODL.

Melior mihi videtur editio operum omnium a *Paulo* MONGIO & *Johanne* COSTÆO adornata Venetiis apud Valgriſium anno 1564. fol. 2. Vol. * & 1595. fol. MAITT. ni fallor. Notæ quidem ad ſimplicia medicamenta paucæ ſunt, & fere loci collati. Adjecta eſt *Andreæ* ALPAGI interpretatio, non copioſiſſima, vocum Arabicarum.

Arabice opera AVICENNA Romæ anno 1593. fol. edita ſunt AVICENNÆ opera BODL. quam editionem Cl. GALAND ob nitorem omnibus aliis libris Arabice excuſis præfert.

Cæterum in his editionibus, mihi non viſis, vereor ne paſſim erraverim.

(t) *Hecatoſt.* I. p. 18.

Non alium in librum medicum plures exſtant Arabum Commentarii.

El Kharafi Commentarius a Plempio adhibitus eſt. Sed citat præterea Herbelotus Fakreddin Mohammed Al Razi Cothbeddin Al Shiraffi (*u*) trecentis annis Zachariæ filio (*x*) juniorem, qui varia in Avicenna carpſit. Ejus commentarii compendium fuerit Abu Ishak Jacob (*y*). Explicavit etiam Cothbeddin Ibrahim Ben Ali Al Mesri (*z*), & Al Massihi, iſte elegantior (*a*), & Ebn Al Kaf, qui vulgo dicitur Abulfaragius, & Ali Ben Kemaleddin Mahomed (*b*) Al Asterabadi circa annum hegiræ milleſimum, & nuper explicavit David al Amtaki (*c*).

Contraxit in duo volumina Schenk Khengerdi, & Abulfaragius (*d*) & Nida filius Issa, qui tamen librum 2. Canonis de medicamentis ſimplicibus potiſſimum in epitomen contraxit (*e*), nuperus auctor & ſeculi 17. Sic aliam f. *Futekhab al eſtedhab* ſcripſit Abulkhair Archidiaconus, Antiochenus (*f*). Compendium Canonis fecit Neg Meddin Jehia Ebn Albadi B. R. anno 1056. & compendium *Mergiaz* Alaeddin Ali Binalnasi (*g*). Medullam Canonis ſeu *Khelaſſar al Canun* reliquit Abusaid Ben Abu Surur Al Israeli Al Samar Judæus Aſcalonita (*h*).

Repulit correctiones junioris Razei, & refutavit (*i*) Muaffeki Ensaf (*k*), tum Achmed Ben Abubeker ben Mohamed al Nakhschirvani in libro *Hall Schokuk al Kanun* (*l*) demum in Meftah Nagreddin. Idem in Agiubah Canonem emendavit (*m*). Alia expoſitio partis primæ cum titulo *teſſir fel canun* B. Pariſ. n. 1001.

In quartum l. commentatus eſt Anonymus B. Reg. n. 6939.

In fen. II. & III. libri III. alius ib. n. 6938.

In librum IV. n. 6940.

In

(u) p. 250.
(x) Reiske *Coroll.*
(y) Herbelot p. 250.
(z) Ibid.
(a) Ibid.
(b) Ibid.
(c) Idem.
(d) Ibid.
(e) *Bibliotheca Pariſina* p. 1052.
(f) p. 316.
(g) Herbelot p. 250.
(h) p. 251.
(i) p. 250.
(k) Ibid.
(l) p. 250.
(m) *Bibl. Reg. Pariſ.* n. 1058.

Digitized by Google

In canones generales de virtutibus ſimplicium antidotorum Libri II. DINI de GARBO extant.

Hebraice Canon converſus eſt, & exemplum extat in Bibliotheca MEDICEA, & in PARISINA (*n*), & duo exempla apud PLEMPIUM fuerunt.

Liber II. ſolus extat M.S. in Bibl. Vaticana, & in regia Par. arabice n. 999.

Latine in Bibliotheca Pariſ. n. 6916. vertente G. CARMONENSI (*o*).

Liber tertius in B. Reg. n. 996. & 997. arabice.

L. II. & III. ſeu L. I. in *Vindob.* LABEC. I. p. 171. 178.

Tertius & quintus Lib. n. 6923.

Libri II. III. IV. in Cathedrali Metenſi MONTF.

Pars L. III. cum commentario in B. R. P. n. 6928. latine & 6924. & n. 6929.

Libri IV. V. arabice B. Reg. n. 998.

Libri vero quatuor (*p*) latine.

Libri V. arabice & perſice in B. Reg. n. 999.

Totus Canon in Vaticana. MONTF. & latine B. Reg. 6916. 6918. 6915. 6919. A. in S. Germanenſi ib. in *Leidenſi*, in Oxonienſi MONTF. in Greshamenſi ib. & in *Medicea*. inque B. R. Lond.

Hebraice in BODLEIANA, & Bononiæ, opera MOS. MAIM.

Excerpta L. I. & II. n. 407. arabice.

Flores arabice B. Reg. P. 704.

Opera omnia apud S. GERMANENSES & in cœnobio *S. Trinitatis de Vindocino.*

Canticum AVICENNÆ compendium eſt, in quo etiam cenſus medicamentorum ſimplicium reperitur, perbrevis, ſecundum medicamentorum facultates: diætetica etiam aliqua habet, & de facultatibus alimentorum.

Seorſim prodiit latine verſum per ARMEGANDUM BLASII DE MONTE PESSULANO Lugduni anno 1522. 4°. & cura *Antonii* DEUSING Groning. anno 1649. 12. *

Repetitur in editione operum anni 1564. fol. aliisque, & in *Artiſella* Venet. anno 1523. fol.

In

(n) n. 994. 995.
(o) n. 6915. 6916. 6917. 6918. 6922.
(p) n. 6919. 6919. A. n. 6915. 6916. 6918. 6919. a.

Digitized by Google

In Canticum Commentarius exſtat AVERRHOIS, in quo facultates, & earum gradus ad nomina plantarum adduntur Venetiis excuſus anno 1552. fol. * Hebraici codices exſtant in *Bibliotheca* Vindobonenſi p. 178. 181. Latini, vertente ARNALDO de VILLANOVA in B. R. P. & arabici ib.

Liber de *corde*, ſeorſim J. BRUYERINO interprete editus eſt Lugduni anno 1559. 8°. * quo ſimplicia medicamenta cordi amica recenſentur, & ſolæ facultates, & quas vocant qualitates. Exſtat etiam in editione anni 1564. fol. & in aliis. Codex exſtat latinus in Bibliotheca Pariſina IV. n. 6949. & 7131. in Laudunenſi & in Oxonienſi *coll. nov*, & *Cantabrigiae* in Coll. S. PETRI & CAJI atque GON.

Demum brevis libellus *de Syrupo acetoſo* exſtat in eadem editione anni 1564. aliisque.

Annon idem fuerit ALBU HALI HUIXENI, cujus liber de medicina, interprete *Ger.* CARMONENSI M.S. exſtat in *Bibliotheca Taurinenſi*.

§. CXXIX. *Meſue junior.*

MESUACH filius MESUE, junior, ejus nominis, auctor, & RAZEO nuperior, Chriſtianus, Bagdadinus, qui Caïri medicinam fecit, *Johanni* LEONI *dictus*, qui de rebus potabilibus & de medicamentis compoſitis, ait ſcripſiſſe (s). Noſter certe Græcos legerat, GALENUM, HIPPOCRATEM, DIOSCORIDEM, RUFUM, PAULUM, ALEXANDRUM (t), ſæpe & DEMOCRITUM, HERMETEM.

Arabes, ut facile credas, multos citat, HALY, ALKINDUM, HUMAIN, JUDÆUM, FILIUM SERAPIONIS, ALKANZI, GABRIELEM, ut puto, filium BACTISCHUAH (u), & in practico opere ABOALI, unde deducas, AVICENNA eſſe nuperiorem, etſi ante eum, & anno 1015. obiiſſe legas (x). Neque collegit unice, ſed ſententiam ſuam, ut peritus, interpoſuit, & aliter ſæpe medicamenta compoſuit, quam Principes ante ſe viri. Titulus præcipui operis eſt *Johannis* MESUE *Damaſceni* (y) *de re medica* L. III. *Jacobo* SYLVIO *interprete* Paris anno 1542. fol. TREW. 1544. fol. * nitida editio, anno 1543. fol. ut puto 1549. fol. TREW, & 1561. 8°. * Venetiis anno 1575. fol. SEGUIER, anno 1581. fol. 1589. fol. anno 1602. fol. * a. 1623. fol. SEGUIER. SYLVII adnotationes prodierunt etiam Baſileæ anno 1545. fol. SEGUIER. Lugd. 1550. 8°. ASTR. Magnum laborem in emaculando MESUE SYLVIUS poſuit, quem æſtimaveris, ſi hanc editionem cum MUNDINI editione comparaveris. Ex barbaro enim ſermone nitidum & latinum fecit: voces nullum ſenſum habentes expunxit, & legitimas reſtituit.

Liber

(s) C XI.
(t) MESUE p. 566.
(u) *De antidot.* p. 205. Sylv.
(x) Apud I. LEONEM.
(y) Confuſa cum primi MESUE patria.

Digitized by Google

Liber primus agit de delectu medicamentorum, & correctione per contraria, de commiſtione, ejusque utilitate, de medicamentorum varia præparatione: de diverſis formulis: de ſymptomatibus ſuperandis, quæ ſumtis medicamentis ſuperveniunt.

Liber II. eſt de medicamentis ſimplicibus purgantibus, Aloë, Myrobolanis, Caſſia, quam Arabes medicamentis addiderunt.

Huc etiam refert Roſas, Fumariam, Eupatorium, folia Centaurii minoris, imo Thymum, Adiantum, Hyſſopum. Scammoneam, & fortiora fere medicamenta reprobat. Non bene album Veratrum nigro mitius facit. Centaurium majus cum minori confundit Idem.

Liber III. eſt de *antidotis*, nempe conditis, & aliis medicamentis officinarum, ſirupis & ſimilibus, quæ iterum fere ex plantis parantur, de doſibus compoſitionum, & coquendi & miſcendi modo, etiam de decoctis, & infuſis, & aliis pharmacopolarum laboribus, quorum noſter princeps auctor eſt. Habet etiam antiquas antidotos Philonis, Hieram Galeni, & Archigenis duplici modo paratam, Diaphœnicon Alexandri, emplaſtra Aristarchi, Oribasii, etiam electuarium de Bryonia Democriti & Sinapinum, & de fermento. Subjecta ſunt adſuta aliqua de ſacculis, de ptiſana.

Jacobus Sylvius, optime alioquin de Mesve meritus, de rebus ipſis copioſas adnotationes addidit, ipſe rei pharmaceuticæ peritus. Diviſiones libri mutavit, aliqua ex Gallicis ſimplicibus medicamentis contulit. Medicas aliquas obſervationes interſperſit, ut felicem uſum peponum in morbis calidarum regionum. Demum interpretationem vocum Arabicarum ex ordine literarum alphabeti. Sirupum συριας οπου ſignificare vix credas.

Sylvii verſionem, præter pauca aliqua loca, retinuit *Joh.* Costæus in editione Veneta anni 1602. fol. * cui Mundini, Christophori de Honestis, Manardi, Sylvii, & Costæi ipſius notæ acceſſerunt, hæ uberiores. Manardus fere Mesvei errores arguit, defendit eum Costæus, non inanis ſcriptor, ut ſuo loco oſtendam. Icones etiam adjectæ ſunt, tum ex Matthiolo, tum propriæ aliquæ.

Barbara eſt editio literis Gothicis excuſa, cum additionibus Francisci de Pedemintio, Petri de Apono, commentariis Christophori de Honestis, Plateario &c. Venet. 1484. fol. 1490. fol. Gunz. quæ eadem forte fuerit editio anni 1495. (z), & anni 1502. fol. *B. Bern.* 1497. fol. Gunz. 1508. fol. eadem etiam 1513. 8°. 1521. fol. 1527. fol. 1535. fol. ex I. B. de Nicolinii *caſtigatione* Gunz. Deinde auctius Lugduni prodiit eadem ut puto in univerſum editio anno 1519. fol. Trew. cum expoſitione Mundini & cum Honesto: tum 1533. fol. Trew. cum Abenguefith. Eſt etiam antiqua editio Antverp. 1479. fol. Maitt.

(z) Trew. præf. ad Blakwell, Maitt,

Opera omnia excuſa ſunt Venetiis anno 1558. fol. cum duplici verſione libri de ſimplicibus medicamentis, quarum altera SYLVII; deinde anno 1561. fol. in qua editione acceſſerunt ANDREÆ MARINI adnotationes in ſimplicia, tum P. de APONO & FR. de PEDEMONTIO ſupplementum, NICOLAI antidotarium parvum, I. PLATEARII & I. de S. AMANDO expoſitiones GENTILIS FULGINATIS l. de complexione & proportione medicamentorum: porro l. de medicinis ſubſtitutis: expoſitio nominum, rerum; l. Servitoris, SALADINI ASCULANI inſtructiones; ABENGNEFIT, APULEJUS, ut dicitur, de ponderibus & menſuris, ALCKINDUS, ſummula JOH. de PARTIBUS. Similes puto eſſe editiones 1581. fol. & alias.

Italice liber de ſimplicibus anno 1475. fol. 1493. fol. SEG. 1521. fol. & ſimplicia & compoſita, tum Venet. 1559. 8°. G. ROSETTO vertente, & 1589. 8°. 1621. 4°. Liber della *conſolatione delle medicine ſimplici* Venet. 1475. fol. 1521. fol. OSMONT. Gallice cum Commentariis TAGAULTI.

Hebraice codex eſt in Bibl. Pariſ. I. n. 389. tum in CANTABRIGIENSI D. PETRI. Alii ſunt in B. MAGDALENÆA Oxon. in B. Fr. Min. Ceſenæ MONTF.

Grabadin ſ. antidotario ſolus verſus per J. THEOBALDI & *Marium de* PAPIA antiquiſſima eſt editio abſque loco & anno RIV. *De medicamentis univerſalibus* Venet. 1471. MAITT.

Codex M.S. de medicamentis purgantibus eſt in Bibliotheca Vindobonenſi (*a*), & in Pariſina (*b*), & *Londinenſi* p. 201. & OTTOBONIANA. Italice in B. MEDICEA.

Opera an hujus MESUES, in Bibliotheca Vaticana? & compendium ſimplicium per JACOBUM de PARMA (*c*) in eadem UFFENBACHIANA exſtabat. Codex M.S. in quo nominantur antidota collectanea in *R. Leid.* Antidotarius ad marginem AVICENNÆ adſcriptus eſt in B. Reg. Par. n. 6915. lat. & *Grabadini* ſ. confectionum L. II. ib. n. 7016.

Commentarii MUNDINI & CHRISTOPHORI ab HONESTIS Ferrariæ prodierunt anno 1488. fol. SEGUIER. Bononiæ anno 1486. fol. Lugduni 1519. fol. 1534. fol. TREW. 1531. 12°. SEG. Venetiis 1490. fol. 1495. fol. GUNZ 1497. fol. TREW. 1502. fol. 1508. fol. GUNZ. TREW. 1527. fol. 1538. fol. 1543. fol. TREW. 1558. fol. 1581. fol.

Sympho-

(a) LAMBEC. II. c. 6. p. 131.

(b) N. 2287. 2312. 2239. græce: n. 6943. 6944. 6945. 6946. 7104. latine. Arabice L. de purgantibus n. 409. cum titulo JOHANNIS MASCHKI filii MASSEI eſt etiam in Bibl. Reg. Lond. p. 201. Codex M.S. compendii medicamentorum ſimplicium latinus in Bibliotheca Pariſina n. 6943. & 6944. & L. I. n. 6945. 6946. Liber vero II. n. 6947.

(c) UFFENBACH.

Digitized by Google

Symphoriani CAMPEGII caſtigationes Lugduni anno 1532. 4°. SEGUIER. P. APONENSIS additiones Venetiis 1490. 1508. 1497. 1527. fol. Lugduni 1531. 12°. Venet. 1535. fol. 1519. 8°. 1561. fol. Additiones F. de PEDEMONTIO Venet. 1490. fol. &c.

ANDREÆ MARINI adnotationes Venet. 1561. fol. 1575. fol. MERKL.

J. TAGAULT Comm. in librum de *purgantibus medicamentis* L. II. Lugduni anno 1537. 4°. 1549. 12°. 1555. 12°. SEGUIER.

In capp. de Rhabarbaro & Caſſia *Ludovici* a METHINA commentarius anno 1541. 4°. SEGUIER.

Canones univerſales in compendium redacti a NICOLAO HOVEL. Pariſ. 1571. 8°.

In Antidotarium cum declaratione ſimplicium medicamentorum COMM. *Angeli* a PALEA & BARTHOLOMÆI AB URBE VETERE Pariſiis prodiit anno 1543. fol. SEG. in lit. & 1546. 8°. SEGUIER. cum receptario, & Lugduni anno 1550. 8°. B. Tig.

I. MANARDI adnotationes in MESVEN Lugduni anno 1556. cum epiſtolis: Venet. anno 1589. fol. & cum ipſo MESVE Hanoviæ anno 1611. fol. BODL.

In librum II. *grabadin* exſtat ſupplementum FRANCISCI de PEDEMONTIO, cujus etiam M.S. codex in Biblioth. Pariſina exſtat (*d*). De CHRISTOPHORO de HONESTIS ſuo loco dicetur.

Denique JACOBUS de PARTIBUS medicamenta ſecundum morbos recenſuit, quibus opponuntur.

Liber *quid pro quo* & tractatus de ſynonymis, & *ſervitor*, & opus de S. AMANDO jam exſtant in editione Veneta anni 1497. fol.

Carolus CRASSUS in MESUEN de ſimplicibus ſcripſit Venetiis anno 1588. 8°. MERKL. ANTONII ab AQUILERA JUNQUERAN demum *Expoſition ſobre las preparaciones de Meſve* prodiit Alcala 1569. 8°. BODL.

§. CXXX. *Giazalah. Tabarani. Abdalvahid &c.*

ALI BEN HOSSAIN AL KATEB vulgo GIAZALAH ex Chriſtiano Mahometanus, anno Hegiræ 493. obiit: ſcripſit *Menhag al' bejan ſi ma jeſta malho al enſan* ſeu *de rebus omnibus, quibus homines utuntur*, nempe *cibis, medicamentis ſimplicibus & compoſitis*, ordine alphabetico (*e*). Sed EJUSDEM accurate tituli aliud opus recenſetur anno C. 1079. ſcriptum, cujus auctor vocatur

(d) N. 6946. 6947.
(e) *Bibl. Pariſ.* n. 1021.

Digitized by Google

catur SCHERFEDDIN ALI JAHIA BEN ISSA BEN GIASLA. Exſtat codex M.S. arabicus in Bibl. Pariſ. n. 1021. cum appendice anonymi, & notis EBN BEITHAR, in quibus multa ſphalmata BEN GIAZALÆ emendantur, & ſupplementum anonymi, in quo laudatur EBN GIAZALAH, & ejus errores excuſantur. Credas idem opus eſſe, cauſas ignoro cur nomen auctoris diverſe ſcribatur. Temporum ratio vix ſinit, ut idem ſit auctor cum BUHAHYLYHA archiatro CAROLI M. &c. etſi nomen ſimile eſt.

Paulo poſterior AVICENNA fuit ETTABARANI, ut puto, a patria dictus EL TABARANI (f), qui ſcripſit *Firdus ulhecime* (*Paradiſum ſapientiæ*) de virtutibus herbarum, lapidum & animalium. Regis GHAZNÆ medicus fuit. Ejus mors cadit in annum 1081.

ABDALVAHED BEN ABDAL AL RAZZAK ſcripſit *tag fi Keifiat al alag* de medicamentorum proprietatibus & remediis tum ſimplicibus quam compoſitis cum nominibus plerumque perſicis. Codex *Bibl. Pariſinæ* I. n. 1020. dicitur anno 1150. ſcriptus fuiſſe.

Seculo etiam undecimo ſcripſit ABU OMAR EBN HAGIASCH, cujus *Meſtah al falahat* ſeu *clavis agriculturæ* anno Hegiræ 466. prodiit, citante AL AONANI (g). Citat idem opus COSTHAI, qui de agricultura Nabathea ſcripſerit.

§. CXXXI. *Avenzoar.*

AL VAZIR ABU MERWAN ABDELMELEK IBN ZOHR Hiſpanus, inde MANSORIS medicus, ſub finem ſeculi duodecimi vixit, & Marocci obiit.

In M.S. Bibliothecæ Pariſinæ titulus eſt *Ketab al aduja u agdiah*, ſ. *liber medicamentorum, quæ nullo negotio reperias, & quæ cibis quodammodo poſſunt adnumerari.*

Exſtat autem al *Teizir fil Modawadi wiral Tadbir* ſ. facilitatio regiminis & indicationis latine, cujus alium titulum reperio *Tejeſſir fil meduiat.* A *Jo.* de CAMPANIA verſus (h) eſt, in quo medicamenta ſimplicia & venena deſcribuntur. Florum Nenuphar vim in frangenda venenata facultate Hellebori laudat.

Editionem habet B. BODL. antiquiſſimam Venetiis anno 1490. fol. tum 1496. 1497. fol. RIV. cum AVERRHOIS colliget, & 1510. B. BODL. aliam, & Venet. 1553. fol. * cum AVERRHOE, & Lugduni anni 1531. 8°. Nomen corrumpunt veteres & dicunt ABHOMERON, vel ABIMERON. Codex eſt in B. CAJI & CON. Cant. tum *Antidotarii.* Antidotarium huc facit, & aliquæ adnotationes Melliſucharum præfert.

§. CXXXII.

(g) J. LEO c. 10.
(e) n. 912.
(h) n. 6948.

§. CXXXII. *Abenzoar jun.*

ABU HALI ABENZOAR filii, ut videtur, *de regimine ſanitatis libri* V. editi ſunt a J. *Georgio* SCHENK Baſileæ anno 1618. 12. MERKL. Similis etiam argumenti, cum patre libros ſcripſit, quorum codex eſt in *Bibliotheca Pariſina*: Habetur enim in ea Bibliotheca ABULOLA EBN ZOHAR *veræ & ſelectæ utilitates, quæ e variis plantis medicamentis ſimplicibus & aliis rebus percipi poſſunt.* Excerpſiſſe ſe dicit auctor Paganos, Chriſtianos & Mahometanos: ſed multa inſulſa continere monetur Bibl. Pariſ. n. 1676.

AL BATENIUS VOLATERRANI, adfine nomen eſt auctoris, qui de medicamentis ſimplicibus ſcripſit. Citatur ALBATEGNI a SERAPIONE, ſed is translator eſt GALENI.

§. CXXXIII. *Averrhoes.*

EBU ELVELID EBN RUSHAD ſeu AVERRHOES, Hiſpanus, Cordubenſis, ſubtilis ARISTOTELIS commentator, quem primus Arabice vertit (HERB.) vir ſplendidus & judicis dignitate auctus, ob ſuſpectam religionem ab invidis oppreſſus obiit ſub initia ſeculi XIII.

In canticum AVICENNÆ Commentarios ſcripſit jam dictos, quorum codex M.S. exſtat in Bibliotheca Vindobonenſi (*i*) & in Leidenſi, & latinus alius in Biblioth. Pariſ. (*k*). Prodiit cum *Colliget* Venetiis anno 1490. fol. MAITT. 1496. fol. 1552. fol. 1559. fol. emendatius, & prius Lugduni anno 1531. 8°. Seorſim Venetiis anno 1484. fol. * Lugduni anno 1555. fol. MAITT.

Deinde in ſui *Colliget* L. V. recenſet plantas, quæ inter alimenta veniunt. Subjecit etiam de compoſitione formularum librum, in quo multis ALCHINDUM refutat. Hanc partem magni operis ſeorſim cum SERAPIONE excudi curavit *Otho* BRUNFELS.

Canones dedit ſalutares 34. de medicamentis, quorum verſio a MAGISTRO MAYNO adornata eſt in Bibl. Pariſ. (*l*).

Duos libros *de plantis* in ARISTOTELEM M.S. habuit NAUGERIUS (B. GESN. APP.)

Codices M.S. *Colliget* latini exſtant in *Coll. nov. Oxon.* & d. PETRI *Cantabr. Biblioth. Pariſ.* (*m*) tum Extractum de medicamentis ſimplicibus alphabeticum (*n*). Ipſum *Colliget* ſæpe prodiit, ut Venetiis anno 1482. fol. UF-

(i) REIMANN p. 783.
(k) n. 7103.
(l) n. 6999.
(m) Ib. n. 6950.
(n) n. 7163. latine.

Digitized by Google

FENBACH 1496. fol. GESN. 1497. fol. MAITT 1498. fol. ID. 1552. fol. 1553. fol. * cum AVENZOHAR melius & emendatius: Argentorat. anno 1531. fol. TREW. Lugd. 1537. 4°. vertente duos libros BRUYERINO.

Librum *de theriaca & de venenis* Lugduni anno 1517. 4°. & 1552. ex bibliotheca I. a CRUCE editum B. GESN. anno 1553. fol. excuſum, video, cum elogio, primum nunc prodire. Codex exſtat in B. PAULINA Lipſ. & in ORIEL. OXON. & COLL. NOV.

§. CXXXIV. *Fata Arabum.*

Seculo decimo tertio inclinatæ dudum res Khaliſarum Abbaſſidarum ruinam dederant, cum HULAKU Bagdado capto, ultimum Khaliſarum imperio privatum occidiſſet. Una eruditio, & potiſſimum etiam medicina, Arabum ita declinavit, ut vix quidquam ab eo ævo ſcriptum ſit, quod typis ſit editum. Codices tamen M. S. paſſim aut citantur, aut exſtant, incertæ ætatis, ſed noſtri argumenti.

§. CXXXV. *Ebn Alwam.*

EBN ALWAM Hiſpalenſis ſeculi VI. Hegiræ ſcriptoris *de agricultura* liber in Bibliotheca Eſcurialenſi latet. Artem colendi agri & pomarii docet: enumerat plantas & arbores in Hiſpania obvias, quarum aliquæ interierunt, & herbas medicas, Memiza Sebeſten, Hyoſciamum Baugue, tum hortenſia, olera, & totam domum ruſticam. Caput 17. & 19. Hiſpanice prodiit cum DUHAMELII l. de agricultura: agitur in iis de cerealibus.

ABUL MANED BEN ABUNASSAR BEN HAFFADH ISRAELI HARUKI vulgo COHEN ATTAR, Pharmacopola Cairenſis, ex Aaronis familia, ſcripſit *menhag al dokian u dokan* ſ. praxin pharmaceuticam, artemque conficiendi potiones medicas, bolos, confectiones, ſirupos; trochiſcos, catapotia, collyria, clyſteres, cerata, emplaſtra & alia id genus. Vixit anno 558. HEG.

OMMIA BEN ABDALAZIS EL ANDALUSSI ſ. Hiſpanus, ſcripſit *adujat almofredat* ſ. de med. ſimplicibus. Obiit anno 529. HERB.

§. CXXXVI. *Ibn Alwardi.*

IBN ALWARDI Alepenſis (o) *Scheridat al adgiaib* ſive *opus Coſmographicum*, ſeculi decimi tertii eſt, aut poſterioris ævi. Botanices ignarus, plantas triginta recenſet, quas ex Paradiſo ADAMUS ſecum adtulerit. Palmæ duos ſexus, & amores, & fecundationem feminæ per ramum maſculum deſcribit, & germinationem ex oſſiculo, & varietates. Deinde Coccum, Prunum, Ceraſum, Ziziphum, paſſim excitatis locis operis Geoponici. Ejus codex eſt in *Bibl.*

(o) *Car.* AURIVILLIUS in particula *operis coſmographici* IBN ALVARDI Upſal. anno 1752. 4°. *.

Digitized by Google

Bibl. Reg. n. 590. 591. 589. 592. Hiſtoria naturalis Syriæ nuper a J. *Bernhardo* KOEHLERO edita Lipſ. anno 1766. 4°. arida eſt, & parum lucis ad plantas adſert.

§. CXXXVII. *Daud Ben Naſſer.*

DAUD BEN NASSER AL AKHBERI AL MUSSALI archiater Califarum Fatimitarum ſcripſit *Mebajat alvadrak alagradhat men alrabdhin* ſeu *de medicamentis compoſitis & antidotis*, quem librum SALADINI fratri dedicavit. Exſtat in Bibliotheca Medicea (*p*) & Regia Par.

§. CXXXVIII. *Abu Oſeibah.*

In codicibus de raris caſibus medicis ABU OSEIBAH, manuſcriptis, qui Leidæ ſervantur (*q*), pluſcula ad vires medicas plantarum pertinent, de Scammoniæ doſi, de vi baccarum, ignoto nomine *El Stomaticon* dictarum ad dyſenteriam deploratam, de Camphoræ in gangræna uſu, de Cydoniorum vi laxante & adſtringente, de fomento ex foliis Hyoſcyami in cephalagia ſalutari, de uvis vi laxante imprægnatis. Vixit exeunte Seculo XIII.

§. CXXXIX. *Ebn Beithar.*

DHIAEDDIN ABDALLA BEN ACHMED AL MAGREBI AL MALEKI BEN BEITHAR Africanus Veterinarius, multa itinera per Africam & Aſiam, in Indiam usque, ſuſcepit, SALADINO CAIRI a ſervitiis fuit (*r*), atque anno hegiræ 648. diem ſuum obiit. Scripſit *Ketab al mofredat* (*s*), ſive *Ketab aladuja* (*t*) *fel tiame aladviat al mofredat* (*u*), *hiſtoriam univerſalem medicamentorum ſimplicium*, ſecundum literas alphabeti. EJUS codex éxſtat in Bibliotheca Regia (*x*), in Leidenſi (*y*), & in Eſcurialenſi; Arabicus etiam codex apud *Guil.* POSTELLUM fuit, ex quo omnes lacunas DIOSCORIDIS, GALENI & ORIBASII ſuppleri poſſe ſperabatur (*z*). Citat etiam codicem BOCHARTUS, quem a SALMASIO habuit, iſte a PEIRESCO, qui ex Ægypto accerſiverat. Verum multum de ea ſpe deceſſit per TOURNEFORTII teſtimonium, qui meram ait eſſe compilationem. DIOSCORIDEM ſæpe citari ABULFARAI.

Ketab

(p) HERBELOT. p. 667.
(q) REISKE in diſſ. *inaug. de obſerv. med. ex Arab.* Leid. anno 1746.
(r) LEO c. 19. HERBELOTUS mortuum ait anno 1254; nimis magno poſt mortem SALADINI intervallo p. 199.
(s) p. 596.
(t) p. 963.
(u) p. 199.
(x) n. 1024. 1025. 1073. 1074. & cum Syriacis ſcholiis n. 1073.
(y) Duo vel tres codices.
(z) Apud GESNER in Bibl. & in præf. ad CORD.

Digitized by Google

Ketab AL *Mogni* hujus operis eſt compendium (*a*), & GEMALEDDINI ANSARII opus (*b*).

Recenſetur etiam in *Bibliotheca Pariſina* codex *Ketal menafé al haiwanat* &c. ſeu *de utilitatibus animalium & ſimplicium.* Additur eſſe compendium *giamé*, alio ordine, per claſſes diſpoſitum, & arborum rudes addi icones (*c*).

Recenſetur etiam in eadem Bibliotheca (*d*) anonymi appendix, cum notis EBN BEITAR, in quibus corrigantur ſphalmata ben Giazalæ.

Vertit etiam BEITARIDÆ *de Limonibus* breviſſimum libellum *Andreas* ALPAGUS, & edidit Venetiis anno 1583. & Pariſiis anno 1602. 4°. Recuſus eſt idem ex codice manuſcripto, & duabus editionibus prioribus, Cremonæ anno 1758. 4°. * cum commentariis Viri Cl. *Pauli* VALCARENGHII.

Ipſe libellus forte unicum caput fuerit magni operis, & in facultatibus medicis Limonum prædicandis verſatur. Syrupum de Limonibus deſcribit. Citat ignotos auctores EBN GIEHEMIA alios.

In Commentariis vires Limonum adverſus aerem peſtilentem noſodochiorum, in morbis acutis, hecticis & ſcorbuticis, & adverſus lenta venena, a Cl. editore laudantur.

EJUSDEM BEITARIDÆ *Menhal al dekan* ſeu *praxis officinarum* M.S. exſtat in Bibliotheca Pariſina (*e*). Capita 20. de ſimplicibus Vindobonæ ap. LAMBEC. I. p. 173.

Scripſit etiam *Taalik*, librum quo reſpondet libro *Bengiazalah*, cui titulus *menhage al Bejan*, in quo varia BEITHARIDÆ carpebantur.

Uſus eſt Arabibus, qui de medicamentis ſimplicibus ſcripſerunt, EBN WAHED, EBN SAMGIAN: MOFFIK EDDIN AL BAGDADI. ABUL FADHL BEN AL MOHANDES Granatenſi, ABU MASLAT AL ANDALUSI. RASCHID EDDIN ABU MANSUR EBN COBARI qui a. 1241. vixit. HERB.

Non EJUSDEM ſunt *Tacuini ſanitatis*, qui tribuuntur ELLUCHASEM ELIMITHAR, filio HAHADUM filii BUCCELLAM de BALDACH, editi Argentorati anno 1531. fol. * tabulæ nempe fructuum & olerum ad cibos pertinentium, cum viribus medicis, fere ex Græcis collectis: multis admiſtis aſtrologicis. Adjectæ in editione noſtra iconculæ. Codex M.S. latinus duplex eſt in Bibliotheca Pariſina (*f*). Alii duo in Vaticana, cum titulo de ſex neceſſariis ad conſervandam ſanitatem MONTF. Fere eosdem eſſe, qui Tacuini BUHAHYLYHAL FREIND.

§. CXL.

(a) HERBELOT. p. 596. 597. cujus codex eſt in Biblioth. Pariſina n. 1008.
(b) *Bibl. Pariſ.* n. 1025.
(c) n. 1037.
(d) n. 1021.
(e) n. 1027.
(f) n. 6977. & 6977. *

§. CXL. *Abubeker Yesdenſis.*

Abubeker Yesdenſis ſeu Yesdy ſcripſit anno Hegiræ 597. de rebus naturalibus tractatum, cujus pars III. eſt de arboribus, frumentis & granis, quarta de plantis, octava de oleribus, undecima de venenis. Codex exſtat in Bibl. Reg. Pariſ.

§. CXLI. *Moſes.*

Rabbi Moses filius Obedalla Cordubæ (*g*) Averrhoem audivit, & Caïri ineunte Seculo XIII. obiit. Exſtat ejus *regimen ſanitatis* ad Sultanum Babyloniæ Aug. Vindelicorum editum anno 1518. 4°. Plat. & Venetiis anno 1514. fol. 1521. fol. 1553. fol. * cum Averrhoe. M.S. cod. eſt in B. Reg. I. n. 393. & 413. & in *Vindob.* I. p. 178.

Ejusdem l. de venenis interprete Moyse fil. Tabbun fil. Samuel eſt in B. Caji Cant. & in B. Medicea. Ardoynus eum codicem ſæpe citavit.

Ejusdem *de cibis vetitis* l. a Marco Woeldicke latine verſus & notis illuſtratus prodiit Lipſ. 1734. 8°.

Abdalla Ebn Baccal Toletanus legitur circa annum 1269. *de agricultura* ſcripſiſſe.

§. CXLII. *Abu Iſchak.*

Abu Ischak Ibrahim Ben Mohammed ſcripſit *Tadhkerat al Savidi* ſive de omnibus medicamentis ſimplicibus ſecundum locos. Obiit anno *heg.* 620.

Abulmeki Ben Abunasr Ben Hefez judæus Pharmacopola Cairenſis anno 658. ſcripſit. *Menhage al decan u deſtui alajan* ſ. Pharmacoporem Herbelot. p. 572.

§. CXLIII. *Abul Caſem.*

Abul Casem vulgo Albucases Al Zaharavi (*h*). Ejus liber *theorices & practices* ſ. *Experimentarius Medicinæ* prodiit Auguſtæ Vindel. ann. 1515. fol. Riv. Falc. In eo compendio, præter plantas venenatas & earum antidotos, nihil ad rem herbariam facit, & alioquin notum eſt, Haly Abbassidæ opus ab eo homini compilari. Codex M.S. exſtat (*i*) Hebraice verſus a Masculam Ben Jonai.

Ejusdem Bulchasem Ben Aberazerin lib. 27. ſeu *ſervitoris* liber de *præparatione medicinarum* vertente S. Januensi paſſim cum Mesve editus eſt, etiam Venetiis anno 1471. 4°. Mead. 1483. fol. Boehm. 1484. fol. 1490. fol. 1495. fol. Maitt. 1497. fol. 1502. fol. Gunz. 1527. fol. 1538. fol. 1558. fol. 1561. fol. 1602. fol. Minime malus liber, quo encheireſes pharmaceuticæ & variorum medicamentorum ſimplicium præparationes traduntur, ut extrahendorum ſuccorum. Non merus compilator ſe ad Dioscoridis præcepta ſuccum

(g) J. Leo c. 28.
(h) Azarara Sim. *Januenſis.*
(i) *Biblioth. Vindob.* Reimann. II. p. 89.

Digitized by Google

cum Memithæ voluiſſe parare ait, nunquam glaucum obtinuiſſe, denique ſe didiciſſe, addi Amylum. Deſtillationem aquæ roſarum fuſe docet: Vertit ABRAHAMUS JUDÆUS, inde SIMON JANUENSIS. Citat HEBENGIZAR. Interprete ABR. CARMONENSI exſtat in B. TAURINENSI MONTFAUCON: eſt etiam in B. D. PETRI CANT.

Antidotarium, an idem liber, latine eſt in *Bibl. Taurinenſi* MONTF.

An differt *Antidotarius* GALAF, FILII ALBUCASIM, ab *Joanne Lodoyco* TETRAPHARMACO de Arabico in latinum translatus, anno Domini 1198. ut nota in fine indicat. Bibl. Marci Lat.

§. CXLIV. *Joſeph ben Iſmael.*

*Codicem M. S. *Malaijaſa*, qui Cl. MEADII fuit, paſſim citat *Guil.* CHAMBERS (*k*), cujus auctor eſt JOSEPH BEN ISMAEL AL GIUNI nuperus admodum ſcriptor, qui anno Hegiræ 711. ſeculo adeo XIV. incipiente vixerit. Prima pars de arboribus agit, & fruticibus, altera de plantis humilioribus. Ad cultum plantarum potius pertinet, quam ad facultates medicas. Theſaurus eſt botanicus, collectus ex Græcis & Orientalibus ſcriptoribus, & quaſi ſupplementum & emendatio operis *Giame* BEITHARIDÆ. Codex exſtabat in Bibliotheca WOLFII Hamburgenſis & in Pariſina fol. * Diverſus videtur ab alio JOSEPHO BEN ISMAEL p. 204.

§. CXLV. *Ibrahim ben Waſſaf.*

IBRAHIM BEN WASSAF SCHAH egit de prærogativis Ægypti, opio, hordeo rubro, balſamo, Colocaſia, Caſſia, Papiro, &c. (*l*).

Circa annum Hegiræ 696. obiit.

§. CXLVI. *Mohammed Abdalla.*

In eadem Bibliotheca Regia (*m*) exſtat codex MOHAMMED ABDALLA THIF BEN JOSEF AL BAGDADI *Ketab fi Oſſul mofredat al thebb* ſeu *de iis, quæ medicum non ignorare oportet*, de herbis nempe medicatis, & earum virtute, cum nomine & alphabetico ordine. Eſt etiam ſeculi XIV. incuntis, ſeu anni Hegiræ 711.

ALAMAH *Eſcharat almofredat* ſ. de medicamentis ſimplicibus anno C. 1254. HERBEL.

ABU HASSAN ALLADDIN EBN ALI HAZM Karſchita. Ejus eſt medicinæ compendium, cujus Pars II. eſt de medicamentis ſimplicibus (*n*). Dicitur obiiſſe anno hegiræ 696. SCHA-

(k) *De Ribe Arabum & Ligno Rhodio*, & nuper in *Phil. Tranſ. Vol.* LVII. citari video. Conf. *Bibl. Mead.* p. 236. Sex erant volumina.
(l) HERBELOT p. 580.
(m) n. 1030. & 1088.
(n) *Bibl. Reg. Par.* n. 1050. n. 1051. & in Bibl. Leid. Idem videtur opus ABUL HASSAN in Bibl Reg. *Par.* n. 1059. cui ordo in quatuor libris paulo alius eſt, & medicamenta ſimplicia quarto loco ponuntur.

Digitized by Google

SCHANAKI Indi *Ketab al Samum* (*o*) ſive *de venenis* opus, Perſice redditum eſt per ABU KKALEM. An forte SCHARAC Indus, ſæpe a nobis citatusque.

JACUKA AL NABATHI AL KESRA ALKUKANI *Tekab al Samum*, Arabice redditus eſt ab EBN ALRASCHIAH (*p*).

§. CXLVII. *Hamdalla Abubekr.*

HAMDALLA ABUBERR filius EL CASUINI obiiſſe dicitur circa annum 750. Hegiræ, & ſcripſit *Nushet ul Kulub* ſeu delicias Indicas, cujus operis pars prima agit de arboribus & plantis (*q*).

BEDREDDIN HASSAN BEN OMAR BEN HABIB ſcripſit deſcriptiones plantarum, & animalium, circa anno 778. HERB.

§. CXLVIII. *Scheik ali. Alii.*

SCHEIK ALI filius HUSSEINI, AL ANSARI, cognomine ZEIN U ATTARR ELSCHIRAZI de medicamentis ſimplicibus & compoſitis, alphabetico ordine anno Hegiræ 770. ſcripſit Codex exſtat in Bibliotheca Pariſina (*r*). Neque videtur differre alius codex (*t*), cum auctor dicatur DSCHEMAL, quod nomen eſt reginæ *Bedi al Dſchemal*, cui inſcribitur.

Alius SCHIRAZITA MUHAMMED filius MACHMUT, commentatus eſt in ABDALLATHIF, & tertio libro agit de medicamentis ſimplicibus & compoſitis (*u*).

ALI BEN OMAR AL CAZUINI ſcripſit in *Mohaſſal* RAZEI HERB.

MOHAMMED filius MAHMUD cognomine al KHUFI ELCAZUINI in Hiſtoriæ naturalis mirabilibus, de arboribus, etiam de plantis & leguminibus agit (*x*).

Nomen paulo aliud eſt EL CAZUINI, cujus reliqua nomina ſunt ZACHARIA EBN MOHAMMED EBN MACHMUD AL KEMUNI vulgo EL CASUINI, auctor, puto, idem. Ejus *Aſchiaib al Makhlujat v garaib al Maglukat admiranda & peregrina* continet, ubi varia ad hiſtoriam naturalem pertinentia (*y*) habet. Videtur eſſe prioris compendium, certe ex codice 983. PARIS.

Iterum aliud nomen eſt MOHAMMED BEN AL THALEB AL ANSARI AL SOFI AL DEMASCHKI qui ſcripſit de mirandis in terra & mari cum figuris. Titulus eſt *toſhat aldahar v aſchiaib albort*, *v albahr* HERBEL.

Exſtat etiam CUFENSIS de vini variis nominibus libellus *Cat. Leid. Bibl.* p. 344.

(o) p. 970.
(p) Ibid.
(q) *Bibl. Reg.* n. 127.
(r) I. n. 157. 150.
(t) n. 161.
(u) Ib. 1003.
(x) I. p. 284. n. 141. 898. 958. 900. 956. 915. & in BIBL. REG. Leid.
(y) Ib. I. n. 983.

p. 344. & *Mogiarrabat al Kalſuni* medicamentorum experitorum collectio. Nomen viri etiam eſt AL CASUINI *Bibl. Reg.* n. 1082.

AL CASVINI DICTUS AL CUFI. Ejus compendium eſt *Tohfat al albab* ſcriptum a MAHOMET AL MOCRI. HERBEL.

§. CXLIX. *Mahumed fil. Abdallæ & Kheder ben ali.*

Paulo nuperior eſt MAHUMED filius ABDALLÆ Granatenſis, cujus anno 761. Hegiræ editum eſt opus medicum, in quo Pars II. de cibo & potu agit (z).

KHEDER *ben* ALI BEN KHATTHAB cognomine HAGI PASCHA ſcripſit quatuor tractatus, quorum ſecundus eſt de cibis & medicamentis. Operi finem fecit anno Heg. 758. B. Reg. Par. I. n. 1017. & 169. Conf. HERBEL.

§. CL. *Iſaac Ben Iſrael.*

ISAAC BEN ISRAEL de aromatibus & herbis codex Hebræus, ſcriptus anno 4143. ſive A. C. 1383. in Biblioth. Medic. liber eſt pharmacenticus, collectitius, ſerioris ævi, MONTF.

§. CLI. *Joſeph* fil. *Iſmaelis.*

JOSEPH fil. ISMAELIS, cognomine EBN ELCABIR, *de iis, quæ medicum non oportet ignorare*, continet inter alia remedia tam ſimplicia, quam compoſita Bibl. Reg. n. 1029. Codex anno 711. Hegiræ ſcriptus eſt.

SCHEHABEDDIN BEN ABDALGIAFAR ALMALEKI primus de Coffea ſcripſit. Ex eo ſua ſumſit

§. CLII. *Abdalcader: alii.*

ABDALCADER BEN MOHAMMED AL ANSARI, AL GEZIRI, AL HANBALI anno 936. Hegiræ ſ. A. C. 1487. ſcripſit *Oudat al Safuat fihall al cahuat* ſeu *de uſu legitimo potus Coffeæ* (b).

HOSSEIN IBN MOHAMMED cognomine AL TABIB ſcripſit de venenis & eorum remediis anno Heg. 983. Bibl. Reg. Pariſ. I. n. 157.

ABU TAKIN MOHAMMED vulgo SADREDDIN ſcripſit anno 941. contra vini uſum HERB.

§. CLIII. *Habderrahman.*

HABDERRAHMANI, Aſciutenſis Ægyptii, tractatus triplex *de proprietatibus ac virtutibus medicis animalium, plantarum ac gemmarum*, ex Arabico latine verſus ab *Abrahamo* ESCHELLENSI Maronita & Pariſiis anno 1647. 8°. editus & Leidæ 1699. cum notis I. ELIOT. Nondum ad manus meas pervenit.

An

(z) Ib. n. 1070.
(b) Ib. n. 971. *Journal des ſavans* 1699.

Digitized by Google

An Idem eſt ABDAL RAHMAN NASSER BEN ABDALLAH, cujus citatur *Idhan fassvar al nekah* ſeu *de rebus ad partum adjuvandum aut reprimendum idoneis, & de iis, quæ veneri favent* Bibl. Pariſ. n. 1091?

ABDALRAHMAN BEN MOHAMMED BEN ALI BEN ACHMED *Hanefita* ſcripſit *Aldorrat allameat fil aduiat al giameat* ſeu *de medicamentis univerſalibus* Bibl. Reg. (*c*). Multa ſuperſtitioſa habet.

§. CLIV. *Scriptores ætatis mihi ignotæ.*

Habet Bibliotheca Leidenſis codicem M.S. LEVINI WARNER de rebus medicis in Corano & traditionibus Muhammedis repertis, quem codicem multum laudat Cl. REISKE (*d*).

Anonymus philoſophicas notas in Partem I. dedit, quarum exemplum eſt in Bibliotheca Pariſina n. 1001.

BEN ABDALLAH AL ALACAZI *Ketab aladuiat* ſeu *de* remediis ſimplicibus (*e*).

ABUL HASSAN AL MOKHTAR BEN HASSAN BEN AIDUN, Medicus Bagdadenſis, ſcripſit *Takuin al ſehat* ſeu *rectæ ſanitatis inſtitutionem*, in qua ciborum & medicamentorum genera, cum ſuis proprietatibus, recenſentur. HERB.

ABUKHARAN SAHÁL BEN MOHAMMED AL SEGESTANI *Ketab alnabat* ſeu (*f*) *de planta.* Scripſit etiam de melle. HERB.

ABUBEKER AL FARSI *Ketab al dorrat al montekhabas fil aduiat al mogiarrat* ſeu *de medicamentis uſu & experimento comprobatis* dicatus Sultano AL MELIK AL MODHAFFER filio AL MELICK. Multa magica dicitur continere, & exſtat in Bibl. Reg. n. 1085.

ABUGIAFAR MOHAMMED BEN HABIB cum eodem titulo (*g*) librum edidit.

ALAEDDIN EBN AL NAPHID Kareſchita *compendium univerſæ medicinæ* dedit, in quod exſtat anonymi commentarius perpetuus (*h*). Liber 2. huc facit, quo de alimentorum natura & medicamentis ſimplicibus & compoſitis agitur.

Auctoris Africani *Ketab aſchiaib v garaib de rebus admirandis:* liber octavus de plantis eſt (*i*).

KEMALEDDIN ABUL FADHL GEISEI IBRAHIM BEN MOHAMMED TIFLESSI (*k*) (Tebilitanus) AL MOHANDES. Ejus operis codice multum uſus eſt in

(c) N. 1087.
(d) l. c.
(e) HERBELOT p. 957.
(f) HERBELOT p. 980.
(g) Ibid.
(h) *Bibl. Pariſ.* I. n. 1009. arabice.
(i) p. 873.
(k) p. 837. vid. Bibliothec. Pariſin. n. 103[illegible]

in *hierobotano* CELSIUS, laudatque, quod ad ſtirpes Orientis cognoſcendas, aptiſſimum & peramplum opus ſit. Titulus eſt *aladuiat almoſredat.*

Tacuin aladuiat almoſredat ſeu *medicamenta ſimplicia* IBRAHIM, BEN ABWAID AL MAGREBI (*l*) AL OLAI. In ſingulo folio quinque ſimplicia, eorum natura, electio, temperamentum, vis medica, ratio utendi, & doſis traduntur (*m*).

KITAB *Khavas ul eſchia* ſ. Anonymi de proprietatibus rerum, de conficiendis remediis, plantisque &c. *Bibl. Pariſ.* n. 160.

Anonymi miſcellanea de mirabilibus etiam inter vegetabilia ib. n. 145.

Ketab al thabib giavalbo ſeu *liber de iis*, *quæ medicum ignorare nefas eſt.*

AL HAKIM KOSTHUS BEN ASCURAI KANAHL de agricultura Græcorum, Græce ſcripſit Lib. II. cum titulo *Ketab al felahat al Rumiach* ſeu *de* agricultura Græcorum, quem librum cum titulo Filahat paſſim puto ab Arabibus citari. Eum vertit Arabice SERGIUS ELIÆ filius (*n*). Valde ſuſpicor, ſermonem eſſe de opere Geoponico, quod CONSTANTINO tribuitur, & paſſim cum nomine COSTA & COSTES citatur ab Arabibus. Aliam verſionem dedit COSTAS LUKA ALBALBEKI, aliam ASTHATH, aliam ABUZACHARIA BEN JAHIA BEN ADI.

De arborum utilitate eſt etiam libellus in Biblioth. Reg. & in Pariſina (*o*).

ABU MONA filius ABUNASSER cognomine KUVIN Iſraelita capita 25. ſcripſit, in quibus de medicamentis & ſimplicibus & compoſitis agitur. Ad finem catalogus eſt alphabeticus ſimplicium (*p*).

SADI ALSCHAD HOSSA MEDIN eſt *Ketab thabkh a liſſer* de ſapa ex vino coquenda (*q*).

ABU NASR ANAZARBENOI *opus perfectum & ſufficiens in arte medica*, de rebus non naturalibus, de cibo adeo & potu (*q*).

TAMIMI (TEMINI) ALMODESSI magnus medicus, auctor eſt libri *Morſched ela giauaher al agdieh*, *de cibis ſanitati utilibus & adverſis* (*r*), & de ſimplicibus medicamentis. Hunc nunc diſco ex HERBELOTO anno 370. Heg. vixiſſe.

ABU ZACHARIA JEHIA EBN MOHAMMED EBN ACHMED AL AONAM *Ketab al falahat* ſeu *Tractatus de agricultura* (*s*). In prima parte agit de telluris natura, irrigatione &c. in altera de variis ſeminibus.

EBN

(l) p. 837. & in Biblioth. Pariſ. n. 1032.
(m) Bibl. Pariſ. n. 1027.
(n) HERBELOT p. 975.
(o) p. 199.
(p) Scriptus manu ISSA BEN AL ABGER auctoris pronepote.
(q) *Bibl. Reg.* I. p. 210.
(r) Ib. I. n. 1067.
(s) n. 912.

Digitized by Google

Ebn Aonam al Cothai de agricultura Nabathæorum Herbelot. Idem forte fuerit.

Gemaleddin Abdalla Ben Abul Hazan Ali Ben Aiub *Curatio morborum, ſeu repoſitorium, quo mineralia, plantæ & animalia aſſervantur.* In T. I. agit de venenis, in T. III. de antidotis (t).

Abulhassan *Ketab al Maregiaz fi el Teb* ſeu *Compendium medicinæ*, cujus pars quarta agit de medicamentis ſimplicibus (u). An Idem cum paulo priori.

Hassen Hussen Damaſcenus, cognomine Ebn Akkad ſcripſit L. in quatuor partes diviſum, quarum ſecunda eſt de cibis & de medicamentis ſimplicibus & compoſitis B. R. I. n. 1080.

Ezzidin Ebn Achmed al Wadd hieroſolymitani tr. *de avibus & floribus* eſt in Bibl. Reg. I. n. 966. potius philologus. Herb.

Ebn Canusi alias Honain f. Amram hieroſolymitanus *de medicamentis ſimplicibus* B. Reg. I. n. 392.

Muhammed Zaman, dum Iſpahano in Indiam iter faciebat, ſcripſit *hadikai alem* hortum mundi, quo memorabilia naturæ collegit ex Græcis latinis, & franco celebri, cui nomen Tahmas' quem vix definias B. R. P. I. n. 158.

Muzaffer f. Muhammed alphabetico ordine ſcripſit *de remediis compoſitis* B. Reg. I. n. 155.

Ibn Abi Hagiala, nomen ut puto non integrum eſt viri, qui de Ægypti miraculis, & hiſtoria civili, ſed etiam ad finem botanica ſcripſit Cat. Leid. p. 361.

Salalius, nomen pariter corruptum, *de medicamentis ſimplicibus* ſecundum morbos partium B. Leid. p. 297.

R. Jacob f. Judæ de regimine quod ſeptem vitæ lineis abſolvitur *B. Pariſ.* I. n. 393.

Ebn Malchi, nomen parum plenum viri, qui *de medicamentis ſimplicibus* ſcripſit. ib. n. 427.

Muhammed Ebn Baker El Sahri in geographia etiam alimenta ſingularum gentium adtigit. ib. n. 596.

Jadiguiar Ibn Scherif f. Ibn Scherif tractatus de medicina, e veteribus & nuperis medicis collectus: quinque habet partes & de tuenda etiam valetudine, venenis eorumque antidotis, & theriacæ conficiendæ ratione agit. ib. n. 168.

Muhammed f. Ali Samarcandanus Indicem alphabeticum medicamentorum ſcripſit I. n. 1022.

Quid

(t) Ib. p. 216. n. 1084.
(u) N. 1057.

Digitized by Google

Quid ſit pretium vini, ſubtilitas vini, Comment. in Eſter Mosis f. Casin codex impreſſus Cremonæ anno 319. 8°. ego quidem ignoro. Ita lego in B. Medicea Montf.

Zeinon Abidina f. Chalil de conſervanda valetudine, l. dicatus Sultan Morad Chan. Putes eſſe Amurathem IV. In B. Leid.

Abuchasaris medicinæ ſimplices per Arn. de Villanova ex Arabico converſæ in Paulina Lipſienſ. Montf. Forte Albuchaſis.

Herbarum liber Arabice a R. Jehoschua B. Vivis El Raki ſcriptus, Hebraice verſus a R. *Joſepho* Vidal B. Ben Denast. Arabice, Hebraice & Hiſpanice editum nominat Reimannus (x).

Regimen ſanitatis R. Jehuda B. Jacob in Bibliotheca Vindobonenſi exſtat.

Abu Mezeran Ben Zoheiri De medicamentis & diæta, exſtat in Bibliotheca Medicea (y).

M.S. Arabicum de viperis & theriaca Andromachi Vindobonæ (y*). An forte Honaini, cujus exſtabat de theriaca liber, ſæpiſſime ab Arabibus citatus?

Mohammed Ben Alan al Mekki f. Meccenſis ſcripſit contra opium, Beng. & Tabacum librum *Tanbik dhui aledrak behormat al theriak v althabak.* Herb.

Abdu Amru Ischak ben Morad al Scheinbari; & Ben Aarib al Asmai ſcripſerunt de apibus & melle. Herb.

Schehabeddin Ahmet Ben Ammar ſcripſit poëma *Argiuzat al Negiaſſat* f. de cibis apud Mohammedarum inpuris Herb.

F[illegible]eddin Abu Abdallah Mohammed Ben Abdallah al Zirkeschi ſcripſit *dahr u laviſch fi ahkam al haſchiſch* f. de legibus circa Beng. Herb.

Achmed Ibn Ibrahim Ibn Abi Chalid librum de medicatis ſimplicibus ab Hippocrate omiſſis Fabric: in B. Medic.

Tanucki Beian al Faſl aſchubab Bein al halal 'u alharam ſive de potibus apud Mohammedanos licitis & illicitis. Herb.

Iscfar Ben Ali ſcripſit Edeb al Thabbib f. de virtutibus herbarum. Herb.

Khogendi ſcripſit *Borthan al attharin* f. hortum apothecariorum. Idem.

Waslat el Alhobib fi Waſſ Atthaibat v althaib, de aromatibus, confectionibus co. ſervis &c. Anonymi opus, qui ipſe omnia paraverat.

Ben

(x) Biblioth. Vindob. p. 779. Lambec. I. p. 129.
(y) Fabric. (y*) p. 143. L. VI. 508. cum iconibus.

Ben almukah ſcripſit *Kefaiat al Thibb* ſ. de medicamentis Hippocratis ordine alphabetico. Herb.

Ketab alabiar de plantis & lapidibus l. Aristoteli tributus. Herb.

Ketab el Kabir v ſcherrba v ſaktra de vino & ebrietate. Herb.

Ketab al ſoccar Indi opus de Saccharo Herb.

Abu Amru al Zacchkali *Ketab al ſcharb* de potulentis, Herb.

Ketab al akakir Indi de radicibus aromaticis. Herb.

Sinnat al enſan men dha almandan v al nabat v al haivan Curatio venenorum etiam ex plantis Herb.

Albukhair archidiaconus majus opus ſcripſit, quæſtionum quæ in Canone Avicennæ tractantur Ejus compendium eſt *Entekhab al Eſtedhab* p. 190. Herb.

Holbat al Comait de vino & ejus abuſu. Herb.

Hassan Ben al Mondir *Kheridat al aſchiaib* ſ. de mirabilibus, etiam ex plantis. Herb.

Abraham Ben Rabbi Jehudah hebraice de compoſitione medicamentorum ſcripſit Lambec. I. p. 180. Id. de quorumdam ſimplicium nomenclatura.

Librum in quo plantæ Arabiæ, Ægypti & Æthiopiæ pro Sultano depictæ, Cairi P. Alpinus vidit p. 133. b.

Gloſſarium nominum Arabicorum ex Avicenna, Vindobonæ exſtat M.S.

In Ægypto multum utuntur opere J. Ebn Angel, in quo medicamenta ſimplicia & compoſita deſcribuntur.

Kyranus in Kiranidibus de viribus medicamentorum l., Lipſiæ ab *Andrea* Rivino anno 1636. 8°. editus, collectanea ſunt ex ſpuriis hermeticis decerpta & ſuperſtitioſa (z); ſæpe citantur a Sante Ardoyno, & quæ decerpit, nullius ſunt pretii. Græcus Codex in Bibliotheca Reg. Pariſina exſtat.

Asclepii ſpurium opus, materia medica ex herbis etiam ſumta, Arabice exſtabat apud *Michaelem* Cantacuzenum (a).

Al Katrani de arte medica tractatus quatuor, quorum ſecundus de cibis agit, deque ſimplicibus medicamentis, eſt in Biblioth. Reg. (b) Pariſ.

Schiabbeddin Caliupei Catalogus alphabeticus plantarum, fructuum, ad rem medicam pertinentium, & ipſe in Biblioth. Regia eſt (c).

Hebat

(z) Reines. *var. lect.* I. p. 67.
(a) Verdier p. 62.
(b) l. n. 1005.
(c) N. 1069.

Digitized by Google

Hebat Allah Ben Makran medicus Hebræus celeberrimus & feliciſſimus Clinicus, ſcripſit l. *Akrabaddin* ſ. de antidotis (*d*), niſi alius Hebat Allah Ebn Said auctor eſt (*e*).

Agbari ſcripſit *Nehajat aladrak* de compoſitis medicamentis.

Et Adeli l. *Nehajat al adrak fi akrabadhin* Herb.

Nuwairi Magnum opus, encyclopædiæ ſimile, etiam de plantis tractatum continet (*f*).

Muhammed Ibn Abul Walfa Poëma ſcripſit, quo incomium vini continetur *Bibl. Leid.*

Anonymi *Ketab Karafadin ſ. de remediis compoſitis.* Biblioth. Reg. Pariſ. I. n. 156.

De medicamentis laxantibus, epitome medicamentorum cordialium ordine *alphabetico* Mead. Bibl. I. p. 383.

Theſaurus materiæ medicæ Bibl. Leid. p. 294.

Anonymi opus — de remediis ex herbis & animantibus Bibl. Reg. Par. I. n. 384.

De Medicina Lib. VII. in quorum quinto de cibis & cataplaſmatis, ſexto de nonnullis rebus ad conſervandam valetudinem idoneis agitur. ib. n. 387.

Tr. de Medicina, in quo liber II. agit de alimentis & medicamentis ſimplicibus, l. III. de compoſitis: ſcriptus eſt ſeculo 16. Citat inter Arabes Avicennam, Abugerich, Menihi, Rhazeum, Tebit ſ. Lorah, Honain ſ. Isaaci & Mesven Bibl. Reg. n. 545.

Alius etiam ſuperior, titulo *Behnawah Padi Schahi* de remediis ſimplicibus & compoſitis. In Oriente magni fit. Bibl. Reg. I. n. 173.

Anonymi index medicamentum. Alterius de medicamentis Bibl. Reg. I. n. 1023.

Antidoti Africanæ, de remediis in Pharmacopolis uſualibus, de ſiruporum & emplaſtrorum confectione, virtutibus & uſu Biblioth. Reg. Parſi. I. n. 1101.

Anonymus de vinis naturalibus & artificialibus *Reg. Bibl. Pariſ.* I. n. 355.

Anony-

(d) Herbelot p. 441. Apoſtatam fuiſſe Idem.
(e) Id. p. 440.
(f) Reiske ad Abulfeda tab. Syriac.

Anonymi tractatus *de arboribus*, *& fruticibus*, *& utilitate ex iis capienda* exſtat *in Bibl. Reg.* (*g*).

Alius de arboribus, fructibus, mineralibus, &c. codex in *Bibl. Vat.*

Alius alphabeticus *de herbis & plantis* in eadem Bibliotheca Vaticana.

Alterius miſcellanea *de mirabilibus* etiam ad *vegetabilia* pertinentibus eſt in Bibl. Reg. Par. (*h*).

Anonymi liber *de medicamentis ſimplicibus ad curandos morbos maxime idoneis in Bibl. Pariſ.* I. p. 211. n. 1034.

De medicamentis ſimplicibus Leid. p. 321.

Anonymi *Tadhkerat aubi al albab*, ſeu *memoriale ſapientum*, in quo inter alia de medicamentis ſimplicibus & compoſitis agitur, exſtat in Biblioth. Reg. ex Pariſ. (*k*).

Anonymi Tractatus de medicina cujus pars ſecunda agit de alimentis. Adjectus eſt catalogus alimentorum & medicamentorum *B. Reg.* I. n. 170.

Hebraicus liber *ſimplicium medicamentorum ex Arabibus* eſt *in Bibl. Medicea.*

Alius *de alimentis* Arabicus & Hebraicus, ibid.

Liber ex arabico ſermone in hebraicum verſus a R. Schemtob fil. Isaac in cujus c. 20. de herbis unguentis & pilulis agitur Bibl. Reg. I. n. 419.

Liber ſimplicium medicamentorum hebraicus ex arabibus decerptus in Bibl. Medic.

Liber de alimentis, ex quo lexicon botanicum poteſt concinnari. Arabes exſcripſit. In B. *Medic.*

Codex chartaceus Alepo advectus, quo ex Græcorum & Arabum medicis de medicamentis compoſitis agitur, hebraice Bibl. Pariſ. n. 422.

Perſica *hiſtoria naturalis* cum figg. Bibl. Bodl. Liber fructuum plantarumque cum figuris.

Codex M.S. Hebraicus ex Ibn Zohar, Ibn Sina, Raseo & aliis decerptus, eſt in Bibl. Leid.

Tum liber Perſicus *de medicamentis ſimplicibus & compoſitis*, *eorum uſu & abuſu*, *& vocum emendatione*, ex illuſtribus auctoribus ſelectus, ib.

Et *liber de medicamentis ſimplicibus* & *compoſitis*, ſerie alphabetica.

Et hortus aromatariorum.

(g) I. n. 969.
(h) I. n. 148.
(k) I. n. 1058.

Medicamentorum compoſitiones ex Perſico ſermone in Græcum a CONSTANTINO MELITINIOTA verſæ ſub finem ſeculi XIII. B. Pariſ. n. 2194.

Aliud ſimile opus ab Anonymo converſum ib. tum tertium de variis remediis curarum morborum.

Lexicon vocum ſaracenicarum, græce redditarum, inter quas plantæ, in Bibl. Ambroſ.

Lexicon medicum de plantis arboribus & mineralibus, quarum in medicina uſus eſt. In eo plures voces arabicæ & turcicæ occurrunt, Scriptus eſt in Polonia ſeculo 17. Bibl. Reg. I. n. 123. A.

Lexicon Medicum Arabico Perſicum *Bibl. Leid.*

Conſtantinopoli adlatus liber nuperus, in quo arborum & florum picturæ non contemnendæ, eſt in Bibl. Regia *Par.* (*l*).

§. CLV. *Chinenſes.*

Ad finem hiſtoriæ botanicæ Arabum liceat addidiſſe Chinenſium libros botanicos, quorum ætas partim ignoratur, partim minus ad noſtram rem facit, cum nullum huic genti cum Græcis & latinis commercium fuerit, & neutri a neutris profecerint.

Magnum opus eſt *Puen Cao Kang mo* (*m*) ſ. *Proprietates & aptitudo* herbarum, vera nempe medicinæ herbarum repræſentatio, & proprietates cujusque. In præfatione agitur de primis herbarum collectoribus FOHI, HOANGTI TSCHIN-NUNG, & aliis antiquiſſimis medicis. Inde plantæ per genera & ſpecies recenſentur, tum & plantæ & animalia iconibus repræſentantur. Plurima per volumina ſunt & ultra 32. impreſſa imperante TSCHUN TSCHI, patre KANGHI.

Hujus libri epitome eſt *Puen cao mung civen* ſ. inſtrumentum piſcatorium ad excipienda quæ ſunt in *Puen cao.* Nomina hic adparent herbarum omnium & indices rerum in magno opere contentarum, etiam de plantis. Illuſtrata eſt a medico ſeculi XVI. TSCHIN KIA MO, & impreſſa imperante KANGHI.

PUEN KAO KIVEN XE PA ex titulo putes eſſe partem libri pariter PUEN KAO dicti, cum figuris plantarum & animalium malis. Tria adſunt volumina quartum, duodecimum, & decimum tertium, in Bibl. Reg. I. p. 382.

CHUEN CU XAOXU de literis quas Sinenſes a plantis imitati ſunt. I. n. 85.

CEM PU KU KIN Y KIEN, opus medici LUNG SING, liber impreſſus imperante TSCHUN TSCHI, ſunt experimenta auctoris & arcana Bibl. Reg. I. n. 34.

Porro

(l) I. p. 293. n. 129.
(m) Bibl. Reg. I. n. 19. & procul dubio etiam 27. & 44.

Digitized by Google

Porro Fuen Pu Puen (*n*) Cao eſt *tractatus particularis de plantarum proprietate*. Plantæ omnes per ſpecies & claſſes dividuntur, ut faciles ſint repertu. Auctor Ku Hung Pe, idem & Hoi Cong, ſeculi XVI. ſcriptor. Opus editum eſt imperante Tshung ti.

Vai Kokuo Tschu Yao doſes ſunt herbarum & mineralium, ut ad quemque morbum ſua remedia ſubjiciantur (*o*).

Num-Chim Civen Xu ſ. agriculturæ perficiendæ liber; ad vitam ruſticam & bombycum cultum. Figuras plurimas auctor addidit, & florum & arborum plurima nomina recenſuit. Volumina ſunt XII. Auctor Paulus Chriſtianus. Bibl. Reg. I. n. 37.

Puen Cao Xum Yve Catalogus librorum qui de re herbaria ſcripſerunt, ad 46. Tum herbarum numeroſa nomina & proprietates. ib. I. n. 62.

Liber imperfectus ib. n. 61. in quo plantæ etiam enumerantur.

Pen San Kan Mao compendium medicinæ Chinenſis, a medico Li Tchi Sin ſcriptum, citatum etiam a Cl. Malouin (*hym. Med.* T. I. p. 8.) Continet etiam botanica.

In *Lettres edifiantes* (*p*) excerpta habentur, ex herbario Chinenſi de viribus plantarum. Intercedunt pluſcula vana & ſuperſtitioſa. Subtiles cæterum ſunt in eruenda rerum utilitate Chinenſes, & multa in bonos uſus convertunt, quæ tamquam inutilia, nos omittimus. Ita Chenopodium bliti folio in cibis adhibent, pappis ſalicum utuntur &c.

In *Bibliotheca* I. G. Gmelin exſtabat *hiſtoria naturalis Imperii Sinenſis* 6. Vol. fol. M.S.

De meo libro vide p. 5.

(n) T. I. n. 18.
(o) Ib.
(p) n. 25.

LIB.

Digitized by Google

LIB. III.

ARABISTÆ.

§. CLVI.

Cum Imperii Romani occaſu & ipſæ artes in occidente paulatim corruerunt, tum quæ liberales dicuntur, tum quæ vulgo magis propriæ ſunt. Medicinæ vix ulla memoria manſit, ut Judæis medicis, Arabicorum librorum non imperitis, ipſi Cæſares uſi ſint, & Toletum ad Arabes proficiſci oporteret, ſi quis mathemata, aut artem medicam diſcere vellet, quæ fere ejus ſeculi Magia erat. Rari inde paſſim extiterunt ſcriptores, qui ex Arabibus, malisve veterum Græcorum verſionibus, aliquid compilare poſſent. Id etiam hiſtoriæ naturali, & perinde herbariæ, valde nocuit, quod quidquid artis eſſet reliquum, id apud monachos ejus ævi conſervatum fuerit. Ii homines ex ipſis ſuæ vitæ cœnobiticæ legibus, ab itineribus & a libertate ipſius in agris & ſylvis conſulendæ naturæ interclusi, ſolis in libris naturam diſcebant. Arabes fere citabant & GALENUM, neque enim reliqui medici antiqui eo ævo latine verſi extabant.

§. CLVII. *Carolus Magnus.*

CAROLI M. *Capitulare de Villis ſuis* ab HERMANNO CONRING editum Helmſtadii anno 1647. 4°. hactenus huc pertinet, quod ſub finem cenſus extet florum, & arborum, & olerum, quæ omnia IMPERATOR in ſuis villis coli vellet. Mireris recenſeri Coloquintidas, quas putem eſſe cucurbitas; Ravænulos hic primum legas. Nomina addita ſunt aliqua pomorum, Germanicæ fere originis.

§. CLVIII. *Walafridus Strabus.*

WALAFRIDUS STRABUS, S. Gallenſis Monachus, Abbas inſulæ Augienſis majoris, ſeculi IX. auctor, poſt CAROLUM M. anno fere 842. ſcripſit *hortulum*, breve poematium, non certe, ut illa ætate, inelegans, etſi metri gratia nonnunquam vocabula aliqua mutat. Pauculas Plantas deſcribit. Prodiit Noribergæ anno 1512. 4°. RIVIN. Baſileæ 1527. 8°. cum MACRO GUNZ. Friburgi Briſgovici anno 1530. 8°. *. Pariſiis anno 1533. 1571. 12°. cum cœna FIERÆ

Fieræ, Seguier, & Francofurti anno 1564. 8°. Ingolſtatt. anno 1604. 4°. Bodl. Baſileæ anno 1627. 8°. Seguier.

§. CXLIX. *Aemilius Macer.*

Nuperior eſt ille barbarus Aemilius Macer *de herbarum virtutibus*, cum Strabum refutet. Odoni tribuit Georgius Merula & Gesnerus. Longius eſt poema; multo magis barbarum, in quo (*p*) multo plures herbæ deſcribuntur. Auctorem Gallum fuiſſe putes, nam Iſatidem *Gaiſolam* vertit (Guaſole), ſolanum Maurellam (Morelle). Palladium citat, & Apollodorum, & ignotum mihi Menascum, & Scholam Salernitanam. Prodiit omnium primo Neapoli 1477. 4°. cum virtutibus herbarum 88. inde Mediolani 1482. Gunz. Porro cum figuris ligneis absque anno 8°. & alias 4°. * literis Gothicis. Iterum Venetiis 1506. 4°. 1508. 4°. Cadomi 1509. Guil. Gheroaldo interprete. Notas non maximi momenti editioni Friburgenſi anni 1530. 8°. (& Baſileenſi 1627. 8°. Gunz.) *Johannes* Atrocianus addidit. Porro Pariſiis recuſus eſt anno 1522. 8°. Denuo Interprete *Simone* de Lovitz cum figuris herbarum Cracoviæ anno 1532. 8°. Libri V. *Materiæ Medicæ* per J. Cornarum emendati Francofurti anno 1540. 8°. Gunz. cum alio anonymo Poëta, ipſo citante auctore, quæ editio multo eſt plenior. Iterum cum G. Pictorii obſcuriorum locorum expoſitione Baſileæ anno 1559. 8°. Lind. & 1581. 8°. Seguier.

Alium Macrum Henricus Ranzov Vir. Ill. edidit anno 1590. 8°. Hamburgi anno 1590. 8°. & Lipſiæ etiam 1590. * cujus L. I. aliquot capita de animalibus habet. Liber II. ex Sereno Sammonico exſcriptus eſt.

Anglice verſus eſt a Joh. Lelamar, inde a T. Linacro London 12°. Gallice verſa, ſed tantum ſeptem capita, a *Ludovico* Trembley, cum titulo prodierunt: *Les fleurs du Livre des vertus des herbes par Macer Floride avec les Commentaires de Mr. Guill. Gueroult.* Rouen anno 1588. 8°. Falcon.

Codex M.S. exſtat in *Bibl. Reg. Londin.* alii in *Lipſienſi*, in *Bibl. dominicana* S. Mariæ Florentiæ, in *Cantabrigienſi*, in Bodleyana, in Vossiana Leidenſi, & in *Bibl. Reg. Pariſ.* IV. n. 5009. (*q*) 7924. 8197. & 8454. Hos etiam puto eſſe L. II. metricos de viribus herbarum Bibliothecæ Pontinianæ Montfauc. Hic idem fuerit Odo de uſu herbarum cum notis *B. Mediol. Ambroſiana* Montf. & Mediceæ, ubi & alius codex eſt cum Macri titulo.

Scripſit de Æmilio Macro proprium libellum Frid. Boerner Lipſ. 1754. 4°. *

§. CLX.

(p) De Liguſtico p. 49.
(q) Huic adjectus eſt libellus de modo quo herbas colligere oportet & conſervare.

Digitized by Google

§. CLX. *Conſtantinus.*

CONSTANTINUS AFRICANUS, Carthaginenſis, Chriſtianus, diu in Oriente vixit, primus Arabum opera in Europam retulit, & in monaſterio Caſſinenſi obiit, verſus finem ſeculi undecimi. Præter opus *de omnibus medico cognitu neceſſariis* Baſil. anno 1539. fol. editum TREW. quod idem eſt cum HALY ABBASSIDÆ opere, alios etiam libros practici fere argumenti reliquit, numero novemdecim, Baſileæ editos anno 1536. fol. * Eorum ultimus eſt de gradibus ſimplicium. Brevis eſt materia medica, in qua medicamenta ſimplicia juxta primum, ſecundum, tertium & quartum gradum diſpoſita ſunt. Citat COSTAM LUCÆ filium, qui de Myrobalanis ſcripſerit, ALEXANDRUM & STEPHANUM de pyrethro, & paucos alios. Vires medicatas cum qualitatibus continet.

Ejus *gloſſæ herbarum & ſpecierum* prodierunt inter opera & Baſileæ 1560. 8°.

Ejus *de regimine ſanitatis* codex M.S. exſtat in *Bibliotheca Regia Pariſina* n. 6957.

Ejus antidotarium ex latino in Græcum translatum eſt in *B. Vindob.* LAMBEC. VI. p. 131.

ISAACI librum *de diæta* CONSTANTINUS ex Hebraico latine vertit.

§. CLXI. *Varii.*

HENRICUS de HUNTINGTON archidiaconus imperante STEPHANO & HENRICO II. ſcripſit *de herbis & animalibus* L. VIII. TANNER B. Brit. p. 395.

ODO ſeu OTHO CREMONENSIS *de electione medicamentorum ſimplicium* ſcripſit verſus leoninos 115, Francofurti anno 1533. & 1551. 8°. excuſos.

§. CLXII. *Schola Salernitana.*

SCHOLA SALERNITANA (*s*) ſeculo undecimo (*t*) inclaruerat, nunc fere deſerta. Ejus præcepta *de victus ratione* eodem ſeculo fere inclinato primum ſcripta ſunt, verſiculis, quales ea ætas ferebat, frequentiſſime tamen recuſis. Libellum in ordinem redegit JOHANNES MEDIOLANENSIS (*u*), ſubſcripſit tota ſchola. Nihil vulgare magis aut humile eo opuſculo.

Codices M.S. paſſim exſtant, ut in Bibliotheca Pariſina n. 6931. 6891. 6941. alii in *Bibl. Reg. Londin.* p. 201. 208. in UFFENBACHIANA &c.

Antiqua

(s) De ea ſchola vide GIANNONI L. X. Multa debuiſſe CONSTANTINO AFRICANO.
(t) Circa annum 1099 teſte BARTHOLOMÆO CORTE.
(u) GIANNONE L. X. p. 198.

Digitized by Google

Antiqua eſt editio *Regimen ſanitatis Salerni ordinatum* ab ARNOLDO A VILLANOVA, Monſpelii 1490. 4°. B. Bern. alia Lion anno 1482. 4°. MEAD.

Alia Piſæ 1484. 4°. Argentorat. 1491. 4°. BOECLER. Cum verſione Germanica Brunsvig. 1509.

Porro prodiit Lugduni 1516. 4°. MAITT. Paris 1493. 4°.

Francofurti cum I. KATSCHEI placitis de regimine ſanitatis ex HIPP. & GALENO depromtis 1549. 12°. RIV.

Editiones etiam aliquot coram habeo *Conſervandæ ſanitatis præcepta ſaluberrima cum* ARNALDI VILLANOVANI *exegeſi*, *per* JOHANNEM CURIONEM *locupletata, ut novum opus videri poſſit* Francof. anno 1538. & 1545. 12°. RIV. 1553. 8°. RIV. 1555. 12°. MAITT. per J. CURIONEM & J. CRELLIUM, & iterum Francof. anno 1559. 8°. cum ANASTASII de ratione victus epigrammatibus tum ib. 1573. 8°. HUTH. Francof. 1582. 8°. Genev. 1591. 8°. Colon. 1594. 16°. 1595. 8°. * & absque loco 1599. 12°. Monspel. 1622. 12°. RIV. Herbipoli 1623. form. pat. Genev. 1638. 12°. ad J. CURIONIS editionem. In editione 1559. 8°. & 1573. 8°. Verſio Germanica verſiculis barbaris conſtat. Adjectæ ſunt icunculæ, cum JOACHIMI CAMERARII verſiculis diæteticis, ſecundum menſium ordinem, & OTHONIS CREMONENSIS declaratione ſimplicium poetica, & POLYBI de victus ratione opere. ARNALDI de VILLANOVA Commentarius non peſſimus eſt, ex Arabibus & Græcis compilatus. Plantarum in alimentum cedentium adjectæ ſunt collatitiæ facultates. Recuſa eſt hæc editio anno 1611. 8°. cum CURIONIS, CRELLII, COSTANSONIS, & *Renati* MOREAU obſervationibus, & alia laude digna prodiit Pariſiis anno 1625. 8°. & 1672. 8°. ſpiſſum volumen, verſuum tamen pauciorum.

Similem editioni CURIONIS editionem dedit *Zacharias* SYLVIUS, & præfationem adjecit, tum varia opuſcula DIOCLIS CARYSTII, J. KATSCHII nonnulla de regimine ſanitatis, & *Petri* SCRIVERII ſaturnalia, in quibus quædam potiſſimum de Nicotiana epigrammata. Prodiit Hagæ Comit. anno 1649. 12°. & 1683. 12°. * & nuper Argentorati 1713. 8°. & Auguſtæ Vindelicor. 1753. 8°. HUTH. Lovanii edidit R. BRUYTSMA 1641. 8°. HOTT.

Italice SCHOLA SALERNIT. prodiit caſtigata a J. FRANCISCO LOMBARD Venet. 1566. 4°. tum Parmæ 1712. 8°. & illuſtrata a FULVIO GHERLI Venetiis anno 1733. 8°. FALC.

Gallice primum excuſa eſt cum Commentariis ARNALDI, remedio adverſus peſtem, tractatu de urina, & remedio adverſus luem veneream Paris anno 1501. 4°. ASTRUC. & 1561. 8°. B. Exot. & 4°. ib. cum notis ARNALDI. Inde iterum verſiculis reddita eſt Paris anno 1637. 8°. BUR.

Porro Pariſiis prodiit 1651. & Rothomagi anno 1660. 8°. ridiculis verſiculis expreſſa, qui *Guidoni* PATINO tribuuntur: deinde ſerio magis a *Jacobo*

cobo du FOUR *de la* CRESPELIERE Paris anno 1669. non plene; iterum anno 1671. *commentaire en vers ſur l'Ecòle de Salerne* ejusdem auctoris, quæ pleniſſima eſt editio. Denique ſerio nuper a B. L. M. verſibus redditur Paris anno 1749.

Germanice anno 1474. fol. prodiit, & cum latinis verſiculis Lipſ. 1508. 4°. Brunſchwyg 1509. Coloniæ 1595. 8°. & nuper latine cum verſibus germanicis Hamb. 1642. 4°. denique Fr. & Lipſ. 1750. 8°. HUTH.

Hoc etiam puto eſſe *Regimen ſanitatis*, *oder Ordnung der Geſundheit*, editum Auguſtæ Vindel. 1481. fol. 1495. 4°.

Anglice, vertente THOMA PAYNELL Londin. 1530. 1541. 4°. TANNER p. 583. Vertente R. H. Lond. 1667. 8°. BODL.

Bohemice & latine Poſon 1721. 12°.

§. CLXIII. *Hildegardis.*

Abbatiſſa Bingenſis, circa annum 1180. ſcripſit *de ſimplicibus medicamentis*, L. I. *de compoſitis* L. I. & *phyſica* edita Argentorati anno 1533. fol. 1544. fol. TREW. anno vero 1536. fol. cum titulo *Horti ſanitatis* ut libro non viſo ex BOERNERO repeto. Ejus ſacræ Virginis nomen ſemibarbarum aliquem ſcriptorum uſurpaſſe WELSCHIUS (x).

Georgius KRAUT proprium librum in hoc HILDEGARDIS opus edidit Argentinæ excuſum anno 1544. fol. Codex HILDEGARDIS M. S. exſtat in *Biblioth. Pariſ.* n. 6952.

§. CLXIV. *Varii.*

ROB. de BELLO FOCO Carmen in laudes cereviſiæ ſcripſit anno 1190. TANNER.

Rogerius BACON M. S. codices reliquit de *graduatione medicinarum: de gradibus & antidotarium*: qui in *Colleg. Pembrokiano Cantabrigiæ* ſervantur.

Hujus ſeculi codices botanici argumenti ſunt de natura pecudum, arborum & lapidum *Bibl. Reg. Lond.* p. 212. 204.

De naturis herbarum p. 149.

Anonymi miſcellanea de mirabilibus vegetabilibus animalibus aliis ad arcana naturæ & artis ſpectantibus. B. Reg. Pariſ. I. n. 143.

Valde laudat GABRIEL NAUDE ÆGIDIUM Corbulienſem, cujus 6000. verſus de compoſitione medicamentorum, non peſſimi, exſtant in M.S. Archiater fuit PHILIPPI AUGUSTI.

HENRICI

(x) Hecatoſt. I. obſ. 63.

Digitized by Google

HERNICUS ARVIELL, qui varia itinera ſuſceperat, & Bononiæ circa annum 1280. vixit, codices reliquit *de botanica* L. ſive *ſtirpium variam hiſtoriam* TANNER.

J. BRAY *Synonyma de nominibus herbarum,* quorum prima ſunt Alleluja, Panis Cuculi. In Bibl. SLOANEA TANNER p. 122.

Huc codex qui dicitur 400. annorum eſſe, & de fructibus, oleribus, carnibus, piſcibus, volatilibus, valetudinis ſervandæ cauſa agere, qui in B. Cathedr. Metenſi ſervatur MONTFAUC.

Et codex antidotarii B. R. Pariſ. IV. n. 7010.

Anonymi antidotarium alphabeticum ſeculi XIII. ib. n. 7009. & fragmentum n. 7031.

Et tr. de herbarum uſu & virtutibus n. 7035.

In Bibl. Reg. Londinenſi de natura pendarum arborum & lapidem ejusdem ſeculi codex eſt p. 12.

De arboribus, aromaticis plantis, de herbis &c. *Bibl. Reg. Lond.* p. 209.

Liber de natura ciborum forte ALBERTI M. in B. *Magdalen.*

Hoc ſeculo XIII. itinera in Orientem aliqua a Chriſtianis ſunt ſuſcepta. Huc ergo Iter *Johannis du* PLAN CARPIN ad aulam M. Khani, anno 1246. aditum.

Iter *Petri* ASCELIN in Tartariam anni 1247.

Iter *Marci* PAULI VENETI anno 1252. per magnam partem Aſiæ & Africæ.

Iter *Vincentii* de RUBRUQUIS ad M. Khanum anni 1253.

Hæc itinera omnia ſterilia ſunt, & hiſtoriam naturalem raro, botanicam vix unquam adtingunt, niſi quod paſſim naturæ dona in quaque regions breviter nominentur. Collecta per *Petrum* BERGERON prodierunt Paris 1634. 8°. Haag. anno 1735. 4°.

§. CLXV. *Gilbertus.*

GILBERTUS ANGLICUS circa hæc tempora vixit, & Arabes, ut alii coævi, excerpſit; laudatur tamen apud FREINDIUM, quod ſtirpium virtutes recte explicaverit. Ejus eſt, quod non legi, *compendium medicinæ* Lugduno anno 1510. 4°. editum, de quo alias. Ad venena ſæpe a SANTE ARDOYNO citatur. Plantas alexipharmacas recenſet, & conſilia dat non mala adverſus Hellebori vim venenatam, & ad Hyoſcyami noxas.

Ejusdem GILBERTI eſt Codex *de viribus & medicinis herbarum, arborum & ſpecierum,* quem dicit TANNER Bibl. Brit. p. 474.

Digitized by Google

§. CLXVI. *Gentilis. Guilielmus de Sal. Alii.*

Gentilis de FULGINEO *tractatus de proportione medicinarum componendarum, & de modo inveſtigandi complexiones earum, & adſerendam convenientem doſin cujusque medicinæ ſolutivæ anno* 1486. fol. prodiit, parvus libellus C. GESNER. In *collectione Veneta* de formulis redit Lugduni 1584. 8°. & cum MESVE Venet. 1527. 1538. 1561. fol. 1602. fol. &c.

In tertiam Fen libri III. CANONIS expoſitio exſtat in Bibl. Reg. Pariſ. n. 6934.

Methodus doſandi ſecundum G. de FULGINO exſtat in Bibl. D. PETRI. *Cantabrigienſi.*

In libello de febribus agit p. 48. de myrobalanis p. 49. de meliloto. Acceſſit l. de venenis.

In Canonem Avicennæ commentatus eſt Papiæ 1514. BODL.

Guilielmus de SALICETO magiſter fuit LANFRANCI, ſeculi adeo XIII. fere medii ſcriptor. Chirurgia cum aliis ejusdem argumenti libris pariter *antidotarium* continet, & in L. V. enumerationem medicamentorum ſimplicium alphabeticam, cum facultatum enarratione, quæ Venetiis prodiit anno 1546. fol. & alias. Ejus codex exſtat de *ſimplicibus*.

Hujus temporis fuit J. STEPHANUS, aut antiquioris, cujus *canon de medicamentis purgantibus* anno 1305. deſcriptus, exſtat in Bibliotheca Regia Pariſ. n. 6964.

Tum *quid pro quo*, ſeu *Collectio rerum, quæ certa quadam cognitione conjunctæ, non absque periculo aliæ pro aliis adhiberi poſſunt* ibid. n. 6964. 6991. 6988. Sæpe excuſus eſt libellus, quem video PLATEARIO tribui, fere cum MESVES operibus, Venet. 1495. 1497. 1512. fol. 1538. fol. 1561. fol. 1581. fol. 1589. fol. 1602. fol. &c. Lion 1517. 4°. Ejus codex M.S. eſt in *Bibl. Reg. Pariſ.* IV. n. 7058. A.

§. CLXVII. *Matthæus Sylvaticus.*

Matthæus SYLVATICUS, Mantuanus, non XIV. ſeculo vixit, ſed XIII. quem PETRUS APONENSIS citaverit (*y*), & ante *Simonem* GENUENSEM. Scripſit opus *Pandectarum medicinæ*, quo vocabula innumera explicat. Barbari auctoris opus chaoticum novo explicatore eget; etymos dedit idem ad ISIDORI morem. Prodiit Bononiæ anno 1474. fol. Venetiis anno 1475. fol. cur. MATTHIÆ MORETI Brixiani 1477. fol. 1478. fol. 1480. fol. GESNER, 1488. fol. MAITT, 1492. fol. 1498. fol. MAITT, & cum additamentis MARTINI de SOSPITELLO Turin 1526. fol. BOEHM. Lugduni anno 1478. fol. 1524. fol. 1541. fol. TREW.

Liber

(y) In editione anni 1492. annus nominatur 1317.

Digitized by Google

Liber cibalis & medicinalis Pandectarum prodiit Neapoli 1477. fol. OSMOND. MAITT. Aliqua adjecit S. JANUENSIS. Codex M.S. eſt in Bibl. Reg. Pariſ. n. 6960. & in B. D. MARCI.

§. CLXVIII. *Simon Januenſis.*

Simeonis de CORO, vulgo JANUENSIS, Capellani NICOLAI IV. *opuſculum ſeu clavis ſanationis*, eſt Dictionarium botanicum ex Græcis & Arabibus compilatum, fuſum, non unice tamen ex aliis ſumtum ſcriptoribus. Nam teſtatur, *ſe informationes ex toto mundo* per viros doctos cepiſſe, & aniculas Cretenſes herbas decerpentes per montes & arva comitatum eſſe, ut nomina Græca diſceret. Non diſplicuit LEONICENO.

Prodiit Patavii anno 1474. fol. SEGUIER. Venetiis anno 1486. fol. 1507. fol. 1510. fol. SEGUIER. TREW. 1513. 1514. fol. *

Codices M.S. paſſim exſtant; ut ſynonyma cum appendice MANFREDI de MONTE IMPERIALI in Bibl. Reg. Pariſ. n. 6823. 6958. tum in *Medicea* absque commentario.

Notas dedit ad M. SYLVATICUM.

Clavis ſanationis ſeu Gloſſarii medicinæ codex adeſt n. 6959.

ALSAHARAVI l. de præparatione medicinarum interpretatus eſt p. 201.

Denique ope ABRAHAMI JUDÆI. EJUS interpretatio in l. SERAPIONIS de medicamentis ſimplicibus, & in ABUL CASEM de Proportione Medicinarum prodiit Venet. 1558. & codices ejus ſunt in B. R. P. n. 6896. 6997. 6898. 6899.

§. CLXIX. *Platearius.*

Johannes PLATEARIUS de S. PAULO, Salernitanus medicus, ante P. *de* CRESCENTIIS vixit, ſeculo adeo XIII. ineunte. EJUS exſtat liber de medicina ſimplici dictus *circa inſtans*, cujus Codices ſunt in Biblioth. Regia Pariſ. n. 6954. 6976. in *Cantabrigienſi* D. PETRI, & in *Coll.* CAJI & GON. & in B. BEROL. MOEHSEN *Epiſt.* II. p. 58. Editus eſt l. cum SERAPIONE anno 1497. fol. Bibl. Bern. 1499. fol. & 1530. folio, cum *Nicolao* PRÆPOSITO, & Lyon anno 1512. fol. & Pariſiis anno 1582. 4°. MERCLIN. Cum MESVE anno 1502. fol. & 1508. fol. GUNZ, & Venetiis anno 1525. fol. SEGUIER. Lyon 1525. 4°. B. Bern. Eſt catalogus medicamentorum ſimplicium ſatis nudus, non tamen absque propriis ſententiis. An aliud eſt opus tractatus *de medicamentorum ſimplicium virtutibus* ſecundum I. de S. PAULO alias ſecundum PLATEARIUM, qui eſt in Bibl. Reg. Pariſ. n. 6988.

Deinde *expoſitio* (*a*) *in Antidotarium Nicolai Præpoſiti*, edita Venetiis anno 1490. fol. 1495. fol. 1497. fol. B. B. cum MESVE & 1502. fol. 1508. fol. 1513.

(a) MOEHSEN *Epiſt.* II. p. 61. ſqq.

Digitized by Google

1513. 8°. 1527. fol. & 1561. fol. 1602. fol. Id opus omnino ad rem herbariam pertinet, nam ſimplicium medicamentorum, ex quibus antidoti componuntur, facultates exponit; alterius autem AUCTORIS, & forte Germani, opus eſt, in quo PLATEARIUS paſſim citatur. MATTHÆUM vocat ÆGIDIUS & FABRICIUS (*b*), nam opera ſunt eadem.

§. CLXX. *Albertus.*

ALBERTUS de Dominici religione, vulgo Magnus, omnes hiſtoriæ naturalis partes hoc ipſo ſeculo adtigit, compilator ſuperſtitioſus, ut patientiam lectoris fatiget. Ejus Liber *Aggregationis* ſeu *Liber ſecretorum*, *de ſecretis mulierum*, *de virtutibus herbarum*, *lapidum & animalium quorundam* iterato prodiit. Habeo coram editionem perantiquam ſeculi XV. Gothico charactere impreſſam, an forte Argentinenſem anni 1497. citatam in BIBL. UFFENBACH. & aliam Pariſiis apud J. PETIT ineunte ſeculo XVI. excuſam 4°. Lipſiæ etiam prodiit 1505. 4°. Venetiis 1508. 4°. & Lugduni anno 1596. 24°. Amſtelodami anno 1643. 8°. 1669. 12°. 1702. 12°. 1740. 12°. In editione Neapolitana 1493. 4°. & alia 1539. 8°. titulus eſt *liber adgregationis ſecretorum de virtutibus herbarum lapidum & animalium.* BODL.

Germanice edente Q. APOLLINARI prodiit Argent. anno 1549. 4°. cum variis aliis, etiam cum iconibus, tum 1554. 4°. 1564. 1581. 8°. 1585. 8°. Nurnberg 1731. 1742. 12°. 1755. 8°. Baſ. 1581. 8°.

Anglice *the virtues of herbs ſtones and beaſts* Londini anno 1632. 8°. 1650. 8°. OSB.

Italice Turin 1508. 4°. Venez. anno 1537. 8°. 1543. 8°. FALC. Bonon. 1671. 8°.

Gallice etiam Gand 1551. Lyon 1745. 12°. 1758. 12°. 2. Vol. & nuper Liber I. eſt plantarum perpaucarum fere 18. poſt quas aliæ aliquæ ſubjunguntur.

Porro majus ſcripſit opus, *de vegetabilibus & plantis* Lib. VII. qui exſtant in T. V. collectionis operum, & *de agricultura* L. I. Codex exſtat in Bibl. Reg. Pariſ. n. 6516. & in AMBROSIANA. in Bibl. D. PETRI Cantabr. & in MERTONIENSI Oxon. Obiit exeunte ſeculo XIII.

Neque oportet diſſimulare, nuperos ſcriptores HERCULI de SAXONIA, ALBERTI diſcipulo, hoc de ſecretis mulierum opus tribuere, cujus etiam nomen in editione Francofurtenſi 1615. 12°. præfertur, & in Auguſtana 1498. GESN.

In tanta credulitate vir barbarus tamen ſuos laudatores invenit. G. NAUDEUM, I. VOSSIUM, QUENSTEDIUM.

Denique *das Buch der Natur* ex ALBERTO magno ſumtum eſſe, ſuo loco dicemus.

JACOBI

(b) *Bibl. Latin. inf. æt.* L. 12. p. 156.

Jacobi a Marlant *hiſtoria naturalis rhythmis belgicis* ſcripta potiſſimum ex Alberto M. exſcripta eſt cum titulo *Der Naturen Blome* Ultrajecti 1345. Exſtabat in *Bibl. Uffenbach.* III. p. 98.

I. Burgundi Senatoris Piſani, L. *de vindemia* ſæpe citatur a Vincentio Bellov. Codex exſtat in Bibl. Reg. Pariſ. n. 7131.

Ejus *regimen ſanitatis* ex Galeno exſtat in B. D. Marci.

§. CLXXI. *Petrus de Apono.*

Petrus de Apono vel Abano ejusdem fere ſeculi fuit, & ſaporis, Philoſophus & medicus, ſuperſtitioſus homo, qui ſuo teſtimonio vim carminis adverſus viperæ morſum conatus ſit confirmare, præterea Aſtrologus. Ejus exiguus libellus *de venenis* huc facit, ſæpe recuſus, Papiæ 1450. cum Conciliatore Mantuæ anno 1472. Seg. 1473. fol. alii, Mediolani 1475. 4°. Riv. Venetiis anno 1473. 4°. 1476. fol. Seguier. anno 1485. fol. 1487. 4°. Riv. 1550. 8°. Lipſiæ anno 1488. 4°. ibid. 1497. 4°. Henn. 1498. fol. 1500. 4°. 1550. 8°. Argentor. 1566. 8°. cum Schillero & alias ex edit. G. Grataroli. Francofurti 1679. fol. cum Sereno, Venet. 1537. 8°. & cum Schillero de peſtilentia Baſil. 1531. 8°. Romæ anno 1490. 4°. Riv. Marburgi anno 1537. 8°. ex editione Dryandri, & Venetiis anno 1548. fol. & anno 1565. fol. Seguier. 1595. fol. Cless. Codex M.S. exſtat in Bibl. Reg. Pariſ. n. 6839. tum 6910. A. (c), & in B. M. de S Trinitate Vindociſmenſi Montf. & in Ambrosiana, inque Vaticana Petavii bini. Gallice prodiit vertente Lazaro Boet Lyon 1593. 16°. Aureum libellum vocat editor, ſed mera eſt compilatio. Nuperior eſt Matthæo Sylvatico, cujus Pandectas citat. Adjecti ſunt verſiculi de venenis aliqui. Multa venena habet vulgo neglecta, ut Oleandri ſiliquas, Ficum Pharaonis, cujus in Sardinia noxas cominus vidit, Bedeguar; avellanas. Cuique ſuam dat antidotum, Qui Realgar adſumſerat, ſanatus fuit butyro & lactis ſero. Nimis laudat lapidem Bezoar.

In *conciliatore controverſiarum*, qui Venetiis 1471. fol. Maitt. & 1473. 4°. anno 1483. fol. Maitt. 1491. 1496. 1506. 1520. Clem. 1522. fol. Falc. & 1545. 1548.* fol. 1555. fol. Clem. 1565. fol. & Papiæ 1490. fol. 3. Vol. Maitt. 1595. fol. Mantuæ 1472. fol. Mead. Paris 1494. fol. Clem. & paſſim cum S. Campegii *cribrationibus* prodiit; paucula quædam ſunt herbarii argumenta, de Centaurio utroque, de Saccharo, de Cicuta, de ptiſana male parata a Pariſienſibus, & fuſe quidem de vino. Codices exſtant in *Biblioth. Reg. Pariſ.* n. 6961. 6962.

Compendium in M.S. Bibl. Reg. P. n. 7008. 4°.

Denique ad Mesves canones de medicamentis purgantibus additiones edidit Venet. anno 1497. fol. cum omnibus fere editionibus Mesves recuſas Venet.

(c) De venen.

Digitized by Google

Venet. 1484. fol. 1490. fol. 1495. fol. 1497. fol. Bibl. BERN. 1502. fol. 1508. fol. 1513. 8°. 1527. fol. 1538. fol. 1561. fol. 1581. fol. 1589. fol. 1602. fol. Lugd. 1531. 12°. SEG. *Supplementa* dicuntur in 2. libr. ſecretorum MESVES in Biblioth. Pariſ. M.S. n. 6943.

IDEM DIOSCORIDEM in capita 712. reformatum edidit, neque enim alius eſt PETRUS PADUANENSIS.

§. CLXXII. *Vincentius. Bertruccius.*

VINCENTIUS BELLOVACENSIS quatuor ſcripſit ſpecula.

Naturalis volumina ſunt duo, *Doctrinalis* unum: *moralis* tria: *hiſtorialis* quatuor. Conjuncta prodierunt Argentorati 1473. fol. Nurenberg. 1483. fol. Lyon 1591. fol.*. In naturali ſpeculo L. VI. agricultura traditur, ager & hortus. In Libris XVI. ad XX. lexicon botanicum reperitur. In Libro XXXII. mirabilia regionum.

In ſpeculo *doctrinali* liber VI. eſt Oeconomicus, & in eo agitur de herbis, plantis hortenſibus, arboribus viribus, ut domus ſit ruſtica.

In *ſpeculo hiſtorico* occaſione creationis nonnullas herbas & arbores recenſet.

Ita in editione 1591. Barbarus auctor, collectanea ſua effundit, multum ISIDORO uſus & PLATEARIO.

BERTRUCCIUS floruit circa anno 1312. ORL. Ejus collectorium medicinæ prodiit Lyon 1509. 1518. 4°. ORL. GUNZ. Colon. 1537. ORLAND. Liber III. eſt de ſanitatis regimine liber 7. de venenis.

§. CLXXIII. J. a S. *Amando.*

Johannes a S. AMANDO Eccleſiæ Tornacenſis Canonicus, incerti ævi auctor, dedit adnotationes in NICOLAI Antidotarium. Cum MESVES variis editionibus prodierunt Venetiis anno 1495. fol. 1497. fol. 1502. fol. 1508. fol. 1527. fol. 1538. fol. 1561. fol. 1602. fol. (*d*). Arabibus uſus vires ſimplicium medicamentorum addit & cauſas componendi. Aliqua habet de phlebotome & de ſanguiſugis.

Ejus

(d) M S. etiam codices extant Pariſiis in Biblioth. Reg. Pariſina n. 6888. & *areola ſeu tractatus de virtutibus & operationibus medicinarum ſimplicium & compoſitarum* n. 7063.

Digitized by Google

Ejus *de uſu idoneorum auxiliorum* libellus editus eſt Moguntiæ anno 1534. 8°. Gesner.

Codex membranaceus l. *de conſervatione ſanitatis & tardatione ſenectutis*: & alius *de medicinis compoſitis* in *Bibliotheca Uffenbachiana* 119. p. 96.

Gloſſarum in Nicolaum codex Bibl. Reg. I. 6888. Areola ſ. tractatus de virtutibus & operationibus medicinarum ſimplicium, & compoſitarum ib. n. 7063. & 6976., qui liber non videtur a Gloſſis differre. Exſtant etiam in B. D. Petri Cantabrigienſi.

§. CLXXIV. *Petrus Hiſpanus.*

Petri Hispani Archiatri Pontificii, inde ſummi Pontificis, *Theſaurus pauperum*, *ſeu de medendis corporis humani morbis per Euporiſta*, Antverpiæ 1497. fol. Maitt, & Coloniæ 1503. fol. prodiit, & Lugduni anno 1525. 4°. B. Bern. & Pariſiis 1577. 16°. Francofurti anno 1576. 8°. 1578. 12°. Rast. Hotton. d'Etr. & Anglice *the poor mans treaſure* London anno 1556. 8°. Bodl. & *treaſure of health containing many profitable medicines* London anno 1585. 8°. &c. Italice Venez. 1494. 4°. Seg. in lit. 1500. 4°. Maitt. Nunquam mihi occurrit. A Roſa Anglica parum differre C. Gesner (*e*).

Codices M.S. theſauri pauperum exſtant Pariſiis in Bibliotheca Regia n. 7053. 7054. alius in Bibl. Caji & Gon. Cantabrigiæ, & in *Bibl. Acad.* & alius in *Bibliotheca Uffenbachiana* fuit, & in Vaticanæ donis Christinæis. Eumdem etiam Thesaurum puto eſſe, qui eſt in Bodleyana, etſi non facile ſeparatur a Theſauro Arnaldi. Primus Cicutæ decoctum ad epilepſiam laudaſſe dicitur.

Ejus Commentarii in Isaacum *de diætis univerſalibus & particularibus* prodierunt Lugduni anno 1515. fol. Merkl. Codex exſtat in Bibl. *Corp. Chriſt. Oxon.*

§. CLXXV. *Petrus* de *Creſcentia.*

Petrus de Crescentia, Senator Bononienſis, natus anno 1230. ipſe agrum coluit, & lectionem antiquorum cum experientia conjunxit.

Ejus *opus ruralium commodorum* continet libri XII. Rariſſimam editionem Lovanii absque anno excuſam poſſideo, & Maittairius citat, atque forte non differt Lovanienſis anni 1474. fol. Trew. Sæpiuſcule etiam alias prodiit Auguſtæ, ut videtur. anno 1471. fol. Trew. Argentorati anno 1486. fol. Maitt. Falc. Vicentiæ anno 1490. fol. Bumald, Venetiis anno 1536. Bumald. Baſileæ anno 1538. 4°. * & 1548. fol. cum iconibus. *

Italice

(*e*) In proœmio.

Italice hoc opus ſæpiſſime recuſum eſt, ut Florentiæ anno 1478. fol. SEG. Venetiis anno 1503. 4°. 1511. 4°. cum icon. anno 1519. 4°. 1535. 8°. FALC. anno 1536. 8°. VOIGT. anno 1538. 8°. SEGUIER. anno 1542. 8°. anno 1553. 8°. & denuo verſum a *Franciſco* SANSOVINO anno 1561. 4°. cum iconibus, & anno 1564. 8°. VOIGT. Emendatum ex codicibus M.S. per NERIGNO ſ. *Baptiamum* de ROSSI anno 1605. 4°. SEGUIER. & ut lego Patav. 1745. 8°. cum ALAMANNO. VOIGT. Neapoli anno 1724. 8°. MEAD. Gallice *Proſits champêtres & ruraux* Pariſ. anno 1486. fol. OSMOND. anno 1517. 4°. ZOCHA. anno 1521. fol. FALC. anno 1534. fol. SEGUIER. 1537. fol. RAST. Germanice anno 1499. fol. min. TREW. cat. anno 1494. fol. TREW. cum figuris, tum anno 1512. fol. cum titulo *von Pflanzung der Aeker*, *Baume und aller Krauter* UFFENB. Argentorati anno 1518. fol. anno 1581. fol. cum titulo *von dem Nuz der Dinge, die in Aekern gebaut werden.* anno 1600. fol. 1602. fol. cum titulo *new Feld- und Ackerbau.* Francofurti anno 1583. fol. Anglice London 1616. fol.

Multi codices M.S. ejuſdem operis exſtant, velut in Bibliotheca Regia Pariſina n. 6830. H. n. 6830. I. & nuperiores n. 6830. L. n. 6830. M. n. 6830. N. tum in Baſilica S. PETRI MONTFAUC., & apud Fr. minores CESENÆ; in AMBROSIANA Mediolani, apud S. VICTOREM Pariſiis, in Bibl. Medicea, in Lipſienſi, in Londinenſi Regia CASLEY.

Hujus operis auctor non debet confundi, cum aliis hujus ævi miſeris ſcriptoribus, quem certe multas ob cauſas utiliter legerim. Nam primum CATONIS (f), VARRONIS, COLUMELLÆ, & PALLADII potiſſimum ſcripta legit, & ſæpe integra loca decerpſit, ex quibus noſtræ editiones emendari poſſunt. Legit etiam CONSTANTINUM (g), & Arabes, hos ad partem medicam, & frequenter amicorum experimenta ſecum communicata recenſuit.

Deinde agrum & ipſe coluit, & varios vitis agrive colendi modos in diverſis Italiæ provinciis receptos comparavit, minime cum exſcriptoribus Monachis comparandus.

Pertinet ad rem noſtram L. II. de arborum inſitione & cultu. Lupinos eo ſcopo ſeri jubet, ut aratro ſubacti ſint pro lætamine. Aquam ad irrigandum ſtagnantem & fimo temperatam laudat.

L. III. De agro, ſemente, meſſe, frumenti & leguminum generibus. Habet rapa pro lætamine conciſa.

L. IV. Fuſe de vitibus. Hic uvarum varia nomina fuſiſſime explicat, & quæ præſtent, eas laudat.

L. V. Arbores fructiferæ, & ſteriles. Inter iſtas nomina aliqua Italica parum nota ſunt, ut Anoverus arbor alpina, Grillus.

L. VI.

(f) L. II. c. 13. 22.
(g) L. IV. c. 11.

Digitized by Google

L. VI. Eſt de herbis, & fere ad virtutes medicas pertinet.

L. VII. De pratis & irrigatione.

L. VIII. De viridariis.

L. XII. De operibus menſtruis.

L. XI. Compendium eſt totius operis.

Citat Joh. BURGUNDIUM de Vindemia (*h*), GERARDUM (*i*), quem non alibi reperi, Mulieres Salernitanas, PLATEARIUM, ALBERTUM, NICOLAUM.

§. CLXXVI. *Guilielmus Var. Arnaldus.*

Guilielmi de VARIGNANA *ſecreta ſublimia ad varios curandos morbos* Lugduni prodierunt anno 1526. 8°. ſcripta anno 1319. Remedia ſimplicia ad morbos a capite ad calcem recenſet, & ad venena.

Arnaldus de VILLANOVA Galliæ Narbonenſis medicus magnæ famæ & Chemicus, & Theologus, hæreticus equidem, Monſpelii artem didicit; mortuus anno 1313. ſi vitæ fides.

In Collectione operum Lugduni 1532. fol. * & Baſileæ 1585. fol. excuſa huc faciunt

Speculum medicinæ, in quo & cibi, & remedia recenſentur, & medicatæ plantæ ſecundum claſſes virium.

Regimen Sanitatis, diætetica nempe conſilia pro varia ætate, & ciborum genera, etiam remediorum claſſes.

Aliud *Regimen ad R.* Aragoniæ, in quo denuo de cibis judicat.

Tertium *R. ſanitatis* ſ. commentarii in ſcholam Salernitanam.

Breviarium practicæ, princeps opus, in quo multæ etiam plantarum vires medicæ laudantur, ut virgæ aureæ adverſus calculum. Hic cymbalariam primum dictam reperias, & Camphoratam, & mentham balſamitam, & plures plantas Galliæ Narbonenſis, ſi ſollicite legeris.

De venenis & antidotis. Plantas hic venenatas recenſet parum notas, ut Caſſis arborem amariſſimam.

De gradationibus medicamentorum ſ. formulis concinnandis. Plantarum etiam hic medicatarum catalogi.

De ſimplicibus ſecundum claſſes virium primas, ſecundas, tertias. Ejus in Bibl. Cant. CAJI codex eſt.

(h) L. IV. c. 31. 32. 34.
(i) De Catapucia L. VI.

Digitized by Google

De *vinis*, nempe medicatis; Germanice *Eigenſchaft allerley Wein* fol. absque loco.

De conferentibus & nocentibus Plantis.

AVENZOAR opus *de conſervatione corporis* latine vertit in B. Coll. ſ. BENED. *Cantabr.*

Tabula Siruporum & electariorum exſtat in codice B. R. P. n. 6988. A.

Libros etiam Languedocica lingua edidit.

Seorſim prodierunt l. *de virtutibus herbarum aliorumque medicamentorum ſimplicium* Venetiis 1520. 4°. B. TIG. quorum cenſum ſecundum gradus & qualitates iniit.

Conſilium de ſalubri olerum, fructuum uſu Pariſiis excuſum anno 1572. 8°. MAITT. 1573. 8°. 1586. 8°. SEGUIER. & Coloniæ anno 1577. 8°. cum MIZALDO, qui brevis eſt & ſimplex libellus.

Breviarium practicæ Mediolan. 1483. fol. MAITT. Lyon 1527. 8°.

Regimen ſanitatis 1482. 4°. MEAD. Germanice Witteberg. 1541. 8°.

Le treſor des pauvres Lyon 1527. 4°. quem vereor ne paſſim cum opere P. HISPANI confuderint.

De arte cognoſcendi venena Mediolan. 1475. 4°. RIV.

Commentarii in ſcholam ſalernitanam Pariſiis 1484. 4°. MAITT. Lovan. 1482. 4°. Piſis 1484. 4°. & cum aliis editionibus.

Opera omnia etiam Lugduni prodierunt 1520. fol. & Baſil. 1585. fol.

Codices M.S. varii exſtant, ut libelli de vinis in *Bibliotheca Regia Pariſina* n. 7058. 6948. & in Bibl. WOLFIANA.

Areolæ ſeu tractatus de ſimplicibus n. 6910. 7063. A.

De regimine ſanitatis, hic antiquus Codex n. 6972. A. 6978. Bibl. AMB. & CAJI & GON. Cantabrigiæ.

De medicamentis conficiendis in eadem Bibl. WOLFIANA.

L. de *venenis* Bibl. Reg. *Pariſ.* I. n. 6971.

Memoriale medicaminum ib. n. 7058.

De doſibus Theriacalibus ib.

L. de conferentibus & nocentibus B, R. P. n. 6992.

De aquis aëre, vinis, pane, leguminibus. ib. n. 6972.

Vitam nuper ſcripſit Gallice PETRUS JOSEPH. de HAIZE anno 1719. 12°.

§. CLXXVII.

Digitized by Google

§. CLXXVII. *J. de Gaddesden. J. ab Ardern.*

Johannes de GADDESDEN ineunte Seculo XIV. vixit poſt GORDONIUM. Ejus *Roſa Anglica*, quam *Guil.* de CAULIACO fatuam vocat, prodiit Papiæ 1492. fol. MEAD. Venetiis anno 1506. fol. * Neapoli 1508. fol. SCHULZ. Venet. 1595. 4°. 2. Vol. SCHULZ. &c. Agyrticum homini ingenium fuit, & ad nummos augendos incitatum. Ad venena ſæpe citatur a SANTE ARDOINO, etſi breviter de iis agit libri II. c. 25.

JOHANNES ARDERNUS *ab Ardern* de *Newwark* volumen reliquit *miſcellaneorum de re herbaria, phyſica & chirurgica*, quod exſtat inter codices SLOANEOS TANNER *Bibl. Brit.* p. 48. Vixit ab anno 1349. ad 1370.

§. CLXXVIII. *Vitalis.*

VITALIS de FURNO Cardinalis & Archiatri, *pro conſervanda ſanitate*, — *ad totius humani corporis morbos ſalubrium remediorum liber* Moguntiæ anno 1531. fol. *. Lexicon eſt medicum, quo etiam medicamenta ſimplicia traduntur. Collatitium opus ex CONSTANTINO ſæpiſſime, etiam ex PLATEARIO (*k*) exſcriptum. Vixit ineunte ſeculo XIV. & ſi BELÆ tempora *noſtra* vocat (*l*), poteſt tamen in primo juventute BELÆ coævus fuiſſe. Mirifica aliqua & pene nugacia admiſta habet (*m*), ut candelam e nive factam (*n*). Editio Veneta emendatior eſt ipſo primo codice, paſſim tamen neglecta.

§. CLXXIX. *Mondinus.*

Ad initia hujus ſeculi pertinet MONDINUS de LENTIIS, qui in MESVES *canones univerſales* de purgantibus commentatus eſt Florentiæ vixit anno fere 1305.

Exſtat etiam codex M.S. eodem anno abſolutus, in quo de arboribus etiam communibus & aromaticis agitur, in B. R. P. 6838. A.

ALDOBANDINUS, REDO dictus, in *dithyrambis*, *laudes cereviſiæ ſecalinæ* circa annum 1300. ſcripſit.

§. CLXXX. *Dinus. Jacobus de Dondis.*

Dinus de GARBO, Florentinus, ſub initia ſeculi XIV. vixit, & dedit *expoſitiones ſuper canones generales de virtutibus ſimplicium medicamentorum* AVICENNÆ, Venetiis editos 1499. fol. & anno 1514. fol. Plantas etiam veterum conſtituere tentavit.

(k) C. 8. 203. &c.
(l) De Saphiro.
(m) C. 130.
(n) C. 306. de thure.

Codex M.S. exſtat in *Bibliotheca Regiâ Pariſina* n. 6860. & in 2. L. Canonis n. 6935.

Jacobus de DONDIS vergente hoc ſeculo ſcripſit, quem *aggregatorem Patavinum* dixerunt. Ejus exſtat *Promtuarium medicinæ* Venetiis anno 1481. excuſum, & 1576. fol. SEGUIER. GESNERUS vocat *librum adgregationis*, certo eumdem. Citat etiam librum 1. de primis & univerſalibus virtutibus medicamentorum ſimplicium 2. de ſecundis, 3. de tertiis, 8. de Chirurgia. Codex exſtat in Bibl. Reg. Pariſ. n. 6973.

Ejus *ſimplicium ad morbos chirurgicos pertinentium enumeratio* exſtat in GESNERI collectione chirurgica.

Liber de medicamentis ſimplicibus in folio abſque anno editus TREWIO dictus, eſt *herbolario volgare nel quale ſi dimoſtra a conoſcer le Erbe e le ſue virtu* Venetiis anno 1536. 8°. & 1540. 8°. excuſus, nunquam a me viſus, ſcriptus anno 1385. Magnum ſe ſimplicium inventorem vocat.

§. CLXXXI. *Guilielmus de Chauliac.*

Guilielmus de CAULIACO ejuſdem ævi, aut paulo ſuperioris, ſcriptor in *Chirurgia* ſua *magna* dedit catalogum medicamentorum ſimplicium, quorum aliquis in medicina uſus eſt. Notulas addidit *Laurentius* JOUBERT & interpretationem nominum barbarorum *Iſaacus* JOUBERT, *Laurentii* filius; ea editio Lugduni prodiit anno 1556. 4°. * cum gallicis nominibus. In *antidotarium additiones* addidit ANT. ROMEKY Lion 1520. B. EXOT.

Auctores pluſculos citat, inter quos ad noſtrum ſcopum pertinent PLATEARIUS, JACOBUS, J. de S. AMANDO, NICOLAUS PRÆPOSITUS, quem vides non poſſe medio ſeculo XIV. recentiorem eſſe.

M.S. *De gradibus ſimplicium* eſt in *Bibliotheca Regia Pariſina* n. 6957.

§. CLXXXII. *Thomas de Garbo &c.*

Thomæ de GARBO, DINI filii exſtat liber *de reductione medicamentorum ad actum, & de gradibus eorumdem* Patavii excuſus anno 1556. 8°. 1579. 4°. MERKL. Redit excuſus in collectione de doſibus Veneta.

MANFREDI de MONTE IMPERIALI, exſtat codex M.S. *de herbis & plantis, quæ in medicina adhibentur* cum figg. & EJUSDEM *appendix ad S. JANUENSIS ſynonyma* in *Bibliotheca Regia Pariſina* n. 6823.

§. CLXXXIII. *Hieronymus Manfredi.*

Hieronymi MANFREDI *il perche le ragioni di molte coſe neceſſarie alla conſervatione della ſanita è virtu delle herbe* Bononiæ 1474. 4°. OSBORNE. Venetiis

Digitized by Google

tiis anno 1540. 8°. 1567. 12°. 1600. 8°. FALCON. Cauſas rerum demonſtrat ex GALENO & Arabibus. Ternariis vernaculis facultates alimentorum, deinde arborum & fructuum exprimit. Inter quæſtiones, multæ ad plantas pertinent.

J. de TOLETO liber M.S. de *conſervanda ſanitate*, extat & ipſe in *Bibliotheca Regia Pariſina* n. 6978. & in *Londinenſi* p. 201. inque Cantabrigienſi CAJI & GON.

Ei *herbarium & ſpecierum liber* ib. CASLEY p. 201. Ej. *medicinæ* ib.

Tum *Franciſci* de PEDEMONTIO *ſupplementum* in librum MESVE, qui *Grabadin* ſ. *Antidotarius* n. 6947. 6946. & in Bibl. Reg. Sueciæ, & PETAVII; cum variis editionibus MESVES excuſus Venet. 1484. fol. 1490. fol. MAITT. GUNZ. 1495. fol. 1497. fol. 1508. fol. 1561. fol. 1581. fol. 1589. fol. 1602. fol. &c.

§. CLXXXIV. *Bartholomæus.*

Bartholomæi ANGLICI (de GLANVILLE ex comitibus de SUFFOLK.) *de proprietatibus rerum* Colon. 1481. fol. MAITT. 1482. fol. MAITT. Argentinæ anno 1480. fol. MAITT. 1483. fol. OSB. 1485. fol. TREW. forte & 1488. 4°. TREW. anno 1491. fol. anno 1505. fol. LEHM. Noribergæ iterum anno 1483. fol. 1485. fol. 1493. fol. 1498. fol. TREW. MAITT. 1519. fol. TREW. Londini anno 1535. fol. MAITT, SEGUIER, & cura *Bertholdi* PONTANI a BRAITENBERG Francofurti anno 1603. fol. 1619. 8°. FALC. addito libro 19. Belgice anno 1479. fol. cum titulo BARTH. ENGELSMAN *van de Eigenſchaften der Dingen*. & 1485. fol. quæ ſplendida eſt editio ejusd. tituli (*o*). Italice Venet. 1516. 4°. Gallice *Le Proprietaire des choſes, tranſlaté en François* l'an 1472. (male pro 1372.) *par le commandement de Charles le Quint, & par ſon Chapelain frére Jehan Corbichon, de l'ordre de St. Auguſtin*, imprimé à Lion l'an 1482. fol. & 1491. fol. B. B. 1500. ADANSON. Paris 1556. fol. cum titulo le *grand proprietaire de toutes choſes* d'ETREES ut videtur, Anglice Lond. 1471. 1535.

Codices paſſim extant, ut in Bibl. Reg. Londin. B. S. VICTORIS. Pariſ. MONTF. in Cathedrali Metenſi, inter I. RANCHINI, in S. GERMANENSI, in AMBROSIANA, in CHRISTINEA VATICANA, in PETAVIANA, in Bibl. Reg. Pariſ. n. 347. R. B. C. D. & E. 523. A. n. 276. 350. A. Demum in *Cantabrigienſi Academica* Eclog. & in MERTONENSI Oxonii, & in *Magdalenæa* ib.

Hoc opus fere ex ISIDORI etymologicis deſumtum eſt, ejusque huc pertinet Liber 17. de arboribus, & plantis. Citantur tamen & Arabes, & PLATEARIUS. Mera eſt compilatio, ipſo fatente ſub finem auctore; absque judicio facta monente GESNERO (*p*). Vixit vergente jam ſeculo XIV. TANNER. Quare

(o) UFFENBACH. Itin. III. p. 505.
(p) *Præf.* ad TRAGUM.

Digitized by Google

Quare ſi vere codex 523. Bibl. Reg. Pariſ. ſcriptus eſt anno 1376. non poterit hoc opus eſſe BARTHOLOMÆI. Et in Bibl. RANCHINI adſcriptum erat, eſſe ALBERTI M.

Commentatus fuiſſe videtur BATEMAN upon BARTHOLOME Lond. anno 1582. fol. AMES.

Videtur idem eſſe liber, qui *Vincentii* de BURGOS *Hiſtoria natural do ſe tratan las propriedades de todas las coſas* Toledo anno 1529. fol. SEGUIER. Nam 17. lib. de plantis ait agere.

Alius videtur codex ſeculi XIII. libris ſcriptus XIX. quorum 10. eſt de arboribus, 11. de arboribus aromaticis, 12. de herbis *B. Reg. Lond.* p. 209.

§. CLXXXV. *Codices Mſſ. ſeculi XIV.*

Anonymi *Carmen de variis plantarum generibus* ſeculo XV. deſcriptum exſtat in Biblioth. Pariſina n. 6930.

Et ANTOLI, cujus *trattato delle pietre pretioſe, e de li arbori*, ſeculo XV. ſcriptus ibidem ſervatur n. 8750.

Simplicium medicamentorum deſcriptio metrica Bibl. Reg. Lond.

GALTHERI *de Yconomia ſ. husbandry* codex exſtat, EDUARDI III. temporè ſcriptus TANNER.

HENRICI DANIEL Dominicani *Aaron de re herbaria: de arboribus fruticibus* &c. ex alphabeti ordine TANNER p. 218. 219. auctoris confidentis, qui circa 1379. floruit.

Ignoro ætatem JOHANNIS de S. PAULO, qui *aphoriſmos de virtutibus ſimplicium* M.S. reliquit in *B. Baillol. Oxonii* adſervatos TANNER l. c. p. 582. & *Eclog.*

Tum ætatem GALFREDI ſ. GALFERDI, cujus *tractatus oſtendens omnem modum inſerendi arbores aromaticas, fructus conſervandi, vites, vina, cognoſcendi* Cantabrigine exſtat JAMES *Bibl. Oxon. Cantabrig.* II. p. 88.

IDEM GALFREDUS videtur *Vinoſalvenſis*, TANNERO dictus, p. 736.

NICOLAUS BOLLAR *de arborum tractatione, generatione, inſertione, emendatione, & mutandis arborum virtutibus* latine & anglice ſcripti libri III. TANNER. p. 110.

VIRIVASIUS *de herbarum virtutibus Cantabrigiæ* exſtat JAMES l. c. II. p. 104.

LUDOVICI de CAERLEON *de vegetatilibus* L. II. in B. R. Lond.

Anonymi ſimplicium medicamentorum deſcriptio metrica in B. R. Londinenſi, eſt MACER.

Auctorem

Digitized by Google

An etiam de medicinarum ſimplicium virtutibus Ib. & de herbarum ſtellarum lapidum & figurarum virtutibus ſecundum Hermetem ib.

Anonymi de præparatione ciborum & potionum, ſeculi XIV. in Bibl. Reg. Pariſ. n. 7091.

Antidotarium n. 7121.

Francisci Senensis lib. de venenis anno 1375. ſcriptus n. 6979.

Anonymi de gradibus Bibl. Reg. Pariſ. n. 6891.

Ætatem ignoro Gualtheri Salernitani *de doſibus*, cujus codices exſtant in *B. Cantabrig. Dom. S. Petr.* & in Bibl. Reg. Pariſ. n. 6964.

Exſtat etiam in Caji & Gon. Bibliotheca ignoti ævi *alphabetum, herbarium* & *Cinomia* (Synonymia) *herbarum.*

Aliqui in Bibl. Reg. Pariſ. codices huc pertinent, quorum tempora ignorantur.

Anonymus de herbarum virtutibus n. 6988. A. & alius 6844.

Anonymi Antidotarium n. 7061. duplex.

Libri de coquina n. 7131. latinus & gallicus.

Anonymus de ſimplici medicina. Ibid.

De coloribus varii, inter quos experimenta 118. & P. de S. Audomaro de coloribus, & J. Arcerius, omnes n. 6711. & Salernitanus de coloribus *Eclog. Oxon. Cant.*

§. CLXXXVI. *Chriſt. de Honeſtis.*

Veram ætatem *Chriſtophori Georgii* de Honestis ignoro, qui in Mesves *libros de ſolutivis aliisque remediis compoſitis* commentatus eſt. Ante *Santem* Ardoynum vixit, a quo citatur. Citavit paſſim *Nicolaum*, Simonem, Platearium & *Petrum* de Argelata, ut ſeculi ſit decimi quinti ineuntis; inter antiquos etiam Alexandrum & Paulum. Artis pharmaceuticæ peritus fuit; adnotavit ubique, quæ medicamenta compoſita in uſu ſint, quæ obſoleverint; ſimplicium etiam medicamentorum, quæ antidotos ingrediuntur facultates expoſuit. Mediolanenſium citat conſuetudines. Prodiit Bonon. 1488. fol. Maitt. Venetiis anno 1490. fol. Gunz. anno 1495. fol. 1497. fol. Trew. cum Mesve, tum anno 1502. 1508. fol. Gunz. 1527. fol. 1535. fol. 1561. fol. 1602. fol. * Lugduni 1519. fol.

Problemata ejus & de venenis loca *Santes* Ardoynus citat.

Codex M.S. exſtat in *Bibliotheca Regia Pariſina* n. 6910.

Digitized by Google

Ejus etiam *de inunctionibus*, *aqua hordei* & *ptiſana* libellus paſſim cum priori opere extat, ut Venet. 1558. fol. &c.

Petri BERCHQIRE *Repertorii moralis* L. XIV. Argentorat. 1473. MAITT. Daventriæ anno 1477. fol. excuſi ſunt, tum Noriberg. 1489. Pariſiis anno 1521. fol. Venetiis anno 1589. fol. SEGUIER. Gallice vertente RISVARD le BLANC 1584. 8°. Scriptum eſt anno 1342. Vixit Avenione.

Codex extat in B. PEMBROKIANA Cantabrigiæ.

Libró XII. & XIV. de plantis agit.

§. CLXXXVII. *Valeſcus.*

Sub prima initia ſeculi XV. vixit VALESCUS (BALESCON) de THARANTA, Doctor Monſpelienſis, cujus practicæ medicinæ opus, quod *Philonium* inſcribitur, prodiit Lugduni anno 1490. 4°. MAITT. GESNER. Venetiis ASTRUC. Venetiis anno 1502. fol. SCHULZ. 1511. fol. Lugd. 1521. fol. ASTRUC.

Ejus operis compendium habeo, non quidem tenue, Lugduni editum anno 1535. 8°. maj. * etſi ob gothicum characterem poſſet antiquius videri, tum 1560. 8°. & Baſil. 1500. 4°. GUNZ. Ipſe auctor diem expreſſit, quo operis initium fecerit, anno nempe 1418. poſt 36. annorum praxin. Id opus ob excellentiam numeri in ſeptem partes dividit. Morbi ſunt a capite ad calcem recenſi: hactenus vero huc pertinet, quod medicamenta varia, ſæpe ex ſimplicibus parata, paſſim deſcribantur, tum venena. De practicis alibi agetur. In puriorem aliquanto dictionem verſum hoc compendium extat, etiam auctius, J. *Hartmanni* BEYERI cura, Francofurti anno 1599. 4°. & 1680. 4°. * excuſum, adjectis adnotationibus.

Adeo rude erat ſeculum, ut inter reges ſui temporis JOHANNEM Angliæ Regem enumeret, qui nunc maxime Rothomagum obſideat. Is fuit JOHANNES HENRICI V. Regis frater.

§. CLXXXVIII. *Nicolus*, *Ardoynus*, *Gazius* &c.

Nicolaus NICOLUS hujus ævi eſt. Ejus *ſermo octavus* eſt de medicamentis ſimplicibus & compoſitis. Venetiis prodiit anno 1491. fol. & alias. Sermo IV. continet l. de venenis. Extat in B. R. P. n. 6985.

Antonius GUAINERIUS Turinenſis, in *Antidotario* etiam medicamenta ſimplicia, ſecundum facultates enumerat, Papiæ excuſo anno 1518. 4°. MERKL. EJUSDEM de venenis l. prodiit Papiæ 1518. 4°. Lugdun. 1525. MERKL. Codex M.S. utriusque operis eſt in Bibl. Reg. Par. n. 6981.

Santis (SANCTII) ARDOYNI Piſaurenſis *libri de venenis ſeptem* prodierunt Venetiis anno 1492. fol. TREW. & Baſileæ anno 1562. fol. * *Theodoro* ZWIN-

Digitized by Google

ZWINGERO curante, ad exemplum a GESNERO acceptum. Vixit circa annum 1430. Scripſit anno 1426. Farrago eſt ex variis ſcriptoribus collecta, in qua vix diſtinguas, quæ auctori propria ſint. Tribuit tamen ſibi viri curationem, qui arſenicum ſumſerat, & diu languerat. Citat inter alios *Chriſtophorum* de HONESTIS.

PETRI de TUSSIGNANA *de formulis* Venet. 1518. & 1553. fol. ORLAND. Lugd. 1587.

Jacobi de FOROLIVIO *expoſitio in primum* AVICENNÆ *Canonem* continet librum de *regimine ejus, quod editur & bibitur, cum expoſitione* J. de PARTIBUS Papiæ anno 1512. fol. MERKL. Venet. 1547. fol. tum tractatum *de gradibus medicamentorum* GESNER.

Antonii GAZII *Corona flörida medicinæ* de *conſervatione ſanitatis* excuſa Venetiis anno 1491. fol. SEG. *in Epiſt.* Lugduni anno 1514. fol. GESNER. anno 1516. BODL.

Et Tractatus *de vino & Cereviſia*, atque *ærarium ſanitatis* Baſileæ anno 1541. fol. SEGUIER. Patav. 1549. 8°. Auguſtæ anno 1546. 8°. *Bibl. Botan.* & Argentorati 1546. 8°. *Bibl. Botan.* Patavii anno 1549. 8°. B. THOMAS.

EJUSDEM *quibus, & qualibus medicamentis purgationes fieri ſoleant* Baſileæ anno 1540. BODL. 1541. fol. GUNZ. cum ALBUCASI. Mihi non viſus, ex GESNERO, eſt collectio ex veteribus de ciborum & potulentorum facultatibus.

§. CLXXXIX. *Hugo Benzius. Platina &c.*

Hugonis BENZII *Regole della ſanita e della natura dei cibi, con annotazioni* da *Lud.* BERTALDO Torino anno 1620. 8°. FALCONET. cum PISANELLO.

Jacobi de PARTIBUS CAROLI VII. Archiatri *Inventarium omnium medicaminum, confectionum, pulverum, pilularum, emplaſtrorum, unguentorum, oleorum* MERKL.

EJUS *ſummula* a S. CAMPEGIO edita Lugduni 1531. 8°. 1587. CALV. quæ etiam cum pIerisque editionibus MESVES prodiit.

In AVICENNAM comm. exſtat M.S. in Bibl. D. PETRI *Cantabr.* & prodiit Lugdun. 1498. fol.

Bartholomæi MONTAGNANA de *doſi medicinarum* Venetiis anno 1565. fol. & in collectione opuſculorum de doſibus anno 1556. 8°. MERKL. ubi vide. *Antidotarium* in quibus Unguenta, emplaſtra cerata, Venet. 1565. fol. TREW. Francfurt 1605. fol.

Bartholomæus (q) de SACCHI vulgo PLATINA, qui ſæpe BAPTISTA dicitur, ex Cremonenſi ditione, pagoque Piadonna, quem pagum *Platinam* in ſuo

 nomine

(q) *Giorn. de Letter. d'Ital.* T. XIII. p. 416.

nomine reddit; vergente hoc ſeculo diem obiit anno 1481. Huc faciunt ejus Auctoris libri X. *De obſoniis & De honeſta volupeate & valetudine*, etiam *de ratione victus*, *& modo vivendi.* Rem potiſſimum coquinariam docet, pertinet tamen etiam ad alimenta ex vegetabilium genere. Prodiit Viennæ 1470. 4°. MAITT. qui tamen ſuſpicatur verum annum eſſe 1480. eumque annum habet B. DRESD. Porro in Cividade del Friuli anno 1480. 4°. (*r*) Venetiis 1498. 4°. MAITT. Bonon. 1495. MAITT. anno 1516. 4°. MAITT. 1517. 4°. &c. Argentorati 1517. 4°. HEIST. Paris 1541. 8°. cum APICIO Baſil. 1591. 4°. BODL. Coloniæ anno 1529. 4°.

Gallice Lyon anno 1505. 8°. BODL. 1548. Paris 1571. 16°. anno 1560. 16°. VERDIER. Germanice *von allen Speiſen und Gerichten.* Adjecto modo, *wie man alle Weine und Eſſig ziehen, halten, wiederbringen, und mit allerley Kräutern zur Geſundheit bereiten ſoll.* Strasburg apud Egenolf 1530. 4°. HIRSCH. Augſpurg 1542. fol.

Gerardi de SOLO *Introductorium juvenum* Venetiis anno 1505. fol. 1526. fol. editum continet librum de generibus medicamentorum. Cum ARN. VILLANOVANI theſauro pauperum Gallice Lyon 1527. fol.

Dyalogus Creaturarum moralizatus Gouda 1488. fol.

§. CXC. *Puch der Natur.*

Das Puch der Natur Auguſt. Vind. abſque anno prodiit *. Cl. SEGUIER, cujus dono inter meos libros eſt, inter annum 1475. & 1478. editum putat, accuratius Auguſtæ anno 1478. TREW. Ex latino verſus eſt, per CONRADUM *von* MEGENBERG. cujus aliam editionem habet MAITTAIRE Arg. Vindel. 1499. cum eodem titulo, auctæ verſionis. IDEM Cl. SEGUIER putat, antiquiſſimum eſſe operum, quæ figuras continent plantarum. Omnia certe antiquitatem referunt, nulli ſunt paginarum cuſtodes, literæ rudes, coalitæ, ſtili antiquiſſimi. Deſcribit totam naturam, animalia etiam, arbores, plantas 176. cum nominibus miris & corruptis, & nonnullis malis icunculis. PLATEARIUM ſæpe citat, tum PLINIUM & YSIDORUM.

Idem videtur opus eſſe CONRADI MENGELBERGER. quod C. GESNERUS germanice ait prodiiſſe, & de herbis & cæteris rebus naturalibus agere. Prodiit enim CONRADI MENGELBERGER *Naturbuch von Nuz, Eigenſchaft, Wunder., Wirkung und Gebrauch aller Geſchœpfe, Element und Creaturen,* Francfurt apud Egenoff 1536. fol. cum iconibus B. THOMAS. & 1540. fol. TREW.

Denique reperio apud LAMBECIUM L. VI. p. 844. ALBERTI MAGNI l. de rebus naturalibus a M. CONRADO Germanice verſum, eſſe id ipſum *Buch der natürlichen Dingen.*

THADDÆI FLORENTINI *de regimine ſanitatis ſecundum quatuor anni partes.* Bonon. 1477. 4°.

PHI-

(r) *Giorn. de letter.* l. c.

Digitized by Google

PHILIPPUS de LIGNAMINE *de conſervatione ſanitatis* Bonon. 1475. 4°. MONGIT.

The mirour of the world Lond. 1480.

§. CXCI. *Ortolf. Saladinus.*

Ortolf HEYDENBERGER's *von Bayerland Arztbuch* Noribergæ anno 1477. fol. prodiit Bibl. Uffenb. & 1488. 4°. TREW. cum compilatione de plantis ex PLATEARIO & aliis.

Regimen ſanitatis MAGNINI Paris anno 1483. 4°. FALC. 1453. 4°. MAITT. & abſque loco 1482. 4°. MEAD. Lovan 1486. 4°. *Anon. Bibl. Lipſ.* anni 1757. Video etiam ARNALDO inſcribi.

Marci GATINARIA fragmentum unicæ pagellæ de Taraxaco, Iva & Eſula exſtat in T. II. BRUNFELSII. Ivam ad iſchiadica mala ſe efficacem reperiſſe teſtatur.

Angelus de GYRA, ignotus auctor, GESNERO dicitur *de gradibus medicamentorum* ſcripſiſſe.

SALADINUS *Aſculanus* alieno loco a ſcriptoribus diſpoſitus, floruit anno 1448 (*s*), Principis Tarenti medicus. EJUS *compendium aromatariorum* minime malum eſt, ſi ſolam ad artem reſpexeris. Citat NICOLAUM utrumque, & diſtinguit, tum *Arnaldum* de VILLANOVA. Diverſas Encheireſes Neapolitanorum, & Patavinorum, medicorum comparat. Dum conſervationem medicamentorum ſimplicium docet, ea deſcribit, eorumque cenſum init, tum compoſitorum, quæ oporteat in *medicina* reperiri. Fere cum MESVE editus eſt Venet. 1490. fol. 1495. fol. 1497. fol. 1502. fol. 1508. fol. 1527. fol. 1538. fol. 1561. fol. 1602. fol. * &c. Indicat etiam ſolum Bononiæ 1488. excuſum MAITT & Turini 1492. fol.

Cum MUTONI commentariis Venet. 1561. fol. etiam 1551. 1553. fol. & 1555. fol. & 1561.

Prodiit etiam Venetiis 1501. fol. emendante ALBERTINO Vercellenſi SEG.

Tum Aug. Vindelicor. 1486. fol. Lugdun. 1503. fol. 1536. 4°. & Italice vertente PETRO LAURO Venetiis 1559. 4°. SEG. litt.

Hiſpanice verſus ab ALFONSO RODRIGUEZ de TUDELA Pinciæ 1515. 4°.

(s) PANELLI *Picen.* II. p. 17.

Digitized by Google

§. CXCII. *Quiricus.*

QUIRICI de AUGUSTIS *de Tortbona Lumen apothecariorum*, cum aliis ejuſdem argumenti operibus prodiit Venetiis anno 1549. fol. De ætate auctoris nihil invenio, citat autem SYLVATICUM, PETRUM de APONO, GENTILEM de FULGINO, J. de S. AMANDO, CHRISTOPHORUM de HONESTIS, MONTAGNANAM, GUILIELMUM de VARIGNANA. Vir minime ſui diffidens, peritusque pharmaceutices, pharmacopolarum ſui ævi ignorantiam paſſim carpit, & mores ſuorum civium, qui Theriacam cum vino aut ſpiritu vini temperatam ſumant; ſua etiam inventa paſſim citat, ſua remedia, ſuum ſirupum acetoſitatis Citri. Antidotarium cæterum eſt, in quo auctor de ſimplicium, ex quibus antidoti componuntur, facultatibus judicat.

§. CXCIII. *Petrus Suardus.*

Pauli SUARDI *theſaurus aromatariorum medicis & aromatariis æque utilis ad Mediolanenſes Medicos* Lugduni prodiit anno 1528. fol. GESNER. Venetiis anno 1512. fol. HIRSCH. 1517. fol. 1556. fol. 1602. fol. Mediolani 1512. fol. per ZANOTUM de CASTILIONE. TREW. & cum MANLIO & QUIRICO Venet. 1549. fol. SCHULZ. 1551. fol. 1556. fol. 1561. fol. Lugduni 1528. Cum QUIRICI fere opere conjungitur, quod paſſim hic exſcribitur. Scopus auctoris idem eſt, citationes eædem, & ſæpe LEONARDUM de PREDA PALEA, & GUILIELMUM de SALICETO, J. ARCULANUM, & SAVANAROLAM, & BLASIUM de BESANA nominat. Ipſam inſcriptionem ad J. *Franciſcum* fratrem imitatur. Valde laudat ceratum adverſus abortum, ab uxore PHILIPPI Ducis Sabaudiæ utiliter adhibitum. Hiſpaniam viderat.

§. CXCIV. *Manlius de Boſco.*

J. *Jacobus Manlius* de BOSCO, Alexandrinus (puto Inſuber). Ejus *Luminare majus* prodiit Venetiis anno 1496. fol. TREW. 1499. fol. MAITT. 1501. fol. TREW. anno 1517. fol. SEGUIER. Lugduni anno 1536. 4°.: & cum *Nicolai* MUTONI *appendicibus* in QUIRICO & SUARDO apud JUNTAS Venetiis anno 1549. fol. TREW. anno 1551. fol. cum duobus prioribus antidotariis SEGUIER, anno 1556. fol. anno 1561. fol. TREW. anno 1563. fol. mutato titulo, anno 1566. fol. BODL. Italice a PETRO LAURO verſum Venez. 1559. 4°. Inſuber Mediolanenſes paſſim citat & Pavienſes, raro S. JANUENSEM, MACRUM, ACTUARIUM & QUIRICI opus, quod tenebras potius, quam lucem inquit adferre, quod idem ſæpiſſime carpit; tum *Chriſtophorum* de HONESTIS, *Antonium* GUAINIER, J. *Franciſcum* & *Petrum* de TUSSIGNANA, J. de CONCOREGIO, ANGLICUM, SALADINUM. Multum utitur ISIDORO. Antidotarium eſt, multo prioribus amplius; ſimplicia etiam medicamenta deſcribit, quæ quamque formulam ingrediuntur.

Vide

Digitized by Google

Vide nova botanices incrementa. Caryophyllos, qui dicuntur tunicæ, depictos tantum vidit apud Manfredum de M. Imperiali. Mutonus formulas veterum Græcorum ſuæ editioni adjecit.

J. *Jacobi* de Manliis *difficilium herbarum explanatio* exſtat in T. II. operis Brunfelsiani. Excerptum eſt ex ejus, quod diximus, Luminari. Non ſpernit virum Cordus (*t*).

§. CXCV. *Icones Botanicæ.*

Circa hæc tempora novum rei herbariæ præſidium innotuit. Plantas nempe veterum, obiter in Dioscoride deſcriptas, neque medici diſtinguebant, neque rhizotomi. Nunc, inventa arte typographica, figuræ plantarum in lignum incidi ceperunt. Inventi gloria Schæfferi heredibus debetur, & Germaniæ. Rudia fuerunt initia, ſed ipſa cum natura conſuetudo novam gratiam ſequente ſeculo huic arti addidit, quæ poſt 70. annos ad ſummam perfectionem pervenit, cum *Conradus* Gesnerus ſua induſtria eam expoliret.

§. CXCVI. *Herbarius.*

De *Buch der Natur* diximus. Alterius operis botanici, figuris ligneis ornati, ignoti auctoris, duas editiones absque alio titulo habet Trewius, quam *Herbarii.* Prima mea editio, quam etiam habet vir Illuſtris, titulum præfert *Herbarius Moguntii impreſſus* anno 1484. 4°. * Citatur etiam editio Germanica ib. 1483. ſine figuris.

Editionem aliquanto ampliorem Belgicam anni etiam 1484. Trewius deſcribit *de Verghering der ſimpelder medicinen in manier van practigien.*

Sequitur *Herbarius Patavii impreſſus* anno 1485. 4°. 1486. Trew. Meum exemplum nullum annum additum habet, forma eſt in 4°. Liber a Germanico herbario Schæfferiano diverſus, nomina Germanica tamen & latina habet.

An idem *Herbolario volgare nel quale ſi dimoſtra a conoſcer le herbe e la ſua virtù* capitibus 150. iconibus ligneis Venez. 4°. absque anno excuſus, tum 1520. 8°. & uno capite addito 1539. 4°. & 18. capitibus 1536. 8°. ib.

Herbarius Patavinus dividitur in duas partes. Prima eſt Lexicon materiæ medicæ paginarum 150. quod in urtica deſinit; hæc icones habet miſerrimas: altera, medicamentorum purgantium capita habet 96. icones nullas.

§. CXCVII.

(t) *Botanolog.* p. 18.

Digitized by Google

§. CXCVII. *Ortus Sanitatis.*

Ex hoc cæterum opere natus eſt *Ortus ſanitatis*, aliquanto copioſior, farinæ ejusdem, iconibus potius melioribus, ordine ſemper alphabetico, dictione primum Germanica. Prodiit Moguntiæ anno 1485. fol. Hanc ed. puto apud me etiam eſſe, etſi capite caret, & titulo. Capita ſunt 435. Lexicon eſt medicamentorum ſimplicium, cujus maximam partem occupant plantarum deſcriptiones aliquæ, tum vires medicatæ. Icones malis coloribus depictæ, multæ non valde malæ, & omnino ad naturam expreſſæ, aliæ factitiæ (*u*). Fontes ſunt Arabes, & PLATEARIUS, opus ipſum multo prioribus præſtantius. Recuſum habet cum titulo *Herbarius* ILL. TREWIUS Auguſtæ Vindel. 1486. 1487. 1488. UFF. 1496. UFF. per JOH. SCHOENSPERGER: tum Ulm. 1487. ſine loci nomine cum melioribus figuris.

Latine *Ortus ſanitatis* recuſus eſt ter absque loco & anno (*x*), & alias Moguntiæ anno 1491. fol. tum Venetiis anno 1511. & denuo anno 1517. absque loco. Ditiores omnes opere Germanico, Veneta editio etiam deterior; Porro anno 1521. etiam Venetiis excuſus eſt, & Argentorati anno 1536. fol. ſola tamen pars poſterior. Ita TREW.

An idem cum Moguntino Herbario p. 240. Herbarium Vicentiæ editum anno 1491. 4°. Venetiis anno 1509. 4°. 1520. 4°. & *The great Herbal* Anglice anno 1526. fol. anno 1539. fol. anno 1561. fol. recuſum apud Cl. SEGUIER; Addit Cl. AMES editionem 1516. fol. & anni 1527. fol. 1529. fol. Horum operum nullum vidi: ſed huc putem pertinere, cum in multis editionibus legas *herbari*, *oder Kräuterbuch*, *oder Gart der Geſundheit*, Argentor. 1507. fol. 1515. 1521. 1528. 1529. & in editione Lubecenſi 1492. fol. *Dat Bock der Krude genannt de genochliche gharde der Sundheit.* GUNZIUS anno 1517. fol. absque loco editum l. habet cum titulo *ortus ſanitatis de herbis plantis animalibus*, *reptilibus*, *avibus*, *urinis*.

Gallice *Jardin de ſanté ou toute ſorte d'oiſeaux pierres précieuſes herbes plantes reptiles poiſſons &c.* Paris absque anno fol. OSM. & 4°. RUFFORT & Paris 1539. fol. vertente *le* NOIR.

Germanice hortus ſanit. recuſus eſt Argentorati 1507. fol. 1509. fol. 1515. fol. TREW. auctius. 1521. fol. RIV. 1528. fol. RIV. 1529. fol. RIV. 1536. fol. d'ETR.

Huc etiam Belgica editio Antverpiæ anno 1514. fol. SEGUIER, MARTIN. & Utrecht anno 1538. fol. etiam *Groten Herbarius* TREW. Porro *Der*

(u) Apollinaria, Anacardus, Aloë, Agaricus conf. præf. mea ad opus WEINMANN.

(x) TREW. n. 5. Ad annum 1470. refertur in B. RUFFORTII.

Digitized by Google

Der luſtige and nugliche Garde der Suntheit (y), Lubec. anno 1492. fol. plenius opus eſt capitum 688. quorum botanici argumenti ſunt capita 541. Pluſculas icones habet proprias, deteriores, ſic capita integra nova. Aliæ icones ſunt ex opere paulo prius dicto, & idem eſt ſermo. IDEM l. ib. 1510. fol. & cum titulo prodiit *Die genöchliche Garde der Sundheit und de Herbarius*, & anno 1520. RIV.

Latina mea editio, incuntis ſeculi XVI. absque anno, & auctore, præfationem tamen eamdem habet, quæ in *Garde der Suntheit*, iconibus plerumque iisdem 528. Nomen in præfatione recurrit *Ortus noſter amœniſſimus*. Capita tantum ſunt 130. meræ plantæ, ſed ſermo diverſus & multo plenior, plus habet eruditionis, etiam icones non paucas proprias, abſurdas aliquas, ut Narciſſi, Mandragoræ. Accedit ad editionem SEGUIER anni 1517.

Simile exemplum aliud habeo, in quo plantæ quidem ſimillimæ, ſed præterea æque ſpiſſum de animalibus & lapidibus opus adjectum eſt, titulusque præfixus *Ortus ſanitatis de herbis & plantis, de animalibus*, &c. Neque hic annus additus.

Demum auctoris adeſt indicium in editione Egenolfiana anni 1533. TREW. 1535. fol. anni 1536. 1538. Ibi enim vocatur *Kreuterbuch von allen Erdgewächſen* anfanglich von *Joh.* CUBA *zuſammengebracht, vermehret durch Eucharius* RHODION. Editio fere priorum ſimilis, figuræ novæ, & meliores. Ipſe auctor CUBA Auguſtæ, deinde Francofurti, medicinam fecit. Addit Cl. SEGUIER editionem Venetam anni 1538. fol. & ſimilem aliam anni 1536. fol. TREW. Gallice anno 1539. prodiit SEGUIER.

MIHI coram eſt editio *Kreuterbuch von aller Kreutter, Geſtein, and Metall, Natur, Nuz und Gebrauch*, Francofurti anno 1535. fol. * recuſa 1550. fol. ubi *Eucharius* RHODION ait, ſe CUBÆ opus emendaſſe. Figuræ ſunt inſectorum, animalculorum, plantarum, iſtæ eædem, quæ in DORSTENIO. Nomen CUBÆ jam reperio in editione Antverpienſi 1517. fol. MEAD. vixit enim circa annum 1486.

In quatuor poſtremis editionibus neque CUBÆ nomen adparet, neque RHODIONIS TREW.

Iterum nempe perfectior editio rediit *Kreuterbuch neu zugericht von allerley Baumen, Stauden, Früchten*, &c. Francfurt anno 1557. fol. TREW. & 1560. fol. 1569. fol. 1573. fol. DRESD. Accedit *Deſtillierens Bereitſchaft, Beſchreibung der fürnehmſten Thier, Metalle* &c. Hæc editio ab *Adamo* LONICERO correcta & emendata

(y) Alium titulum habet SCHULZIUS cum eodem anno *Dat Boeck der Kruder*.

Digitized by Google

data Trew. Quæ ita oportet intelligere, ut Egenolphus bibliopola icones ſuas addiderit *Adami* Loniceri operi, quod omnino diverſum eſt, ſermone potiſſimum, ſed etiam iconibus. Lonicerus enim omiſſis Arabibus, quos Cuba compilaverat, rem ipſam deſcribit. Loniceri nomen exſtat in fine dedicationis anni 1557. Icones ſeorſim prodierunt fere octingentæ apud Egenolf anno 1562. 4°. Trew.

Idem forte liber fuerit Gallice editus *Arbolayre contenant les qualités, vertus & proprietés des herbes*, absque anno.

§. CXCVIII. *Le grand Herbier.*

Le grand Herbier en françois, extrait d'Avicenne, de Raſis, de Conſtantin, de Iſaac, de Plateaire, imprimé à Paris par Pierre Caron, *translaté du latin*, non idem cum paulo priori opus eſt, neque cum Patavino, neque cum Moguntino herbario, & ſermo ordoque alius, folia 4. formæ 147. icones præter animalia 297. Earum aliquæ ex Moguntino libro imitatæ, aliæ propriæ, ſæpe repetitæ, alias cum eodem ſimilive nomine (z), diverſa tamen cum hiſtoria, alias (*a*), cum diverſo, ſæpe aliemiſſimo; ita Tithymalus datur pro Elleboro nigro, Meliloti figura eſt quaſi Turritidis; aliæ fictitiæ ſunt, ut Mandragoræ, cujus radix homunciones refert. Editio mea nullum habet annum, ſed lego præfixum nomen urbis Pariſiorum & annum 1499. fol. annum 1521. fol. Rast.

Aliam etiam habeo editionem *le grand herbier* chez Guillaume Nyvert, cætera ſimilem, charta paulo majori, nonnullis ornamentis diviſam, iconibus iisdem.

§. CXCIX. *Hieronymus.*

Hieronymi Brunschwyg, qui ad ſummam ſenectutem vixit (*b*) l. *de arte deſtillandi* Germanice prodiit Strasburg. anno 1500. fol. Trew. cum iconibus, quales ſunt Cubani operis in editionibus Argentoratenſibus. Exemplum meum titulum habet *Hir anfahen iſt das Buch genannt, Liber de arte deſtillandi, von der Kunſt der Diſtillierung, colligiert* von *Hieronymo* Brunschwygk, nullo anno addito, ſed deeſt mihi finis. Ad rem herbariam pertinet aquarum ſecundum alphabeti literas cenſus, ad quas ſingulas etiam ſuæ plantæ hiſtoria adjecta eſt. Icones ſunt, quæ in *Herbario Gallico*, absque ulla emendatione,

(z) Saxifraga & Saxifragea minor (foliis pinnatis). Incenſaria & Herba Incenſaria, Lingua avis & Lingua anſeris.

(a) Myrtus & Cynogloſſa, Acanthus, & Solatrum ruſticum, Conſolida major & Dictamnus (Polygonatum), Camphora & Spicanardus.

(b) Ad annum 110, Ranzov.

Digitized by Google

tione, ſed ordo mutatus, & ad literas Germanicas reformatus. Nomen ei viri eſt *des Geſchlechts Salern* (c), vel *Saulern* (d), *bürtig von Strasburg.*

Idem *Medicinarius das Buch der Geſundheit de arte deſtillandi*, &c. Argentinæ anno 1505. fol. editus eſt nomine auctoris in præfatione expreſſo. Coram eſt. Habet icones easdem, & idem ſermo eſt. Innumeræ aliæ ſunt editiones Argentorati 1508. fol. 1513. fol. 1519. fol. 1523. fol. 1532. fol. *das Buch zu deſtillieren, und das Buch Theſaurus Pauperum durch* H. BRUNSCHWIGK *ausgeklubt* TREW.

Anglice H. of BRUNSWICK *noble experience of the virtuous handywork of ſurgery — and of deſtillation. Southwark* 1525. fol.

Das deſtillier buch das buoch der rechten Kunſt zu diſtilliren, &c. reddito cum nomine auctoris, Strasburg. anno 1515. fol. & 1521. prodiit, nonnullis futilibus iconibus omiſſis TREW.

Editio anni 1512. fol. non habet plantas.

Diſtillier buch der rechten Kunſt zu nuz aller Kreuter Waſſer zu brennen und zu diſtilliren Francf. 4°. bis prodiit, figuris melioribus, tum 1552. fol. TREW. 1580. fol. 1595. fol. 1597. fol. ex G. H. RYFF. editione.

Ars deſtillandi &c. cum DIOSCORIDE DANZII redit in editione Francofurtenſi anni 1610. fol. * absque plantarum hiſtoria & figuris..

Hæc pleraque ex TREWIO ſumſi, præter eas editiones quas coram habui. Scripſit etiam H. BRAUNSCHWEIG *theſaurum pauperum* ſ. *hausapothek guter gebräuchlicher Arzney*, Argentor. 1512. fol. 1532. fol. TREW. Francof. 1576. 8°. 1585. 8°. 1594. 8°. 1598. 8°. Lipſ. 1591. 8°. qui l. plerumque cum opere de deſtillatione prodiit, etiam ſolus Francof. 1598. 8°. TREW.

Adjectus libellus MARSILII FICINI fecit, ut legas in catalogis M. FICINI *Kräuterbuch* Strasburg 1581. fol.

§. CC. *Rob. de Valle.*

ROBERTI de VALLE Rothomagenſis *difficilium Plinii explicatio* Paris anno 1500. 4°. * Duo ſunt opera. Primum eſt Compendium Plinii ſecundum ordinem 37. librorum, in modicum volumen contractum: alterum eſt Elucidatio alphabetica vocum difficilium, & Lexicon quaſi Plinianum, cum defi-

(c) Id ita interpretatur C. BOERNER *relat.* I. p. 125. 126. ut auctor Salernitana ſe e ſchola eſſe profiteretur. Vis linguæ non videtur hoc ferre: ſed neque medicus fuit, pharmacopola potius & chirurgus.

(d) In titulo libri *Chirurgia, das iſt, Handwirkung der Wundarzney*, Argentorati anno 1534. 4°.

Digitized by Google

definitionibus plantarum, animalium, & vocum technicarum. Ipſæ voces valde corruptæ, & absque emendatione, *Bombex*, *Brancha urſina*, *Budeſtin* (Bupreſtis), *Bupluron*, *Camedreos*. Intercurrunt voces non paucæ, quas PLINIUS nunquam admiſit. Plantarum explicationes fere ex M. SYLVATICO & Arabibus ſumtæ.

§. CCI. *Varii.*

Das Buch regimen ſanitatis Augſpurg 1495. 4°. THOMAS Num. KREUSSERI?

THEODORICUS ULSENIUS *de pharmacandi comprobata ratione* carmen ſcripſit Noriberg. 1496. 8°. Scholia addidit in alia editione GEORGIUS PICTORIUS.

TERTIUS DAMIANUS WISSENAUS *de victus ratione, medendi modo, purgatione, hidronoſo ſ. morbo Anglico* Antverp. 1491. 4°. MAITT. 1541. 4°.

FRIDERICH KREUSSER *regimen ſanitatis von der Ordnung der Geſundheit aus Ariſtotele Avicenna Almanſor* Noriberg. 1493. 8°. MAITT.

Ricettario di dottori dell' arte, e di medicina del Collegio Fiorentino all inſtantia delli Signori Conſoli della univerſita delli ſpeciali. Firenz. 1498. fol. MAITT. Primum, quantum reperi, diſpenſarium.

Laurentius MAJOLUS *de gradibus medicamentorum* egit Venetiis anno 1497. 4°. ANDERS.

J. TOLLAT von VOCHENBERG, Profeſſoris Vindobonenſis, *Margarita medicinæ, ein meiſterliches auserleſenes Büchlein der Arzney*, absque anno 1500. 4°. prodiit * Argentor. 1508. 4°. HEUMANN. & Nürenberg anno 1517. 4°. HIRSCH. Habet plantas per alphabetum diſpoſitis, cum viribus medicis, ad genium ſeculi.

IDEM, ut puto eſt, J. TOLLAT, cujus *Arzneybüchlein der Kräuter* habet Erford. anno 1530. 8°. editum RIVINUS.

Ferdinandi PONZETTI Cardinalis Melphitani *de venenis* libri III. Venetiis 1492. fol. Romæ 1520. 4°. (*e*) Baſileæ anno 1562. fol. * Arabiſta, & collector. Unicum proprium exemplum habet vis venenatæ Hellebori, neque addit, albusne fuerit, an niger? Parum botanicus, amygdalas amaras habet pro Coccis gnidiis.

J. MATTHÆUS *ex Ferraria*, vulgo DE GRADIBUS, ſuper Avicennam MAITT. Mediolani 1494. fol. MAITT.

§. CCII.

(e) TOPP. MERKLINUS editionem anni 1521. 4°. addit, mihi ſuſpectam, cum in Baſileenſi diſerte dicatur, prodiiſſe ante annos 40. quod de Romana editione verum eſt.

Digitized by Google

§. CCII. *G. Torella alii.*

Antidotarius cum ROGERII practica editus Venet. 1499. fol.

Herbariolum ſ. tractatus de herbarum virtutibus Venetiis 1499. 4°. HOTTON.

Gaſparis TORELLA Archiatri de *regimine ſeu præſervatione ſanitatis*, *deque eſculentis & potulentis* Romæ anno 1506. 4°. nunquam a me viſus liber.

PETRUS ANTONIUS RUSTICUS PLACENTINUS varios libellos conjunctos edidit, inter quos eſt Canticum Avicennæ.

Udalrici BINDER *reginimis ſanitatis* L. II. *de ſimplicibus medicamentis* L. I. anno 1510. fol. MERKL. Neque iſte mihi viſus eſt.

J. *Michael.* SAVANAROLA liber *della natura e delle coſe*, *che nutriſcono*, *riformato ed accreſciuto*, *e emendato per Bartol.* BOLDO Venet. 1575. 4°. BURETTE. 1576. 4°. BOEHMER.

EJUSDEM *Catalogus continens tam ſimplicium*, *quam compoſitorum medicamentorum nomenclaturas* Argentor. anno 1533. 4°. & 24°. LIND.

ANT. VENUTI de agricultura opuſculum Neapoli 1516. 4°. MONGIT. Venet. 1536. 12°. italice.

§. CCIII. *Codices M.S.*

Hic recenſemus pluſculos auctores ſeculi XV. quorum opera non prodierunt.

HENRICUS Calcoenſis Synopſeos herbariæ L. I. reliquit TANNER. p. 394. IDEM vertit PALLADIUM de re ruſtica Venet. anno 1493. TANNER.

RICARDUS FORSTER de proprietatibus rerum B. R. Lond. an alias a GLANVILLIO.

Forte & hujus ævi fuerint medicinæ ſimplices alphabeticæ, & an herbal alphabetice ib.

De *medicinarum ſimplicium virtutibus* liber ib. in B. Lond. ordine alphabetico.

ALANUS OGILBY Scotus, de virtutibus herbarum ſcripſit L. VI. TANNER p. 560.

GUIL. HERMAN *herbarum Synonyma* ib. p. 412. forte eadem quæ in *Eclog. Oxon. Cant.*

J. FRUMENTARIUS vulgo *Whithamſtede* de *medicinis ſimplicibus*, *herbis*, *herbarum virtutibus : de granis*, *ſuccis*, *gummis*, *ſeminibus*, *& eorum virtutibus*, *& de medicamentis compoſitis* p. 441. Hi ſeculi fuerint XV.

Digitized by Google

J. MARTINI Ferrarienſis ad FRANC. SFORZIA de venenis eorumque remediis B. R. P. n. 6980.

J. de TORNAMIRA regimen ſanitatis ib. 6989. *

Regiſtrum Coquinæ, quomodo præparentur cibaria per totum annum, & diverſa pulmenta & ſalſamenta. Auctor eſt JOH. BUCHEHEN coquus MARTINI P. M. Bibl. Reg. Pariſ. n. 7054.

J. SOMERSET *de virtutibus olei olivæ ſecundum* P. de CRESCENTIIS circa annum 1441. ſcriptus codex, TANNERO dicitur.

§. CCIV. *J. de Vigo &c.*

Joh. de VIGO Genuenſis, Chirurgus JULII II. jam ſenex ſcripſit *Chirurgiæ practicæ* P. I. Lugduni anno 1519. 8°. 1538. 8°. 1561. 8°. * & alias excuſam. In libro VIII. plantæ Chirurgo utiles, tum compoſita medicamenta recenſentur. In L. IX. de victus ratione agitur, & olera deſcribuntur, aliique cibi.

Gerardi NOCITO *Siculi Lucidarium medicinæ, ſeu notitia omnium ſimplicium medicinalium, in quo tempora collectionis plantarum determinantur* Neapol. anno 1511. 4°. BUMALD. MONGITOR.

CLEMENTII CLEMENTINI de ARMERIA *Clementia Medicinæ,* Rom. 1512. fol. Continet antidotarium ſive formularum l. III.

J. de ZANTULIETE *diæta totius anni* Lugdun. ann. 1517. 4°. LIND.

Leonhardus LEGHIUS Papienſis, cujus *floſculos ex* GALENI *libris collectos* citat MERKLINUS, ſecundum GESNERUM, cum iis edidit *ſummam medicamentorum ſimplicium & compoſitorum, ſecundum literas alphabeti.* In eo l. ſimplicia partim ſecundum qualitates recenſet, partim cuique opponit medicamentum compoſitum, cui admiſcetur, Venetiis anno 1523. fol.

§. CCV. *Symphorianus Champier.*

Symphoriani CHAMPIER, qui in poſterioribus libris ſe CAMPEGIUM vocavit, Lugdunenſis, *caſtigationes ſeu emendationes pharmacopolarum & Arabum medicorum & aliorum juniorum* Lugduni prodierunt anno 1532. 8°. Pars prima pertinet ad medicamenta ſimplicia, altera continet adnotationes ad *antidotarium* MESUES.

EJUSDEM *ſylvæ medicinales* Lugdun. 1507. 4°. etiam de plantis agunt.

EJUSDEM *Roſa Gallica aggregatoris Lugdunenſis* Pariſiis edita eſt anno 1514. 8°. * Magna pars hujus operis botanici eſt argumenti, & totum fere pertinet ad victus rationem. Liber III. eſt de oleribus, & radicibus edulibus, deque fructibus & condimentis. L. IV. de potu. Auctor ingenio minime contemnendo fuit, cæterum, ad morem ſeculi, ex Arabibus ſua collegit, quos ad amuſſim legerat.

In

Digitized by Google

In *Margarita ſanitatis* medicamenta ſecundum ſuas qualitates traduntur, pleraque equidem compoſita. Aliqua etiam ex Geoponicis habet, ad condimenta & conſervationem fructuum.

Ejusdem *Hortus Gallicus, in quo Gallos in Gallia omnium morborum remedia reperire* docet Lugduni anno 1535. 8°. *. Arabes, quos deſcripſerat, odit nunc & reprobat, atque lapidem Lazuli rejecit, & ipſam confectionem alkermes. Monſpelienſes carpit, quod abutantur Scammonia & Colocynthide; denique ſex in libellis recenſet Gallicæ originis medicamenta, cum ſuis facultatibus, & doſibus. Inter purgantia eſt Manna Brigantina: deinde inter aromatica Bugloſſa, & alia alterius loci: Ita nardum vocat, quæ nobis Lavandula. Inde poma recenſet, & medicamenta, denique ſuccedanea. Mercurialem Caſſiæ loco ſubſtituit; Agaricum pro Rheo, Ebulum pro Aloë, Geniſtam pro Senna. Reliqua pars operis titulum habet *Camporum Elyſiorum, in quibus quidquid apud Indos Arabes, & Pœnos reperitur, in Gallia reperiri poſſe demonſtratur.* Accedunt formulæ & multa aliena.

Ej. *de Græcorum atque Arabum Scammoneo* diſſertatio edita anno 1537. 8°. absque loco. Gunz.

Ejusdem *officina apothecariorum ac juniorum medicorum, acceſſit Antidotarius continens ſecreta ſublimia.* Lugduni 1532. 8°. Gunz.

Ejusdem L. IV. etymologii Isidori, qui eſt de medicina Lyon 1508. 8°.

Ejusdem *pentapharmacum, Rhabarbaro, Agarico, Manna, Terebinthina & ſena Gallicis conſtans, cum Donati* a Mutiis Raguſani opere *de Terebinthina reſina facultatibus* Lugduni anno 1534. 8°. Verdier. *Supplem.*

Vitam J. Mesve, ejus canones univerſales, Grabadin & medicinarum particularium libros edidit Lugduni 1531. 8°. Riv.

Ejusd. *epiſtola pro Græcorum defenſione in Arabes* Lyon 1558. B. Thom.

Non eſt Idem qui Benedictus Curtius hortorum auctor, ut nonnullis viſum eſt.

§. CCVI. *Varii.*

In Antidotarium Johannis Mesves *cum declaratione ſimplicium medicinarum, & ſolutione multorum dubiorum, per ven. Fratres* Bartholomæum *Urbevetanum, & Angelum* Paleam *Juvenatienſem, minoritas obſs.* Venetiis anno 1543. fol. Lugduni anno 1545. 8°. Vulgo citantur cum titulo Monachorum.

Ant. Romery *additions ſur l'antidotaire du* Guidon. Lyon 1520. Verd.

Franc. Caballus *de theriaca* Lyon 1525. 4°.

Opera nuova nella quale ſi contengono tre utiliſſimi ricettari Venet. 1526. 4°. B. Thom.

J. Schoerner *nützliches Büchlein vieler bewehrten Arzneyen, Nürnberg* 1529. 8°. Gunz. 1542. 8°. Gunz. *Etienne*

Digitized by Google

Etienne DAIGUE Sieur de Beaulvais *Singulier traité contenant la proprieté des tortues, eſcargots, grenouilles & artichaudts* Pariſiis anno 1530. 4°. BUR. anno 1550. 8°. FALCON.

J. PETRI ARLUNI Mediolanenſis *Commentarius vinum mixtum an meracum juncturarum doloribus obnoxiis magis conveniat* Pariſ. 1577. 8°. Venet. circa annum 1530.

§. CCVII. *Alfonſus de Herrera.*

Gabriel Alfonſo de HERRERA *liber de agricultura, que es de labrança y criança, y de muchas otras particularidades de las coſas del Campo* Tolet anno 1520. fol. anno 1545. fol. SEGUIER. anno 1551. fol. Pampelonæ anno 1605. fol. TREW. SEGUIER. Medinæ anno 1584. fol. Madrid anno 1620. fol. 1643. fol. SEGUIER. 1646. fol. FALC. Noſtra editio eſt Gronno in Galœcia, anni 1528. fol. * Italice etiam verſus eſt a MEMBRINO ROSEO & editus Venet. anno 1568. 4°. FALC. 1592. 4°. ZOCHA — 1633. 4°. HOTTON. Latine a MICHAELE TOMMAZINO verſus Romæ 1557. 4°. Melior plerisque Arabiſtis, ex antiquis Geoponicis, PLINIO, & CRESCENTIO pleraque collegit, & multa admiſcuit ſua, nam agrum coluit, ut puto, Talaveræ (*f*): Italiam (*g*), & varia regna (*h*) vidit, & Hiſpaniæ provincias.

L. I. eſt de ſegetibus & leguminibus. L. II. de vitibus. L. III. de arboribus. L. IV. de herbis. L. V. de animalibus. L. VI. de operibus menſtruis. Transferri poſſe Aurantias arbores, Cordubæ (*i*) vidit. Poſſe Talaveræ Limonum & Citriorum arbores coli, ſi gnari haberentur homines (*k*). Verengenes (*Melanzana*) a Mauris (*l*) in Hiſpaniam eſſe translata. Avenam veram veterum vix intelligi (*m*). Incommodum eſt, quod arboribus & plantis ſynonyma non addat.

§. CCVIII. *Varii.*

Luciani BELI quæſtio *de Rhabarbaro* Bononiæ anno 1533. 4°. SEGUIER, recuſa cum *Antonio Maria* BETTO *in Avicennam* * Bononiæ anno 1560. fol.

Leonhard MARSCHALL *of the art and manner how to plant and graft all ſorts of trees how to ſette ſtones and ſow pepins* Lond. anno 1529. HARLEY; anno 1582. 4°. HARLEY; anno 1592. AMES. anno 1651. 4°. HARLEY. anno 1652. 4°. OSBORN.

Garſias

(f) P. XCVIII. CXXXIII.
(g) P. LII.
(h) Galliæ & Italiæ parvuli boves V. b.
(i) P. XCVI. b.
(k) P. XCVIII.
(l) P. CXCV.
(m) P. XVI. b.

Digitized by Google

Garſias Perez de MORALES *del balſamo y de ſus utilidades para las enfermidades del cuerpo umano* Hiſpali anno 1530. 4°. NIC. ANT.

CHRISTOPHORUS de VEGA anno 1532. de reperta manna ſaligna agit, quæ ſit mordentis inſecti effectus.

§. CCIX. *Paracelſus.*

Theophraſtum PARACELSUM, ſemibarbarum, hic recenſeo, qui paſſim plantas tetigit, & potiſſimum etiam Helleborum laudavit. Huc liber *de vita longa* Francof. anno 1560. 8°. & alias.

EJUSDEM *etliche Arzneybüchlein nehmlich von Terebinthen und beyderley Helleborus; vom Franzoſenholz* &c. Cölln 1567. 4°. BASS.

EJUSDEM *etliche Tractat von natürlichen Dingen — Beſchreibung etlicher Kräuter* 1568. 8°. Strasburg 1570. 8°. BASS. 1587. UFFENB. 1597. 8°. B. THOMAS.

EJUSDEM *Declaration zu bereiten Hellebori ſamt ein Caput von Perforata* durch Adam von BODENSTEIN *publicirt* 1568. 8°. BASS.

EJUSDEM *Holzbüchlein vom Nuz und Gebrauch des Franzoſenholzes* 1564. 8. DRAUD.

In EJUSDEM operum tomo VII. exſtat *Herbarius*, tum ſeorſim capita *de Perſicaria*, *Carduo angelico*, *Corallis*, *Terebinthina*, *Helleboro albo & nigro*, *Hypericone*, *heliolibano.*

EJUSDEM *de gradibus de compoſitionibus de doſibus receptorum ac naturalium* Mülhauſen 1562. 8°. B. THOM. Baſil. 1562. 8°. IID. 1568. 8°. 1608. 8°.

Drey nüzliche Bücher von der franzöſiſchen Krankheit Strasburg 1518. 8°. 1565. 8°. Baſil. 1577. 8°.

In operum omnium collectione Argentor. 1603. fol. cujus opera partim latina ſunt, partim germanica, reperio.

L. *de vita longa*, utraque lingua.

De renovatione & reſtauratione.

De creſcentibus multa cum jactatione.

De gradibus naturalibus, ubi plantæ ſecundum claſſes virium medicatarum recenſentur.

De præparatione quorundam oleorum.

Herbarius in quo vires medicæ nimium ornantur.

Zwey Tractätlein vom Terpentin.

Digitized by Google

De guajaco ſ. Xylobalſamo.

In MACRI *herbas.*

De re herbaria.

In errores MACRI *& herbariorum.*

De virtute conſolidæ aureæ, hyperici, ſerpentinæ, perſicariæ, plantagine.

De vini materia.

Miras ubique fabellas reperio. Facere Carlinam, ut qui ea munitus ſit, poſſit duplo cum pondere alacriter progredi, dum reliqui laſſantur.

Ecce ut vires plantarum definiat. Plantago componitur ex mercurio mortificato congelato, diaphano, perſpicuo, & ex ſale mercuriali fixo, conſtrictivo, exſiccatorio non diaphano, incarnativo &c.

In T. I. de generatione plantarum, arborum, frumentorum, leguminum herbarum, & de fungis agit.

In *Chirurgicis* 1605. fol. Argentorati Germanice editis exſtant *Holzbüchlein* 2. de Guajaco & ſ. Xylaloë, quam in curanda lue venerea laudat. In LL. Chirurgicorum V. etiam aliqua de Guajaco habet.

§. CCX. *Rhodion. Fitzherbert.*

Anton. FITZHERBERT vel FITZHARBARD *book of husbandry* Lond. prodiit anno 1534. 8°. 1546. 8°. HARL. 1555. 12°. SEGUIER. 1631. 8°. Nuper recuſus eſt anno 1767. 8°.

EJUSDEM *ſecond book of ſurveying and improvements ibid.* anno 1539. 8°.

EJUSDEM operis libri quatuor, meliori dictioni reſtituti Lond. anno 1598. 4°. SEGUIER. quam ſuſpicatur eſſe *the whole art of husbandry in 4. books* Lond. anno 1631. 4°. editam. IDEM.

EUCHARIUS RHODION (*Röſlein*) CUBÆ opus auxit, & cum nomine *Kräuterbuch von allerley Kräuter, Gethier, Geſtein und Metall Diſtillirzeug* &c. recudi fecit Francof. apud Egenolf 1533. fol. 1535. fol. 1556. fol. TREW. quod IDEM opus quarta vice auctum rediit 1569. fol. TREW. Vide p. 241.]

§. CCXI. *Varii.*

Polyonymi SYNGRAPHEI (quod nomen videtur fictum eſſe) *ſchola apitiana ex optimis auctoribus conſtructa* Francof. anno 1534. 8°. MERKL. Antverp. anno 1535. 8°. MERKL.

Sebaſtiani

Digitized by Google

Sebaſtiani Montui *Dialexeon medicinalium* L. II. Lugduni anno 1537. 4°. Liber I. eſt *de ſimplicibus*. Gesner.

Ejusdem *annotatiunculæ in Errata recentiorum medicorum per Leonhardum* Fuchsium *Germanum collecta, item Epiſt. apologetica pro defenſione Arabum* a D. *Bernhardo* Unger *compoſita* Lugduni anno 1533. 8°. 1548. 8°. Merkl.

Jaſon Pratensis *de tuenda ſanitate* L. IV. Antverpiæ anno 1538. 4°. *

Nicolai Pletii *Compendium de victus ratione pro anni & ætatis partibus inſtituenda* Paris anno 1538. 8°. Merkl. 1539. Maitt.

Epulario overo del modo di cucinare &c. Breſſa 1537. 8°. Zoch. Venez. 1579. 8°.

Antonii Fumanelli *de vino & facultatibus vini* Venet. anno 1536. 4°. Tiguri anno 1577. & in collectione operum Pariſina.

Ejusdem *de roſarum facultatibus*. ibid.

Rob. Geopretii Atrebatis *Regimen Sanitatis* Gandav. 1538. 4°. Pl. Pariſ. 1540. 16°.

Tractatus de herbis ac animalibus Venet. 1538. fol.

Matthiæ Apiarii *hortus ſanitatis* Argentorati 1536. fol. Non ſatis novi, num huc ſpectet.

§. CCXII. *Amatus.*

J. *Roderici* de Castello albo (Caſtel blanco) *Index Dioſcoridis, ejusque campi hiſtoriales* Antverp. anno 1536. fol.

Ejusdem, qui vulgo *Amatus* Lusitanus dicitur, *enarrationes in Dioſcoridem* (*n*) Venetiis anno 1553. 4°. Trew. anno 1557. 4°. * Argentinæ anno 1554. 4°. Seguier. Trew. Lugduni anno 1558. 8°. Trew. (iſta editio cum Fuchsii iconibus & Constantini adnotationibus). Editionis noſtræ præfatio Romæ data eſt anno 1551. Ipſe Salmanticæ Aldereto (*o*) præceptore artem didicit. Male audit Judæus iſte ſcriptor, & paſſim carpitur. Non tamen nulla ſua merita habet, Brassavolæ amicus, & Canani, Arabum cæterum defenſor: non nimis eruditus in utraque lingua, neque diligens plantarum inveſtigator: græcorum etiam minus peritus, nimius de ſe ipſo

 ſcriptor.

(n) Dioscorid. p. 268.
(o) p. 151.

Digitized by Google

ſcriptor. Propria aliqua habet, in ſeplaſiis adnotata, de mercibus, quæ eo ævo a Luſitanis undique advehebantur: ſigna etiam bonæ notæ medicamentorum exhibet. Deinde plantarum Hiſpanicarum & Luſitanicarum locos natales paſſim addit, earum etiam quæ Anconæ proveniunt, aut paſſim in hortis. Ita Halimum Salmanticæ (*p*) reperit, paſſerculorum herbam (*q*) in patrio *Caſtello albo*. Argentum (*r*) vivum absque malo deglutiri, ad integram libram monet; Harmel non eſſe ſemen Cicutæ (*s*) docet; Spicam Nardi veram Venetiis vidit (*t*), Rhaponticum Anconæ, & Cochinellam ex America adlatam (*u*). Caſtoris etiam anatomes meminit (*x*). Paſſim vero errat. Ex Cotula (*y*) fætida ait unguentum amaracinum paratum fuiſſe. Roſas moſchatas rubras cum flagitio alvum purgare (*z*). Rubum Idæum nigrum vult ſe vidiſſe (*a*). Potamogetonem cum Pulmonaria confundit (*b*). A paſſerum ſtercore putat herbæ in muris naſcentes flores in paſſeris ſpeciem reformari (*c*).

In epiſtolis de methodo propinandæ radicis Chinæ egit, quæ fragmenta a LUISINO recuſa ſunt.

§. CCXIII. *Guil. Puteanus.*

Guilielmi PUTEANI *Blangiaci*, medici Gratianopolitani, J. MESVES *Aloen non aperire venas, aliaque ſimilia contra* MANARDUM & FUCHSIUM *ad ſimplicium medicamentorum facultates noſcendas non parum utilis defenſio* prodiit Lugduni anno 1537. 8°. *. Varia, pro Mesve, Aloen ſtomacho non nocere. Scordium, ut vulgarem herbam, deſcribit. Rhaponticum idem eſſe cum Rheo barbaro, & circa Gratianopolin naſci. Rheum barbarum etiam cum detrimento ægris exhiberi.

EJUSDEM *de medicamentorum quorundam purgantium facultatibus* Lugduni anno 1552. 4°. anno 1564. 8°.

FRIDERICI MECUM *von den Kräutern und ihrer Kraft*, Witteb. 1539. 4°.

§. CCXIV.

(p) p. 105.
(q) p. 269.
(r) p. 490.
(s) p. 317.
(t) p. 15.
(u) p. 399.
(x) p. 193.
(y) p. 64.
(z) p. 121.
(a) p. 393.
(b) p. 426.
(c) p. 269.

Digitized by Google

§. CCXIV. *Varii.*

THEOB. LEPLING *Iſagoge de uſu pharmaceutices in concinnandis medicamentis* Lugduni 1539. 8°.

Le bon menager, qui traite du labeur des champs, vignes, Jardins, arbres, &c. Paris anno 1540. fol. SEGUIER.

Joh. BROHON *de ſtirpibus vel plantis, ordine alphabetico Epitome* Cremon. anno 1541. FALCON.

THOMAS ELYOT *caſtel of health* Lond. 1541. 4°. MAITT. 1561. 1572. 1576. 1580. 1587. 8°. 1595. 4°. TANN. & *the glaſſ of health* by WYER.

Precepts of good health Lond. 1543. OSB.

Tarquinii OCYORII (*Schnellenberg*) *von Wurzeln wider die Peſt.* Trefurt. anno 1546. 8°. 1552. Francof. anno 1566. 8°. 1579. 8°. Königsberg anno 1551. 4°. 1555. 4°. Argentorati anno 1587. 8°. 1589. 1594. 8°. anno 1651. 12°. 1677. 8°. Francof. ad Oder anno 1613. 8°. Annaberg anno 1680. 8°. RIV.

EJUSD. (cum nomine SCHNELLENBERG) *Bericht von etlichen edelen Balſam, Oelen und Wundtränken* Francfurt 1549. 4°.

§. CCXV. *Q. Apollinaris.*

Q. APOLLINARIS, ficti nominis, *ein neuer Albertus Magnus von Weibern, und etlicher fürnehmer Kräuter Tugenden, gebeſſert durch Q.* APOLLINARIS Argentor. anno 1549. 4°. 1581. 8°. Konigsberg 1555. 4°. RIV. Inde cum titulo *Kurzes Handbüchlein und Experiment vieler Arzneyen vermehrt* Francofurti anno 1550. 8°. anno 1563. 8°. * 1564. 8°. 1570. 8°. 1584. 8°. 1585. 8°. 1626. 4°. Strasburg anno 1575. 8°. 1578. 8°. TREW. 1587. 8°. BASS. 1594. 8°. 1596. 8°. *Catal. libr.* 1602. 1607. 8°. 1651. 8°. SEGUIER. 1677. 8°. 1689. 8°. anno 1700. 8°. Priores illæ editiones cum iconibus RHODIONIS prodierunt. Idem puto libellus eſt *Auserleſenes ſchön Arzney- und Kräuterbuch* Erford. anno 1626. 8°. SEGUIER. Farrago eſt formularum, & in libro II. icunculæ ex BRUNFELSIO, & aliunde deſcriptæ, etiam propriæ, ſed monſtroſæ aliquæ, novi nihil (*d*). Recuſus eſt *mit vielen Kräutern vermehrt ſamt dem Experimenten-Buch von 20. peſtil Kräutern* T. OCYORI Francfurt anno 1594. 8°. Argentorati anno 1607. 8°. &c.

EJUSDEM Q. APOLLINARIS *Enchiridion remediorum facile probabilium*, e germanico latine verſum a *Rod.* GOCLENIO cum iconibus 124. plantarum, Francfurt anno 1610. 8°. FALCON. RIV. &c.

(d) Collect. GESNER. præf. ad TRAGUM.

Digitized by Google

ANTONIUS STUPANUS Rhæticus (ex valle Tellina) *diſpenſatorium* NICOLAI auxit Lyon 1543. QUADRIO.

New herbal of Macer, Names of herbes in Greeke, Latin, Engliſhe, Dutche and Franche 1548. 8°. OSB. annon TURNERI.

MAESTRO ROBERTO Cocinero mayor *libro de Griſados manjares y potages intitulado libro de Cocina,* Toledo 1544. 4°. BUR. Logronno 1629. 4°. BODL.

A booke of the properties of herbs called an herbal — the tymes that herbes flowers and ſeede ſhould be gatherd — the virtue of herbes drawn out of antient books by W. C. Lond. abſque anno 12°. TANNER. *Bibl. Britann.* p. 199.

ANDREÆ CARLSTAD de braſſica libellum germanicum GESNERUS citat ad TRAGUM, annum non dicit.

§. CCXVI. *Codices M.S.*

Ætatem ignoro eorum quos dico Codicem.

Traité *des ſimples repreſentés in figures* MONTFAUC. in *Bibl. ſ. Germ.*

Duodecim herbæ 12. ſignorum in B. S. TRIN. Dublinenſi MONTF. & in VOSSIANA.

Liber de venenis & eorum remediis in *Bibl.* VOSSIANA.

Opus agriculturæ in VATICANA PETAVIANA.

Aliud Gallicum ib.

Maniere de planter & greffer. ib.

De re ruſtica, vitibus, arboribus, brutis ib.

De arboribus ib.

Notabilia de vegetabilibus in *Bibl. Cantab.* Eclog.

Nomenclaturam vocabulorum in medicina receptorum, præſertim etiam herbarum, ſervant in *Bibl. Oxon. Magdalen.*

L. *de herbis* in *Bibl. Corp. Chriſti.*

JEAN le BEGUE *differentes receptes ſur les couleurs* B. R. P. n. 6741. qui codex ſeculi eſt XV.

GEORGII KATZENBERGER herbarium vivum in B. GOTHAN.

LIB.

Digitized by Google

LIB. IV.

INSTAURATORES.

§. CCXVII.

Felicitas eſt ſeculi XV. quod eo vertente literæ in Europa renaſci ceperint. Eo enim ævo Græci Conſtantinopoli pulſi in Europam confugerunt, & ſecum codices veterum M.S. adtulerunt. Eos publicos reddidit, vulgoque utiles, inventa eo ipſo tempore ars typographica, quæ librorum pretia diminuit, exempla vero cujusque operis immenſum multiplicavit, ut ſemina adeo bonarum artium, & cultioris Græciæ inventa, etiam ad pauperes pervenire potuerint. Multum hic ALDI adjuverunt, qui principes Græcorum ſcriptores typis ediderunt, THEOPHRASTUM etiam, ARISTOTELEM, & DIOSCORIDEM. Denique crebriores & meliores verſiones eorum ipſorum operum magis & magis de prelis prodierunt, ut etiam ad eos lux antiquitatis penetraret, qui Græcam linguam ignorarent. Ita ſenſim barbarities Arabum diſplicuit, & innotuit ex Græcis eſſe, quæ ipſi deterius reddidiſſent. Integro tamen ſeculo bonæ literæ eguerunt, quoad ſenſim barbaritiem ſuperarent. Circa eadem tempora novus orbis detectus ſuas cepit reperire divitias. CODRUS quidem medicus periit, cum ad novas plantas detegendas eo navigaverat (*e*): ſed feliciores alii paulatim adjectis ex utriusque India noviter detectis plantis antiquorum theſauros duplicaverunt, quarum primæ lignum ſanctum fuerunt, atque Guajacum.

§. CCXVIII. *G. Valla.*

Georgius VALLA ex primis fuit melioris linguæ reparatoribus. Ejus *de expetendis & fugiendis rebus opus* de medicina libros VII. continet, in quibus etiam de ſimplicium natura per ordinem literarum ex Græcis agitur, apud Aldos excuſum anno 1497. & 1501. fol. (*f*).

EJUSDEM de *ſimplicium natura* L. VII. Seorſim prodiit Venetiis 1488., & L. I. Argentinæ anno 1528. 8°. TREW. Lexicon botanicum ex Græcis.

EJUSDEM *de tuenda ſanitate per victum*, cum *Pauli* BREG de ciborum facultatibus Argentorati excuſus eſt 1529. 8. PLATN.

§. CCXIX.

(e) CARDAN. *varietat.* L. VIII.
(f) Conf. TREW.

Digitized by Google

§. CCXIX. *T. Gazæus.*

Theodorus GAZA Theſſalonicenſis, qui anno 1478. diem ſuum obiit, induſtrius certe ARISTOTELIS, & potiſſimum THEOPHRASTI interpres, hic laudari meretur.

§. CCXX. *Hermolaus Barbarus.*

Caſtigationes *plinianæ* HERMOLAI BARBARI Romæ anno 1492. fol., & iterum 1493. fol. & *ſecundæ caſtigationes* Romæ anno 1493. fol. conjunctæ Baſil. 1534. 4°.* & *caſtigatiſſimæ: quum vix poſt Romanas cæteris tamen adhuc impreſſis: vel ab opicis quidem non poſthabendæ* Cremonæ anno 1495. fol. d'ETREES. 1497. fol. Adparet PLINII exempla eo ævo vulgo corruptiſſima fuiſſe, quo HERMOLAUS ſcripſit. Ea vitia a barbaris adſperſa abſtergit quidem, & lectionem meliorem reſtituit, ex vetuſtis codicibus, & aliis antiquis auctoribus. Neque debet ejus viri labor ex noſtra ætate æſtimari, ſed ex ea, qua ad PLINIUM caſtigandum acceſſit, certe maculoſiſſimum. Multa enim Cl. viro veterum librorum peritia fuit, THEOPHRASTI, DIOSCORIDIS, Georgicorum & Poetarum, & reſtitutiones pleræque bonæ ſunt. Totus autem in vocabulorum emendatione fuit, neque definitiones rerum addidit, aut hiſtorias. Eximius, ut eo tempore, labor, cujus utilitatem vel ex ROBERTI de VALLE comparato libro æſtimes: vertit autem, ut ipſe auctor videretur, HUETIO judice. Vide laudantem paſſim FUCHSIUM.

Secundæ caſtigationes ſunt priorum ſupplementa.

EJUSDEM *Gloſſemata* ad ALEXANDRUM VI. pontificem, dictionarium vocum rariorum & technicarum Baſil. 1534. 4°. *

EJUSDEM in *Dioſcoridem Corollariorum* L. V. Colon. anno 1530. fol.* Doctum opus, & undique ex antiquitate collectum, ut conjuncta videas, quæ vetuſtas de aliqua arbore aut planta reliquerit; ad naturam tamen Cl. virum non acceſſiſſe fatendum eſt. Nam de Lolio, in exemplo, ait inebriare, & circumligare Tritica, quorum alterum cum altero conſiſtere nequit.

PHILIPPI BEROALDI in COLUMELLA aliiſque veteribus labores laudavimus. *Adnotationes etiam* in PLINIANAS *caſtigationes* edidit Brixiæ 1496. fol. d'ETREES.

MARCELLI VERGILII *verſionem & adnotationes ad Dioſcoridis* L. VI. de *materia medica* Ulano 1518. fol. diximus. Epitome earum adnotationum prodiit Argentorati 1569. BODL.

§. CCXXI. *Maffeus. Alii.*

Raphaelis MAFFEI VOLATERRANI *Commentariorum urbanorum libri* XXXVIII. Pariſiis anno 1515. fol. 1526. fol. SEGUIER. Baſileæ anno 1530. fol.

Digitized by Google

fol. 1544. fol. GESNER. In libro XXVI. agit de plantis, paſſimque compilationes continet, ex Græcis tamen ſumtas. Non valde probat GESNERUS.;

JUSTULI SPOLETANI *de cultu Croci* l. Rom. 1510. 4°. SEGUIER.

Angeli POLITIANI *Sylva* Florentiæ anno 1497. fol. excuſa, & cum MEURSII arboreto Amſtelodami anno 1668. 12°. SEGUIER.

EJUSDEM *ruſticus* Lipſ. 1515. 4°. Utrecht 1672. 16°. cum RAPINO; huc videtur facere.

Polydorus VERGILIUS de inventoribus artis herbariæ, & beſtiarum imitatione egit *Inventorum* L. I. c. 21. de agriculturæ origine L. III. c. 1. 2. de agriculturæ auctoribus ib. c. 3. De vitis inventoribus & Oleæ c. 4. De iis qui primum arbores peregrinas in Europam adtulerunt c. 6. De iis, qui linum invenerunt &c. Prodiit Baſileæ anno 1521. fol. 1536. 8°.

J. *Jovianus* PONTANUS, poëta & hiſtoricus, *Heſperidum* libros II. ſcripſit Florent. 1513. aut 1514. 12°. Argentorati 1515. Venetiis anno 1505. 8°. NEAULME. 1513. 1531. 8°. & alias editos, de cultu Heſperidum, malorum aureorum, Citriorum, cum admiſtis fabulis. Nuper cum verſione Italica recudi fecit ANT. de LUCA Venet. 1761. 8°. * In *Eridanorum* L. I. elegans eſt carmen de Palma hydruntina & Bituntina Venetiis anno 1518. 8°. *

Baptiſta FIERA Mantuanus vixit exeunte ſeculo XV. celebris Medicus & Poëta. Ejus *cœna de herbarum virtutibus, & artis medicæ parte, quæ in victus ratione conſiſtit*, ſæpe prodiit. Duæ ſunt mihi editiones. Cum EOBANO HESSO Francfurt anno 1564. 8°. edita recuſa eſt cum *Caroli* AVANTII *adnotationibus* Patavii anno 1649. 4°. Prodiit etiam Mantuæ anno 1515. 4°. MAITT. Baſileæ anno 1522. 12. SEGUIER. Argentorati anno 1530. 8°. BUMALD. Pariſiis anno 1533. 8°. Lipſ. 1626. 8°. HAEN. Verſiculi ſatis comti ſunt, & renaſcentium literarum vim ſenſerunt. Signa cujusque medicamenti ſimplicis tradit, & vires medicas, in epigrammatibus MARTIALIS apophoreta imitatus. *Caſtoris* DURANTE plagium commentator *Carolus* AVANTIUS detexit.

Intercidit JAC. COCI *dendrographia* ſ. de *plantis* L. IV. cujus operis codex M.S. exſtabat penes UFFENBACHIUM III. n. 5. p. 202.

FRANCISCI MARIÆ GRAPALDI de partibus ædium absque anno tum 1494. 4°. 1501. 4°. Parmæ 1506. 4°. 1516. 4°. elegantior 1517. 4°. B. Bern. Taurin, 1517. 4°. B. THOM. (CLEM. 1516.) Paris 1517. 4°. Argent. 1508. 4°. B. Bern. Baſileæ 1533. 4°. 1541. 4°. Lugduni 1535. 8°. & Dordraci 1618. 4°. Pluſculi libri hujus collectionis ad arboretum, ad ſepes, ad olera, ad plantas hortenſes, ad vinum pertinent, ex veterum locis conpilati, ſæpe ſatis vitioſi, absque proprio experimento. Plantæ hortenſes capite V. libro I. & c. 3. vinum libro II. c. 3. fructus edules c. 11. dicuntur tum fungi. Editiones ex D. CLEMENT ſumſi.

MARCI

Digitized by Google

Marcus Hieronymus Vida, elegans inter nuperos poëta, *de bombyce* cecinit Rom. 1537. 4°. Lyon 1537. 8°. Antverp. 1585. 12°. Cremon. 1590. 8°. B. Dresd. quæ nuper Patavii recuſa ſunt 1731. 4°. 2. Vol. & Oxonii 1722.

§. CCXXII. *Alex. Benedictus.*

Alexandri Benedicti *de re medica* opus inſigne Baſil. anno 1549. fol. * Morbos equidem deſcribit a capite ad calcem, multa habet tamen propria, vir ex multis peregrinationibus doctior. In Creta vidit mala medica priapeja (*g*), quorum ſemen priapeja regenerat. Alexandriæ (*h*) Muſam vidit & deſcribit. Rhamnum in Græcia & Dalmatia reperit (*i*). Multas medicas ſtirpium facultates proprio experimento comprobavit, neque quemquam hoc opus pœnituerit evolviſſe.

§. CCXXIII. *Nicolaus Leonicenus.*

Nicolai Leoniceni, longævi ſenis, qui anno 1524. anno ætatis 96. obiit poſt comitialem morbum per decem annos toleratum. Ejus eſt de *Plinii aliorumque in medicina erroribus* ad *Angelum* Politianum.

Ejusdem Epiſtola ad *Hermol.* Barbarum *in primi operis defenſionem.*

Ejusdem *de Plinii & aliorum medicorum erroribus novum opus* ad F. Turtum.

Ejusdem ad H. Menochium *epiſtola, in qua eadem materia de ſimplicibus medicamentis pertractatur, & quædam Plinii & aliorum medicorum errata continentur.* Horum libellorum prima editio eſt Ferrariæ anni 1492. 4°. B. Dresd. mea vero 1509. 4°. * Deinde Baſileæ anno 1529. 4°. * & 1532. 4°. cum notis *Andreæ* Leenii prodiit. In editione operum omnium 1532. Baſileæ fol. * hæc redeunt.

Eruditus vir, primus a multorum ſeculorum memoria critico uſus acumine. Adnotat in prima epiſtola errores Marrubii ex Praſii ſimili nomine natas, exque Trifolii & Polii, Parthenii & Parietariæ, tum in Ciſto inque Hedera, Glaſto & Iſatide aliisque, in quibus Plinius fere Dioscoridem recte ſcribentem, aut Theophrastum male intellexit. Inde Nicolaus Serapionem, & alios Arabes & Arabiſtas, per ſingulas herbas corrigit, quæ merentur omnino per ſingula legi. Tum aliquas Hermolai defenſiones Plinianas refutat, de Ciſto & Hedera, de Adarce, Aira & Ægilope, Glaſto & Iſatide, Perſonata & Perfoliata, Citro & Alcibio, Sio & Silao, & aliis. Collenucium & literas & plantas ignorare oſtendit. Gazam etiam paſſim carpit, & Theodorum, qui Plinium ſecutus erraverat.

In

(g) *Oper.* L. II. c. 18.
(h) L. XIX. c. 22.
(i) L. XXII. c. 31.

In tertia Epiſtola errores arguit in Teramo & Ateramo commiſſos. In Bromo & Ægilope, in Atriplice & Chryſolachano, in Fragaria, quam PLINIUS facit quinquefoliam. Inde errores aliquot AVICENNÆ exponit, male Græcos legentis.

Epiſtola quarta ſpectat ad Arabes, adque AVICENNAM, herbas diverſiſſimas confundentem, pauca ad PLINIUM.

In L. *de morbo gallico* Arabes monet herbas confundere, & repetere ciſſum & volubilem.

In editione Baſileenſi 1532. fol. acceſſerunt libelli *de Dipſade & vipera.*

Pars *botanica totius operis* recuſa eſt in II. parte BRUNFELSII.

§. CCXXIV. *Collenutius.*

Pandulphi COLLENUCII *Piſaurenſis* l. *de Pliniana defenſione adverſus* LEONICENI *accuſationem* Ferrariæ 4°. lit. gothicis prodiit absque anno * & Schleſtadii anno 1510. 4°. Neque ineruditus undique, neque ignarus plantarum, nimis ſui PLINII amans, elevator DIOSCORIDIS, quem negat a PLINIO lectum fuiſſe. De Ciſto & Pentaphyllo fragifero frigida eſt excuſatio. Balloten in ſpeciem porri transformat, Horminum in plantam cerealem. In alia epiſtola gaudet *Hermolaum* BARBARUM pro PLINIO militare, & ſingula exempla decerpit; refutat eumdem, quoties facit pro LEONICENO. Quæ ad rem herbariam faciunt, redeunt in ſecundo BRUNFELSII Tomo.

PONTICUS VIRUNNIUS contra COLLENUTIUM pro LEONICENO ſcripſit (*k*).

§. CCXXV. *Varii.*

ANTONIUS GALLUS ſive le COQ. *de ligno ſancto non permiſcendo* Paris 1525. 8°. 1540. 8°. Pro mercuriali frictione ante THEOD. de HERY ſcripſit. Diſcrimen ligni ſancti & Guajaci oſtendit, ſanctum præfert, & deſcribit.

NICOLAUS LEONICUS THOMÆUS dialogos edidit Venet. 1524. 4°. & 8°. DRESD. Paris 1530. fol. B. B. Inter eos eſt de alica libellus, in quo contendit alicam eſſe partim tritici genus quod Zea monococcos, partim factitium quid, quod græci chondrum dixerint.

STEPHANI NIGRI Mediolanenſis de *nimia obſoniorum appetentia* Mediolan. 1521. 4°. B. Bern. cum aliis libellis. MUSONIO (*l*) tribuit philoſopho, qui quarto ſeculo vergente vixit. Sed manifeſto poſterioris ævi eſt, & ex ATHENÆO potiſſimum decerptum. Olera, edulia varia.

Kk 2 IDEM

(k) *Giorn de letter d'Ital.* XXIV. p. 273.
(l) Mentitum eſſe MUSONII nomen C. GESNER.

Idem ni fallor eſt *fragmentum de helluonibus & bibacibus* Baſil. 1533. 8°. Bodl. quod cum titulo de luxu græcorum in Theſauro Græv. T. VIII. recuſum eſt. Agit de vino c. 3. de coronis c. 8. & de plantis coronariis, c. 11. de unguentis; porro de fructibus edulibus, cetaſis, malvis, lactucis, raphanis, fungis, aliis oleribus.

Helii Eobani Hessi Poetæ, qui nomen ſibi finxit, *præcepta bona valetudinis conſervandæ* Erfordiæ 1524. 4°. Riv. Argent. 1530. 12°. Huht. Ratisbonæ 1561. 8°. Francof. 1551. 8°. Riv. 1556. 8°. 1564. 8°. Riv. 1571. 8°. Riv., hac cum commentariis J. Placotomi tum 1582. 8°. cum Strabo, Erfordiæ 1568. 8°. Riv. & cum Hassardi comm. Paris 1553. 8°. Seg. Lipſ. 1626. 8°. Argent. 1713. 8°. curante Henningero. Apophoreta ſunt ſ. epigrammata in alimenta varia, & fructus potiſſimum horacus, & alia vegetabilia. Vitam dedit Brucker *Ehrentempel* p. 132.

J. Petri Criniti *de honeſta diſciplina* Pariſ. 1525. fol. L. IV. agit de mulſa. L. XXIII. de vino. L. XXV. de manna veterum, & manna thuris.

§. CCXXVI. *U. a Hutten &c.*

Ulrici de Hutten Equitis nobiliſſimi *de Guajaci medicina & morbo gallico* L. I. Bonon. 1521. 4°. Th. Maguntiæ editus anno 1524. 4°. * imprimis practici eſt argumenti, & cautelas deſcribit, quas in Guajaci uſu adhibere neceſſe ſit, quo quidem medicamento ipſe curatus fuerat. Gallice vertit *Johannes* Cheradame Lyon 4°. ſine anno Verdier, titulo præfixo *Experience & approbation de la Medecine du bois dit Guajacum &c.* Anglice vertit Thomas Paynell & edidit cum titulo *of the medicine Guajacum and of the french diſeaſe* Londin. 1536. 8°. 1539. 8°. 1541. 8°. Tanner. *Bibl. Brit.* p. 583.

Leonhardi Schmauss *de malo Gallico* tractatus Auguſt. Vindel. 1518. 8°. & in Luisini collectione. De ligno Indico. Nonne idem eſt *Recept, wie man das Holz Guajacum für die Franzoſen brauchen ſoll* 1518. 4°. Boehmer.

Sic Jacobus a Bethencot, cujus *dialogus aquæ, argenti & ligni, Guajaci colluctantium* Pariſiis 1527. 8°. prodiit Merkl.

§. CCXXVII. *J. Manardus.*

Johannes Manardus obiit anno 1536. Ejus adnotationes in Meſuen ſæpe prodierunt, etiam Venetiis anno 1602. fol. * & cum epiſtolis Baſileæ anno 1549. fol. Sed pars certe aliqua ſcripta eſt anno 1521. 16°. (*m*), & eo

(m) De Elleboro. Gesner.

Digitized by Google

eo anno edita cum titulo *Adnotationes & cenſuræ in medicamenta ſimplicia & compoſita Meſuæ. Epiſtolarum primi ſex libri* prodierunt Pariſiis anno 1528. 8°. Argentinæ anno 1529. 8°. Francofurti anno 1541. Ferrar. 1541. 4°. niſi hæ poſtremæ editiones plures habent epiſtolas. Deinde libri 18. Baſileæ anno 1531. fol. tandem libri XX. Baſileæ anno 1540. fol. TREW. anno 1549. fol. *. Lugduni anno 1549. 8°. TREW. Venetiis anno 1557. SEGUIER, & cum titulo ιατρολογια επιςολικη Hanoviæ anno 1611. fol. Cum MUNDELLÆ, MASSÆ, THEODOSII & LANGII epiſtolis Lugduni anno 1557. fol. MERKL.

In Commentariis ad MESVEN fere Græcorum loca adducit, fontesque placitorum ſcholæ Arabicæ apud Græcos quærit, corrigit eosdem, quoties a Græcis recedunt; & doſes medicamentorum definit. Nonnunquam citat, quæ ipſe viderit, in Pannonia etiam & Polonia. Sennam, deteriorem equidem, in Apulia naſci vult. Gemmas inutiles eſſe ſapienter (n) monuit. Quæ antidoti bonæ ſint, quæ obſoleverint, quæ ſint paratu difficiles, ſolet monere.

Epiſtolæ partim practici ſunt argumenti, multæ tamen botanici, totus imprimis liber VIII. in quo fere in DIOSCORIDIS interpretatione HERMOLAUM defendit, MARCELLUM refutat, & proprium ad codicem Græcum textum emendat. Non ſatis plantarum gnarus fuit, cum paulo rariores non adtigerit, ſed neque vulgatiorum valde peritus fuerit. Paſſim etiam in aliis libris de rebus botanicis inquirit. In eo laudem meretur, quod ab Arabibus homines ad Græcorum puriores certe fontes revocaverit. Lilium convallium de genere Polygonati eſſe (quod Fraxinellam vocat) ſagax vidit, quod primum forte indicium eſt vis methodi naturalis (o). Epiſtolæ ſcriptæ ſunt ab anno 1500. ad 1536.

Cenſuræ MANARDI (male MAINARDI) ex *Epiſtolis* decerptæ, recuſæ exſtant in BRUNFELSII T. II.

§. CCXXVIII. *F. Delicado. Alii.*

Franciſci DELICADO presbyteri *el modo di adoprare il legno di India Occidentale* Venetiis anno 1529. 4°. Vim beneficam recenſet, quam in ſe ipſo erat expertus.

NICOLAI MASSA *de morbo Neapolitano* liber Baſil. 1536. 4°. ob deſcriptionem & laudes ligni ſancti huc facit.

NICOLAI POLL *de curatione morbi gallici per lignum Guajacum* Baſileæ 1536. 4°. & in LUISINI collectione. Ob eamdem cauſam huc facit.

(n) Ad Electuarium e Gemmis.
(o) L. IX. Epiſt. 4. anno 1522.

§. CCXXIX. *O. Brunfels.*

Otho BRUNFELS Moguntinus, theologus & medicus, poliater Bernenſis, in quo officio anno 1534. obiit.

EJUS *Theſes, ſeu communes loci totius medicinæ, etiam de uſu pharmacorum*, &c. Argentinæ anno 1532. 8°. prodierunt, GESNERUS opus vocat immaturum.

Onomaſticon medicinæ, nomina continens omnium ſtirpium, medicamentorum ſimplicium, aliorum ad medicinam pertinentium Argentorati anno 1534. fol. 1543. fol. Lexicon eſt, & ipſum monente dudum GESNERO immaturum, & feſtine congeſtum.

EJUSDEM *Iatrion medicamentorum ſimplicium continens remedia omnium morborum* Argentorati anno 1533. 8°. paulo ante mortem auctoris prodiit. Libri promittuntur quatuor, mihi duo ſunt, qui tamen ſpiſſum volumen efficiunt. Ordo adfectus diverſarum corporis humani partium ſequitur, liber ipſe ex veteribus, etiam potiſſimum ex PLINIO VALERIANO compilatus eſt, neque ob hoc opus inſtauratoribus addi meretur.

Sed ob icones omnino, quibus priorum omnium induſtriam ſuperavit. Germanice prodiit *Contrafayt Kräuterbuch neulich beſchrieben* Argentorati 1532. fol. TREW. *&* *ander Theil* anno 1537. fol. Eſt etiam apud ILL. virum J. GESNERUM. Idem eſt *Kräuterbuch Contrafayt volkummen* Argentorati anno 1534. 4°. GMEL. cum figuris minoribus 197. & viribus medicatis: & alia editio cum eodem titulo Francofurti anno 1546. fol. HEIST.

Porro *In Dioſcoridis hiſtoriam herbarum rectiſſima adaptatio cum variis iconibus* Germanice prodiit Argentorati anno 1543. fol. TREW. quæ eædem ſunt operis latini icones 314.

Denique latini operis prodiit Tomus quidem primus Argentorati anno 1530. fol. recuſus anno 1532. * 1537. & 1539. aliquanto auctior TREW. Tomus II. anno 1530. 1536. * 1539. in poſterioribus editionibus paulum mutatus. Tomus III. anno 1536. & 1539. hic auctus TREW. & anno 1540. *

Totum opus prodiit etiam tribus tomis abſolutum Argentorati 1537. fol.

Herbarum ergo *vivæ icones ad naturæ imitationem imitatæ & appendix de uſu & adminiſtratione ſimplicium eſt* tomus I. hujus operis. Præmittitur Encomium medicinæ. Icones bonæ ſunt (*p*), ad naturam factæ, ut pictor etiam vitia ſpeciminum expreſſerit, quæ delineanda accepiſſet. Ad quamque plantam

(*p*) Probat etiam *Euricius* CORDUS p. 14. de nominibus dubitat p. 15.

Digitized by Google

plantam auctor colligit loca Graecorum, Latinorum & SERAPIONIS, & Arabiſtarum PLATEARII, SYLVATICI, aliorum, denique HERMOLAI & MARCELLI; tum nomina Germanica & alia, denique vires medicas. LEONICENI cenſuras ad ſua capita interponit, & COLLENUTII apologias, & MANARDI adnotationes. Plantae vulgares ſunt, aut Germaniae indigenae, aut hortenſes, multae tamen hic primum adparent, tot poſt ſeculorum intervalla ab AUCTORE primum dictae, ut Orchides aliquae, etiam fuciflora & ſpiralis, Bifolii icon, Hyacinthi ſtellati, Pulſatillae. In appendice hiſtoriam aliquam plantarum collegit, tum ad THEOPHRASTI plantarum differentias, deinde ſecundum vires medicas diſpoſitarum. Has differentias *Guilielmus* MONTANUS *Epitomes medicae* titulo recudi fecit Antverpiae anno 1540. 8°. tamquam novum opus.

NOVI HERBARII Tomus II. ipſe quidem eſt ejusdem ſcopi. Hic Carlina primum exprimitur, & Gentiana cruciata, Unifolium, Rapunculus, & vulgatiores aliquae plantae.

Longa hujus Tomi eſt appendix, & *Exegema ſimplicium*, quae ſunt apud DIOSCORIDEM, *& collatio cum iis, quae in officinis habentur.* Utitur auctor paſſim M.S. codice Bononienſi, in quo plantarum loca natalia Bononienſia recenſebantur, ſed onus nimium BRUNFELSIUS ſuſceperat. Reliqua aliorum ſunt auctorum.

In Tomo III. primum corollaria ſunt, in quibus ſuis calumniatoribus reſpondet, CORDO potiſſimum patri. BRUNFELSIUS partim ſe excuſat, partim tuetur, in eo occupatus, ut noſtras plantas cum Graecis conciliet. Sequuntur novae icones, cum viribus medicis. Icones bonae, ſed nomina ſaepe erronea. Trifolium vulgare monopetalon vocat Brunellam, Melilotum Fragariam, Calcitrapam Eryngium, Been Smilacem, Sophiam Millefolium. Aliquae icones ex primis Tomis repetuntur.

EJUSDEM *Reformation der Apotheken von Kräutern, Wurzeln, Saft, Samen, Blumen, Oel, Feiſtigkeiten, wie man ſolche Dinge bekommen, behalten und brauchen ſoll,* vertente HANS ELER. Strasburg 1536. 4°. HIRSCH. & *Bericht von allerhand Confectionen, Latwergen* &c. Francfurt 1552. 4°. B. THOMAS.

SERAPIONEM, & AVERRHOEM & RHAZEUM *de ſimplicibus* edidit Argentorati 1531. fol. cum libello de Centaurea, qui GALENO tribuitur.

Pauli ÆGINETÆ *pharmaca ſimplicia* vertit BRUNFELSIUS, & edidit Argentorati anno 1531. 8°. nimia, quam neque diffitetur, properatione uſus, vitioſus libellus: nomina barbara, ut ovi aniſci (oniſci), Balanus myrepſica confuſa cum myrobalano purgante. Quae dictio! *Cantharides obliquos luteos zingulos habent.* Ludimagiſter, Theologus, Medicus, nimis in multa ſe diffudit.

Schema pharmacorum vulgarium ventrem ducentium & ſecundi libri theſium app. citat TREW. fol. maj.

§. CCXXX.

Digitized by Google

§. CCXXX. *Cornelius Petri.*

Cornelii PETRI, Leydenſis phyſici, *Annotatiunculæ aliquæ in quatuor libros Dioſcoridis Anazarbei* Antverpiæ anno 1533. 8. * Ex primis auctoribus eſt, qui plantas DIOSCORIDIS in frigida noſtra Europa ſe reperiſſe putarunt: Infeliciter paſſim, nam Papirum vocat Gramen Helm Belgarum, Atractylida quæ Bardana, Arabin quæ Sambucus, Amomum quod Geranium, Myrtum, quæ Huls (Aquifolium); Anagyrin ait in maritimis Hollandiæ naſci. Propria tamen induſtria plantas inveſtigare eſt adniſus: catalogum enim dat herbarum, quarum putat nullam aqud DIOSCORIDEM mentionem fieri, in quo ſunt Epilobia tria, Veronica, Rorella, Ribes nigrum, Sanicula, Vulvaria, Bugula, Pirola, Thora, Spergula, Ceterach, Terzella (puto Caſſidam); *Nova admiranda* ſeria aliqua ſunt, pleraque nugæ.

§. CCXXXI. *Lud. Cælius.*

Ludovici CÆLII RHODIGINI *lectionum antiquarum* libri XXX. recogniti ab auctore, & tertia parte aucti Baſileæ anno 1542. fol. * Plurima veterum, Græcorum etiam potiſſimum, hic loca collecta ſunt, magis ad clinica & anatomica, pauca ad botanica, quæ fere ad Græcorum ſententias redeunt. Libro V. agitur de Palma & Dactylis *Nicolais*, libro VI. de Lauro. Libro VII. de Ficubus, de floribus coronariis. L. VIII. de partibus florum. L. IX. de pane, de Fungis, Colocaſia. L. X. de Mentha. L. XI. de Aconito. L. XII. de Olea. L. XIII. de leguminibus. L. XVIII. de Balſamo. L. XX. & XXI. de plantarum ſexu. L. XXIV. de odoramentis. L. XXV. de Pinu. L. XXVI. de Cardamo. L. XXVIII. de vino, de aratione, & partibus plantarum. L. XXX. de vino.

Laurentii FRIES, auctoris optimi GESNERI cenſuram experti, *Synonyma materiæ medicæ, ſive de ſimplicium pharmacorum latinis, Græcis, Arabibus Barbariſque vocabulis* Argentorati anno 1535. fol. MERKL. & germanice *Synonyma gerechte Nahmen und Auslegung aller Worter, ſo man den Kräutern, Wurzeln, Blumen &c. zuſchreibt*, neu corrigirt Strasburg 1535. 4°. TREW. reperio etiam 1584. 4°. Gallice *les Synonymes latins, hebreux & grecs de differentes fleurs plantes pierres & mineraux de Phryſius* 1579.

EJUSD. *Beſchreibung von allerley Speiſen zur menſchlichen Nahrung* Mülhauſen 1559. 4°. B. THOMAS.

EJUSDEM *Spiegel der Arzney durch den Autorem Laurentium Fries und M. Othonem Brunfels wiederum gebeſſert* Strasburg anno 1526. fol. 1532. fol. * Continet etiam medicas & celebres plantas, & earum facultates, ſeu gradus, ut tunc vocabant. Poterat cum Arabiſtis ſtetiſſe.

§. CCXXXII. *Johannes Leo.*

In J. LEONIS Africæ deſcriptione IX. libris abſoluta, & Romæ anno 1526. edita, & Antverpiæ 1556. 8°. (noſtra editio eſt Elzeviriana anni 1632. 16°.) alioquin

Digitized by Google

alioquin lectu digniſſima, paſſim naturæ dona per varia Africæ regna tanguntur, & potiſſimum in Libro VIII. Euphorbium, Caſſia, & aliæ parum notæ plantæ Africæ indigenæ dicuntur, Gallice prodiit Lyon anno 1556. fol. NEAUME. Anvers anno 1564. VERDIER. Anglice 1600. 4°.

Huc *ſtatuta nobilis artis bobatteriorum* urbis Romæ 1526. 1617. cum notis FULVII BENIGNI recuſa, & cum titulo *Gli ſtatuti dell' agricultura con varie oſſervazioni e decreti volgarizati* per G. *degli* ANNIBALI *della* MOCARA Rom. 1718. 4°.

STEPHANI AQUEI encomium braſſicarum *ſeu Caulium* Paris anno 1531. 8°. FALCON. *Comm.* ad PLINIUM diximus p. 97.

§. CCXXXIII. *Euricius Cordus.*

Euricius CORDUS, ſive *Henricus* URBANUS (*q*), Simmershuſa Haſſica natus, LEONICENI (*r*) diſcipulus & J. MANARDI, Erfordiæ, & Marpurgi vixit, & denique cum Bremam ſecederet vocatus, obiit. Pauló ante mortem ſcripſit *Botanologicon* Coloniæ 1534. 8°. * Pariſiis anno 1551. 12°. excuſum, in quo non mediocrem, qualis tunc erat, botanices peritiam demonſtravit. Nam in horto plantas colebat, & in agro conquirebat, ex lectione etiam veterum & nuperorum doctior, emunctæ naris homo, Poeta & criticus. Plantas Germanicas in hoc opuſculo cum plantis DIOSCORIDIS comparat & conjungit alius; alias negat noſtras reſpondere plantis veterum, non ignarus, non debere veterum Græcorum herbas in frigida (*s*) Germania quæri, & paſſim rariores plantas in Italia viſas recte Germanicis præfert, ut in Narciſſo, Acantho, Centaurio majori. De nuperis auctoribus judicat, non inique, ut de BRUNFELSIO, BRUNSCHWYGIO (*t*), amator RABELÆSII. Vires medicas hactenus adtingit, ut diureticam facultatem ſpongiolæ Eglanteriæ; paſſim querulus, de Marpurgenſibus & DRYANDRO etiam potiſſimum. Conſilium ſcribendi operis botanici abjecit (*u*).

EJUSD. *von der Tugend des edeln Theriaks* Marpurg 1532. 8°. HUTH.

§. CCXXXIV. *Horti Botanici.*

Circa hæc tempora plantas in hortis colere ceptum eſt: ita de ſuo CORDUS, & de J. RUD. NORDECII Caſſellani (*x*) hortulo. In Gallia *Renatus* du BELLAI (*y*), VASSAEUS (*z*), GEOFROI (*a*) hortos aluerunt, & ipſi

iis

(q) *Melch.* ADAM p. 24.
(r) Vitam viri dedit Cl. WIGANDUS KAHLER Rinteln anno 1744. 4°.
(s) Ut Hyſſopum, cui folia ſint Origani.
(t) p. 20.
(u) p. 11.
(x) p. 49.
(y) C. STEPHAN. *de re hort.* p. 36. In eo Piſtacia *fem.* p. 111.
(z) SOLERIUS ad ACTIUM.
(a) Jam tunc hoc curioſo pharmacopejo nomen fuit STEPHANUS *ſeminar.* In eo viſa Sycomorus.

baliſtarii (*b*); in Helvetia C. GESNER; in Italia PRIULI Senator (*b*), *Julius* MODERATUS Ariminenſis Pharmacopola, *Vincentius* a MONTE CATTINO *Lucca* (*c*), J. *Vincentius* PINELLUS (*d*), *Sinibaldus* FLISCUS Genuæ (*e*), *Gaſpar* a GABRIELIS Patavii (*f*).

Publicorum hortorum primus Patavinus eſt, quem (*g*) *Danielis* BARBARI hortatu Veneti anno 1533. condiderunt. Inde Florentinus anno 1544. (*h*), Luca *Ghino* magiſtro. Succeſſit PISANUS a COSMO (*i*) Mediceo fundatus, & curæ CÆSALPINI commiſſus. Hos Leydenſis hortus & alii exceperunt, magno rei herbariæ incremento, cum in horto & plures ejusdem generis claſſisque ſpecies aptiſſime comparentur, & tota plantæ vita a primis initiis ad ſeminis perfectionem multo melius, quam in ſylvis agrisque, poſſit diſci. Plurimæ etiam ſtirpes brevi tempore & cum minimo labore nobis in hortis innoteſcunt, eæque ex omni undique terrarum orbe collectæ, quas non alio modo, niſi per infinita itinera, IDEM homo poſſet inſpicere.

Exſtiterunt paulatim ſtudioſi ſtirpium homines, qui in plantis indagandis laborem poſuerunt. Celebris botanica laude ſub initia ſeculi fuit DOMINICUS LENNUS Patavinus. JOHANNES FALCONER anglus multas plantas AMATO adtulit.

§. CCXXXV. *Hermannus a Neuenaer &c.*

Conjungemus cum BRUNFELSIO HERMANNUM Comitem de NEUENAR, cujus *tractatus de nonnullis plantis earumque facultatibus*, anno datus 1529. redit in BRUNFELSII Tomo II. Agitur de Lapatho, Acetoſa, Cyclamine, Ciſſampelo &c., ex ordine literarum alphabeti. Eas herbas quærit conciliare, ut DIOSCORIDEIS nominibus plantas Germanicas adaptet. Addit ſpecimen operis botanici, in quo veterum ſententias collectas edere voluit.

Joachimi SCHYLLER medici, Baſileenſis, Tractatus de flore Grasblum (Tunica), cum BRUNFELSII Tom. II. prodiit.

In J. GERSDORF *Feld- und Stadtbuch berühmter Wundarzney* Argent. 1557. fol. * Francfurt 1598. 4°. 1606. 4°. & alias edito, ſimplicia medicamenta & compoſita recenſentur.

Apotheck für den gemeinen Mann, quo continentur HIER. BRUNSCHWYCK, *von bewährten Stüken der Arzney*: & MICHAEL SCHRICK *von rechtem Brauch und Nuz der gebrannten und diſtillirten Waſſer*, Nürnberg 1529. 4°.

Aus-

(b) GREVIN. *Venen.* p. 285.
(c) BELLON.
(d) MARANTA.
(e) BRASSAVOLA.
(f) C. STEPHAN. *arbuſt.* p. 22.
(g) BELLON *neglect. cult.*
(h) TARGIONI *prodrom. chorograph. Toſcan.*
(i) ROLFINK *veget. in genere*, p. 136.

Digitized by Google

Ausgebrannte und diſtillirte Waſſer &c. Strasburg 1530. 4°. HIRSCH.

Luſtgärten und Pflanzungen, wie man ſie halten ſoll, Strasburg 1530. HIRSCH.

Allerley Flecken aus Kleidern zu bringen, wie Garn und Leinwand, Holz und Bein mit mancherley Farben zu färben, Maintz 1532. 4°.

Luſtgarten und Pflanzung mit wunderſamer und ſeltſamer Verimpfung allerhand Bäume, Kräuter, Blumen und Früchte, wie ein Hausvater mit ſeiner Arbeit das ganze Jahr über ſich verhalten ſoll, Augſpurg 1530. 4°. HIRSCH.

§. CCXXXVI. *Hier. Bock.*

Hieronymus BOCK (vulgo TRAGUS) Heidenbachenſis Bipontinus (*k*) verbi divini miniſter & medicus, qui anno 1554. vix quinquagenarius exſtinctus eſt. Non in libris ſolis plantarum peritiam quæſivit, ſed late per Alſatiam Vogeſumque (*l*) montem, partemque Rhætiæ, plantas conquiſivit, plurimasque (*m*) primus detexit, omnino hinc gratas laudes GESNERI meritus. Jocularis homo, indulſit nominibus exoticis, & communi fere Germanorum vitio, plantis ſuæ frigidæ regionis paulo licentius veterum nomina tribuit.

Et primo anno 1531. dedit ad BRUNFELSIUM herbarum aliquot cenſuras & diſſertationes. Plantas noſtras Germanicas cum Græcorum & Arabum plantis confert, & utrasque, ut poteſt, coaptat.

Edidit inde *New Kreüterbuch vom Unterſcheide, Würkung und Nahmen der Kreüter, ſo in Deutſchland wachſen.* Prima editio absque iconibus prodiit Argentorati anno 1539. fol. * in duas partes diviſa. Veterum placita, & nomina, etiam barbara, collegit undique, facultates medicas copioſe recenſet, ſpecies generi cuique pluſculas ſubjicit.

Inde recepit in opus ſuum icones FUCHSII, quibus adjecit aliquas, pulchre ſatis a *Davide* KANDEL delineatas. Seorſim prodierunt hæ icones cum nominibus anno 1550. 4°. * 1553. 4°. TREW. *vivæ atque ad vivum expreſſæ imagines omnium herbarum in* H. BOCK *herbario depictarum*; Deinde in editione *herbarii* Argentoratenſi anni 1546. fol. quæ multum aucta prodiit, tabulæ etiam ſunt repetitæ, & capita multo plura, omnino 430. quæ in priori ſunt 319. tum in editionibus Germanicis anni 1551. & 1556. fol. * quæ ipſa recuſa fuit 1560. fol. 1565. fol. TREW. anno 1572. fol. * 1595. fol. Capita ſunt eadem, & tota editio repetita. Sic procul dubio etiam editio 1580. fol.

(k) Brettanum vocat THEODORUS.
(l) *Hiſt. Lugd.* p 92. TRAG. apud BRUNFELS II. p. 275.
(m) TRAG. hiſt. de Cyclamine.

Digitized by Google

fol. hæc a M. SEBIZIO aucta, tum annorum 1586. 1587. 1595. SEGUIER. 1630. fol. TREW.

Latina verſio prodiit anno 1552. 4°. * cura *Davidis* KYBER, cum GESNERI docta præfatione.

Plurimas hactenus plantas tradere C. GESNER. Detexit in Germania naſcentem TRAGUS Fraxinellam, Hypericum pulchrum, Glaucium, Papaver rhœas capitulo hiſpido, Lappulam RIVINI, Millefolium nobile, Aſterem, qui herba vulneraria *an der* Pfriem, Quinquefolium album ſcapo radicato foliis breviori, Paſſerinam, Struthiopteridem, Lycopodium Sabinæ facie, Trifolium Cytiſum, Triglochin, Iridem tenuifoliam, Tribulum aquaticum, Vaccinium rubrum, Chenopodium Stramonii folio, Helleborum, viridem, alias. Vulgatiorum etiam plantarum bonas dedit icones, ut Acini, Valerianæ ſexu diſtinctæ, Helianthemi, Echioidis cærulei, Pedicularis minoris, Balſamines impatientis, Eſulæ minimæ, Luteolæ, Knawel, Bupleuri, Polygalæ, Aſtragali glycyphylli, Cirſii acaulis, Caucalidis tenuifoliæ, Cardui pratenſis: Linagroſtidis, Nidi avis; etiam rariorum, ut Rutæ Sylveſtris, Glaucii, Cyani latifolii, Chryſocomes, Adonidis perennis, Paſſerinæ, Acroſtichi, Struthiopteridis, Ceterach, Lycopodii ſabinæ facie, Trifolii Cytiſi, Triglochinis, Iridis tenuifoliæ, Raphani ruſticani, Tribuli, Vaccinii rubri, Staphylodendri, aliarum. Habet nuces juglandes ſerotinas, nuper celebres.

Argentorati etiam *de alimentis* librum Germanicum edidit 1550. 4°. C. GESNER *Bibl.*

§. CCXXXVII. *Leonhardus Fuchs.*

Leonhardus FUCHS Wemdinga Suevus, ob religionem ſe Onolſbachum, & demum Tubingam recepit, ibique medicinam docuit, vir ſua ætate doctus, & excitati criticique ingenii: qui minus tamen cum natura ipſa conſuevit, quam TRAGUS, neque raras aut devias plantas deſcripſit, iisque fere contentus fuit, quæ in pharmacopolia recipiuntur.

Primum ejus opus inſcribitur *Adnotationes aliquot herbarum & ſimplicium a medicis hactenus non recte intellectorum*, quæ in Tomo II. operis BRUNFELSIANI prodierunt anno 1532. Arabes exagitat, & ex Græcorum monumentis caſtigat.

Inde *hiſtoriam plantarum* edidit, latine equidem Baſileæ anno 1542. fol. * Germanice ibid. anno 1543. fol. * tribus capitibus auctam. Icones dedit, ſolis quidem umbris circumſcriptas, cæterum magnas & præſtantiſſimas, pleraſque proprias, aliquas ex BRUNFELSIO imitatas. Hiſtoria ipſa ex DIOSCORIDE aliiſque deſcripta, pauca propria habet, & commune ei ætati vitium; ut ſcriptores

Digitized by Google

ſcriptores nimiam ſpem conciperent, frigido ſub cælo plantas calidioris cæli ſe detexiſſe. FUCHSIUS nimis ſui confidens errores ſuos non amabat adgnoſcere, & amorem monentis GESNERI non pro meritis amplexus eſt (*n*).

Recuſa eſt hæc hiſtoria Baſileæ 1545. 8°. RAST. Pariſiis anno 1543. 12°. SEGUIER. anno 1546. 8°. * Lugduni anno 1547. 12°. 1555. 12°. * hæ absque iconibus, tum 1546. 8°. SEGUIER. & anno 1549. 8°. * cum minoribus iconibus.

Minori forma recuſæ ſunt figuræ: Solæ Germanice anno 1545. 8°. cum titulo *Lobliche Contrafeytung aller Kräuter, ſo Fuchs im erſten Bande ſeines Kräuterbuchs hat begriffen*, tum latine Baſileæ anno 1545. 8°. RAST. anno 1549. 8°. MERKL. Lugduni anno 1549. 8°. & TREW. 1595. 8°. 1555. C. HOFM. BURCKART.

Belgice prodiit idem opus *den grooten herbarius met figuren anno* 1547. fol.

Gallice vertente *Aegidio* MAIGNAN *Commentairès ſur l'hiſtoire des plantes, compoſés par Leonard* FOUSCH Paris anno 1549. fol. * capitibus 344. iconibus minoribus: & Lugduni anno 1549. 8°. 1555. 1558. 4°. HOTT. UFF. Rennes anno 1685. 12°. Vertente vero *Guilielmo* GUEROULT Lugduni anno 1548. 4°. VERD. anno 1545. fol. 1550. fol. SEGUIER.

Hiſpanice per J. JARAVAM (SEG.) cum titulo *Hiſtoria de las yervas y plantas ſacada de Dioſcoride y otros autores*, Antverp. anno 1557. 8°. Icones bonas eſſe ADAMSON.

Secundum Tomum hiſtoriæ ſuæ ceperat præparare FUCHSIUS, quem in Pandectis jam GESNERUS exſpectabat. Quingentas ſuper mille nunc icones paraverat, tribus Tomis edendas (*o*). Earum aliquæ, ligno inſculptæ, Tubingæ ſervantur (*p*); aliæ Tiguri in J. GESNERI collectione. Codex M.S. Ulmæ ſervabuntur apud WAGNERUM Bibliopolam.

EJUSDEM *paradoxorum medicinæ* L. III. prodierunt Baſileæ anno 1535. fol. * Tiguri anno 1540. 8°.* & Pariſiis anno 1555. 8°.* Francf. 1567. fol. TR. Scopus fuit, deprimere Arabes, qui etiam eo ævo in ſcholis dominabantur. Magna pars botanici eſt argumenti. Aloen alias, quam Arabibus viſum, facultates vult poſſidere. Rheum noſtrum barbarum Caſiamque, & Mannam differre a cognominibus Græcorum medicamentis, Eupatorium Agrimoniam eſſe; Centaurium utrumque ab Arabibus confundi; Napelli & Cicutæ confuſas fuiſſe hiſtorias, & illum quidem male ad medicamenta adhiberi. Pentaphyllum nihil habere pernicioſi. Peſſime ſemen Cicutæ pro Harmalæ ſeu Rutæ ſylveſtris ſemine vendi. Ladanum ex Ciſto, non ex Hedera, parari, & alteram AVICENNÆ eſſe confuſionem, Hederæ cum Volubili. Populum Arabibus ignotam

(n) *Epiſt.* p. 61.
(o) GESNER. *epiſt.* p. 115. b. 137. 6. HIZLER *vit. FUCHSII.*
(p) HIZLER ib. p. 29.

Digitized by Google

tam videri. Mezereon male ab Arabibus cum Thymelæa confundi, & male etiam inter herbas lactarias admiſceri. Alſinen, Helxinen, Anagallidem, & Myoſotidem ab Arabibus miſceri. Sanguinem draconis longe differre a ſucco Sideritidis, neque cubebas in Myrto ſylveſtri naſci. Borraginem eſſe veterum Bugloſſum. Saccharum noſtrum a veterum ſaccharo differre. Memithen eſſe Glaucium veterum, non Papaver noſtrum cornutum.

L. II. Decocto piſorum poſt catharticum medicamentum male nos uti, neque recte pultem ex avena confectam febrientibus propinari. Plura omitto.

EJUSDEM APOLOGIA, *qua repellit malitioſas Gualtheri* RYFF *imputationes, quas* DIOSCORIDI *adtexit, obiterque oſtendit multas, imo propemodum omnes herbarum imagines e ſua ſtirpium hiſtoria eſſe ſumtas* Baſileæ anno 1544. 8°. SEGUIER. TREW. & anno 1536. 8°. MERKL.

Adverſus Chriſtophori EGENOLPHI *typographi calumnias reſponſio* Baſil. anno 1535. 8°. MERKL.

De medicamentorum omnium præparandi, componendi, miſcendique uſitata ratione ac modo legitimo L. IV. Baſil. 1555. fol. TREW. Lugduni anno 1563. 12°.

Apologiæ tres, quarum prima adverſus Guil. PUTEANUM *docet, Aloën aperire ora venarum* Baſileæ anno 1540. 4°.

Cornarius furens Baſileæ anno 1533. 8°. MERKL anno 1545. 4°. SEGUIER.

Nicolai etiam MYREPSI opus FUCHSIUS latine vertit & edidit, cum adnotationibus ſæpe botanicis. p. 167.

§. CCXXXVIII. *Petrus Martyr.*

Petri Martyris de ANGLERIA (*Anghiera*) *de rebus Oceanicis & Orbe novo decades tres. Legationis Babyloniæ* L. III. in oppido Carp. & anno 1516. fol. TREW. Baſileæ anno 1533. fol. * Colon. 1574. 8°. Paris 1587. 8°. vertente R. HAKLUYT. Anglice 1577. 4°. Germanice per N. HORNIGER. Baſil. 1582. fol. Americam non adiit, ſed Granatæ & Madriti ex viris de novis coloniis educibus hauſit, quæ hic de COLUMBO, & ejus primis ſucceſſoribus tradit. Queritur ſua compilata eſſe a CADAMUSTO. Arbores & plantas utiles adtigit, Manyoc, Ananas, gratiſſimum FERDINANDO Regi fructum. Arborem focum vapore venenantem dixit. Iter Babylonicum erat Memphiticum, quod anno 1502. ipſe orator Regis ad Soldanum ſuſceperat.

Die neue Welt der Landſchaften und Inſeln, ſo jüngſthin von den Portugalleſern und Hiſpaniern herfunden: was Güter und Waaren ſie lieſern &c. vertente ex latino ſermone MICHAELE HERR Strasburg 1534. fol. HIRSCH.

Idem puto opus quod *novus orbis regionum inſularum*, ALOYSII CADAMUSTI navigatio, tum C. COLUMBI, PETRI ALONSI a PINZONE, ALBERICI VESPUCCII

Digitized by Google

VESPUCCII, JOSEPHI INDI &c. cum PETRI MARTYRIS nupero opere Baſileæ 1537. fol. HIRSCH.

§. CCXXXIX. *Joh. Ruellius.*

Sueſſionenſis, Regius medicus, deinde Canonicus Pariſinus, vir Græce & latine doctus (*q*), eximius interpres, cujus verſionem DIOSCORIDIS ſuo loco laudavimus, neque ipſarum plantarum ignarus, quarum vulgatiores ſpecies dixit, & nonnullis nomen ſuum impoſuit, nondum obſoletum. Major tamen ei cura fuit librorum, & ex antiquis elegantiſſime collegit, quæ de quaque ſtirpe reliquiſſent, Arabum, quos Mauros vocat, etſi nomina tacet, tamen opera legit, & iis utitur, quoties proprii quid habent.

EJUS *de natura & hiſtoria ſtirpium* Libri III. juſto volumine, prodierunt Pariſiis anno 1536. fol. * & paulo poſt Baſileæ anno 1537. fol. * inde Venetiis anno 1538. 8°. SEGUIER. & Baſileæ anno 1543. fol. anno 1573. fol. SEGUIER. In L. I. ad aliquam THEOPHRASTI imitationem, generalia plantarum, deinde ad ordinem literarum arbores tradit; Libro ſecundo & tertio ſtirpes reliquas. Ad quamque, quoad ejus fieri poteſt, Gallicum nomen adaptat, & hactenus eas deſcribit, ut tamen vix diſtinguas, quæ verba ex veteribus repetat, quæ ſua ſint auctori. Nomina & genera veterum repetit, neque oportet rarum quid, aut a communi notitia remotum a docto viro exſpectare. Gentianam habet, ſed ſpeciem unicam. Sedentarius (*r*) homo fuit.

§. CCXL. *J. Camerarius. Jod. Willich.*

Joachimi CAMERARII patris Commentariolus *de theriacis & mithridatiis* &c. Noribergæ anno 1534. 8°.

EJUSDEM *victus & cultus ratio*, verſibus expreſſa cum ſchola Salernitana Antverpiæ anno 1562. 16°. & alias MERKL.

IDEM opuſcula quædam *de re ruſtica* recuſa dedit Tubing. & Noriberg. 1539. 8°. 1596. 8°. D'ETR. Pars I. ſunt veterum de propriis rei ruſticæ partibus ſententiæ inſigniores. Pars IV. pictura antiqua deſignans agricolæ officia V. Encomium rei ruſticæ VII. catalogus auctorum, qui de re ruſtica & herbaria ſcripſerunt.

JUL. POMPONIUS FORTUNATUS interpretationes in COLUMELLAM dedit Pariſ. 1537. fol.

Jodoci WILLICH erudita *ſcholia in Virgilii Bucolica* Argentorati anno 1535. 8°. * Plantas explicat & cum noſtris conciliat, de quibus VIRGILIUS agit.

EJUSDEM

(q) QUIQUERANUS *Laud. Prov.* p. 50. b.
(r) BRASSAVOLUS *Exam. ſimplic. med.* p. 51.

Digitized by Google

EJUSDEM *ars magirica ſeu de cibariis, ferculis, obſoniis, alimentis, & potibus diverſis parandis, eorumque facultatibus* anno 1563. 8°. BURETTE. Accedit epiſtola JACOBI BIFRONTIS *de operibus lactariis.*

§. CCXLI. *Gundiſalvus Hernandez.*

Gonzalez HERNANDEZ *de* OVIEDO *Hiſtoria general y natural de las Indias, y tierra ferma del mar Oceano* Toledo 1526. fol. MEAD. Sevilla anno 1535. Valladolid 1557. fol. THUAN. Salamanca anno 1541. SEGUIER. 1547. fol. MEAD. Gallice a I. POLEUR verſa Pariſiis anno 1555. fol. 1556. fol. * cum titulo, *Hiſtoire naturelle & generale des Indes.* Libri ſunt X. & in Gallica editione XX. Ad rem herbariam pertinent L. VII. VIII. IX. & X. In L. VII. plantas & arbores utiles deſcribit, ut panificia ex Mayz & Manyoc, cujus duas ſpecies bene diſtinguit, ſalutarem & venenatam. Deinde hic Batatas dicit, Ananas, alias plantas edules. L. VIII. Bixam, Pitahayam, quæ non videtur Pitahaya Californica, Tunam, Cereum. Icones aliquæ additæ. L. IX. arbores ſylveſtres dicit Mangle, Mançanillam, Filices arboreas. L. X. arbores & plantas medicas, Guajacum, ejusque vim medicatam, Goſſypium, Avellanas purgantes, a Ricino diverſas.

Italice exſtat in collectione RAMUSII. *

Tractatulus *de ligno Guajaco* & alter *de ligno ſancto* in LUISINI collectione recuſus eſt, cum nomine *Gonzali* FERRANDI.

Aliud GONSALVI opus eſt *Summario della natural y general hiſtoria della India Occidentale, trad. della lingua Caſtillana* Venetiis anno 1535. 4°. * non magnum opus, ex memoria fere ad CÆSARIS delectationem ſcriptum. Candidus vir & ſatis gnarus anno 1522. Rector erat S. Mariæ in Terra firma. De Yucca, ſucco ejus venenato, arboribus, plantis, herbis, Battatas, Platano (Piſang) agit, cum malis figuris. Venenum ex *manſanilla*, formicis majoribus & Scorpiis paratum flammis ſe dediſſe narrat. IDEM etiam opus apud RAMUSIUM exſtat.

Quæ *hiſtoria general y natural de las Indias Iſlas* Salamanca 1646. fol. FRANCISCO HERNANDEZ tribuitur, fuerit potius GUNDISALVI.

§. CCXLII. *Carolus Stephanus.*

Carolus STEPHANUS (ETIENNE), qui idem anatomicas tabulas STEPHANI *de la* RIVIERE commentario comitatus eſt, Pariſinus medicus, Vir latinæ linguæ peritus, quæ in ea familia quaſi hereditario jure exculta eſt. RUELLII potiſſimum opere uſus, linguæ proprietatem magis quæſivit, quam ſtirpium inventionem.

EJUS

Digitized by Google

Ejus pluſculi libelli ſunt, quorum aliquos *pueris* ipſe deſtinabat, ut tamen ævo noſtro, minus veterum fontium amante, etiam provectioribus uſu fuerint.

Ejusdem *de re hortenſi libellus, vulgaria herbarum, florum, ac fruticum, quæ in hortis naſci ſolent, nomina latinis vocibus efferre docens* Pariſiis anno 1538. 8°. Trew. anno 1536. 8°. Seguier. cum altero *de ſatione hortorum* libro anno 1539. 8°. * 1545. 8°. * Trecis anno 1542. 12°. Seguier. Lugduni anno 1563. 8°. Seguier. Eſt nomenclator Græcus, latinus, gallicus, rerum ad rem herbariam ſpectantium, cum veterum brevibus ſententiis, & aliqua deſcriptione. Herbæ adjectæ ſepeſtres, coronariæ, ad areolas utiles, cucurbitaceæ aliquæ, condimenta, olera, acetaria, radices: deinde tempora & modi ſerendi, & hortorum inimici.

Italice prodiit Venet. 1545. 8°. Bodl.

Ejusdem *Seminarium & Plantarium fructiferarum præſertim arborum, quæ poſt hortos conſeri ſolent* Pariſiis anno 1536. 8°. Trew. & auctius anno 1540. 8°.* Acceſſit alter *libellus de conſerendis arboribus in Seminario* (s), *& in Plantarium transferendis.* Addit Ill. Trew. editionem anni 1548. 8°. Fatetur Carolus, ſua ſe ex *Hermolao* Barbaro habere, & a Ruellio, artem tamen inſerendarum arborum ſe a ſocero *Aegidio* Valesio didiciſſe. Deſcribit antiquorum fere verbis ſeminarium arborum, & nomina pertinentia ad arborum inſitionem & cultum. Sequuntur fructus horæi, cum nominibus noſtris, ad veterum ſtirpes adaptatis. Succedunt etiam nuces, olivæ, ficus, mora. In altera parte artificia docentur, quibus arbores ſeruntur, educantur, transferuntur, inſeruntur, coluntur, veterum ſemper verbis. Adjecta ſunt nupera artificia ablactationis (t), & plurium ſpecierum in unam arborem inſitiones, quæ raro ſucceſſum inveniunt. Finis in arborum morbis, & in fructuum horæorum conſervatione.

Italice 1536. 8°. Bodl. & cum priori Venez. 1545. 8°. Almel.

Vinetum Pariſiis anno 1537. 8°. Lugduni anno 1536. Bumald. 1537. 8°. Almel. Præter vitis cultum recenſentur plantæ ſponte in vinetis ſubnaſcentes, cum nonnullis propriis ſcriptoris adnotationibus. Vitium etiam diverſæ ſpecies vinique. Pro vino Rhætico Rhenanum, diverſiſſimum, non bene ſubponit.

Italice cum horto & ſeminario Venez. 1545. 8°

Ejusdem *Arbuſtum, fonticulus, ſpinetum* Pariſiis anno 1538. 8°. Almel anno 1542. 8°. * Baſileæ anno 1538. 8°. Seguier. Traditur hic Salicetum, (cujus ſalices vix adgnoſcas), Ulmarium, Populetum, ubi tres ſpecies Populi

(s) p. 114.
(t) Ex Columella.

puli confunduntur; Lauretum, Myrtetum, Platanetum. Non puto vere Baſileæ Platanum viguiſſe. Fonticuli vicinæ herbæ deſcribuntur, Bryum etiam potiſſimum. In ſpineto & ſpinoſæ arbores dicuntur, & Cardui. Methodus omnium eadem.

Italice cum vineto, ſeminario & hortis Venez. 1545. 8°. ALMEL.

EJUSDEM *Sylva, Frutetum, Collis* Pariſiis anno 1538. 8°. SEGUIER. ALMEL. In Sylva arbores glandiferæ, & aliæ Sylveſtres recenſentur. Collis habet plantas in collibus naſcentes, tum lactarias. Nondum noverat NOSTER nomen minoris Valerianæ.

EJUSDEM *Pratum, Lacus, Arundinetum* Pariſiis anno 1543. 8°. * Pratorum cura, herbæ pabulares, medica, vicia. Inde herbæ pratenſes, Trifolia, Bellis, Daucus creticus (potius vulgaris), Millefolium, Anſerina, Quinquefolium, Gallium, Linaria, Fungi, Boleti, cum nuperis cognominibus. Ad lacum Nymphææ, Siler, Potamogeton, Plantago aquatica, Tribulus, Junci, Cyperi. Denique Arundines.

Ager. Ignoro, num ſeorſim prodierit, legi in *prædio ruſtico*; Frumentorum cura, & plantæ ſegetales.

EJUSDEM *De latinis & Græcis nominibus arborum, fruticum, herbarum, piſcium & avium* Pariſiis anno 1536. 8°. MAITT. 1538. 8°. ALMEL. & auctius anno 1545. 8°. 1547. 8°. * 1556. 8°. MAITT. Pictavii anno 1552. 4°. Lugduni anno 1548. 16°. SEGUIER. Lexicon eſt botanicum cum nominibus Græcis, latinis, Gallicis. ROBERTO S. LINDENIUS tribuit.

Hi libelli conjunctim prodierunt cum titulo *prædii ruſtici* Pariſiis anno 1554. 8°. * 1629. 8°. TREW.

Gallice vertit gener C. STEPHANI *Johannes* LIEBAUT, medicus, & edidit *l'Agriculture & la maiſon ruſtique de* C. ETIENNE *& de Jean* LIEBAULT, Anvers 1584. 4°. RUF. Paris 1567. 4°. CHIV. 1574. 4°. SEG. Montluel 1572. 4°. ALMEL. Paris anno 1586. 4°. auctius. Editio III. continet *Petri* AYRRAL *tabulam ſementium*; libros domus ruſticæ 7. tractatum de *Nicotiana & Mechoacanna* & I. de CLAMORGAN *de venatione luporum*. Rediit Rouen anno 1602. 4°. 1625. 4°. SEGUIER. 1658. 4°. UFFENB. Paris anno 1641. 4°. SEGUIER. Lyon anno 1668. 4°. *. Hæc editio opus eſt undique a STEPHANIANO diverſum, rejectis antiquitatibus, modernis inventis auctum, ordine diverſiſſimo. Libri ſunt VII. in quorum ſecundo plantæ hortenſes, cum arboribus hortenſibus, & libellis de Mechocanna & Nicotiana. L. III. Arboretum. Inſitio, cultus, arbores ex ordine, Sicera, Oleum, & aliqua de arte deſtillandi. L. IV. continet pratum & platenſes plantas, irrigatione neglecta. Hic Saliceta. L. V. Ager, frumenta, legumina, panis, cereviſia. L. VI. Vinetum, vina Gallica: inter ea Campanica vix nominat, & prædicat Aurelianenſia. L. VII. Sylva & arbores Sylvaticæ.

Hoc

Digitized by Google

Hoc *prædium* Italice verſum eſt ab *Hercule* CATO Ferrarienſi, *L'agricultura e caſa di villa di C. Stephano* Venez. anno 1581. 4°. ad editionem anni 1573. tum anno 1581. 4°. 1606. 4°. TREW. cum CLAMORGANI luporum venatione, & anno 1668. 4°. SEGUIER. 1677. fol. Verſionem *horti*, *ſeminarii*, *arbuſti* & *vineti* diximus.

Anglice, vertente *Richardo* SURFLET Londini anno 1606. 4°. SEGUIER. Belgice *de Veltbouw of te landwinninge* Antverp. 1566. 8°. WACHEND. 1582. 4°. Amſterdam 1588. 1593. fol. 1622. 1627. fol.

Germanice a *Melchiore* SEBIZ edita eſt Argentorati anno 1579. fol. TREW. 1580. 8°. BASS. anno 1607. fol. auctius. Huc etiam editionem Amſtelodamenſem anni 1593. fol. refert Cl. SEGUIER, Belgicam forte. Editio mea hunc titulum habet *Fünfzehn Bücher vom Feldbaue und von der rechten Beſtellung eines Landſitzes, davon etliche von* C. STEPHANO *und J.* LIEBAUT, *und theils durch M.* SEBIZ, *theils aus den allerneueſten Zuſätzen deutſch überſetzt ſind. Anjezo theils aus dem erneuerten franzöſiſchen Exemplar, theils aus Georg.* MARII *publicirter Gartenkunſt, theils aus J.* FISCHARTS *Feldbaurechten hinzugethan worden.* 1555. fol. TREW. 1588. fol. * 1592. fol. TREW. 1607. fol. TREW. DRAUD. Quindecim librorum tertius pertinet ad hortum. L. V. ad arbores hortenſes. L. VII. Pratum eſt. L. IX. Ager. L. X. Legumina. L. XI. Vites. L. XII. Sylva. Gallica editione multo auctius opus eſt, ex qua verſum eſt. Capita hortenſium iſta habet 62. germanica 110. Laudat ob plantas pabulares ZINKIUS.

Exſtat etiam *Caroli* STEPHANI L. III. *de alimentis* Paris anno 1550. 8°. * Victus rationem præſcribit, tum ad morbos, tum pro iis, qui bene valent. Cibos & potus ex vegetabili regno breviter recenſet, ſecundum ſcopum, ad quem præſcribuntur: ex veteribus autem cujusque facultates ſumit, addit Gallorum inventa. Denique alimenta ad prævifos fines certas in claſſes ordinat.

§. CCXLIII. *Chriſtianus Egenolf.*

Chriſtianus EGENOLF, bibliopola Francofurtenſis, herbarum imagines vivas edidit, quæ cum CUBÆ herbario ab EUCHARIO RHODIONE recuſo prodierant anno 1533. fol. TREW. anno 1535. fol. TREW., & anno 1538. Pars vero II. anno 1535. 1569. fol. HOTTON. Redierunt hae icones anno 1540. cum DORSTENIO; anno 1542. cum J. DRYANDRO. Deinde aucto numero in utroque *Dioſcoride* WALTHERI RYFF anno 1543. fol. & anno 1549. fol. Recuſæ ſunt etiam anno 1550. fol. TREW. cum *herbario Germanico*, ſolo cum nomine EGENOLPHI *Kräuterbuch* &c. *über vorige Edition gemehrt* &c., & anno 1551. & 1555. fol. TREW. cum *Adamo* LONICERO, bis etiam germanice, eodem edente, anno 1569. fol. 1577. fol. TREW. 1579. fol. 1582. & 1598. 1604. fol.

 denique

Digitized by Google

denique auctiores a *Petro* UFFENBACH Francofurti anno 1609. fol. 1628. fol. ZOCH. 1630. fol. TREW. anno 1678. fol. 1679. fol. 1705. fol. 1737. fol.

De his iconibus judicium dabo cum DORSTENIO, cumque LONICERO & RYFFIO.

Prodiit etiam CHRISTIANI EGENOLPHI nomine *adverſus illiberales* L. FUCHSII *calumnias reſponſio* Francfurt 1544. 4°. HIRSCH.

§. CCXLIV. *C. Oroſcius. Textor.*

Chriſtophorus OROSCIUS, (HOROSCO) Salmanticenſis, *adnotationes* dedit *in* PAULI *interpretes* Venetiis anno 1536. fol. MERKL, 8°. TREW. & *poſteriores in* L. VI. *adnotationes* anno 1536. Stirpium nomina ex vetuſtis codicibus corrigit. TREW. Dedit IDEM *adnotationes in* AETII *interpretes* Baſileæ anno 1540. 4°. TREW.

Benedicti TEKTORIS, Seguſiani, *florum differentiæ ex Dioſcoride* Venetiis anno 1534. 16°. anno 1537. 16°. *, & cum TRAGO KYBERI Argentorati anno 1552. 4°. * Initium eſt a plantarum deſcriptionibus; ſequuntur differentiæ plantarum a folio, flore, aliave plantæ parte ſumtæ, tum adfinitates, & comparationes. Methodicus eſt in DIOSCORIDEM index.

§. CCXLV. *Joh. Lonicer.*

Johannes LONICER NICANDRUM, ut alias diximus, latine vertit. Ad DIOSCORIDEM MARCELLI VERGILII *ſcholia* addidit Marburg anno 1543. fol. * edita, in quibus nomina hebraica excogitavit, & paſſim parallela DIOSCORIDIS, GALENI, aut PLINII loca collegit. Ad naturam non acceſſit, neque id ipſi vitæ genus fuit.

§. CCXLVI. *Hieronymus Fracaſtorius.*

Hieronymi FRACASTORII, Veronenſis, celebris medici & Poëtæ *Siphilis* Baſileæ prodiit anno 1536. 8°. Antverpiæ anno 1562. 8°. inde variis locis & nuper Patavii 1739. 4°. & Londini anno 1746. 8°. tum in *collectionibus operum* auctoris Venetiis 1555. 4.* Genevæ anno 1637. 8°. Gallice, verſa a CL. MACQUER & la COMBE, cum bonis notis Paris 1753. 12°. Ingratam materiem, dum ingenio ſuo ornat, magnam laudem meritus eſt. Guajacum, quod Hyjacum vocat, potiſſimum deſcribit, ejusque adverſus novam peſtem vires deprædicat.

EJUSDEM *de vini temperatura* Venetiis anno 1534. 4°. & in operum collectionibus.

Digitized by Google

§. CCXLVII. *Gonſalonerius. Barlandus &c.*

J. *Baptiſta* GONFALONERII Veronenſis *de vini natura, ejusque alendi & medendi facultate diſquiſitio* Venetiis anno 1535. 8°. FALC. Baſileæ anno 1535. 12°. ibid. In vino & calidam facultatem eſſe, & humidam, & ſiccam, & frigidam.

Jacobi PRÆFECTI, Netini, Medici ſiculi, Archiatri Pontificii, *de diverſorum vini generum natura* liber Rom. anno 1536. 8°. SEG. & Venetiis anno 1559. 12°. B. B. Vina generoſiora nuperiorum & veterum recenſet: vires medicas fere ex veteribus exponit, quæ vel proſunt, vel nocent; & varia problemata ad veterum morem reſolvit.

Huberti BARLANDI, Namurcenſis, *velitatio cum Arnoldo* NOOTZ, *qua docetur, non paucis abuti nos vulgo medicamentis ſimplicibus, ut Capillo Veneris, Xylaloe, Xylobalſamo, Spodio* Antverp. anno 1532. 8°. Arabes & Avicennam paſſim caſtigat, laudes meritus *Euricii* CORDI.

ANTONII FUMANELLI *Comm. de vino* Venetiis 1536. 4°. HEINS.

§. CCXLVIII. *Braſſavolus.*

Antonius MUSA BRASSAVOLUS, Ferrarienſis, LEONICENI diſcipulus, MANARDI æmulus & adverſarius, a libris non alienus, etiam a linguis nuperis, & a Germanica, & denique in plantis patriis minime rudis; ut ea ferebat ætas. Galliam adiverat anno 1528.

EJUS *examen medicamentorum ſimplicium* jam anno 1536. Romæ prodiit fol. SEGUIER. recuſum Venetiis anno 1538. 8°. SEGUIER. anno 1539. 8°. SEGUIER. anno 1545. 8°. SEGUIER. & anno 1556. 16°. Baſileæ anno 1538. 4°. Tiguri anno 1555. 8°. tum Lugduni anno 1556. 12°. * Dialogus eſt inter auctorem, herbilegum, & ſenem pharmacopolam. Ii, quos noviſſime diximus, errores fere proferunt. Contra eos BRASSAVOLA veriorem ſententiam tuetur, Barbaros fere refutat, quos Arabiſtas diximus, etiam MANARDUM, LEONICENUM & MESVEN. Deſcriptiones breves, & ſolorum generum. Facultates medicas non raro ex proprio experimento tradit, hactenus non inutiles. Aliqua in canibus tentavit, quos paſta ſcammoniata occidit. Rhabarbari genus in Calabria naſcens, drachmæ unius pondere, vehementer alvum ducere expertus eſt. De Centaurio majori ſeu Rhapontico (u) Garganico. Senam eſſe κνηκοςομαχον, & acerrimam Laureolam. Epidemiam verminoſam equorum deſcribit. Schœnanthum in Calabria provenire, Polium, pro quo aliam herbam pharmacopolæ colligant, circa Bononiam abundare monet. Lupulum deſcribit PLINIO dictum, non DIOSCORIDI.

EJUSDEM *de medicamentis tam ſimplicibus, quam compoſitis catharticis, quæ unicuique humori ſunt propria.* Tiguri anno 1555. 8°. * Simplicium medicamentorum

(u) p. 636.

Digitized by Google

torum facultates etiam per experimenta docet; Abſinthii ſuccum alvum leniter ducere, herbam integram nequaquam. Aquam marinam pariter alvum ciere. Decoctam cum Lupulo aquam, ad unciam ſumtam, aliquantum alvum laxare. Soldanella marina commode ſe in febre tertiana epidemica alvum moviſſe, ſucco ad ſemunciam dato, etiam herba. Naſturtio cum aqua cocto efficaciter ſe febres tertianas ſanaſſe, ut venter leniter moveretur; ſic cum Chamædry. Nucleos pineos alvum non ducere, etſi emolliant. Pomis omnino, Origano Cretico, Thymi & Tragorigani ſucco aut decocto, Geniſtæ flore, ſemine & radice, potentius tamen ſucco, etiam ad duas drachmas dato, alvum laxari. Ex Colocynthide ſumta in principe hypercatharſin factam vidit, ſecutumque ſanguinem. Hermodactylum ait in Apennino monte provenire, & Scordium in Ferrarienſi agro detexit. Primus Elleborum nigrum, a longis temporibus intermiſſum, auſus eſt propinare, atramque bilem educere comperit, & maniacum ex illuſtri gente MALATESTARUM eo pharmaco ſanavit. Iridis ſucco vehementer aquas duxit, ſiccæ radicis pulvere blandius, Soldanellam adverſus hydropem laudat. Succo lactucæ ſylveſtris, ad unciam dato aquas civit. Multa in reis hominibus ſe experimenta feciſſe, ipſe addit.

EJUSDEM *examen omnium Syruporum, quorum publicus uſus eſt* Lugduni 1540. 8°. * Non omnes, ſed aliquos ſyrupos examinat, & ſimplicia medicamenta, quibus in iis ſyrupis locus eſt. Paſſim habet inter multam confabulationem aliqua eo ævo non vulgaria, ut de Polygono coccifero. De Ribe Arabum fatetur, ſibi non liquere.

Citat SANDER libros *de ſimplicibus medicamentis: de ſyrupis, de pilulis, de medicamentis catharticis: de electuariis non ſolventibus, de ſuſ ſ. collyriis: de ſuffuſ ſ. pulveribus, de oleis, ceratis, unguentis, emplaſtris, trochiſcis, looch, aquis, infuſionibus, decoctionibus, propriis medicamentis humores educentibus ſimplicibus & compoſitis* Venet. 1551. quæ videretur eorum librorum fere omnium collectio eſſe, qui continuo dicentur.

EJUSDEM *Examen omnium linctuum, pulverum, aquarum, oleorum, quorum apud Ferrarienſes uſus eſt* Venetiis anno 1553. 8°. MERKL. Lugduni 1555. 16°. BURETTE. *Examen omnium electuariorum, pulverum & confectionum catharcticorum* Venetiis 1548. 8°. MERKL. *Examen omnium catapotiorum & pilularum* Baſileæ 1543. 4°. Lugduni anno 1546. 16°. 1549. 12°. RIV. 1556. 16°. MERKL. Venet. 1548. 8°. *Examen omnium trochiſcorum, unguentorum, ceratorum, emplaſtrorum, cataplaſmatum & collyriorum, quorum frequens eſt apud Ferrarienſes uſus* Venetiis 1551. 8°. MERKL. Lugduni 1555. 12°. vel 16°. BURETTE 12°. FALC.

EJUSDEM de *uſu radicis chinæ, & quæſtiones de ligno ſancto*, cum *Aloyſii* LUISINI Gallica collectione Venet. anno 1566. fol. Leidæ 1731. fol. *

Pharmacopœa, quæ exſtet cum libro de *morbo gallico*, citatur ab ASTRUC. Lugduni anno 1555. 16°.

FRAN-

Digitized by Google

Franciscus Massarius vir eruditus, Conſtantinopolin iter fecerat: ſtirpes & medicamenta Plinii non abſolvit. Laudat tamen, C. Gesnerus & aliqua de plantis habet in *caſtigationibus* (*& adnotationibus*) in IX. libros *Plinii de natura aquatilium* Baſil. 1537. 4°. Paris 1542. 4°.

J. Tagault *de medicamentis ſimplicibus purgantibus* L. III. Baſil. 1537. 4°. 1571. 8°. Maitt.

J. Stokar *Regiment, wie man ſich mit aller Speis, Getränk und Früchten halten ſoll.* Augſpurg 1538. 4°. B. Thomas.

§. CCXLIX. *Al. Mundella.*

Aloyſius Mundella, Brixienſis, horti Patavini Præfectus IIdus, ſcripſit *annotationes in* Antonii *Muſæ Braſſavolæ ſimplicium medicamentorum examen*, quod cum *Epiſtolis* Baſileæ anno 1538. 8°. & iterum anno 1543. 4°. Baſileæ prodiit, & nuperius quam 1538. absque anno 8°. Trew. Percurrit Antonii peculiares ſententias, nonnunquam defendit, ſæpe tamen refutat, non quidem ex plantarum ipſarum contemplatione, ſed ex comparatis veterum locis. Codicem Dioscoridis proprium græcum citat.

Ejusdem *Epiſtolæ medicinales novem* prodierunt anno 1533. *Viginti duæ* in editione noſtra anni 1543. 4°.* præter *adnotationes in Braſſavolam*; Editionem Baſil. 1538. 8°. Uff. non vidi. *Triginta & ſeptem* in editione anni 1549. & 1556. 4°. Trew. Recuſæ ſunt cum Manardi *epiſtolis* Lugduni anno 1557. fol. Inter eas aliquæ pertinent ad Rheum barbarum, Radiculam, Senam; pleræque tamen clinici ſunt argumenti.

Ejusdem *Dialogi* Tiguri 1551. 4°. omnino decem, fuſe & aſiatice ſcripti. In II. aliqua pertinent ad ciborum & potulentorum facultates. Epiſtola VII. agit de Papaveris inter edulia loco. Pleraque clinici ſunt argumenti.

Theatrum ſeu Indicem Galeni omittimus.

§. CCL. *Alfonſus Ferrus.*

Alfonſi Ferri *de ligni ſancti multiplicii medicina & exhibitione* Rom. anno 1537. 4°. Seguier. 1538. 8°. Baſil. anno 1538. 8°. Paris anno 1540. 16°. 1542. Lugduni anno 1547. 12°. Sequier. cum titulo Méthode curative de diverſes maladies par la potion du bois de Gayac autrement dit le ſaint Bois, composé par *Alponſe* Ferrier, & traduit, & corrigé par *Nic.* Michel. Poitiers 1546. 16°. 1550. 8°. Latine in collectione Luisina. Utcunque, rudi tamen ſtylo, lignum ſanctum deſcribit.

Michaelis Serveti *ſyruporum univerſa ratio* Paris 1537. 8°. Mead. Venet. 1545. 8°. Gunz. Lyon 1546. 8°.

§. CCLI. *J. Agricola.*

J. *Agricolæ* Ammonii (*Paürle*) *medicinæ herbariæ* L. II. quorum primus habet herbas hujus ſeculi communes cum veteribus; ſecundus fere a recentibus

Digitized by Google

tibus medicis inventas herbas, quæ poſt GALENUM acceſſerunt Baſileæ anno 1539. 8°. * Profeſſor Ingolſtadienſis, in Italia artem didicerat. Duo ſunt Lexica. Prius habet nomina antiqua medicamentorum ſimplicium, & plantas Germanicas, quæ iis nominibus reſpondent. Intercurrunt aliqua non inutilia, Alceam in dyſenteria utilem repertam fuiſſe: ex Colchico ſumto pueros interiiſſe. Equiſeti decoctum ad veſicæ ſcabiem valere. Aquas meliores deſtillare docet, ſi vaſculum vapore calidæ calefiat. Ononidem ad dyſenteriam laudat; de Polygono coccigero diſſerit. Allium victorialem deſcribit. Eſulæ corticem ex medici experimento laudat adverſus hydropem. Sui diffidens de Veronica BRUNFELSIUM conſulebat, & ipſum incertum.

De editione *Nicolai* PRÆPOSITI diximus.

§. CCLII. *Antonius Gallus alii.*

Roberti BRITANNI Scoti, vero nomine BARTON, *Agriculturæ encomium* Paris anno 1539. 4°. THUAN.

PLETHO *dell' arte di tintori che inſegna a tingere panni* Venet. 1540. 4°.

Caroli FIGULI *herbarum methodus* Colon. anno 1540. 4°.

CL. BIGOUTIER *raporum encomium* Lugduni 1548.

Leonhardi JACCHINI, Profeſſoris Piſani, *tractatus adverſus* AVICENNAM, MESUEN *& Arabes omnes* Lugduni anno 1534. 8°. * Cum novæ Academiæ Florentinæ opuſculis adverſus Avicennam & medicos neotericos ſcripſit, qui neglecta Galeni diſciplina Arabes colebant. Materiei medicæ ignorantia Arabiſtis objicitur, ipſaque remedia minus aut apta, aut efficacia eſſe. Abſinthii ſuccum non eſſe ventri inimicum.

EJUSDEM *Lettera apologetica in difeſa e lode del Pepone* Firenz anno 1600. 4°. BURETTE. FALC.

§. CCLIII. *T. Dorſtenius.*

Theodoricus DORSTENIUS *botanicon* ſcripſit, continens herbarum, quarum uſus in medicina eſt, deſcriptiones & icones Francofurt apud EGENOLF anno 1540. fol. * Alphabeticus liber, tradit nomina aliqua & deſcriptionem ex veteribus, deinde virium medicarum farraginem collectitiam, ſatis barbaram. Herbarium nempe eſt Germanicum, ſæpe dictum p. 240. 241. latine verſum, & ab editore locupletatum. Figuræ toties recuſæ EGENOLPHIANÆ, non magnæ, ſed minime inartificioſæ ſunt, umbris exaratæ, & ad naturam factæ, nonnunquam tamen ad imperfecta ſpecimina. Nomina ſæpe aliena; Croci loco Carthamus depingitur &c.

LIB. V.

Digitized by Google

LIB. V.

INVENTORES.

§. CCLIV. *Val. Cordus.*

V*alerius* Cordus, Euricii filius natu maximus, ad ſummum in herbarum cognitione faſtigium perveniſſet, niſi eum anno ætatis 29. præmatura mors abripuiſſet. A prima juventute in medicamentis cognoſcendis & præparandis induſtriam ſuam adhibuit (*x*). In alia etiam ſe diffundit, etiam in hiſtorica (*y*). In Germania primum, Haſſia, Thuringia & montibus metalliferis Saxoniæ plantas tanto ſtudio collegit, ut aliquot earum centurias primus detexerit. Inde in Italiam (*z*) profectus, per æſtus æſtivos, & inſalubrem oram maris inferi facto itinere (*a*), febrem malignam ſibi concivit, & anno 1544. Romæ exſtinctus eſt. Opera, ut in brevi vita, pluſcula vel edidit, vel edenda reliquit.

Adnotationum in Dioſcoridem L. V. cum Dioſcoride Riviano prodierunt Francof. anno 1549. fol. * Pariſ. 1551. 12°. Maitt. Cordus non mediocrem hic & librorum cognitionem oſtendit, & ſtirpium Germanicarum, quas cum veterum ſtirpibus comparat: & loca natalia indicat. Hæ adnotationes multum auctæ & emendatæ redierunt Argentinæ anno 1561. fol. * Gesneri ope, pluſculis etiam novis additis numeris, & nonnullis notulis.

Deinde poſthumos edidit Gesnerus *hiſtoriæ plantarum libros* IV. Argentorati anno 1561. fol. quibus multæ plantæ eximiæ primum deſcribuntur, nominibus a Cordo ex lingua Græca fictis. Inter eas ſunt Gratiola, Anblatum, Aizoon ſerratum, Comarum, Menyanthes, Turritis, quæ Braſſica virgata, Thalictrum minus, & tenuifolium, Thamæcnemum (vaccaria), Mercurialis ſylveſtris, Intybus nauſeoſus, Polium Germanicum, Prenanthes purpurea, Oxycoccus, Thyſſelinum, Lactuca cærulea, Braſſica arvenſis, Limnopeuce, Phalangium non ramoſum, Helleborinæ aliquæ, Dentaria baccifera, Parnaſſia, Pimpi-

(x) Bonum elaterium paravit Cord. *botanolog.* p. 18.
(y) Chronicon Joachimi ſcripſit.
(z) Cum eo ad mare inferum Cedrum Lyciam legit Bellon *conifer.* p. 106.
(a) Ex potu frigidæ Forest. præfat. ad L. I.

Digitized by Google

Pimpinella cæruleo ſucco, Myrrhides & Selina aliqua, Gentiana autumnalis, Moſchatellina, Rhamnoides, Cytiſus alpinus, & glaber, Thymelæa linifolia, Guajacanam, Nardus Celtica, Centaurium majus, Mahaleb. Intercedunt, quas difficulter adgnoſcas, uti jam GESNERUS faſſus eſt.

Sylva obſervationum, quas inter peregrinandum adnotavit, una edita, multa quidem ad foſſilia habet, plantas tamen etiam tradit, fere omnes novas, ut Chamæbuxum, Lichenem Islandicum, Petaſiten Germanicum, Trientalem, Tripolium, alia. Primus plantas ad naturam, omiſſis veterum pigmentis, deſcribere docuit.

Stirpium deſcriptionis Liber V. in Italia ſcriptus prodiit Argentorati anno 1563. fol. * Eo multæ plantæ, quas nunc primum (*b*) in calida regione viderat, deſcriptas dedit. Acceſſit *Hieronymi* SCHREIBER de morte CORDI epiſtola. Liber VI. cujus J. BAUHINUS meminit, & quem ÆMILIUS viderat, nunquam prodiit (*c*). Hunc V. librum, ex ſchedis GESNERIANIS Cl. SCHMIEDELIUS Noribergæ anno 1752. recuſum dedit fol. * cum caſtigationibus ſatis numeroſis.

EJUSDEM *diſpenſatorium ſeu pharmacorum conficiendorum ratio* Noribergæ anno 1535. 8°. Paris 1548. Noriberg. 1551. 8°. HUTH. Venet. 1563. 12°. HUTH. & ſæpe alias cum *Petri* COUDENBERG ſcholiis, & cum LOBELII notis, correctionibus, & auctariis Antverp. 1568. 12°. SCHULZ. Lugduni 1579. 12°. HUTH. ut lego, 1600. 12°. RIV. Leidæ ut lego anno 1590. 12°. 1599. 12°. RIV. 1651. 12°. * Gallice verſum ab ANDREA CAILLE cum titulo *le Guidon des Apoticaires* Lyon 1572. 16°. 1578. 8°. BOECL. Hactenus huc pertinet, quod ad compoſitiones in brevibus ſcholiis adjiciat ſimplicium, quæ quamque antidotum ingrediuntur, aliquam deſcriptionem. IDEM opus opera collegii medici Noribergenſis anno 1592. emendatum Noribergæ prodiit, tum 1598. fol. OSB. 1612. fol. HUTH. & auctum 1666. fol. 1686. fol.

§. CCLV. *C. Geſner.*

Verum omnes alios & ſui ævi, & prioris, herbarum cognitione longe ſuperavit, uno anno VALERIO minor *Conradus* GESNERUS Tigurinus, vir animo, labore, ingenio pariter eximius. Paupertas juvenem preſſit, ut ad labores tanto viro indignos ſe dimittere coactus fuerit; enixus eſt tamen ſua virtute, ut victum ſibi paraverit (*e*), & ſuffecerit non modicis ſumtibus, quos in rem naturalem erogavit. Nam & hortum (*f*) condidit, raris plantis conſi-

(*b*) De Scordio, Thlaſpi & Dictamno MANARDUS deſperaverat Epiſt. 3. L. VI.
(*c*) In Libanotide amara.
(*e*) Epiſt. p. 49. b.
(*f*) p. 255. & præf. ad librum de *hortis Germaniæ*, ubi duorum meminit.

Digitized by Google

conſitum, & pictorem (*g*) ſculptoremque ſuo ſumtu aluit, & theſaurum (*h*) rerum naturalium primus, niſi fallor, mortalium collegit, quem undique ex univerſa Europa Cl. viri ditaverunt; ex ipſa Polonia (*i*), & Britannia (*k*), Italia (*l*), Gallia (*m*), Germania (*n*), Helvetia (*o*) univerſa.

Naturæ vitia labore ſuo ſuperavit, debili natus corpuſculo (*p*), ut a renibus (*q*) metueret, hydropem etiam ſenſit (*r*), & arthritidi obnoxius (*s*) fuit, quo morbo ſe thermis Badenſibus (*t*) liberare conatus eſt, deinde vapore accenſi ſpiritus vini motoque ſudore, denique ulcere ſponte ſubnato (*u*) ſanatus. Myops etiam (*x*), uſus eſt conſpicillo, quo objecta remontiora minutiora adparerent (*y*), quod primum exemplum beneficæ facultatis vitrorum concavorum mihi occurrit. Itinera plurima ſuſcepit, tum ob animalia, Argentoratenſe (*z*) & Venetum (*a*), tum ad plantas colligendas. Provectiori ætate, & debili corpuſculo, in lacu natavit, ut plantas aquaticas corraderet (*b*). In alpes ſæpe adſcendit (*c*), neque enim itinera omnia potui eruere. In ipſam vallem Tellinam (*d*) anno 1560. & 1561. (*e*) comite J. BAUHINO (*f*), prius

(g) p. 27. b. Magnos ſe ſumtus in eo facere p. 146. WOLF. *poſtr.* p. 446. J. BAUHINUS ſumtibus GESNERI icones depingi curabat p. 20.
(h) *Hiſt. vit.* p. 14.
(i) p. 115.
(k) A CAJO p. 134.
(l) ALDROVANDO p. 79. QUADRIO *de Aconit.* I. p. 50. CORTUSO *epiſt.* ad J. BAUHINUM n. 20.
(m) A VALERANDO DOUREZ *epiſt.* ad *Joh.* BAUHIN. n. 19. *Euſtatio* QUERCETANO de *acon.* p. 13.
(n) A J. KENTMANNO *epiſt.* p. 5. b. epiſt. ad KENTMANNUM n. I. Ab *Adolpho* OCCONE *Epiſt.* WOLF. p. 69. 77. *Leonhardo* RAUWOLF. p. 60. LEUSCHNERO *epiſt.* ad KENTMANNUM p. 27. HOLZACHIO p. 84. 87. STORCKLINO p. 80.
(o) J. FABRICIO Curienſi *Epiſt.* p. 97. 926. *Felice* PLATERO p. 101. b. J. BAUHINO p. 101. b. 121. b. &c. *Theodoro* ZWINGER p. 101. 105. b. *Benedicto* ARETIO p. 116. b. 119. b. 121. b. add. p. 99. COLLINO Sedunenſi *Aconit.* p. 5. HORZHALBIO p. 84. b. *Caſparo* WOLF. p. 122.
(p) *Epiſt.* p. 92.
(q) p. 112. b.
(r) *Vit.* p. 4.
(s) *Epiſt.* p. 83. b. *Epiſt.* ad J. B. p. 97.
(t) p. 76. 88.
(u) p. 88. b.
(x) p. 84.
(y) p. 136. b.
(z) *Hiſt. vit.* p. 10.
(a) *Hiſt. vit.* p. 5. 14. b. & *præf. ad aquatil.*
(b) Ibid. p. 27. b.
(c) Singulis fere annis Præf. *ad montem Fractum.*
(d) p. 23.
(e) p. 1. b. 23. 85.
(f) Ex *Præfatione* C. BAUHIN. ad epiſtolas J. B. & GESNERI mutuas: denique ex GESNERO *app. alt. ad hort. German.* fin. tum ex J. BAUHINO. Sed vide *Hiſt. Stirpium Helveticarum* II. p. 110.

Digitized by Google

autem in Glaronenſes alpes, & in montem *Fractum* (*g*) & *Bockmatt*. Galliam etiam meridionalem (*h*) adiit, & Inſubriam. Ipſe pingendi peritus lineas ducebat ſubtiliſſimas, & pictorem dirigebat (*i*). Quare icones quidem dedit perfectiſſimas, nullis recentiorum ceſſuras, cum charactere, & omnibus plantæ partibus.

Methodi botanicæ rationem primus pervidit, dari nempe & genera, quæ plures ſpecies comprehenderent, & claſſes, quæ multa genera (*k*). Varias etiam claſſes naturales in libro de collectione ſtirpium expreſſit. Characterem adfinitatum in flore inque ſemine (*l*) poſuit, in quibus depingendis ipſe monet, ſe ſummo ſtudio eſſe verſatum (*m*). Calycis etiam a petalis diſcrimen in Helleboro, per ejusdem calycis conſtantiam ſtabiliit (*n*). Quare ſenſit Staphidisagriæ cum Conſolida (*o*) regali adfinitatem, Scorzoneræ cum Tragopogone (*p*), Moluccæ cum Lamio (*q*); Dulcamaræ & Solani (*r*), Calceoli & Orchidum (*s*).

Ante omnes nuperos juſtam gratitudinem doctis viris rependere conatus eſt, quorum nomina ſtirpibus imponeret. WOLRATAM (*t*) deſtinaverat: ad ARETIUM ſcripſerat, ut ARETIAM ſibi ſeligeret (*u*), BAUHINIAM JOHANNI obtulit (*x*), GASSERIAM vel ACHILLEAM (*y*) *Achilli Pyrminio* GASSERO, ADOLPHIAM vel OCCONIAM *Adolpho* OCCONI propoſuit (*z*), aut Burſam paſtoris, ſi ejus ſuccum, liquores & vires exploraſſet. CORTUSUM (*a*) & CALCEOLARIUM (*b*) ſuo nomini dicatas ſibi plantas addebat ſelegiſſe.

In plantas a prima juventute *inſaniit* (*c*), a J. FRICCIO avunculo ad earum amorem illectus. Quare multorum annorum laborem impendit (*d*), ut ad

(g) Anno 1555.
(h) RAUWOLFIO ſocio Epiſt. WOLF. p. 60. b. *vit.* p. 6.
(i) p. 27. b.
(k) p. 39. b.
(l) p. 113.
(m) p. 113. 646.
(n) *Epiſt.* ad KENTMANNUM n. 24. Ab imperitis pro flore haberi addit.
(o) p. 113.
(p) p. 36.
(q) p. 65. b.
(r) p. 84. b.
(s) p. 95. b.
(t) p. 120. b.
(u) p. 120. b.
(x) *Epiſt.* ad J. BAUHINUM n. 32.
(y) p. 42.
(z) p. 75. Pirolam proponit p. 63. aut Burſam paſtoris p. 73. b.
(a) l. c.
(b) Ibid.
(c) *Vit.* p. 5. 14. b. *Epiſt.* 117. 118. b.
(d) *Præf. ad catal. quadrupart.*

Digitized by Google

ad hiſtoriam ſtirpium ſe præpararet, cum anno 1551. jam centum icones paratas haberet (*e*).

Plantas aut novas invenit, aut vagantes conſtituit tanto numero, ut octingentis illis veterum ſpeciebus facile octingentas alias addiderit, quarum multas in ſummis alpibus detexit, in eo minus felix, quod operi pene perfecto immortuus, gloriam inventorum Clusio fere reliquerit. Anno 1565. mille & quingentas icones paraverat (*f*), quas Wolfio reliquit.

Sed etiam medicam partem botanices ſtudioſiſſime coluit. Cujusque plantæ ſaporem, & odorem explorabat, vires etiam in canibus, ut in Nuce vomica (*g*), Paride (*h*), Balſamine impatiente (*i*). Denique in ſe ipſo experimentum faciebat, ſæpe ab amicis monitus, ut ab ea temeritate (*k*) abſtineret, ſenſim aucta doſi (*l*), ne ſibi noceret, neque vere unquam ſibi nocuit. Etſi enim a duabus drachmis radicis Doronici (*m*) ventriculum ſibi ſenſit debilitari, facillime tamen convaluit, & illepida fabella eſt, quæ a Coitero nata ad poſteros (*n*) deſcendit, ut ex ejus radicis uſu ſummum virum periiſſe ſcriberent; qui tamen rem totam ipſe narret, tranſactam ſeſqui anno ante mortem, quæ ex peſte accidit 13. Decembr. anni 1565. Sed neque ruſticorum (*o*) experimenta neglexit, paratus vel a Mago diſcere.

Ita ſenſim peritiam adquiſivit in æſtimandis plantarum viribus, ut vel ſolo ex odore vim purgantem ſagiret. Eam vim in cannabino Eupatorio invenit (*p*), in Gratiola (*q*), in Helleboro (*r*). Antithoræ (*s*) etiam & foliorum Nicotianæ (*t*) vires exploravit, tum Thoræ Valdenſium (*u*), & Polygalæ (*x*), in qua vim catharcticam detexit. Lycoperſici integrum pomum absque noxa edit (*y*).

Experimenta in ſe ipſo facta ad ægrorum commoda adhibebat. Eclegma de Spina Cervina invenit (*z*). Hellebori uſum, a meticuloſis Arabibus inter-

(e) p. 116. b.
(f) Wolf pollic. p. 436.
(g) *Epiſt.* p. 133. & *Epiſt.* ad J. Bauhinum n. 31.
(h) Nempe J. J. Muraltus dedit.
(i) *Epiſt.* p. 109.
(k) In venenatis plantis, quibus minime abſtinebat. *Epiſt.* p. 71. b.
(l) Ibid.
(m) p. 18. b. 74. b. 78. *hort. Germ.* p. 247.
(n) In Floyeri *pharmacobaſan.*
(o) *Hiſt. vit.* p. 14.
(p) *Epiſt.* p. 6. 121.
(q) p. 22. 71. b. ad J. Bauhin. n. 33.
(r) Ibid.
(s) *Epiſt.* p. 66. *Epiſt.* ad J. Bauhinum n. 30.
(t) *Epiſt.* p. 79. b.
(u) *Aconit* p. 186.
(x) *Epiſt.* p. 121.
(y) p. 107.
(z) p. 16. b.

Digitized by Google

intermiſſum, non ad alvi ſolum aperiendæ officium, ſed ad incidendos craſſos humores revocavit, in aſthmate, arthritide, apoplexia, menſibus ſuppreſſis (*a*). Ex albo Veratro cum oxymelle (*b*) mite ſatis catharcticum medicamentum paravit. Dabat & aquam (*c*) ex albo Helleboro cum aceto ſtillantem, & infuſum cum eo vinum (*d*), & ipſum Veratrum cum melle & aceto coctum (*e*).

Impatientis vim diureticam in ægris (*f*) expertus eſt, & fragorum (*g*), & lixivii cinerum (*h*) fabarum ad calculum. Gentianæ ſucco (*i*) in febribus feliciter uſus eſt; Paridis baccis (*k*), ex narcotica planta, ad hæmorrhoides. Oleum (*l*) lini in pleuritide feliciter exhibuit. Opium, quod vulgo pro veneno habebatur, maximarum virium eſſe & ſudorem movere, primus invenit nuperorum (*m*).

Inter purgantia medicamenta pluſculas ſtirpes indigenas recepit, Polygalam, Gratiolam (*n*); Eupatorium (*o*), quod commode vomitum moveret. Hyoſcyami ſemine hæmoptoicam feminam ſanavit (*p*). Certas plantas incertis in diſpenſatoriis (*q*) ſubſtituit, ut Tunicæ flores utrique Been.

Cum hiſce dotibus admirabilem omnium pene, qui unquam exſtitiſſent, ſcriptorum cognitionem conjunxit. Nam non medicos ſolos & philoſophos & literarum auctores, ſed potiſſimum etiam theologos undique ita ſuos fecerat, ut non alibi fuſiores recenſiones dederit. Solebat omnis generis (*r*) monumenta colligere, ut alterum latus libri vacuum relinqueret, quod pro lubitu poſſet diſſecare.

Eo cum ingenio animum excelſum conjunxit. Amatas ſibi plantas ſeposuit, ut MOIBANI (*s*) heredibus aliquod commodum ex opere paterno naſceretur, quo iis liberaliter ceſſit. GUILANDINUM (*t*) ab aſperiori in MATTHIOLUM, communem adverſarium, expoſtulatione revocavit. Eumdem pro præ-

(a) *Epiſt.* ad J. BAUHINUM p. 134. 140.
(b) *Epiſt.* p. 9. 12. b. 20. b. 39.
(c) p. 11. 25.
(d) p. 12. 13. b.
(e) Ibid.
(f) p. 109.
(g) p. 92. b.
(h) p. 73. b.
(i) p. 58. 63. 97.
(k) 34. b. 81.
(l) p. 20. 108.
(m) p. 61. 69. b. 114. b.
(n) *Epiſt.* ad *Joh.* BAUHINUM p. 147.
(o) *Epiſt.* p. 63.
(p) *Epiſt.* ad J. BAUHIN. p. 105.
(q) p. 52. 80.
(r) p. 62. b.
(s) p. 41. b.
(t) p. 140.

Digitized by Google

præceptore adgnoſcit, tanto peritior (*u*). KENTMANNUM, neſcio quare iratum, humiliſſimis vocibus conatus eſt ſibi reconciliare, J. BAUHINUM ipſe incitavit, ut opus ſui æmulum urgeret (*x*). Pietate in DEUM fuit ſumma, ut ex epiſtola paulo ante improviſam mortem edita adparuit (*y*).

Alias laudes, non botanici argumenti, alias VIRO IMMORTALI impertiemus.

Opera botanica GESNERI ſunt *ſuccedaneorum medicaminum tabula Græco latina* Baſileæ anno 1540. 8°. *. GALENI primo ſuccedanea græca hic recenſentur, aut gloſſis alienis aucta, aut alieni ſcriptoris; tum verſio latina, & notæ; porro antiballomena ex DIOSCORIDE, AETIO, PAULO excerpta, ſæpe valde peregrina, ut Lolii vires Iridi comparatæ, tum ex GALENO.

Hiſtoria plantarum & vires ex DIOSCORIDE, PAULO, THEOPHRASTO, PLINIO *& recentioribus Græcis juxta elementorum ordinem* Baſileæ anno 1541. 12°. * Venetiis anno 1541. 16°. Breves deſcriptiones ex Græcis & PLINIO collectæ, additis etiam Arabicis nominibus.

Apparatus & delectus ſimplicium medicamentorum. De compoſitione medicamentorum ſecundum genera ex PAULO, *&* GALENO Lugduni anno 1542. 8°. * Libellus Lugduni in peregrinatione datus eſt; ſimplicia ſunt medicamenta, breviter deſcripta, cum ſignis, ex quibus dignoſcas, num bonæ notæ ſint, cum præparatione, & colligendi & adhibendi modo. Pars altera eſt de medicamentis compoſitis & eorum præparatione, compendium ex GALENO & PAULO. Illa ad olea & emplaſtra: hæc ad paſtillos, unguenta, collyria, emplaſtra, &c.

Catalogus plantarum nomina latine, Græce, Germanice & Gallice proponens, ſecundum ordinem alphabeticum Tiguri 1542. 4°. * Adjectæ ſubinde aliquæ adnotationes GESNERI, & ejus optio nominum, quæ putet optima convenire. Plantæ fere vulgares ſunt, nomina ex RUELLIO, FUCHSIO, TRAGO & CORNARO. Ad calcem adjectus eſt, ſecundum elementa, catalogus nominum inſolitorum, quæ DIOSCORIDI adſcribuntur, cum nominibus magis receptis. Hic catalogus recuſus eſt cum Dioſcoride RIVII Francofurti anno 1549. fol. *

Libellus *de lacte & operibus lactariis, cum epiſtola ad Jacobum* AVIENUM *de montium admiratione* Tiguri anno 1543. 8°. * vel 1541. 8°. Ex variis ſcriptoribus hæc collegit, propriis eorum vocibus ſervatis: & occaſione caſei Glaronenſis, aliqua ad ſtirpium hiſtoriam pertinentia admiſcuit.

Biblio-

(u) p. 65.
(x) p. 55. b.
(y) *Epiſt.* ad J. BAUHINUM p. 158. 162.

Bibliotheca univerſalis, ſeu Catalogus librorum locupletiſſimus omnium ſcriptorum lingua latina, Græca & hebraica exſtantium & non exſtantium Tiguri anno 1545. fol. * Pertinet ad hiſtoriam auctorum rei herbariæ. In hac editione plenius de his ſcriptoribus agit, & judicia ſua, ſæpe etiam ſpecimina aliqua librorum, addit. Eadem *bibliotheca inſtituta & collecta a* C. GESNERO; *deinde in Epitomen redacta*, per J. SIMLERUM aucta Tiguri anno 1555. fol. * & denuo *locupletata, & in duplum aucta* a J. SIMLERO prodiit Tiguri anno 1574. fol. *. *Iterum & tertio locupletata aliquot mille opuſculis ex Viennenſi bibliotheca*, per J. *Jac.* FRISIUM Tiguri anno 1583. fol. * Librorum memoria hic contracta, & omiſſa ſpecimina. Adjecti multi libri ab *Hugone* BLOTIO, bibliothecæ Vindobonenſis præfecto potiſſimum communicati, tum a POSTELLO, KENTMANNO, DRESSERO, WOLFIO.

Enumeratio medicamentorum purgantium, vomitoriorum, & alvum bonam facientium, ordine alphabeti Baſil. anno 1546. 4°. cum BRASSAVOLÆ libro de pilulis.

Pandectarum, ſeu partitionum univerſalium, qui ſecundus Tomus *Bibliothecæ noſtræ* L. XXI. Tiguri anno 1549. fol. * Omiſſa eſt medicina: Botanicam tamen partem, & ſecundum titulos arborum reperias, qui ſcriptores eas arbores tradiderint. Immenſum opus in viro 32. annorum. In Epitomen redigit *Robertus* CONSTANTINUS Paris anno 1551. 8°.

Ad editionem H. TRAGI anni 1552. GESNERUS adjecit *hiſtoriam ſcriptorum, qui de re herbaria utcunque egerunt*, cum ſuis judiciis.

Tabulæ collectionum in genere & particulatim per 12. menſes, in uſum pharmacopolarum cum Lexico KYBERI prodierunt Argentorati anno 1553. 8°. * Præcepta ad collectionem ſtirpium in univerſum ſpectantia tradit, deinde plantas cuique menſi proprias. Breviter, non ſine rarioribus tamen plantis admiſtis.

Hæ tabulæ locupletatæ a *Caſparo* WOLFIO recuſæ ſunt Tiguri anno 1587. 8°. * Multo utique auctior editio. Præmiſſa varia minora opuſcula variorum, tum differentiæ ſtirpium, & partium plantæ definitiones, ut florum, tum claſſes, lactariæ (planipetalæ), cardui, flores radiati, monopetali, polypetali, quatuor, quinque, & plurium foliorum. Deinde calyces aut ſiliquis innati, aut petiolis. Flores prætcrea umbellati, verticillati, ſoliſequi, Folia item varia, bina, quaterna, ſtellata. Flores ſupra fructum, circa fructum, flores gymnomonoſpermi. Vides initia methodi & claſſium naturalium. Sequuntur plantæ hortenſes aut ſylveſtres, ſecundum menſium ordinem: intercurrunt Alpinæ aliquæ.

De *ſecretis remediis theſaurus Evonymo* GESNERO *auctore* Tiguri anno 1554. 8°. * & pars II. a WOLFIO edita anno 1555. 8°. *. Eſt equidem pharmacopœa, cum aliqua parte chemiæ. Pertinet tamen ad rem herbariam ob aquas

aquas herbarum ſtillatitias, quarum facultates indicantur. Deinde de dubiis medicamentis ſimplicibus paſſim inquiritur. Sic olea etiam expreſſa & ſtillatitia vir Cl. diſcutit, & extracta Ellebori, Aloes, vina medicata. Chemicorum, quæ non contemnenda hic latent, alius erit locus (z). Germanice a J. RUD. LANDENBERGER converſus recuſus eſt, pars quidem I. Tiguri anno 1555. 4°. TREW. 1582. 4°. BASS. 1583. 4°. GMEL. 1608. 4°. DRAUD. Pars II. Tig. anno 1583. 4°. *Cat. libror.* anno 1500. ad 1602. & 1608. 4°. cum titulo *Koſtlicher und ſchöner Schaz.* Gallice *Eonime Philiatre le treſor des remedes ſecrets* vertente BARTHOLOMEO ANNEAU Lyon 1555. 4°. D'ETR. Anglice vertente PETRO MORWING ſ. MORWYNGE *the treaſure of Euonymus* Lond. 1559. 1564. 4°. TANNER p. 536. 1565. 4°. OSB.

De raris & admirandis herbis noctu lucentibus, quæ lunariæ nominantur Deſcriptio M. Fracti Tiguri 1555. 4°. * Prior libellus Hafniæ recuſus eſt anno 1669. 8°. *. Continet collectionem de herbis noctu lucentibus ex veteribus: deinde plantas Lunariarum nomine venientes ex nuperis nonnullis. Succedunt icones & deſcriptiones Auriculæ urſi, & Lunariæ bulbonach, Oſmundæ regiæ, Rorellæ, Thoræ abſque flore; deſcriptio demum Oſmundæ, & aliarum nonnullarum ſtirpium.

In *montis Pilati* hiſtoriam, præter lactaria opera, plantæ etiam deſcribuntur, inter quas novæ pluſculæ, Jacobæa rotundifolia, Rubus non aſper, Dryas, Saxifragia glauca, & aurantia, Muttelina, Daucus Creticus, Pulſatilla alba, Rhododendron, Alchimilla argentea, Pinguicula, Gentiana minima, Aſclepiadea, Rubra; Trollius, Ranunculus albus, Pedicularis major. Recudi fecit SCHEUCHZER *Hiſt. Natur. Helvet.* T. I. Tiguri anno 1716. 4°. *

De ſtirpium aliquot nominibus veteribus & novis, ut ſunt Mamiraas, Moly, Oloconitis, Doronicum; Bulbocaſtanum, Grana Alzalin Epiſtolæ duæ; altera Conradi GESNERI Baſileæ anno 1557. 8°. * & Patavii anno 1558. 4°. * & inter MATTHIOLI epiſtolas. Fatetur GESNERUS, Mamiras a Tralliani Bulbocaſtano diverſum eſſe, & a Dulcichino Italorum: & Durung Arabum, Zedoariæ adfine, a Doronico aliud eſſe. Mylen GALENI eſſe Moly DIOSCORIDIS, a moly GALENI diverſum, quod idem ſit Oloconitis HIPPOCRATIS.

Epiſtola ad Caſparum COLLINUM *de Tulipa*, novo eodem tempore flore, Chamæceraſo, Chamæmeſpilo, Chamænerio & Conyzoide, cum CORDO edita, data anno 1560.

Porro *Valerii* CORDI hiſtoriam ſtirpium & adnotationes in DIOSCORIDEM edidit Argentorati anno 1561. fol. * iſtas ex M.S. codice auctoris emendavit & auxit. Addidit catalogum ſcriptorum, qui in Dioſcoridem eſſent commentati cum judiciis. Multas icones de ſuis & pulcherrimas adjecit.

Cum

(z) Traditur in *Euonymo* liquoris, anodyni HOFMANNI præparatio.

Cum CORDI opere edidit *Hortorum Germaniæ deſcriptionem.* Catalogus eſt plantarum, quæ vel in hortis, vel in agro & ipſis alpibus naſcerentur, ut Abſinthium alpinum, album, Delphinium Aconiti folio, Anthora, Calceolus, Arnica, aliæ. In *appendice prima* alpinæ aliquæ reperiuntur, interque eas Onobrychis (Eſparſette). Rariores vero exſtant in *altera appendice*: ut Fragaria flava, fructus ferens, nondum a nuperis reperta: Caryophyllata Apii folio, Achillea Genipi, Celtis, Pyrethrum alpinum, Ranunculus graminifolius.

Cum *libro quinto* CORDI emendationes aliquas ad VAL. CORDI opera dedit Argentorati 1563. fol. *

Euporiſta DIOSCORIDIS *ex* MOIBANI *codice* concinnavit: perfecit verſionem imperfectam, & edidit (*a*) Tiguri 1565. 8°. *

In egregio libro *de rebus foſſilibus* corallia aliqua, marinasque plantas depictas dedit. In vaſto de *animalibus* opere paſſim botanica adtigit, ut in Anblato.

A morte ſummi Viri prodierunt *Epiſtolarum medicinalium* Libri III. per *Caſparum* WOLFIUM Tiguri anno 1577. 4°. * malo ordine editi, turbatis temporibus, pleræque paucis ante mortem annis ſcriptæ. Theſaurus eſt adnotationum botanicarum, & medicarum, cujus ne guſtum quidem dare licet, ſed monere potius, ut legat, quicunque elegantiorem rei herbariæ peritiam amat.

Una prodiit *de Aconito primo adſeveratio* GESNERI *&* *Oxymellis helleborati utriusque deſcriptio & uſus.* Thoræ bonam iconem dat, niſi quod tetrapetalam faciat, eamque eſſe Aconitum veterum Pardalianches, non Doronicum, contra MATTHIOLUM defendit, hujusque tuetur innocentiam.

Epiſtolarum (*b*) *medicinalium liber* IV. Witteberg anno 1584. 4°. * Cum KENTMANNUS ob dilatam dedicationem MOSCHIONIS GESNERO iratus eſſet, humillimis precibus vir incomparabilis tandem KENTMANNUM vicit, ut ſecum in gratiam rediret.

Epiſtolæ a Cl. BAUHINO editæ Baſileæ anno 1591. 8°. * Ad J. BAUHINUM ſummæ ſpei juvenem datæ ſunt, unica ad patrem ejus cognominem. Numerus eſt 34. omnes argumenti ſunt botanici. Multa certe iis annis officia GESNERO BAUHINUS præſtitit, non tamen aut ingrato, aut ſuperbo.

Denique aliquot epiſtolas ineditas ad *Henricum* imprimis BULLINGERUM ſcriptas mecum vir ILL. J. GESNERUS communicavit, quæ ad hiſtoriam vitæ ſummi viri, & ad difficultates pertinent, cum quibus luctatus eſt.

Huc

(a) Conf. p. 87.
(b) Raras eſſe oportet, quas Cl. BAYER non viderit *Epiſt.* p. 104.

Digitized by Google

Huc etiam pertinet *vita* C. GESNERI *a Joſia* SIMLERO *edita.* Continet enim GESNERI epiſtolam de ſcriptis propriis, & prodiit Tiguri anno 1566. 4°.* Ipſe GESNERUS in Bibliotheca ſuam vitam hactenus deſcripſerat.

Pertinet huc etiam Cl. WOLFII *de ſtirpium hiſtoria* C. GESNERI *edendæ pollicitatio ad* J. CRATONEM Tigur. 1587. 4°.* Quos theſauros herbarios acceperit, hic exponit, hiſtoriam ejusdem generis, qualem GESNERUS de animalibus dederat, ex 260. ſcriptoribus collectam, icones 1500. Addidit harum ſpecimina, Cuminoides, lacrumam Jobis, Terebinthum, Caſiam, duo Ornithogala, quatuor Abſinthia, Cyclamen longa radice, hanc a KENTMANNO miſſam & deteriorem.

Verum res nullum invenit exitum. WOLFIUS partem quidem operis perfecit, ſed exiguam, longo ſermone, cujus ſpecimen cum GESNERIANIS SCHMIEDELIUS edidit. Cæterum nihil edidit C. WOLFIUS, & denique codices GESNERIANOS *Joachimo* CAMERARIO vendidit.

Is plurimis, & pene mille, iconibus ad ornandam ſuam MATTHIOLI epitomen uſus eſt, quam edidit Francofurti anno 1586. 4°. * Comparavi, paucas reperi inter 1003. quæ non aut novæ eſſent, & a MATTIOLIANIS totæ diverſæ, aut certe a GESNERO characteribus auctæ, & reformatæ. Non omnes æque bonæ, plurimæ autem adeo ſunt eximiæ, ut nihil ſubtilius habeamus, nitidiusve: quare ea editio, mediocris aliunde libri, inter præcipua eſt plantarum addiſcendarum inſtrumenta.

CAMERARIUS opera etiam poſthuma GESNERI edenda ſuſcepit, & aliquos in eo opere progreſſus fecit, quod fere in compilationem erat tranſiturum.

Codices GESNERI ad alios, ad VOLCAMERUM (*c*), THOMASIUM, demum ad TREWIUM, pervenerunt. Figuræ ſunt fere 1600. quarum pulchritudinem cominus ſum admiratus, adjectis fere locis natalibus variisque GESNERI notis. Aliæ icones, ab amicis communicatæ, non ejusdem ſunt præſtantiæ: aliæ ex GESNERIS & CAMERARIANIS miſtæ, denique ad FUCHSIANAS expreſſæ aliæ minores, quibus GESNERUS characteres adjecit. Harum aliquas ILL. C. C. SCHMIEDELIUS edidit, *Ill.* TREWII liberalitate adjutus. Titulum fecit *Conradi* GESNERI *Opera botanica.* Continetur eo volumine *Index* figurarum GESNERIANARUM jam editarum, quæ ſunt in theſauris TREWII, & quarum pars aliqua ad CAMERARIUM pertinet: adjecta ſunt loca, ubi excuſæ exſtant.

Sequuntur icones ligneæ 197. nunc primum editæ, cum nonnullis GESNERI notis. Earum multæ Alpinæ ſunt, etiam rariſſimæ, ut Aſtragalus Chriſtianus. Aliquæ prius prodierant, ut in WOLFII pollicitatione.

(c) Conf. occaſione plantæ ſerpentinæ Tirolenſis *Comm. Lit. Nov.* 1738. hebd. 48.

Digitized by Google

Tunc icones æri inciſæ 175. aliquæ eædem cum ligneis, ut ipſe Aſtragalus Chriſtianus, Nidus avis, aliæ.

Denique figuræ quinque cum vivis coloribus, inter quas perpulchræ, ut Gentianæ punctatæ.

Secutus eſt Noribergæ anno 1759. fol.* C. GESNERI *hiſtoriæ plantarum faſciculus*, quem IDEM Cl. SCHMIEDELIUS edidit. Figuræ ſunt quinquaginta, vivis expreſſæ coloribus, quarum aliquas adjectis ſuis characteribus Cl. editor auxit. Inter eas pluſculæ ſunt alpinæ, & inter eas non ſatis nota planta ex claſſe naſturcina. Aliquæ figuræ repetuntur; ſatis autem vel ex his ſpeciminibus adparet, quam multa CLUSIO GESNERUS præcipuiſſet, niſi ejus theſauri totis duobus ſeculis latuiſſent.

Prodiit etiam *de ſimplicibus medicamentis* liber ex GALENI l. *de medicamentorum ſimplicium facultatibus cognoſcendis* Sangall. 1584. 8°. cura CASPARI WOLF.

§. CCLVI. *J. Sylvius.*

Jacobus SYLVIUS Ambianus, Profeſſor Regius, moribus aſperior, doctus vero homo & laborioſus.

Ad rem herbariam pertinent *methodi medicamenta componendi ex ſimplicibus* L. IV. Paris anno 1539. fol. 1541. fol. TREW. 1544. fol. Lugduni anno 1558. 12°. 1584. 8°. MERKL. In L. I. alphabetico ordine catalogi exſtant medicamentorum ſimplicium, cum earum medicis facultatibus. In L. II. catalogi ſolorum nominum, ſecundum qualitates ſecundas & tertias. In L. III. adulteria medicamentorum, ſuccedanea, & bonæ notæ. Reliqua pharmaceutica.

EJUSD. *de medicamentorum ſimplicium præparatione, delectu, miſtionis modo* L. III. Paris anno 1542. fol. TREW. Lugduni anno 1548. Ill. GESNER. anno 1555. 12°. FALCON. anno 1584. 16°. MERKL. Gallice prodiit *Pharmacopee de la maniere de bien choiſir & preparer les ſimples, & bien faire les compoſitions traduite par* ANDRE' CAILLE Lyon 1574. 8°. Etiam noſtro ævo laudem meruerunt Cl. BAUME'. Iterum bonæ notæ ſingulorum. Reliqua & ipſa ſunt pharmaceutica.

EJUSDEM *Schema rerum omnium, ex quibus alimenta hominum depromuntur. De victu parco & duro, Conſilium adverſus famem & victus penuriam. De tuenda valetudine in ſenio;* pertinent omnia ad facultates alimentorum ex plantis ſumtorum Paris anno 1557. 16°.

EJUSD. *Victus ratio ſcholaſticis pauperioribus parata facilis & ſalubris* Paris 1542. 12°. FALC. 1577. 12°. RIV.

Quæ SYLVIUS in MESUEN præſtitit ea diximus. Opera omnia, curante *Renato* MOREAU, prodierunt Genevæ anno 1635. fol.*

§. CCLVII.

Digitized by Google

§. CCLVII. *Remaclus Fuchs.*

Remacli Fuchs Limburgenſis, Medici Leodienſis, *plantarum, quarum hodie apud pharmacopœlas uſus eſt, magis frequens nomenclatura* Pariſ. anno 1541. 8°. 1544. 12°. Seguier. Venetiis anno 1542. 8°. Antverpiæ anno 1544. 8°. Catalogus nudus, abſque judicio Trew.

Ejusdem *hiſtoria omnium aquarum, quæ in communi hodie practicantium ſunt uſu, vires & recta deſtillandi ratio. Accedit conditorum & ſpecierum Aromaticarum, quorum uſus frequentior apud Pharmaçopolas cat.* Paris 1542. 8°. B. B. Aquæ vulgares & formulæ compoſitionum.

Ejusdem *Pharmacorum omnium, quæ ſunt in uſu, tabulæ* 10. *cum* Gordono Paris anno 1569. 8°.

Ejusdem *de ſimplicibus medicamentis, de eorum præparatione & correctione* Lugduni anno 1550. 8°.

Ejusdem *de plantis antea ignotis, nunc neotericorum diligentia inventis liber* Venetiis anno 1542. 12°. Seguier.

Ejusdem *de herbarum notitia, natura, atque viribus; de ſimplicium electione tabella* Antverpiæ anno 1544. 16°. Seguier.

Ejusdem *de methodo curandi luem veneream per guajaci decoctum* Paris anno 1541. 4°. * Capite 12. & ſequentibus lignum Indicum deſcribit, ejusque uſum.

Compilatorem fuiſſe Gesnerus.

Petri Plantinæ Cremonenſis, de *tuenda valetudine, natura rerum & popinae ſcientia* Baſil. 1541. 4°. Thuan.

Lud. de Matham *de Rhabarbaro & Caſſia* 1541. 4°. Lind.

§. CCLVIII. *Kueſner. Lobera.*

J. Kuefneri apud ſalinas Oeni medici *Pharmacoliterion, ſeu medicamenta compoſita ſecundum ordinem effectuum alphabeticum* Ingolſtad. anno 1542. 8°. Gesner.

Reginaldi de Villanova *novum regimen ſanitatis* Paris 1542. 8°. Gesner. Supplem.

Casp. Bruschen's *Beſchreibung des Vichtelberges*, ſi huc omnino facit Witteberg 1542. ni fallor, & 1612. 8°. & auctus a Zaccharia Theobaldo Nürnberg 1683. 4°.

Loys Meigret edidit Paris 1542. 8°. l. III. & IV. Columellæ, quibus de vineæ cultu agitur.

Digitized by Google

Luis LOBERA de AVILA *Vergel de ſanidad, de todos los alimentos* Alcala anno 1542. De alimentorum facultatibus.

EJUSDEM Opus *de quatuor morbis aulicis* hiſpanice exſtat, ex quo liber de morbo gallico, in latinam linguam verſus, repetitur in LUISINI collectione. In eo agitur de ligno Guajaco.

Michael Angelus BLONDUS *de ancipiti ligni Indici proprietate adverſus plurium opinionem* Venet. anno 1542. 12°. Rom. 1559. 8°. hiſt. & in collectione GESNERI & LUISINI.

J. GUNTHER in *veteri & nova medicina*, quæ demum Baſil. 1571. fol. prodiit B. B. habet dialogos, qui toti de plantis agunt, ut L. II. Dial. V. VI. VII. VIII.

Johannis DRYANDRI *der ganzen Arzney gemeiner Inhalt* Francfurt anno 1542. fol. * In Gallia medicinæ operam dedit, quam Marburgi docuit. Encyclopædia eſt medica, qua etiam plantarum medicatarum catalogus continetur, cum figuris ſtirpium, quæ alimenta præbent.

§. CCLIX. *G. H. Ryff.*

Gualther HERMANN RYFF medicus & chirurgus Argentinenſis, bis DIOSCORIDEM edidit, primum Marburgi anno 1543. fol. * cum iconibus EGENOLPHIANIS & TRAGIANIS; deinde Francofurti anno 1549. fol. * cum nomine *Gualtheri* RIVII, cum iisdem figuris & ſcholiis. Plagiarium fuiſſe, & non una civitate ob morum flagitia expulſum GESNERUS.

EJUSDEM *Reformirte deutſche Apothek — Conterfaytung der fürnehmſten Kräuter, ihre Kraft und Würkung — Latwergen, Confecten, Tyriak und Mithridatium, und purgirende Arzneyen* Strasburg anno 1573. fol. B. Tig. 1593. 4°. 1600. fol. 1602. fol. aucta a NIC. AGERIO 1652. fol.

EJUSDEM *Unterweiſung und Anzeigung alle Latwergen, Confect, Conſerven, Einmachereyen, von mancherley Früchten, Blumen, Kräutern und Wurzeln zu machen* Strasburg 1590. 1592. 4°. HUTH.

EJUSDEM *Gebrauch, Vermiſchung und Zubereitung aller Laxativen* Strasburg 1541. 4°. quæ tertia pars eſt prioris operis.

EJUSDEM *Spiegel und Regiment der Geſundheit, auf — die Deutſchen gerichtet* Francfurt 1555. 8°. HUTH. 1544. 4°. HUTH. 1552. 4°. HUTH.

EJUSDEM *Beſchreibung der Eigenſchaft — rechter Bereitung und Gebrauch in Speis und Trank* Würzburg 1549. 4°.

Nonne idem liber qui *Koch und Kellerey von allen Speiſen und Getränken — Latwergen, Confect, Conſerven, Einbeizen von Früchten, Blumen, Wurzeln* &c. Francfurt 1545. 4°. HIRSCH.

EJUSDEM

Digitized by Google

Ejusdem *Confectbuch und Hausapothek* Francfurt 1558. 4°. 1575. 8°. Riv. 1578. 8°. Riv. 1584. 4°. Riv. 1610. 8°. Riv. 1593. cum iconibus.

Ejusdem *von allerhand apothekeriſchen Confectionen, Latwergen, Oel, Pillulen, Tränken, Trochiſcen* &c. Francfurt 1552. Huth.

Ejusdem *kleiner Deutſchen Apothek, Confect - oder Latwergen - Büchlein.* I. 4. Strasburg 1541. 4°.

Ejusdem *Luſtgarten der Geſundheit im Hausgemach, Viehzucht* &c. Francfurt 1546. fol. Vereor ne aliqui libri hic repetantur.

Ejusdem *Kurzer Auszug und ſummariſcher Bericht der Natur, Eigenſchaft und Würkung der Wurzel China, aus lateiniſch - und toſcaniſcher Sprache transferirt* Würzburg 1548. 4°. Riv.

Ejusdem *Franzoſencur vermittelſt des Quajaci* Baſil. 1559. 8°.

Idem Brunschwygii librum de *deſtillatione* auxit & edidit Francofurti etiam 1597. fol.

Eumdem eſſe auctorum libelli, qui cum nomine Q. Apollinaris prodiit, Gesneri eſt ſuſpicio.

§. CCLX. *J. Dantz.*

J. Dantz von Aſt, Gesneri amicus, vir diligens, medicus Francofurtenſis, translator Dioscoridis, *tabulas* dedit *ſimplicium medicamentorum, quæ apud Dioſcoridem, Galenum, & Plinium inveniuntur. Item de ſimplicium medicamentorum facultatibus in genere, de iisdem per rationem & experientiam inveſtigandis dialogi* IV. Baſil. anno 1543. fol. Gesner. Falc.

Idem edidit *Canones univerſales* Mesves, cum adnotationibus Sylvii Baſileæ anno 1545. fol. 1550. fol. B. Tig.

§. CCLXI. *J. Monheim. Alii.*

Antonius Stoppani edidit Diſpenſationum Nicolai multum auctum Lyon 1543. Quadr. Conf. p. 169.

Johannes Erverelden dictus a patria Monheim in *compendio philoſophie naturalis* ejusque Tomo II. librum de plantis Coloniæ anno 1544. 8°. edidit, quem plagii pariter Gesnerus poſtulat.

Bernardus Rinius in L. *Canonis, in cantica & cordiale* Avicennæ *erudiſſimas lucubrationes* edidit Venet. 1544. 1555. 1556. fol. &c. Lind.

Zuarte Saraceno *ricettario di Galeno* Venet. 1544. 8°.

§. CCLXII.

Digitized by Google

§. CCLXII. *J. Hagenbut.*

Janus CORNARUS (*Haynbut*) Zwikavienſis, multorum veterum operum tranſlator, etiam DIOSCORIDIS, acres cum FUCHSIO lites agitavit. Eo pertinet *Vulpecula excoriata, ſeu refutatio hiſtoriæ* L. FUCHSII *de plantis* Francofurti anno 1543. 4°. edita: & *nitrum & brabyla pro vulpecula excoriata* ibid. anno 1545. 4°. EJUSD. *vulpeculæ cataſtrophe* Francf. 1546. 8°. & conjunctim, tres libelli *Fuchſeidos* L. III. ib. 1546. 8°.

Ejusdem *theologia vitis viniferæ* L. III. Heidelberg. anno 1614. 8°. SEGUIER.

Impenſe virum laudat EURICIUS CORDUS (*d*).

Carmina græcorum edidit, etiam anno 1701. recuſa B. Tig.

§. CCLXIII. *Varii.*

Philippus MELANCHTHON, vir undique doctiſſimus, in Georgica VIRGILII commentarios edidit Baſileæ anno 1544. 1545.

Inter EJUS *declamationes* aliqua ſunt, hactenus ad nos ſpectantia.

Cælii CALCAGNINI de Citrio, Cedro & Citro commentarius exſtat in *operibus omnibus* Baſil. anno 1544. fol.

POMPILII AZALI Placentini de omnibus rebus naturalibus, quæ continentur in mundo Venet. 1544. fol.

Leodigarii a QUERCU in RUELLIUM *epitome, & volatilium, greſſibilium, piſcium & plantarum magis frequentium apud Gallos nomina.* anno 1539. 12°. SEGUIER. & Cadomi anno 1541. 8°. SEGUIER. & auctius Paris anno 1544. 12°. B. PLATN.

Gisberti HORSTII *de Turpetho, Thapſia* Romæ anno 1545. 4°. Non vidi.

NICOLAI MAGNI *de medicis pulveribus* lib. Paris 1545. 8°. ſi huc facit.

PETRI GORÆI *particulæ ex* L. II. CELSI *de natura & proprietate cujusque rei qua veſcimur* Venet. 1545. Paris 1555. 16°. LIND.

§. CCLXIV. *Ludovicus Alamanni*

Luigi ALAMANNI *Coltivazione* L. VI. Pariſ. anno 1546. 4°. pulchra editio. Firenze anno 1546. 12°. SEGUIER. 1549. 8°. 1580. 8°. 1590. 8°. 1593. 8°. B. Exot. Padova anno 1618. 4°. FALC. inde nuper Patavii anno 1718. 4°. * & 1716. 4°. quæ utraque editio non differt, tum nuper cum notis *Vincentii* BENINI Patavii anno 1745. fol. 1746. 8°. & Bononiæ 1746. 4°. * quæ editio iterum a Patavina 1718. non differt, minus vero nitida eſt. Ante has editiones omnes MAITTAIRE editionem *delle opere Toſcane* ALAMANNI indicat Lyon 1532. 8°.

Vir

(d) *Botanolog.* p. 161.

Digitized by Google

Vir Ill. in Franciſci I. aula exul vixit. Poëma ipſum Georgici quidem generis eſt, ſed ejusmodi, ut potius ornamentis poëticis & mythologia plurima materiem ornet, quam quidem doceat, in eo Virgiliano inferius. Opera ruſtica primum verna indicit, prata, agrum, inſitionem. Inde æſtatem, meſſem, vitium labores. Tunc autumnum, Bacchum, Pomonam; etiam de ſiccandarum uvarum artificio. Inde fimum, & ſementem. Tunc hiemem, olivarum fructum, lignationem. Hinc redit ad hortos, flores, olera. Denique ſigna tempeſtatum impendentium & ventos dicit.

§. CCLXV. *Andreas Veſalius.*

Andreæ Vesalii *radicis Chinæ uſus* Baſil. anno 1546. fol. * Lugduni anno 1547. 16°. * & in collectione operum: tum, quæ ad Chinæ radicem pertinent, in collectione Luisini. Pleraque anatomici ſunt argumenti. Radicem Chinæ modice laudat, & ei in curandis ægris Guajaci lignum longe ſuperius fuiſſe teſtatur. Radicis, qualis tunc innotuerat, hiſtoriam tradit, & fatui fere ſaporis eſſe recte monet. De Sparta (falſa) parilla, novo tunc medicamento, aliqua adſpergit. Rhaponticum verum ex Oriente habuit, & a Centaurio majori ſeparat.

Pharmacopæa Lugdunenſis 1546. 12°.

In Antidotarium Johannis *Filii* Mesvæ *cenſura, opus medicinæ ſtudioſis neceſſarium* Lugduni 1546. 8°. Schulz.

§. CCLXVI. *Varii.*

Johann Donizer *de ſtirpium cultura* Francf. 1547. Hausvater. An forte Loniceri opus.

J. Rudolph Stumpf *gemeine Eidgenoſſenſchaft Beſchreibung* Zurich 1548. fol. &c. aliqua etiam ad herbas continet.

P. Cararii *quæſtio de venenis ad terminum*, cum l. Petri de Abano prodiit Venet. 1548. fol. *

Eloy Maignan *les Commentaires de l'hiſtoire des plantes* Paris 1549. fol. Nonne Fuchsius.

Valentin Bolz *Illuminirbuch, kunſtlich alle Farben zu machen* Frankfurt 1578. 8°. & prius 1547. Habet utique gummi plantasque, ex quibus colores parantur, & artificia quibus id fit. Ita ex flavo cortice interiori Berberis cum aqua & alumine flavum colorem parat: ex flore tinctorio cum calce & creta pariter flavum: purpureum ex myrtillis.

Digitized by Google

Etliche Kunſt mancherley Dinten und Farben zuzubereiten, *Schrift und Gemählde auf ſtäheline Waffen zu ezen* &c. Argentor. Videtur aliquanto vetuſtior priori.

BAPTISTE des CAVIGNIOLES M. *tr. des proprietés du vinaigre.* 16. absque anno & loco. VERDIER.

Contra eum ſcripſit DAVID FINARIENSIS *traité de le nuiſance que le vinaigre porte au corps humain pour refutation des raiſons de* Batt. des CAVIGNIOLES absque loco etiam & anno: ſed IDEM anno 1547. 8°. Pariſiis edidit de aſtrologia & libero arbitrio &c. l.

Hoc anno Venetiis collecti prodierunt ſcriptores latini Q. SERENUS, PLINIUS, VINDICIANUS, MARCELLUS, SCRIBONIUS, L. APULEJUS, A. MUSA, AEM. MACER, STRABUS, PRISCIANUS Venet. 1747. fol. cum titulo Medicorum latinorum omnium, qui latinis literis ſcripſerunt.

CHRISTOPHORI LANGTHON *de principalibus medicinæ partibus ſ. rebus naturalibus*, *rebus non naturalibus*, *& rebus contra naturam* Londini. 1548. 8°.

§. CCLXVII. *Matthiolus.*

Petrus Andreas MATTHÆOLUS, ut GESNERUS ſcribit, aut MATTHIOLUS, Senenſis, Medicus, qui in Aula Cæſarea Pragæ, denique in Goritienſi Comitatu diu vixit, vir, ſi famam crebris editionibus & verſionibus metiaris, poſt ipſum DIOSCORIDEM celeberrimus. Arabum & nuperorum lectione innutritus, non perinde aut reconditorum fontium cognitione valuit, aut cum plantis ipſis familiaris fuit. Quare multa cum ab amicis (*e*) exſpectaret, ſubinde peſſime ſibi illudi paſſus (*f*) eſt, a pictore etiam ſibi impoſitum fuiſſe, ne ipſe quidem diſſimulat (*g*). Paſſim etiam ne planta veterum aliqua deeſſet, icones dedit fictitias, ad veterum verba expreſſas, ut in Sideritidis ſpeciebus, Doronico, Gramine Parnaſſi. In univerſum tamen in poſterioribus operis ſui editionibus pulchras dedit figuras, ſurculoſas & ramoſas, plantarum in hortis natarum, etſi characterum nulla ei fuit conjectura. Adjuvabatur collatitia nobilium Virorum ſtipe, multaque ejus ſunt merita, ſi cum MANARDO, BRASSAVOLA, RUELLIO comparaveris. In Bohemia etiam & circa Goritiam plantas aliquas, etiam alpinas, detexit, & de earum facultatibus experimenta aliqua in facinoroſis celeberrima fecit. In nominibus plantarum FUCHSIO aliisque prioris ævi & modeſtior eſt, & gnarus magis. Multo

(e) CALCEOLARIUS MATTHIOL. p. 233. ic. 4. CORTUSUS p. 898. VINCENTIUS CANIONUS p. 949. L. GHINUS, MELCHIORIUS, CRATO, FALLOPIUS, PARTHINUS, DONZELLINUS, TREVISANUS, MARTINELLUS, qui in præfatione laudantur. Tum PETRUS BEROLDUS, qui ſemina & bulbos miſit CHIOCC. *Med. Veron.*

(f) In Lycio ANGUILLARA p. 63.

(g) *In Tubere* Epiſt. ad MARANTAM.

Multo purior ejus fama fuiſſet, niſi elatiori animo, & alienorum meritorum contemtore motus, FUCHSIUM, MANARDUM, BRASSAVOLUM, RUELLIUM, GESNERUM, nimis cupide refutaſſet, & acerbas cum AMATO & GUILANDINO inimicitias exercuiſſet.

Princeps opus eſt DIOSCORIDIS editio, cum commentariis amplis. Prima editio, Italici ſermonis, eſt Veneta anni 1548. 4°. altera Mantuana anni 1549. 4°. tertia Veneta anni 1550. 4°. TREW. hæ abſque iconibus. Prima mea latina Veneta eſt anni 1554. fol. cum parvis iconibus, tum anni 1557. fol. ASTRUC. & 1558. fol. cum *apologia adverſus* AMATUM, auctior 133. iconibus TREW. inde 1560. fol. cum eodem apologia TREW. 1570. fol. VATER. & anni 1573. ibid.

Prima cum magnis figuris Pragenſis, Bohemici ſermonis, anni 1562. fol. * cui reſpondet altera Germanica ibid. anni 1563. fol. *.

Optima & præſtantiſſima cum magnis iconibus latina Veneta anni 1565. multis locis, multisque iconibus auctior. RUELLII verſionem, quam in univerſum ſecutus eſt, multis tamen locis emendavit, *textum*que ipſum ex duobus codicibus a BUSBEQUIO ſibi communicatis correxit. Aliquas etiam icones erroneas melioribus ſubplevit, ut Erythronii Satyrii. Recuſa eſt Venetiis anno 1583. fol. quam editionem mutilatam eſſe C. BAUHINUS auctor eſt.

Italice cum parvis iconibus recuſi ſunt Venetiis anno 1554. fol. cum tit. *diſcorſi del M. ſopra gli ſei libri di Dioſcoride &c.* & anno 1555. fol. TREW. anno 1563. fol. SEGUIER. anno 1570. fol. & 1584. fol. tum 1568. fol. & anno 1604. fol. cum magnis iconibus SEGUIER. & ut puto 1621. fol. Primas non vidi.

Latine cum parvis figuris Lugduni anno 1562. 4°. TREW.

Gallice vertente *Andrea* du PINET Lugduni anno 1561. fol. SEGUIER. anno 1566. fol. TREW. anno 1572. fol. hæc auctior. 1573. fol. anno 1580. fol. SEGUIER. anno 1619. fol. & 1656. fol. & vertente J. des MOULINS Lyon anno 1572. fol. 1579. fol. SEGUIER.

Germanice vertit *Georgius* HANDSCH, Pragæ anno 1563. fol. * cum magnis figuris. Vertit etiam DANZIUS, auxit variis additamentis *Joachimus* CAMERARIUS, & adjecit figuras GESNERIANAS, quas ad eum finem ſculpi curavit, ediditque Francofurti anno 1586. fol. * (*h*), recuderunt annis 1590. TREW. 1596. fol. SEG. 1598. 1600. fol. TREW. 1610. 1611. fol. TREW. 1614. fol. TREW. 1626. fol. * nihil mutatam. Tranſiit in VERZASCHÆ opus Baſileæ 1628. fol. inde in ZWINGERI theatrum.

(h) Ex dedicatione, nam exemplum meum imperfectum eſt, ſed adde *deutſcher Bücher-Catalogus bis anno* 1602.

Digitized by Google

Compendium de plantis omnibus, de quibus ſcripſit in Commentariis in Dioſcoridem edidit Venetiis anno 1571. 4°. * Icones ſunt 921. cum brevi deſcriptione & facultatum compendio. De CAMERARII editione dicemus ſuo loco.

In minimum Compendium redegit *Antonius* PINEAU, & cum titulo *Hiſtoria plantarum* Lugduni edidit anno 1561. 16°. * Pariſ. anno 1567. 16°. SEGUIER. Icones minimae 640. Subjecti varii catalogi plantarum ſecundum ſuas facultates diſpoſitarum. Gallice id compendium reddidit *Gaufredus* LINOCIER, adjectis aromatibus Paris anno 1622. 16°. SEGUIER.

Epiſtola de bulbocaſtano, Holoconitide Mamira, traſi, Moly, Doronico, zelin ad GABR. FALLOPIUM Prag. 1558. 8°. GUNZ. & cum epiſtola GESNERI.

Apologia adverſus AMATUM *Luſitanum cum cenſura in ejus enarrationes prodiit* Venetiis anno 1558. 8°. *. Aſpera refutatio: ipſam enim religionem Judaicam AMATO exprobrat: & ſatis oſtendit, eum virum ſua fere a pharmacopolis habuiſſe. Deſcribit lignum Rhodium inſularum Archipelagi, Kali, Tragum a ſe ipſo inventum. Ea Apologia recuſa exſtat in L. II. *Epiſtolarum*, tum cenſura.

EJUSDEM *Epiſtolarum medicinalium* Libri V. Prag. anno 1561. fol. * Lugduni 1564. 8°. OSBORNE. Pene totus non exiguus liber botanici eſt argumenti. GALENUM negligenter DIOSCORIDEM legiſſe, & paſſim ſibi contradixiſſe oſtendit. De Cerealibus veterum. In Monachos, MESVES interpretes. De antiquitatibus Rhei & Sacchari. De reſinis DIOSCORIDIS. In L. II. ad duas epiſtolas GUILANDINI & GESNERI, MATTHIOLI judicium, aſperum in GUILANDINUM. L. III. Ad QUACELBENUM de plantis Conſtantinopoli ad ſe transmiſſis. Ad NÆVII epiſtolam reſponſum. Ad J. HESSI epiſtolam de exhibendo Helleboro nigro adverſus quartanam febrem. Ad HEROLDI epiſtolam, ad ALDROVANDUM de Picea, Pino, Chamæleontis generibus, Geranio bulboſo, Saxifraga, Lino, Platano, Caſtaneis equinis. De Helleboro nigro, Secacul, Eupatorio MESUÆ. Adverſus GUILANDINUM. De Cocculis. De amygdalis & malis. Iterum de Ellebori propinatione. De Fungo Cervino, ſeu Phallo. L. IV. de Larice. Iterum in GUILANDINUM. Ad MARANTAM cum iconibus Lonchitidis utriusque, & Ceterach; de Chamæleonte nigro, Oxyacantha, Draba, Doronico. In L. V. tres Epiſtolæ ad CORTUSUM de plantarum ſibi miſſis iconibus, Elatine nondum ſibi prius viſa, Seſamoide minori, Bryo marino, aliis pluſculis: tum de herbis Theriacam ingredientibus non parvum opuſculum. De Durungi, Secacul., Centaurio Garganico, Zedoaria. De Scorzonera Hiſpanica, Styrace.

Intercurrunt amicorum Epiſtolæ. *Julii* ALEXANDRINI apologia pro GALENO.

Pamphili FLORENBERI de Clematide.

MONA-

Digitized by Google

Monachorum in Matthiolum animadverſiones.

Guilielmi Quacelbeni, medici Busbequii, de plantis Conſtantinopoli ad Matthiolum miſſis.

Caſpar Nævius de Scorpioide, Polygala, Cytiſo.

J. Hessi de Glycyrrhiza, Hyoſcyamo albo, Gelſemino, Cardamomo.

Georgii Marii Herbipolenſis, de Picea, Chamæleontibus, Pyrethro, Saxifragia, Helxine, Dactylo.

Hieronymi Heroldi de pluſculis plantis Germanicis, earumque antiquis nominibus.

Thaddei Nemici a Hagek de Cocculis piſcatoriis.

J. Crato contra Guilandinum.

Bartholomæi Marantæ non parvi momenti epiſtola, de Lonchitide ſua, aliisque plantis.

J. *Odorici* Melchiorii icon & deſcriptio Scorzoneræ Hiſpanicæ folio ſinuato.

Laurentius Span de Cycejo & Kalliphyllo.

Diſputatio adverſus XX. problemata Guilandini Pataviis anno 1562. 8°.* Venet. anno 1561. 4°. Seg. Aſperrimus libellus, in quo legas & Agaſonem fuiſſe Guilandinum, & Regio monte in exilium actum. Cæterum de plantis quibusdam veterum conciliandis agitur.

De ſimplicium medicamentorum facultatibus, ſecundum locos & genera Venetiis anno 1569. 12°. Falc. Lugduni anno 1571. 16°. Riv. Varias habet Mithridaticas antidotos, deinde ſimplicia medicamenta recenſet, ex quibus componuntur, & loca natalia paſſim addit, ut Scordii, quod in agro Mediolanenſi plurimum reperit.

De cura morbi gallici opuſculum in Luisini collectione. Uſum ligni Guajaci deſcribit.

Denique operum omnium novam dedit editionem *Caſpar.* Bauhinus, trecentis iconibus ſuis, aut Camerarianis, & multis plantis auctam. Synonyma etiam ex auctoribus claſſicis adjecit. Prodiit ea collectio Francofurti anno 1598. fol. * & recuſa eſt anno 1674. fol.

§. CCLXVIII. *Varii.*

Ervé Fayard *Galen ſur la faculté des ſimples medicamens, avec des additions de* Fuchs *& de* Sylvius, *& des antiballomenes* Limoges anno 1548. 12°. Seguier.

Digitized by Google

Johannes PONTANUS, Profeſſor Regiomontanus, ſcripſit equidem *de methodo componendi theriacam*, libellum multo ſerius inter WILLICHII conſilia impreſſum Lipſ. anno 1604. 4°. Sed eſt inter libros meos M.S. deſcriptio itineris circa hos annos per Poloniam, Ruſſiam, Boruſſiam facti, in quibus plantæ cujusque loci recenſentur. Ita Gratiolam (Butomum) multum circa Islebiam naſci monet. Arnicam etiam deſcribit, & Ledum roris marini folio. Agaricum in Polonia legit. Ruſſos Ricini ſeminibus ſibi alvum ducere ſcribit, Polonos Sphondylio ſe curare, quod cum pauco frumento coctum pro alimento & medicamine ſolo ſe ſuſtentent. Datum eſt iter anno 1548. & J. SYLVIO inſcriptum.

Petri TOLET *paradoxe de la faculté du vinaigre contre les ecrits des modernes* Lyon anno 1549. 8°. BURETTE. FALC.

BARTHOLOMÆI ANEAU PASQUIL *antiparadoxe contre le paradoxe de la faculté du vinaigre* Lyon 1549. 8°. B. EXOT.

JEAN GOCUROT M.S. Regii *tr. de l'entretenement la ſanté, & de la nature de toute ſorte de pain, & vin, eau, chair, poiſſon & autres choſes, qui ſont en commun uſage pour la commodité de la vie* Paris 1549. 16°. Lyon 1550. VERDIER.

Hugonis SOLIER *Scholia ad* AETRUM diximus.

Dévis ſur la vigne, vin & vendanges d'Orleans Paris anno 1549. 8°. FALC. SEGUIER annum facit 1550. & titulum *Orleans de ſuave*.

MELCHIOR FIND de appellatione panum Witteberg. 1548. 8°.

§. CCLXIX. *J. Placotomus ſ. Bretſchneider.*

JOH. PLACOTOMUS ſ. BRETSCHNEIDER Regiomonti edidit *de Natura cereviſiarum & de mulſa libellum* 1549. 8°. Paris 1555. 12°. Francof. 1551. 8°.

Inde *de tuenda ſanitate doctrinam* Elbing. 1559. 8°. Antwerp. 1560. 12°.

Commentarios in EOBANUM HESSUM *de tuenda bona valetudine* Francofurti 1551. 8°. RIV. 1571. 8°. Paris 1555. 12°.

Pharmacopeæ compendium Lugduni 1561. 8°. BODL.

Diſpenſatorium utiliſſimorum hoc tempore medicamentorum diſciplinarum continens Lugduni 12°. PRAETOR *athen. Gedan.*

In hoc diſpenſatorium BERTALDUS *Scholia* ſcripſit Turin 1613. 4°. vel 1614. 4°.

PLACOTOMUS etiam POLYBUM *de diæta ſalubri* edidit & *Scholiis* illuſtravit Antverp. 1561. 12°.

JOH.

Digitized by Google

Joh. Katsch *de gubernanda ſanitate ſecundum res non naturales tractatus* Francfurt 1557. 8°. Koenig, & prius cum titulo alii 1556. 8°. *Excerpta quadam ex* Hippocrate *&* Galeno *ad ſanitatem tuendam utilia in ſex res non naturales digeſta* Lipſiæ 1549. 4°. & Francofurti 1570. 8°. Riv.

Andreæ Buttner *de theriaca & mithridatio Græcorum* 1549. 8°. Trew. Vendebat ipſa theriacam, & negabat poſſe ad Græcorum formulam præparari.

§. CCLXX. *Georgius Pictorius.*

Georgii Pictorii Villingani *Methodus tuendæ ſanitatis per ſex rerum naturalium ordinem* Baſil. 1555. 8°. Paris 1580. 12°. Vetuſtiores etiam adſunt editiones, ſiquidem Italice exſtant ejus dialogi *del modo del conſervare la ſanità* Venez. 1550. 8°. d'Etr. Germanice etiam prodiit *Ordnung die Geſundheit zu erhalten* Mülhauſen 1561. 8°. & Gallice *Dialogues traitant la maniere de contregarder la ſanté* &c. vertente Arnaldo Pasquet Paris 1557. 8°. Verdier.

Ejusdem *Medicinæ ſimplices quam compoſitæ ad omnes corporis humani adfectus* ex Hipp. Gal. Avic. Aegineta *& aliis ordine alphabetico conſcripta* Baſil. 1560. 8°. Riv.

Ejusdem *pantopolium plantarum, animalium, metallorum naturas carmine comprehendens* &c. Baſil. 1563. 8°. *

Ejusdem *ſermonum convivalium.* L. X. *De pharmacandi comprobata ratione: de medicamentorum ſimplicium rectificatione* Baſil. 1559. 8°.

Ejusd. *opera omnia* Baſil. 1569. 8°.

Scholia in Aemilium M. *nunquam antea edita cum graduum tabula* Baſil. 1559. 8°. Lind.

§. CCLXXI. *J. B. Ramuſius.*

J. B. Ramusii collectio hoc anno primum cepit prodire, ut ex Cat. de Hondt anni 1764. video. Titulus eſt *Navigationi e viaggi nelli quali ſi contienne la deſcrittione dell' Africa del paeſe del prete Janni, del mar Roſſo, Calicut, iſole Moluche, e la navigazione intorno il mondo* Venez. 1550. fol. 1556. fol. * Tertia editio eſt anni 1563. quarta 1574. aliæ 1588. 1606. 1613.

In eo Tomo I. multa itinera continentur, & princeps Africæ deſcriptio *Johannis* Leonis, tum Cadamusti, Hannonis *periplus*, multa Luſitanorum ad Calecutum uſque, & Americi Vesputii itinera, & *Franciſci* Alvarez Æthiopia, *Ferdinandi* Maghelhaens iter, quo orbem terrarum circum-

Digitized by Google

circumiit. Pauca ad rem herbariam faciunt, potiſſimum J. LEONIS, *Eduardi* BARBOSA l. de Indiiis Orientalibus, ubi aromata hactenus deſcribuntur, *Antonii* PIGAFETTA, MAGELLANI comitis, anno 1519. inceptum iter, in quo plantas & arbores rariores deſcribit; denique Anonymi *Summarium* regnorum Indiæ, quo etiam, breviter quidem, hiſtoria naturalis tangitur.

Tomus II. cum nomine J. B. RAMUSII prodiit Venetiis anno 1559. ut ex præfatione video, poſt mortem RAMUSII, quæ incidit in annum 1557. Sed mea editio auctior eſt anni 1583. fol. * Eſt etiam editio 1613. fol. Itinera eo Tomo contenta parum habent, quod ad argumentum botanicum pertineat. Neque enim *Marcum* PAULUM huc referas, neque *Aytonem* ARMENUM, neque BARBARUM, CONTARENUM, ZENUM, QUIRINUM, Venetos peregrinatores, aut Monachos ab INNOCENTIO IV. P. M. anno 1247. in Aſiam miſſos, neque fere *Sebaſtianum* CABOTA, qui Ruſſiam Septentrionalem anno 1556. adiit.

Omnino autem huc referri oportet *Tomum* III. cujus mea quidem editio eſt anni 1556. fol. * recuſa anno 1606. BURETTE. anno 1613. fol. FALC. *Petri* enim MARTYRIS hic exſtat de rebus Indicis narratio, & utrumque opus *Gonzali* OVIEDI; denique *Jacobi* CARTIER utraque relatio de nova Francia, qui vir plantas ejus novi Orbis obvias recenſet, partim noſtris ſimiles, & partim novas. Reliqua ſpectant fere ad Hiſpanorum in America victorias, CORTEZII imprimis, & PIZARRI.

Suadent Tomum I. tertiæ editionis emere, ſecundum ſecundæ, tertium primæ VOGT.

§. CCLXXII. *Auguſtinus Gallus.*

Agoſtino GALLO *le vinte giornate dell' agricultura* anno 1550. 4°. ex notis meis, & Brixiæ anno 1564. SEGUIER. Venetiis anno 1565. 12°. 1569. 4°. 1572. 4°. THUAN. anno 1573. 4°. BURETTE. anno 1575. 4°. FALC. anno 1584. 4°. anno 1591. 4°. SEG. anno 1615. 4°. HEINS. anno 1629. 4°. *. Turini 1579. 4°. HEINS. Prima editio 7. dierum fuit, iſta viginti dies continet. Verboſus ſenex omnia obvia, etiam aliena profert. Non ſatisfecit mihi, neque in hortenſibus, neque in agrorum cultu. Nemo facile ei fidem adhibeat, qui velit caſeos meliores reddi, ſi lacti vaccino ovillum fuerit additum. Non ideo inutilis. Medicæ cultum commendat. Ceſpitum comburendorum artificium (Devonshiring) deſcribit, totamque domum ruſticam tradit. Gallice vertit *Franciſcus de* BELLE FOREST Paris anno 1571. 4°. 1572. 4°. B. de THOU.

§. CCLXXIII.

Digitized by Google

§. CCLXXIII. *Varii.*

Alphonſi LOPEZ *de vini commoditatibus* anno 1550. *Nic.* ANT.

BLASII VILLAFRANCA *methodus refrigerandi vinum aquam ac potus quodvis aliud genus* Rom. 1550. 4°. le TELLIER.

* *Jacques* GOHORRY *ſur la vigne, le vin, & la vendange* anno 1550. 8°. An differt a libello n. 268. p. 302.

EJUSDEM *Inſtruction ſur l'herbe Petum & ſur la racine de Mechoacan*, hæc ex MONARDO Paris anno 1572. 8°. BURETTE. Rouen anno 1588. 8°. BURETTE, cum MACRO. In ea Inſtructione duæ ſunt figuræ æneæ. L. etiam LEÆNIUM vertit.

§. CCLXXIV. *Varii.*

Antonius ASCHAM *a littel herbal of the properties of herbes newly amended — declaring what herbs has dependences upon certain conſtellations* &c. London 1550. 12°. TANNER. 1559. 8°. AMES. Aſtrologus.

LAZARI VOET Tr. *de Venenis* Venet. 1550. 12°. OSMONT.

CASPAR PEUCER, ob religionem captivus, gener MELANCHTHONIS, edidit Lipſiæ anno 1550. 8°. & Wittebergæ 1551. 8°. *appellationes quadrupedum inſectorum, volucrum, piſcium, frugum, leguminum, olerum, fructuum, quas cum P.* EBERO *collegit.*

§. CCLXXV. *Wilh. Turner.*

William TURNER nati prope Morpeth Theologi & medici (*i*) *new herbal book* I. London. anno 1551. fol. * 1568. fol. TREW. Vir & in lectione veterum diligens, & in plantis legendis: in nominibus veterum cum plantis noſtris conjungendis cautior, quam fere eo ævo ſolebant, multas plantas legit in Italia, Germania, Rhætia, Anglia & Friſia, easque bene notas habuit (*k*): inter eas & rariores aliquas invenit, & varietates florum colore ludentes. Icones fere FUCHSII ſunt, aliæ tamen propriæ; virtutes plerumque ex veteribus decerptæ, tamen etiam ex ſuis adnotationibus. Baſileæ aliquamdiu vixit.

Hic liber incipit hiſtoriam ſtirpium ad ſeriem literarum alphabeti digeſtam, ad literam usque E.

Book the ſecond Colon. anno 1562. fol. * Lond. 1568. fol. TREW. In Germaniam auctor ſe receperat, ſæviente Maria, atque Coloniæ cum profugorum

(i) Per errorem vocat TURNBULL TANNER p. 548. 12.
(k) Apud C. GESNERUM vidit Trifolium bituminoſum II. p. 158.

Digitized by Google

gorum Colonia vixerat; quare ejus regionis plantas ſpontaneas, ſolus fere omnium auctorum tradit. Hoc libro alphabeticum ordinem abſolvit, cautior ſemper, fabularum impatiens & ſui diffidens, qui Tithymalos fateatur (*l*) ſibi ignotos eſſe. MATTHIOLI fabuloſum Sium refutat (*m*). Pulchri Hyacinthi meminit, quem in Apennino monte GHINUS invenerit. Medicam veram primus, ni fallor, depinxit & Cotinum.

L. III. qui cum duobus prioribus Londini prodiit anno 1568. fol. non contigit vidiſſe.

Scripſit etiam, teſte AMESIO & BODLEYO, *Names of herbs in Greek latin English, dutche and french* London anno 1548. 12°. OSB. TANNER. — IDEM ſcripſit *of the properties of all vines that are commonly uſed in England, with a confutation of them that hold that Rheniſh and other ſmall vines ought not to bodreank* Lond. 1568. 8°.

EJUSD. *of the nature and virtue of triacle.*

§. CCLXXVI. *Petrus Quiqueran.*

Petri QUIQUERANI Bellojocani *de laudibus Provinciæ* L. III. Paris anno 1551. fol. B. B. Panegyricus equidem, & laudandi fine ſcriptus. Habet tamen deſcriptiones vermiculi Ilicis, Oryzæ cultum, & Capparidum, Sodæque, Mannam, coralliorum piſcationem, Saccharinam arundinem. Poſthumum opus, vitioſe editum.

EJUSD. *La nouvelle agriculture traduite par Fr.* de CLARET Tournon anno 1616. 8°. FALCON. agit etiam de floribus & arboribus fructiferis.

§. CCLXXVII. *N. Mutonus. Montanus &c.*

Nicolaus MUTONUS Commentator MESVES, ex patre Lucenſi ad littus Lugani lacus natus, Helvetius adeo transalpinus, plantarum per proprios labores in univerſa pene Italia collector (*n*), edidit anno, ut videtur, 1551. μιθριδάτου τέχνην, *ſeu collectanea de Mithridatii legitima conſtitutione;* eam recudi fecit *Michael* DOERING Jenæ anno 1620. 8°.* cum amplis adnotationibus, & duplici adpendice.

Dedit etiam adnotationes ad *Luminare majus* Venet. 1566. fol. & notis ad SERAPIONEM.

MICHAELIS TITII *catalogus plantarum horti Regiomontani* Regiom. 1558. *Hausvater.*

J. B.

(*l*) p. 154.
(m) p. 138.
(n) Præfat.

J. B. MONTANI *de differentiis medicamentorum & cauſis diverſarum virium ac facultatum in medicamentis* Witteberg. 1551. 8°. edente C. PEUCERO. De modo, quo medicamentorum facultates per experimenta deteguntur; de nonnullorum medicamentorum facultatibus ſubtiliter diſputat.

EJUSDEM celeberrimi ſuo ævo medici, *de gradibus & facultatibus medicamentorum* Wittebergæ anno 1553. 8°. MERKL.

EJUSDEM *explicatio eorum, quæ pertinent ad qualitates ſimplicium medicamentorum & ad eorum compoſitionem* Venetiis anno 1553. 8°. MERKL. 1555. GUNZ. Recuſa *in opuſculis variis* Baſileæ anno 1558. 8°. 1565. 8°. MERKL.

EJUSDEM *de alimentis & victus ratione*, in eadem collectione edente J. CRATONE. MERKL.

Johannes Nabas LUESIUS, nomen, ut videtur corruptum, edidit *theoremata* IV. *in* MESVES L. I. *de purgantibus ſimplicibus* Cæſar Auguſtæ anno 1550. fol. MERKL.

§. CCLXXVIII. *Hieronymus Cardanus.*

Hieronymus CARDANUS, Mediolanenſis, magnus mathematicus, peregrinator, in tota re naturali curioſus vir, egregias virtutes cum ſingulari ingenio, leviuſculo, credulo, & ad miracula prono, denique cum Aſtrologiæ amore & variis ſomniis conjunxit. EJUS libri XXI. *de ſubtilitate* anno 1550. Noribergæ fol. & Paris 1551. 8°. MAITT. & anno 1553. 1554. fol. CLEM. fol. Baſileæ prodierunt, hic absque titulo, inde Lugduni anno 1551. 8°. 1554. 8°. 1559. 8°. CLEM. & Baſileæ iterum abſque anno CLEM. fol. & anno 1560. fol. *, quæ editio mille locis dicitur eſſe emendatior, & cui *reſponſio ad* SCALIGERI *objectiones* adjecta eſt, tum 8°. CLEM. Prodiit etiam Baſil. 1582. 8°. CLEM. 1611. 8°. HUTH. & 1664. 4°. Lyon 1580. 8°. Gallice Pariſ. anno 1556. 4°. FOLK. 1584. 8°. *. Rouen 1642. 8°. CLEM. Germanice compendium *Offenbarung der Natur und natürlichen Dingen, überſetzt durch* HULDRICH FROELICH Baſil. 1559. fol. 1591. fol. B. TIG. 1593. fol. & 1597. fol. Catal. libr. ad ann. 1602. Hujus operis liber VIII. totus eſt de plantis. Pluſculas deſcribit, quæ eo tempore noviter ex India advectæ fuerant, Capſicum, Salgazum, Ceibam, Muſam, Phaſeolos maximos, Oleum ex Senega croceum violæ odore, Gummi Guacomax, Oleum nucis moſchatæ, Palmiſtas, Florem Apollinarem ſex foliis aureis, Benzoin, Caryophyllos, Xylaloën, Piper. Acute vidit, flores ſatis firmos calyce carere. Rutæ meminit arboreæ, Ceraſorum palmarium. Crocum inebriare monuit, Cedrum Juniperi eſſe ſpeciem. Deſcribit etiam Enophyllum, Papiæ natum. Juglandus nuper celebratas non omittit, quæ circa diem *Johanni* BAPTISTÆ ſacrum florent, & Abietes 130. pedum altitudine Zofingenſes. In Libro XIII. aliqua artificia ad conſervanda vina fructusque refert. Folia plantarum exprimere docet, dum ſucco ficus illinit, tunc imprimendo, ſuper chartam vero carbone inſperſo. Lapidem in Samnitibus dari, qui irroratus fungos generet.

Digitized by Google

De varietate rerum Libri XVII. Baſileæ anno 1557. fol. * & 8°. Avenione anno 1558. 8°. BURETTE. Similis fere argumenti eſt, & prioris operis quaſi ſupplementum; & multa habet ex itinere Scotico, Helvetico. Liber VI. ad plantas pertinet. Deſcribit Galegam, Amaranthum tricolorem, arbores Americanas varias, Aloen americanam, Avellanam Mexicanam viniferam, Yams, Roccellam, Dictamnum verum, Molle, Blitum rubrum, lignum Indicum nigrum, Reſinas, Coniferas, ex BELLONIO, plantas. Porro varia miracula rerum narrat, carbones ad radicem herbæ D. JOHANNIS poſitos, Platanos præaltas Edimburgi viſas; artificia aliqua. Foſſas, in quas ex frumento recondito peſtilentem vaporem halare, non ignoravit. In eo placet, quod nullam cauſam phænomenorum adducit.

De Cyna radice, ſeu decoctis, cum aliis libellis prodiit Baſileæ anno 1559. fol. * & cum FERRERIO Antverpiæ anno 1564. 8°. *, cumque *contradicentibus* Paris anno 1565. 8°. * Lugduni anno 1548. 4°. MERKL. Marpurgi anno 1607. 8°. Radicem deſcribit, & utendi modum, ſic Sarſam parillam. Valde laudat Chinam, & Piperi etiam & Zingiberi præfert. Decoquit unciam cum aquæ unciis 15. ad tertiæ conſumtionem. Sarſam parillam in lue venerea Chinæ præfert, decocti uncias ſex omni trihorio imperat.

L. III. *De venenis*. Patavii anno 1563. 4°. * Fere totus liber verſatur in claſſibus veterum, vix ullis obſervationibus propriis additis, præter aliquas curationes lacte factas. Plantas vix tangit. Redeunt in operum T. VII.

De ſanitate tuenda & vita producenda L. IV. Rom. anno 1580. fol. BODL. Baſileæ anno 1582. fol. * ab auctoris morte prodiit. Liber II. eſt de cibis ex plantis, farinoſis, condimentis, oleribus, fructubus, ſcopo diætetico: plantarum ibi tradit facultates, ut nomina ſæpe vix adgnoſcas. L. III. agit de condimentis, aromatibus, potubus.

Theonoſtus, ſeu de vita producenda, atque incolumitate ſervanda dialogus Rom. anno 1617. 4°.

De facultatibus medicamentorum, præcipue purgantium Lugduni anno 1638. 8°. *. Inter purgantia plurimas plantas admittit incidentes, quæ alvum non ducunt. Non video hunc librum per experimenta natum fuiſſe.

In *contradicentibus* aliqua huc faciunt, ut in L. I. *de facultatibus* Zingiberis, Sacchari, Rhei, Agarici, Lactucæ, Coriandri, olerum. In L. II. de Nymphæa, & Amylo egit. Editio mea eſt Pariſ. anno 1565. 8°. *.

Alius eſt etiam perbrevis de radice *china & de ſarſaparilla* libellus Baſil. 1566. 8°. 1569.

Commentarios in HIPP. de alimento in T. VII. operum & Bononiæ prælegerat. Prodierunt etiam Rom. 1574. Baſil. 1582. 8°.

Digitized by Google

In L. de cibis Tomi VII. agit de farinaceorum & cerealium, leguminum, olerum & cucurbitarum hiſtoria.

In poſterioribus libris *contradicentium octavus* tractat de aceto, melle, oxymelle.

Liber IX. de allio, ſenſu plantarum, aloe, amygdalis.

In Tomo II. eſt libellus de aceti natura.

In *Paralipomenis hiſtoriæ plantarum*, quæ in T. X. redeunt, exſtant capita de hyperico, peto, heliobotano, ſaccharo, chamæpity. Laudat & deſcribit oleum hyperici.

Epiſtola de oxymelle in pleuritide in *epiſtolis* TH. DUNI.

In H. CARDANI l. *de malo recentiorum medicorum medendi uſu* Venet. 1536. 8°. * & correctius Venet. 1545. 8°. edito, & Paris 1565. 8°. Soldanella carpitur, quam adverſus hydropem exhibebant. In adjecto l. *de ſimplici medicina* improbantur ejusmodi remedia, & permultas plantas medicatas, potiſſimum catharticas, oſtenditur nocere ſingulas, etiam roſas, violasque.

Prodierunt collecta opera Lugduni 1663. fol. 10. Vol. B. B.

§. CCLXXIX. *A. Lonicer.*

Adami LONICER Phyſici Francofurtenſis, *naturalis hiſtoriæ opus novum, quo tractatur de natura arborum, fruticum, herbarum*, &c. Francofurti anno 1551. fol. *, & utraque pars recuſa anno 1560. fol. CUBÆ operi ſuppoſuit ſuum, tam ex veteribus Geoponicis ornatius, quam ex nuperis, cum iconibus partim ex TRAGO mutuo ſumtis, partim EGENOLPHIANIS, & variis nominibus auctum. Plantas medicas ſolas perſequitur.

Pars II. *Naturalis hiſtoriæ de plantarum potiſſimum, quæ circa Francofurtum naſcuntur, deſcriptione & virtute. Acceſſit Onomaſticum continens varias plantarum nomenclaturas* Francofurti anno 1555. fol. TREW.

Germanice *Kräuterbuch näbſt Beſchreibung der fürnehmſten Thiere, Metallen und Diſtillierungs-Kunſt*, &c. Francofurti ſæpiſſime editum, ut annis 1546. 1569. fol. 1573. * 1577. fol. 1582. fol. TREW. 1593. fol. RIV. 1598. 1604. fol. Nurnberg. 1628. fol. ab UFFENBACHIO auctum Francf. 1609. fol. 1630. 1650. SEGUIER. Ulmæ anno 1679. 1705. 1713. fol. HEIST. 1737. fol. *, quæ ultima editio a Cl. *Balthaſar Joh.* EHRHART Corollario aucta eſt. Ex J. CUBÆ opere auctor, EGENOLFI gener, reformavit hoc etiam opus & auxit, ut omnino novus ſit liber, latino in univerſum ſimilis, ſed in editione certe anni 1573. plenior multo, & capitibus, & figuris, & plantis, & earum viribus uberius recenſis.

Digitized by Google

Merclinus etiam *methodum rei herbariæ* (& animalium) *in Galenum & Avicennam* indicat Francofurti anno 1540. 4°. editam.

Ejusdem *Beſchreibung der Arzney und fürnehmſten Compoſitionen* Francfurt 1572. 8°.

§. CCLXXX. *R. Dodonæus.*

Rembertus Dodoens (Dodonæus), vulgo Mechlinienſis, ſed verius *Jonkema* Friſo ex oppido *Staveren* ortus (*o*), Cæſaris aliquamdiu Archiater, denique Leidenſis Profeſſor, mature animum ad rem herbariam adjecit, & ad ſenium usque in iſto ſtudio verſatus eſt.

Frugum hiſtoria prima prodiit Antverpiæ anno 1552. 8°. *. Veterum placita cum patriæ ſuæ plantis conatus eſt conciliare; facultates ad verbum ex priſcis deſcripſit. Legumina conjunxit cum Cerealibus. Icones partim imitatus eſt, partim ſuas dedit. Subjectæ ſunt Epiſtolæ duæ; prior de Farre, Chondro, Alica, Trago, Ptiſana; altera de cereviſia & zytho.

Anno 1553. prodiit prima editio herbarii Belgici Dodonæi, ipſo teſte auctore (*p*). Eam recuſam eſſe oportet anno 1557. quo *Carolus* de l'Escluse, Atrebas, eam gallice convertit, & edidit Antverpiæ fol. min. cum titulo *Hiſtoire des plantes* (*q*). Libri ſunt ſex, icones parvæ, pleræque ex Fuchsio tranſcriptæ, hiſtoria brevis, tum facultatum enumeratio. Præfationem ipſe Dodonæus addidit. Non undique ſimilis eſt, tamen proxima, editio Dodonæi Anglica, vertente *Henrico* Lyte, cum titulo *a new herbal or hiſtory of plants.* Ea edita fuit Londini anno 1578. Ames. & recuſa anno 1586. fol. & 1595. fol. Ames. anno 1600. fol. & 1619. fol. * absque iconibus, paucis capitibus a priori diverſa.

Epitomen ex Dodonæo exſcripſit *Guilielmus* Kam, cui titulum fecit *Little Dodoen* Lond. anno 1606. 4°.

Secutæ ſunt *de ſtirpium hiſtoria Commentariorum imagines in duos Tomos congeſtæ* Antverpiæ anno 1553. 8°. 2. Vol. * In prima parte icones ſunt 439. quarum aliquæ Dodonæi, & epiſtola ad lectorem data eſt eo, quem dixi, anno, etſi titulus habet annum 1559. *. Tomus alter anno 1559. editus * habet icones 268. pleraſque iterum Fuchſianas, deinde ſubjectas 133. proprias, absque umbris, prioribus nitidiores, arborum potiſſimum & plantarum paludoſarum. Accedunt hic adnotationes in imagines 707. breves, pertinentes fere ad veterum de quaque harum plantarum ſenſum.

Secuta

(o) Gabbema *hort. Friſ.* præfat.
(p) Epiſt. poſt imag. P. I. data Mechliniæ anno 1553.
(q) Quarta forma prodiiſſe Eisenman.

Digitized by Google

Secuta eſt anno 1566. & 1569. 8°. * ſemper Antverpiæ, *frumentorum, leguminum, paluſtrium, & aquatilium herbarum hiſtoria.* Icones hæ pleræque novæ, ſermo novus & multum auctus. Aquaticæ potiſſimum ſtirpes pulchre depictæ, Trapa, Aloides, Hydrocharis, Hottonia.

Poſt iſtam prodiit anno 1568. 8°. Antverpiæ *coronariarum, odoratarumque nonnullarum herbarum hiſtoria*, cujus altera editio anno 1569. 8°. ibidem excuſa eſt *. Icones iſtæ perpulchræ, omnes, præter GESNERIANAS, hactenus editas icones ſuperant; intercedunt inter hortenſes plantas ſpontaneæ, etiam rariores. Earum pluſculæ ad CLUSIUM pertinent (*r*).

Purgantium, aliarumque eo facientium corticum & radicum Convolvulorum ac deleteriarum herbarum hiſtoriæ Libri IV. prodierunt Antverpiæ anno 1574. 8°. * Magnum pretium huic volumini addunt pulcherrimæ, & novæ icones, quibus ornatur.

Hiſtoria vitis, vinique, & ſtirpium nonnullarum aliarum Coloniæ anno 1580. 8o. * (*s*). Parvus libellus, absque iconibus: De Gale, Iſatide, & tribus Vacciniis eadem, quæ in magno opere habet.

Denique biennio ante mortem edidit AUCTOR *hiſtoriæ ſtirpium pemptades VI. ſeu libros* omnino *triginta* Antverpiæ anno 1583. fol. * Sermo idem eſt, quem in libris annis 1568. 1569. & 1574 editis dixi, figuræ eædem, paſſim LOBELIANIS auctæ (non tamen ex adverſariis) & CLUSIANIS, cum harum auctoribus idem cum DODONÆANO bibliopola eſſet, PLANTINUS. Bonum & utile opus, etſi non eximium.

Hæc editio 12. plagulis aucta, recuſa eſt a morte DODONÆI Antverpiæ anno 1612. fol. SEGUIER, & 1616. fol. *. Phalli icon acceſſit & alterius potamogetonis, & marinarum quarumdam ſtirpium, etiam aliarum.

Inde anno 1609. & 1618. (*t*) *Juſtus* RAPHELENGIUS (van Ravelinghen) Belgice ediderat valde auctam hiſtoriam ſtirpium, inſertis fere omnibus CLUSII, & LOBELII plantis, aliquibus etiam Ægyptiacis P. ALPINI, & Italicis F. COLUMNÆ, potiſſimum tamen indicis. Ea editio ab ipſo RAPHELENGIO emendata & aucta prodiit Antverpiæ anno 1644. fol. *, ſpiſſo volumine, cum titulo *Cruytboeck* R. DODONÆI.

§. CCLXXXI. *J. Dalechamp.*

Jacobus DALECHAMP Medicus Lugdunenſis, diligens vir & indefeſſus, primum ad DIOSCORIDEM RUELLII Lugduni anno 1552. * excuſum, addidit triginta parvas quidem icones, tamen rariorum aliquarum, plantarum, Aſteris

(r) *Stirp. Hiſpan. præfat.*
(s) FALCONET habet annum 1550. 8. qui error fuerit typographicus,
(t) Non bene 1608. fol. SEGUIER.

Digitized by Google

Aſteris lutei, Tragacanthæ, Pyrolæ heteromallæ, Drabæ ciliatæ, Calceoli, Gentianæ grandifloræ, Cacaliæ.

Deinde poſt mortem DALECHAMPII prodiit *hiſtoria generalis plantarum, in XVIII. libros digeſta*, duobus bene grandibus voluminibus Lugduni anno 1587. fol. * cum figuris 2686. Vaſtum opus per triginta annos DALECHAMPIUS urſit, in quod & omnium priorum inventa colligere ipſi animus fuit, & ſuas plantas addere, quas ex agro Lugdunenſi, montibusque, & Alpibus vicinis, etiam Helveticis, plurimas magno ſuo labore congeſſerat. Longi tamen operis pertæſus hiſtoriam ſuam *Johanni* BAUHINO tradidit, juveni, peſtilentiario eo tempore medico: cujus etiam viri (*u*) rudiuſculæ, rariorum tamen plantarum icones, in id opus tranſierunt. Sed *Johanne* ob religionis odium Lugdunum relinquente, inque Helvetiam abeunte, eamdem operam *Johanni des* MOULINS ita DALECHAMPIUS commiſit, ut tamen operas dirigeret. Sed & iſte operi eſt immortuus (*x*). Ita natum eſt vaſtum & inconcinnum chaos, quo tota adverſaria LOBELII continentur, & RAUWOLFII plantæ Orientales, & Indicæ *Chriſtophori* a COSTA, in quo cæterum toties nova nomina occurrunt, & icones repetuntur, quoties & FUCHSIUS iconem plantæ alicujus dabat, & MATTHIOLUS. Quare difficilius eo opere utimur; bona tamen plurima, ſtirpesque rariſſimas a DALECHAMPIO, VALERANDO DOUREZ, BAUHINO, & J. PENA in Gallia, a MYCONIO vero in Hiſpania lectas, plurimas eo tempore novas, aliquas & nunc parum notas continet.

Gallice verſa eſt *Hiſtoire generale des plantes*, & prodiit Lyon anno 1615. fol. *, recuſa anno 1653. fol. SEGUIER.

Multa alia molientem mors demum abripuit.

De PLINII editione diximus.

§. CCLXXXII. *Varii.*

Johannis DRAGOJÆVII *Theriaca, atque Mithridatium propugnata & defenſa* Francofurti anno 1552. 8°. MERKL.

GUILIELMI PUTEANI (*du Puis*) Gratianopolitani *de medicamentorum purgantium facultatibus* L. II. *Prior facultatem cuſtodit, quæ a ſubſtantiam ſimilitudine ſuum trahere & purgare dicitur: Poſterior veram rationem certa methodo noſſe demonſtrat.* Lyon 1552. 4°. THOMAS VERD.

MARTIN GREGOIRE dedit *Epitomen trium I. librorum* GALENI *de compoſitione medicamentorum: adcedit maniere de preparer le breuvage de la racine l'Eſquine, ſa vertu & nature* Lyon 1552. 16°. VERDIER.

Petrus

(u) *Epiſt. Geſn.* p. 47. b. J. BAUHIN. *font. boll.* L. IV.
(x) PONS *anim. ad Hiſt. Lugdun.*

Digitized by Google

Petrus BELLONIUS (BELON) Cenomanus, CORDI diſcipulus, liberalitate Cardinalis Turnonii ſuſtentatus, ab anno 1546. ad 1549. Græciam, Ægyptum, Palæſtinam, Syriam, Aſiam & Bithyniam permigravit, univerſæ naturæ ſtudioſus, tamen potiſſimum etiam plantarum. Italiam (*y*), Germaniam (*z*) & Angliam etiam vidit, & Arverniæ, Delphinatus & Sabaudiæ plantas collegit: denique ex itinere redux aliquot opera edidit, prænatura vero (*a*) morte abreptus Romæ periit anno 1563. a latrone occiſus (*b*).

EJUS *De arboribus coniferis, reſiniferis, aliis nonnullis ſempiterna fronde virentibus, de melle Cedrino, Cedria, Agarico, reſinis & iis, quæ ex coniferis proficiſcuntur* Pariſ. anno 1553. 4°. (*c*) *. Pulchra multa, icones fere malæ. Cedrum veram in Libano vidit: Oxycedri (Juniperi rubris baccis) fructum perbene deſcribit; tum Sabinam, Taxum, Arborem vitæ, Piceam (Pinum ſylveſtrem), Pinum ſativam, Pinaſtrum (foliis quinatis), Laricem, Sapinum (Abietem rubram), Abietem (albam), Cupreſſum.

EJUSDEM *de admirabili operum antiquorum præſtantia* L. I. De medicato funere, ſeu cadavere condito, & Liber II. *de medicamentis nonnullis ſervandi cadaveris vim obtinentibus.* Paris anno 1553. 4°. Alter libellus huc facit, quo picis varia genera, cedria, myrrha tractantur. Pertinet potius ad mumiæ hiſtoriam, & conditūram.

EJUSDEM *Les obſervations de pluſieurs ſingularités & choſes mémorables trouvées en Grèce, en Aſie, Judee, Egypte, Arabie* Paris anno 1553. 4°. 1554. 4°. SEGUIER. anno 1555. 4°. * 1588. 4°. * Antverpiæ anno 1555. 8°. *. Dedicatio eſt anni 1551. Latine a CLUSIO converſum opus Antverpiæ prodiit apud Plantinum anno 1589. 12°. & inter *exotica* anno 1605. fol. *. Eximium opus, & ſui generis primum. Nemo enim ante BELLONIUM eo fine itinera longinqua ſuſcepit, ut animalia, plantas, mineras, totam naturam ſpecularetur. Plantas in quaque regione, in Creta etiam potiſſimum, in Olympo M. & Oeta ſponte naſcentes, earumque plurimas novas, adque intelligendos veteres adprime facientes legit. Deſcriptiones equidem breviſſimæ, figuræ non bonæ. Illas procul dubio pleniores dediſſet, cum DIOSCORIDEM (*d*) eſſet editurus, in quo veras græcas plantas erat ad nomina antiqua reducturus, ſi fata ſiviſſent. Plagii accuſatus fuit, qui P. GYLLII ſcripta compilaverit, ſed GYLLIUS non videtur plantarum peritus fuiſſe. CLUSIUS icones minores partim retinuit, partim omiſit, aliquas melioribus compenſavit, errores

(y) *Neglect. cult.* probl. 9.
(z) Conf. p. 246.
(a) Anno 1553. annos natus 36. uti ſcriptum eſt ad iconem; quare ſi obiit anno 1555., ut vult Cl. SEGUIER, non ſuperaverat annum ætatis 38. Neque adeo „provecta ætate iter tentaſſet.„
(b) MIZALD. p. 11.
(c) *Conif.* p. 24. b. *Med. fun.* p. 36.
(d) Dedicatio hujus operis.

Digitized by Google

errores aliquos correxit, ut de Picea, de Soda. Cum Arabici etiam ſermonis gnarum amicum haberet, ab eo notas aliquas accepit & adjecit.

Seorſim etiam prodierunt *Portraits d'oiſeaux animaux, ſerpens, herbes, arbres, hommes & femmes d'Arabie & d'Egypte* par P. BELON *enrichi de quatrains* Paris anno 1557. 4°. BUR. 1618. 4°. Quindecim rudiores plantarum figuras hic reperiri lego.

EJUSDEM *Remontrance ſur le defaut du labour & culture des plantes* Paris anno 1558. 8°. ASTRUC. FALC. *De neglecta plantarum cultura liber* a C. CLUSIO verſus & Antverpiæ anno 1589. 12°. tum inter *exotica* editus. Commendat hortorum cultum, & arborum exoticarum in noſtras regiones transportationem, quarum etiam catalogum exhibet.

§. CCLXXXIII. *David Kyber.*

David KYBER Argentinenſis, qui idem TRAGI opus latine vertit, edidit Argentinæ anno 1553. 8°. *. *lexicon rei herbariæ trilingue, ex optimis auctoribus concinnatum:* græca nempe nomina, latina, & Germanica. Partes etiam florum definit & deſcribit. Plantæ fere obviæ. Juvenile opus.

§. CCLXXXIV. *Bonacoſſus. Bacchanellus. Alii.*

Henrici BONACOSSUS *de . . . ſerapiis medicamentisque purgatoriis opportunis, de compoſitione theriacæ*, &c. Bonon. anno 1553. 4°. MERKL.

Johannis BACCHANELLI *de conſenſu medicorum in cognoſcendis ſimplicibus liber*, cum libris *de conſenſu in curandis morbis* editus Venetiis anno 1553. 8°. *. Lutetiæ anno 1554. 12°. SEGUIER. Venetiis anno 1555. 8°. SEGUIER. anno 1556. 8°. SEGUIER. anno 1558. 16°. SEGUIER. Lugduni anno 1572. 16°. FALCON. Lexicon eſt alphabeticum, ſatis breve, & ad quamque plantam adduntur nomina, citanturque veteres auctores, & inter nuperos aliqui, MANARDUS, FUCHSIUS, TRAGUS.

In epiſtolis J. Baptiſtæ THEODOSII Baſileæ anno 1553. 8°. editis aliqua ſunt botanici argumenti, de herbis trientalibus, dodrantalibus, quincuncialibus, &c.

J. FRANCISCI ROTÆ *de introducendis græcorum medicaminibus* liber. *Commentarius in* GALENI *l. I. de compoſitione medicamentorum* Bonon. 1553. fol. BOEHMER. 1575. Antverp. 1585. 4°. BUMALD.

VINCENTI CASALI *explicatio eorum, quæ pertinent tum ad qualitates ſimplicium medicamentorum tum ad earundem compoſitiones* Patav. 1553. 8°. PLATN.

§. CCLXXXV.

Digitized by Google

§. CCLXXXV. *A. Ferrerius.*

Augerii FERRERII Toloſatis de *radice Chinæ liber*, *quo probatur diverſam eſſe ab Apio* Toloſæ anno 1554. 8°. Paris 1565. 8°. Non vidi. Sed liber II. *de pudendagra*, *lue hiſpanica* Antverpiæ anno 1564. 8°. editus eſt, in quo libello utique agitur de ligno Indico, ejus uſu, de China, Sparta parilla, Apio, Junipero, ad eosdem fines laudatis. Dedicatio anni eſt 1553. Quare non poteſt MICHEL librum Ferrarii auxiſſe & anno 1540. Pictavii edidiſſe SEGUIER. Videtur de *Alfonſo* FERRO ſermo eſſe.

Succedaneorum medicamentorum tabula hujus auctoris eſt in *Bibliotheca Regia Pariſ.* n. 7025.

FRANCISCI VALERIOLA viri docti *Enarrationes* Lyon 1554. fol. & alias. In L. II. huc facit caput de ſalubritate lactucæ. In L. III. in deſcriptionem meliloti Dioſcoridem cenſura. De Rhabarbaro. In L. V. de natura caſtanearum. L. VI. quid vetus vinum ſit & novum.

In *locis communibus* in L. II. de cibis: in L. III. aliqua de venenis ſunt Lugduni 1589. 8°. *.

THOMAS GIBSON circa annum 1554. ſcripſit herbarium.

§. CCLXXXVI. *J. Langius.*

J. LANGII Lemberga Sileſii, Archiatri Palatini, *Epiſtolæ medicinales* T. I. Baſileæ anno 1554. 4°. TREW. T. II. 1560. 4°. & Francofurti 1589. 8°. BODL. Hanoviæ anno 1605. 8°. *. Diem obiit anno 1565. omnino octogenarius. Non quidem plantarum cultor fuit, libros autem legerat, ex iis cognitionem ſtirpium hauſerat. In L. I. huc pertinent diætetica aliqua, & Epiſtola 56. de ſiligine veterum, & pane. Epiſtola 57. de ptiſana omaliſi, polenta. Epiſtola 58. de cyceone. Epiſtola 62. de Laſerpitio, Benjoin, & Myrrhis. Epiſtola 64. de Arabum novis medicamentis. Epiſtola 65. de Sanguine Draconis. Epiſtola 66. de Myrobalanis, Jujubis, Sebeſten. Epiſtola 67. de Malabathro, Perſicis, Citriis. Epiſtola 70. de varia ſtirpium metamorphoſi. In Epiſtola 20. deſcribit Adonidem perennem, & pro vero Helleboro habet. Seſamoides habet & ipſum pro Helleboro.

Libri II. Epiſtola 6. agit de Scolymo. Epiſtola 20. de Ellebori ſpeciebus. Epiſtola 21. de radicibus Eryngii, Secacul, Carlina. Epiſtola 22. de Oluſatro & Smyrnio. Epiſtola 33. de Rhabarbari, myrobalanorum, roſarum, urticæ, contrariis viribus. Epiſtola 37. de Alyſſo & Herba britannica.

Liber III. eſt de variis formulis.

Digitized by Google

§. CCLXXXVII. *B. Deſſenius.*

Bernardus DESSENIUS Cronenburgenſis, Bononiæ medicinæ operam dedit, inde in Belgium venit, Groning. medicaturus, denique Coloniam revocatus, ea in urbe vixit. EJUS *de compoſitione medicamentorum* Lugduni anno 1556. 8°.* excuſi, prodierunt Francofurti anno 1555. fol. PL. 1556. fol. TREW. Colon. 1573. 4°. HAENEL. Senile opus non ineruditi viri, verboſum equidem, nimis tamen ignotum eſt, cum multa proprii laboris veſtigia habeat: deſcriptiones plantarum officinalium, & loca natalia varia Colonienſis viciniæ. Ordo eſt ſecundum claſſes medicamentorum compoſitorum. Bugloſſæ meminit, quam Bononiæ legerit, in boario foco naſcentem.

EJUSDEM *purgantium medicamentorum uſitatorum & pillularum in minori pondere particularis diviſio* Colon. 1573. 4°. TREW.

§. CCLXXXVIII. *J. du Choul. Alii.*

Johannis, GUILIELMI du CHOUL viri illuſtris F. *varia quercus hiſtoria, acceſſit Pilati Montis deſcriptio* Lugduni anno 1555. 8°. *. Eruditio varia, & icones aliquæ glandium & Ilicum, tum Sorbi torminalis, Vitis Ideæ. Mons Pilatus pars eſt montium Cemenorum (Cevennes) Lugdunenſibus proxima. Deſcribuntur plantæ aliquæ hujus montis, quas vix adgnoſcas. Libellus *de Monte Pilato recuſus eſt* Tiguri anno 1555. 4°. * cum *Montis Fracti* hiſtoria.

EJUSDEM *Dialogue de la vie des champs, & autres diſcours* Lyon anno 1565. 8°. FALC. VERDIER.

Antonii NIGRI *conſilium de tuenda valetudine* Lipſiæ anno 1555. 8°. * Witteberg. anno 1573. 8°. MERKL. 1581. 8°. agit de cibo & potu, de oleribus &c.

In THADDAEI DUNI epiſtolis Tig. 1565. 8°. excuſis * pluſculæ ejus & CARDANI ſunt de oxymelle: *in miſcellaneis* n. 6. de allio n. 17. de thure Tiguri 1555. 8°. 1592. 8°. *.

EJUSD. *Muliebrium morborum remedia ex Dioſcoride, Galeno, Plinio, Barbariſque collecta* Argentorati anno 1565. 8°. *. Lexicon eſt herbarum, quæ ab antiquis quibuscunque ad mulieres morbos adhibitæ fuiſſent, cum locis veterum.

§. CCLXXXIX. *Henricus Crolach.*

Henrici CROLACH V. D. M. in *Uſhofen, de cultura herbæ Iſatidis, quam Guadam vulgo vocant* Tiguri anno 1555. 8°. 1565. 8°. CLESS. recuſ. a D. S. SCHRE-

Digitized by Google

SCHREBERO Hall. anno 1752. 4°. * Parvus libellus, qui cultum Iſatidis Thuringiacæ deſcribit, & pilarum fabricationem, & ad tingendos pannos uſum, ad rem ipſam præſentem expreſſus. Laudes etiam nuperorum meruit.

§. CCXC. *Joh. Rhellicanus.*

Joh. RHELLICANI Bernenſis Profeſſoris, *Stokhornias*, poëma nempe, in quo iter anno 1536. in ſcopuloſum, neque facilem, montem ſuſceptum deſcribitur. Orchidem *nigram* hic primum dictam credo, Gentianam etiam indicat. Prodiit & ipſe libellus cum GESNERI *Monte Fracto* *, & in T. I. *hiſt. natur. helv.* a SCHEUCHZERO anno 1716. 4°. *

MICHEL de NOSTRADAME *recette & maniere de faire divers fardemens & diverſes conſitures* Lyon 1555. 16°. D'ETR.

§. CCXCI. *Andreas Thevet.*

Andreas THEVET Monachus, Americam meridionalem cum Equite de VILLEGAGNON adiit, & ejus regionis, quæ nunc Braſilia vocatur, deſcriptionem dedit cum titulo *Les ſingularités de la France antarctique, autrement nommée Amérique* Pariſ. anno 1554. 4°. SEGUIER. Antverp. anno 1558. 8°. * & Italice *Iſtoria della India America* Venet. anno 1584. 8°. Inſulas varias etiam *Capitis viridis* adiit. Paſſim locos veterum male adſuit ad novi orbis arbores, & de pluribus regionibus ſermonem facit, quas ipſe non vidit. Proprias tamen plantarum habet hiſtorias & rudes nonnullas icones. Oriſellæ meminit, Guajaci, Sanguinis Draconis, Papayæ, vini palmei, Genipæ, Peti (*e*), Ahuai, Pacuere, Hiurahe lactei corticis, Mayz, Muſæ, & Ligni rubri Braſilici, aliorum.

In *Coſmographie du Levant* Lyon 1554. 4°. Anvers anno 1558. 8°. * nihil huc pertinet.

EJUSD. *hiſtoire generale des Indes Occidentales & terres neuves* Paris 1584. 8°. BODL. 1587. 8°. plantas etiam indicat.

FRANCISCUS LOPEZ de GOMARA *hiſtoria de Mexico* Anvers 1554. 8°. CHIV. habet etiam res naturales.

§. CCXCII. *Guil. Rondelet.*

Guilielmi RONDELET laudes alibi dicentur. Rem herbariam utique amavit, & ſuum nomen cum nonnullis ſtirpibus conjunctum reliquit. Liber *de ponderibus, & juſta quantitate, & proportione medicamentorum* prodiit Lugduni anno 1563. 8°. * Patavii anno 1555. 8°. In eo quidem potiſſimum

(e) p. 57.

Digitized by Google

mum artem ſcribendarum formularum docet. Plantas tamen etiam adtigit. Coccum Ilicis deſcribit, veſiculam ova inſectorum continentem, ex quibus papiliones prodeant. Confectionem Alkermes ob lapidem Lazuli & Myrobalanos alvum nonnunquam ducere monet. De Aſaro variis doſibus varias excretiones movente mira, & forte vitioſa; aliqua, profert.

EJUSDEM *methodus de materia medicinali & compoſitione medicamentorum* Patavii anno 1556. 8°. MERKL. an differt? M.S. in Bibliotheca Regia Pariſina exſtat n. 7070.

Pharmacopœa RONDELETII paſſim cum LOBELII ſimilis argumenti opuſculis prodiit, & Leidæ 1618. fol.

EJUSDEM *de theriaca tractatus cum adverſariis* LOBELII & cum CORDI diſpenſatorio excuſus eſt Leid. anno 1652. 16°. * &c. In eo plantæ ex ordine recenſentur, quæ theriacam ingrediuntur.

§. CCXCIII. *Varii.*

Petri HASSARD *de morbo gallico Tractatus* Lovanii anno 1554. & in LUISINO. De ligno Indico agit. EJUSD. *comm. in* EO. HESSI *præcepta tuendæ valetudinis* Francofurti 1568. 8°.

Du GORT *le bénéfice commun* Rouen anno 1555. 16°. cum figuris ADANSON.

LISSETI BENANCII, vero nomine SEBASTIANI COLIN medici Pictavienſis, *Declaratio fraudum & errorum apud pharmacopæos commiſſorum. Accedit* EJ. *argumenti dialogus* J. ANTONII LODETTI Francf. 1667. 8°. 1671. 8°. * Priores ſunt editiones LISSETI Turini 1553. & Lugduni 1556. 16°. D'ETR. cum titulo *declar. des abus des medicines & des apoticaires* Gallice ſcriptæ. Latine vertit T. BARTHOLINUS, & præfationem dedit anno 1667. Huc pertinet commutatio medicamentorum pernicioſa, cicuta exhibita. Monet aquam abſinthii de plantæ ſuæ viribus nihil habere. Terebinthinam chiam non reperiri; male recipi pro acoro noſtram Iridem luteam, quæ frigida ſit. Petroſelinum noſtrum non eſſe veterum plantam, quæ amariſſima fuerit. Germanice prodiit cum LODETTO *Entdeckung der von einigen Apothekern begangenen liſtigen Fündlein und Fehler* 1753. 8°.

LODETTI opus Brixiæ n. 1569. Italice excuſum eſt. Pharmacopola pœnitens fraudes ſuorum fratrum confitetur. Malum adhiberi Caſſiæ ſuccum, hinc malos ſequi effectus. Tamarindos mangonio componi; mannam adulterari addito helleboro & ſcammonio &c.

§. CCXCIV. *J. Cæſar Scaliger.*

J. Cæſar SCALIGER in ARISTOTELIS *libros de plantis* commentatus eſt. Lugduni 1566. fol. * & in THEOPHRASTUM *de cauſis plantarum* (e*).

IDEM

(e*) p. 30.

Digitized by Google

Idem dedit librum XV. *exoticarum exercitationum de ſubtilitate* Pariſ. anno 1557. 4°. Maitt. alii & Burette 8°. Francofurti anno 1582. 8°.*. 1607. 8°. Falc. 1665. 8°. Falc. Leidæ anno 1615. 8°. Astruc, & alias editum. Dum Cardanum refutat, plantas Indicas nuper detectas bene multas deſcribit, etiam raras & novas. Ex Cacao potum fieri, quem dicit refrigerare. Cicutæ funeſtos effectus per triſtes caſus confirmat. Balſamo ſe vulnera aliqua ſanaſſe, dum belli feliciter a ſe geſti meminit. Bombycum hiſtoriam tangit, in libero aëre operi ſuo navantium. Ananas Pinæ nomine deſcribit. Leoniceni diſcipulus, præceptorem ulciſcitur. Arboris vaſtiſſimæ, quæ ipſa fuerit Adansonia, ad Gambiam fluvium creſcentis mentionem facit. De Muſa multis agit. Paſſim errat, ut in Gummi Arabico, quod noſtras vult eſſe, & ex pruno, ceraſove detrahi. Tuber vult vidiſſe, cui adnatum fuerit folium. Ex ſemine Petroſelini ſibi Alliariam proveniſſe.

Eville de Passebreme *le plaiſant jardin des receptes ou ſont plantés divers arbriſſeaux & odorantes fleurs du cru de Philoſophie naturelle, cultivés par Medecins experts en philoſophie ſpeculative* Lyon 1556. 16°. An huc faciat ignoro.

Christ. de Messibigo *arte di coccinare* Venet. 1556. 8°. 1581. 8°.

§. CCXCV. *Varii.*

Jacobus Warvaziovinus *brevem & ſuccinctam de gradibus, ſeu differentiis medicinarum ſimplicium & compoſitarum Commentationem* dedit anno 1557. 8°. excuſam. Merkl.

T. Tusser *fivehunderd points of good husbandry as wel for the champion and the open country as alſo for the woodland.* Londin. 1557. 4°. 1580. 4°. 1585. 4°. Bodl. anno 1590. 1593. 4°. Harley. 1600. & cum notis & commentariis Londin. 1744.

Ejusdem puto eſſe librum dictum a Seguierio Londini excuſum anno 1638. 4°. 1672. 4°. cum titulo *tractatus de agricultura verſibus Anglicis.*

Contra Benancium ſcripſit Pierre Braillet pharmacopola Lyon 1557. *traité concernant la declaration des abus & ignorances des medecins*, Rothomagi anno 1557. 16°. cum ipſo Lisetto recuſum d'Etrees.

Thomæ Fazelli *de rebus Siculis* Decades II. Panormi anno 1558. fol. Francofurti anno 1579. & in magno theſauro P. Burmanni excuſæ, hactenus huc ſpectant, quod in prima Decade multa exſtent ad hiſtoriam naturalem pertinentia: ut de frumento ſpontaneo teſtimonium (*f*), de vinis Siculis, de Platanis, Palmis, Arundine ſaccharifera, ejusque cultu, & ſacchari coctione.

§. CCXCVI.

(f) L. I. c. 1.

Digitized by Google

§. CCXCVI. *Melchior Guilandinus.*

Melchior GUILANDINUS Boruſſus (puto vero nomine audiiſſe WIELAND) per magnas peregrinationes (*g*) doctior, auſpiciis *Marci* CABALLI per Palæſtinam (*h*), Ægyptum (*i*), Africam (*k*), Græciam (*l*), iter fecit; in Indiam etiam paratus (*m*) vela dare, niſi eum non longe ab oris Sardiniæ piratæ intercepiſſent, & triremibus addixiſſent (*n*). Ex captivitate Mauritanica redemtus eſt FALLOPII liberalitate (*o*), & Patavino horto præfectus. ANGUILLARÆ ab anno 1561. & FALLOPII ab anno 1564. Succeſſor (*p*). Eruditus homo, etiam librorum magis reconditorum apprime gnarus, ſed qui nunquam didicerit cum re ipſa manere, in alia & alia diffuſus: idem cum plurima ipſe vidiſſet, tamen libros ſuos potius ex veterum lectione concinnavit, & vix ullam, quam viderim, ſtirpis alicujus hiſtoriam edidit, ne papiri quidem, de qua proprio, & juſto libro egiſſet. Aſperior (*q*) cæterum, non in MATTHÆOLUM ſolum, cui odium perenne dicaverat, ſed in optimum etiam GESNERUM, aliosque; audaculus etiam neque abſque erroribus (*r*). Vehemente purgatione ex colica in volvulum ſe præcipitavit (*s*), & anno 1589. obiit.

Edidit Baſileæ anno 1557. 8°. * unicam ad GESNERUM epiſtolam, cum GESNERIANA excuſam, recuſam cum ſequentibus, & inter MATTHIOLI *epiſtolas* L. II. Dulcichinum eſſe Mamiras, Doronicum noſtri ſimile in Oriente naſci, Moly HOMERI Aglaophotin AELIANI eſſe, & Bataras JOSEPHI: Holoconitin aliam eſſe a Moly plantam.

De ſtirpibus aliquot Epiſtolæ V. GUILANDINI IV. GESNERI I. Patavii anno 1558. 4°. * Cedrum eſſe Laricem noſtram non bene, etſi ejusdem generis eſt: Kikajon Ricinum. De Acantho, aſpalatho &c.

THEON *adverſus* MATTHÆOLUM ibid. eodem anno. Aſperrimus libellus, quo leviora vitia MATTHIOLI perſtringit, parum nempe intellectas plantas veterum: erant autem graviora, quæ objici poterant, plantæ nempe fictitiæ.

De

(g) Anno 1558. Conſtantinopolin iter parabat *Theon*, p. 176.
(h) Anno 1560. fuit Hieroſolymæ *papir.* p. 49.
(i) Nomen in pyramide reliquit P. ALP. l. p. 29.
(k) Naufragium ibi paſſus *papir.* p. 83.
(l) *Epiſt.* I. p. 12. &c.
(m) *Papir.* p. 89.
(n) HESSUS p. 70. *Papir.* l. c.
(o) TOMASIN *Gymnas. Patav.* p. 37. magnam habente de GUILANDINO, ex oriente rediituro, exſpectationem FALLOPIO *balſam.* c. 6.
(p) Ibid.
(q) Moroſum audiiſſe, ſe tamen ſatis comem expertum eſſe CASELIUS *epiſt. ad* GUILANDINUM p. 117.
(r) Exprobrat ei aliquos WELSCH. *hecatoſt.* I. obſ. 54.
(s) P. ALPIN apud WELSCH. *curat. propr.* p. 409.

Digitized by Google

De Papyro, id eſt Commentarius in tria PLINII *de Papyro capita. Acceſſit Hieronymi* MERCURIALIS *repugnantia, qua pro* GALENO *ſtrenue pugnatur*, & GUILANDINI *ſententiæ in* GALENUM *pronuntiatæ adſertio* Venetiis anno 1572. 4°. * Magnæ eruditionis, hiſtoricæ, claſſicæ, medicæ, hic ſpecimina Auctor dedit, ad rem herbariam vix quidquam contulit, neque celebrem plantam deſcripſit, quam in Ægypto viderat. Variam utilitatem hujus arundinis deſcribit, modumque, ut ex involucris detractis & conglutinatis charta ſcriptoria a veteribus præparata fuerit. Contra VARRONEM oſtendit, ante ALEXANDRUM Ægyptios eam artem exercuiſſe. Intercedunt Epiſodia variæ, ut de Cedro, quam nunc in Libano viſam noſter ſeparat a Junipero, quæ Cedrus erat DIOSCORIDIS. Negat eumdem DIOSCORIDEM libros *quinque de materie medica* & *librum de venenis* ſcripſiſſe. De Chamæleonte, de Sparto triplici, hiſpanico, orientali, flore luteo piſi, Italice Geniſta, de veneno pharico, Verbena &c.

In quibusdam unguentis GALENUM erraſſe ſcripſerat GUILANDINUS. Defendit MERCURIALIS, & locum ATHENÆI emendat. Iterum & ſatis acriter reſpondet GUILANDINUS.

Hunc libellum omiſit, de Papyro vero, quæ GUILANDINUS dederat, recudit Typographus Lauſannenſis, cum titulo *In C.* PLINII *capita aliquot Commentarius anno* 1576. 4°. * Recudit etiam Ambergæ *Henricus* SALMUTH anno 1613. 8°. BURETTE. FALC.

Non erraveris, ſi GUILANDINO tribueris *Pauli* HESSI *defenſionem XX. problematum* MELCHIORIS GUILANDINI, *adverſus quæ P. A.* MATTHÆOLUS *ſcripſit* Patavii anno 1562. 8°. * Nam vix alius, niſi qui (*t*) Orientem adiſſet, noviſſet nihil Damaſci notius eſſe ſerapiis de Ribes (*u*) & Amirbaris, quorum illud ex planta peculiari montium Palæſtinæ & Arabiæ, hos ex uva criſpa paretur. Agitur autem de plantis quibusdam veterum conjungendis, aut ſeparandis, & vix quidquam publice utile ex ea lite in rem herbariam redundavit. Injuſtus cæterum eſt GUILANDINUS in Sabina, inque Junipero, & in Cedro, ubi non vult *ὀσμὰς* verti odoratum.

SYNONYMA *plantarum* poſthuma prodierunt, *J. Georgio* SCHENCKIO curante, Francofurti anno 1608. 8°. *. Dictionarium eſt, in quo nomina latina, etiam moderna, cum Græcis conciliantur, Pinacis quoddam quaſi initium. Cedros hic quatuor facit, duas magnas, duas parvas, quarum altera in Moravia naſcatur. Paſſim errat. Quis enim credat, deſiderio Celtidis Ulyſſis ſocios voluiſſe patriā deſerta in Africa manere?

§. CCXCVII.

(t) HESSUS quidem per univerſam Europam ob conquirendas plantas itinera fecerat MATTHIOLUS p. 380.

(u) P. 57.

Digitized by Google

§. CCXCVII. *Varii.*

Henrici SCHMIDT *Herbarium Danicum* Hafniæ anno 1557. 4°. 1598. 8°. BARTHOLINUS (x).

J. FRID. ARMAE *de venenis* 1557. 8°.

JUAN JARAVA *hiſtoria de las Yervas ſacada de Dioſcorides Anazarbeo* Amberes 1557. fol. (y).

Opera nova nella quale ſi ritrova molti ſecreti da altiſſimi d'Exc. Medici Padova 1557. 8°.

HANS STADENS *Beſcreibung der Tubbinimbas in America* cum præfatione DRYANDRI Marburg 1557. fol. 2. vol. & in de BRY. coll.

§. CCXCVIII. *Joh. Fernelius.*

Johannes FERNELIUS, Ambianus, anno 1558. vitam reliquit.

Ejus therap. L. IV. ad VII. ſunt materiei medicæ. Quartus generalia tradit de viribus medicamentorum, ad morem veterum, & de deſtillatione, elixatione, aliis formulis. In L. V. herbæ ſecundum claſſes ſuarum virium diſpoſitæ ſic l. VI. In L. VII. medicamenta compoſita, cum G. PLANTII minime inutilibus adnotationibus. De oxymelle pharmacopolarum conqueritur, & ſyrupos acetoſos præfert. Syrupi capillorum veneris dat formulam, absque aqua florum aurantiorum. Syrupum de althea pro novo deſcribit. Recte CORDUM vitriolum uſtum ex theriaca perſcripſiſſe. Hæc primum anno 1567. fol. prodierunt.

Pharmacia cum PLANTII *ſcholiis* prodiit Hanoviæ 1605. 8°. OSB. PLATN.

In Libro *de lue venerea* Antverp. anno 1579. 8°. * Guajaco huic malo vult mederi, rejecto hydrargyro.

Librum *Experimenta medicamentorum facile parabilium* continentem Francofurti anno 1570. 8°. editum MERKLINUS habet.

§. CCXCIX. *Lommius. Palmarius.*

Jodoci LOMMII *de ſanitate tuenda in* CELSUM *commentarii* Lovanii anno 1558. 8°. MERKL. Leidæ anno 1724. 8°. * &c. aliqua continent ad medicamenta alvum ducentia, ad alia, ad panem, poma, ciboſque alios.

Julianus

(x) *Ciſt.* p. 639.
(y) Conf. p. 82.

Julianus PALMARIUS *de vino & Pomaceo* Pariſ. anno 1558. 8°. ASTRUC. anno 1588. 8°. BURETTE. Gallice *traite du vin & du Cidre* Caen anno 1589. 8°. FALCONET.

J. HOFMAN Forchemienſis *de vino ejusque partibus differentiis veroque uſu* Lipſiæ 1558. 4°.

DOM. FR. ALVAREZ & AND. a CORSAL *hiſtoire & deſcription de l' Ethiopie* Anvers 1558. 8°. CHION.

WILL. BULLEYN *gouvernement of health* London 1558. 8°.

Lodovici TARTAGLINI *la prima parte dell' Erbolario* Firenze anno 1558. 12°. SEGUIER.

§. CCC. *J. A. Cortuſus.*

J. Antonius CORTUSUS, Præfectus horti Patavini, nihil quidem ſcripſit, cæterum inſignia itinera perfecit, & ex ipſa Syria (z) ſemina & plantas ad amicos miſit, liberalis & in communicandis plantis comis. GUILANDINO ſucceſſit in horto Patavino, eique ad anno 1593. præfuit, & poſſis ad eum referre *catalogum plantarum horti Patavini*, *qualis fuit* anno 1591. editum a J. G. SCHENKIO. Ad MATTHIOLUM plantas miſit (*a*), qui CORTUSÆ nomen plantæ propriæ impoſuit (*b*). A LOBELIO paſſim ſalſe exceptus fuit (*c*).

§. CCCI. *B. Maranta.*

Bartholomæus MARANTA Venuſinus, FALLOPII amicus, LUCÆ GHINI diſcipulus, ſuo tempore pro oraculo botanicorum habitus, hortum alebat, ſemina communicabat.

EJUS exſtant *methodi cognoſcendorum ſimplicium* L. III. Venetiis anno 1559. 4°. * (*d*). DIOSCORIDIS magnus admirator, ejus placita accurate tenebat. Sed etiam naturam conſuluit, Garganum montem, & viciniam regionem adiit. Interſpergit aliquas ſuas adnotationes, de Cytiſo, Lonchitide, utroque Chamæleonte. Errores aliquos veterum refutavit (*e*). Folia pro loci natalis diverſitate, magnitudine, & numero ludere non ignoravit, neque alias plantarum varietates, gallasque, & roſas proliferas. Invenit Ocymoides minus. Tubera nigra, Aſphodeli genera tria nota habuit, Ranunculos decem, Orchides viginti, Tithymalos duodecim, quinque præter priores Gerania.

(z) Androſacen MATTHIOL. p. 898.
(a) p. 349.
(b) L. 4.
(c) *Adverſ.*
(d) Ex literis ad VICTORIUM.
(e) p. 54.

Digitized by Google

EJUSDEM *Della Theriaca e del Mithridatio* Venet. anno 1571. 4°. TOPP. anno 1572. 4°. FALC. Latine verſus libellus a *Joachimo* CAMERARIO & Francofurti anno 1576. 8°. editus. FALC.

§. CCCII. *Varii. Dany.*

Kochbuch von allerley Speiſen, auch wie man Latwergen und Zucker machen könne Augſpurg 1559. 4°.

CÆLIUS CURIO circa hæc tempora ſcripſit *nucis encomium.*

Claude VALGELAS *Commentaire de la conſervation de la ſanté* Lyon anno 1559. 4°.

Antidotarium ex optimis auctoribus collectum & caſtrigatum, in quo *ſimplicia quædam medicamenta declarantur, ſuccedanea continentur.* Venet. anno 1559. 8°. GUNZ.

Giuſeppe FALCONE Placentini *La nuova vaga e dilettevole villa* Breſcia anno 1559. 8°. FALC. quam editionem non exſpectaſſem, cum CAMILLUM TARELLI citet: tum Venet. anno 1601. 8°.* THUAN. 1603. 8°.* 1612. 12°. SEGUIER. Compilatio, etſi auctor ſe ſexagenarium eſſe dicit, & omnis rei ruſticæ peritum. Non magna pars hujus *Villæ* ad rem herbariam pertinet: ad arbores potiſſimum fructiferas. In oxyacantham meſpilos inoculare jubet, & aliqua poma & pira. Inde de aratione: improbat ſuorum morem, qui quotannis agrum conſerunt: laudat Neapolitanos, qui duorum annorum quietem terræ concedunt. Fungos pluſculos deſcribit, fabuloſa arcana habet, fere ut Geoponici. De animalibus cortinis & feris; etiam de venatione, & mulomedicina agit, humanisque etiam morbis formulas medicas opponit.

GIACOMO LANTER *della Oeconomia tr.* Venez. 1560. 8°. ZOCH.

Quatre traités d'agriculture. Primo *deux traités d'agriculture de planter, d'aracher labourer ſemer & amander les arbres ſauvages, maniere d'enter planter & nourir arbres & Jardins* Paris 1560. 8°. VERDIER. Deinde libellus *par Gorgole de* CORNE, *par* F. DANY, denique *par Nic.* du MESNIL *l'art d'enter planter & cultiver les Jardins* Paris anno 1560. 8°. FALC.

EJUSDEM *Franciſci* DANY *L'art de ſemer, & faire pépinière de Sauvageons; enter de toute ſorte d'arbres & faire vergiers* Paris anno 1560. 8°. SEGUIER. & auctius Orleans anno 1572. 8°.* quod idem opus puto eſſe *La maniere de ſemer pepins & faire pepinieres enter planter toutes ſortes d'arbres & cultiver pompons cocombres & autres herbes des jardins & marets* Lyon 1581. 16°. BUR. 1618. 12°. abſque nomine auctoris: anglice verſum a LEONARDO MASCALL *a book of the art and manner how to plant and graft all ſorts of trees, and ſeed pepins* &c. London 1580. 4°. 1589. 4°. 1596. 4°. TAN-

Digitized by Google

TANNER p. 517. Monachi opuſculum per experimenta natum. Ad Siceram præferri malos non inſititias; ſerotinos fructus obtineri, ſi præcocem ramum in ſerotinum truncum inſerueris.

In poſteriori editione addita ſunt artificia ad ſemina colligenda, ſerenda, & plantas inde obtinendas.

Aymar FALCONIUS *de ſecretis agri* Paris anno 1560. 8°. SEGUIER.

Ricettario utiliſſimo Venez. 1560. 12°. ASTR.

§. CCCIII. *Alexius.*

Alexii PEDEMONTANI *de ſecretis* Libri VI. Italice P. I. Venez. 1557. 4°. & 8°. & 1563. 8°. Pars II. 1563. 8°. Pars III. 1563. 8°. totum opus 1573. 8°. Iterum Venez. 1679. 8°. Milano 1559. 8°. Gallice Anvers 1557. 4°. D'ETR. 1561. 8°. RUFF. Lyon 1557. 16°. 1558. 12°. B. THOM. 1572. 8°. Paris 1564. 8°. D'ETR. VERDIER. Rouen 1600. 12°. TREW. Lyon 1639. 1657. 1669. 8°. Germanice *Kunſtbuch von berühmten Arzneyen* vertente WECKERO Baſil. 1571. 8°. 1575. 8°. 1592. 8°. 1593. 8°. 1615. 8°. Belgice *Amſterdam* 1614. 8°. Anglice 1558. 4°. 1579. 4°. Latine vertente J. *Jac.* WECKERO Baſileæ prodierunt anno 1559. 8°. 1603. 8°. Multa hic ad plantarum medicatarum præparationem, ut ad Hyperici oleum. Liber III. integer ad condituram fructuum ſpectat: varia etiam habet ad vires plantarum tinctorias, & odoratas. Ex eo natus eſt WECKERUS.

TIMOTHEO ROSSELLI *ſomma de ſecreti univerſali in ogni materia* Venez. 1159. 8°. 1575. 8°. BUR. 1619. 8°.

Nomen verum ALEXIO PEDEMONTANO videtur fuiſſe HIERONYMO ROSSELLO, & ſuſpicio eſt neque TIMOTHEUM ab eo differre.

§. CCCIV. *Joh. Bruyerinus.*

J. BRUYERINI, SYMPHORIANI CAMPEGII nepotis, Lugdunenſis, *de re cibaria* L. XXII. Perigueux anno 1560. 8°. Francofurti anno 1600. 8°. *, & 1606. 8°. cum titulo *Deipnoſophia & Sitologia aucta* ab OTHONE CASMAN. Lego autem in Catalogo BODLEYANO jam a 1537. 4°. Lugduni edidiſſe *Collectanea de ſanitatis functionibus*, *de ſanitate tuenda & de curandis morbis* ex AVERRHOE ſumta. Liber noſter ſcriptus eſt circa annum 1530. dum auctor in Aula Franciſci I. vivebat (*f*). Pertinent huc potiſſimum L. IV. V. & VI. de frugibus

 L. VII.

(f) Dedic. ad Cancellarium de l'HOPITAL, & L. XXII. c. 23.

Digitized by Google

L. VII. de leguminibus. L. VIII. de oleribus. L. IX. de radicibus. L. X. de condimentis. L. XI. de fructibus. Auctor ſingula alimenta ſingulis capitibus dicit, collectis veterum ſententiis, comparatis moribus, locis natalibus, artificiis Gallorum, & ſuis nonnunquam cum additamentis. Non ingratum lectu opus, neque inutile.

Dominici REULIN *de recto cibariorum ordine ſalubrique uſu* Bourdeaux anno 156c. VERDIER.

§. CCCV. *A. Mizauld.*

Antonii MIZALD (MIZALDI), Monluciani, Aſtrologi & Almanachorum auctoris, *Secretorum agri Enchiridion Hortorum curam, auxilia, ſecreta & modica præſidia L. III. complectens* Pariſ. anno 1560. 8°. * 1565. 8°. 1575. 8°. MAITT. Gallice *Epitome de la maiſon ruſtique* par Villefranche 1605. 8°. Compilatio ex Græcis Geoponicis potiſſimum, aliisque veterum monumentis, absque ſelectu facta, ut fidem nullam tribuere poſſis. Codicem habebat Geoponicorum a noſtris diverſum, etiam capitum titulis. Libro I. ſecreta tradit ad avertendas hortorum calamitates. L. II. Olera & coronarias plantas. Liber III. Poma. Violam tricolorem curioſius deſcribit.

Nonne eadem ſunt *herbarum Secreta cultus & auxilia rerum variarum* Paris 1575. 8°. MAITT.

De hortenſium arborum inſitione & dendranatome Lutetiæ anno 1560. 8°. *. Ex Geoponicis, Georgicis, CRESCENTIO. Dendranatome quatuor eſt paginarum.

Nova (*g*) *artificia comparandorum fructuum, olerum, radicum, uvarum, & methodus componendorum vinorum* Lutet. anno 1565. 8°. * & 1564. 8°. quæ editiones non videntur differre, tum 1575. 8°. ASTRUC. (*h*). Coloniæ anno 1577. 8°. Artificia, quibus arbores emendentur, meliorum fructuum reddantur feraces, medicatis viribus impregnentur. Vina medicata varia, etiam ex Guajaco & Senna. Germanice vertente *Georgio* STENISCH Baſil. anno 1616. 12°. SEGUIER.

Alexikepus, ſeu auxiliaris hortus ex temperamento morborum remedia ex ſingulorum viridariis comparanda proponens Lutet. anno 1560. 8°. BURETTE. anno 1565. 8°. * anno 1564. 8°. SEGUIER. Coloniæ anno 1576. 8°. *. Gallice *le Jardin medicinal* traduit par ANDRE CAILLE Paris 1578. 8°. Germanice *Arztgarten* Baſil. 8°. Vires medicatæ plantarum & fructuum collatitiæ.

Opuſculum

(g) Privilegium eſt anni 1562.
(h) Titulus hic *artificioſa methodus* &c. MAITT.

Opuſculum de Sena Paris anno 1572. 8°. * 1574. 8°. 1607. 8°. PLIN. & cum *Medico caritate pleno* GUIBERTI Paris anno 1649. 8°. exiguus libellus & compilatitius. Coluteam a Senna ſeparat.

Hiſtoria hortenſium, quatuor opuſculis contenta Colon. anno 1577. 8°. * continet hortenſia primo loco dicta, & *libellum de inſitione, tum dendranatomen, & de Sena libellum, & opuſcula* DIOCLIS & ARNALDI de VILLANOVA de diæta.

Opera priora Gallice verſa per *Andream* de la CAILLE anno 1578. 8°. iterumque *Le Jardinage d'Antoine* MIZAULD, *& comme il faut enter les arbres. Jardin médicinal du même* par VILLEFRANCHE anno 1585. 8°. SEGUIER.

Memorabilium utilium & jucundorum centuriæ IX. Lutetiæ anno 1566. 8°. BURETTE. anno 1567. 8°. 1574. 16°. SEGUIER. Francof. 1589. 16°. 1592. 16°. & omnino Centuriæ duodecim Noriberg. 1682. 12°. cum titulo MIZALDI redivivi &c. Germanice *Neunhundert Gedächtnüſs-würdige Geheimnuſs* Baſil. 1574. 4°. vertente GEORGIO HANTSCH & 1615. 8°. Nonne id fuerit *One thouſand notable things* London 1586. 4°. OSB.

Sylvula rerum variarum Sympathias & Antipathias complectens Francof. 1592. 4°. forte huc etiam ſpectaverit.

§. CCCVI. *G. Tatti. Alii.*

Giovanni TATTI (*i*) *della agricoltura* L. V. Venetiis anno 1560. 4°. cum figuris BURETTE. anno 1561. 4°. ADANSON. anno 1660. 4°. SEGUIER.

La ſingulare dottrina di Domenico ROMOLI *ſopranominato Panonto de i condimenti de tutte le viande* Venez. anno 1560. 8°.

Benedicti CURTII SYMPHORIANI *hortorum libri* XXX. Lugduni anno 1560. fol. Canonicus, vir eruditus, collectanea videtur dediſſe (*k*).

Coſtanzo LANDI *Lettera ſopra un Pino* Milano anno 1560. 8°. FALC.

JOHANNES GORRÆUS, eruditus medicus, NICANDRUM latine reddidit.

EJUSDEM *definitiones* Pariſiis anno 1564. fol. Francof. anno 1578. fol. * editæ, herbas etiam veterum deſcribunt, etſi is non fuit auctori ſcopus.

§. CCCVII.

(i) ADANSON Torti.
(k) Confer recenſionem BOERNERI *relat.* p. 175.

Digitized by Google

§. CCCVII. *J. B. Porta.*

J. Baptiſtæ PORTÆ *Neapolitani*, *Magiæ naturalis*, *ſeu de miraculis rerum naturalium* L. IV. Antverpiæ (*l*) anno 1560. 8°. D'ETR. ASTRUC. 1564. 8°. OSB. Colon. 1562. 12°. THOMAS. Lugduni 1561. 16°. D'ETR. Libri XX. Neapoli anno 1569. fol. LIND. 1589. fol. THOM. 1678. 4°. Francofurti anno 1591. 8°. NEAUME. 1597. 4°. 1607. 8°. NEAUME. 1691. 8°. Hanoviæ anno 1644. 8°. MERKL. Leidæ anno 1644. 16°. * 1652. 12°. MERKL. Rothomagi anno 1601. 8°. & 1650. 8°. ASTRUC. Amſtelodami anno 1664. 12°. MERKL.

Gallice *la magie naturelle* Lyon 1571. 8°. & 16°.

Anglice London 1669. fol. OSB.

Germanice Nürnberg 1680. 8°. 1713. 4°. 1715. 4°. vertente G. PEGANIO.

Italice Venet. 1560. 8°. B. THOMAS. 1572. 8°. IB. Napoli 1678. 4°. cum inedita *chiroſiſonomia*.

Primi libri IV. ſcripti ſunt a juvene annorum non ſupra quindecim, reliquos paulo maturior addidit (*m*). Peregrinatus eſt, libros legit plurimos, aluit domi Academiam. Miracula rerum congerit, bona, & propria varia, miſta multis malis, compilatis, nullam fidem merentibus. Pertinet ad rem noſtram Liber III. de novis plantis producendis: id putat auctor fieri poſſe, ſiquidem terra ex imis puteis effoſſa, & ſoli expoſita, varia herbarum genera dedit. Artificia hic reperies Geoponicorum, ut figuram, colores, ſapores plantarum & fructuum mutare liceat. Lætamine aucto colores intendi, dilui diminuto. Porro Liber IV. eſt *Oeconomicorum*, quibus rei familiaris compendium fiat, fructus rectius ſerventur. Panificia hic ex aliis & inſolitis plantis coqui docentur, ut ex Ari radice, Cucurbita; tum vina varia, & olea. Hic ex ſemine Sanguinariæ arboris oleum diſcas fieri, filum ex Sparto. Hic etiam ſuper lampadem ova excludere noſter docet, ſæpe expertus. In L. VIII. de portentoſis medelis, vires medicas plantarum reperias, viresque dementantes Belladonnæ.

Phytognomonica VIII. libris contenta Neapoli anno 1588. fol. * Francofurti anno 1591. 8°. * 1608. 8°. Rothomagi anno 1650. 8°. ASTRUC. BURETTE. Similitudines plantarum cum animalibus, & eorum partibus quærit auctor, & iconibus exprimit, & inde deducit vires, quibus putat earum partium morbis mederi. Videas hic comparatum cum papilione piſi florem. Singulatim perſequitur vires plantarum ſecundum ſolum differentes, in quo naſcuntur. Plantas figura ſimiles viribus putat convenire. Luteum ſuccum ad bilem flavam valere, viridem ad praſinam, atras plantas ad atram bilem, rubras vulnerarias

(l) Bibliothecæ THOMASIANÆ editor ſuſpicatur, jam ante hanc editionem aliam Neapolitanam prodiiſſe.

(m) Præf.

nerarias eſſe, veſicarias ad veſicæ mala valere. Ingenioſe, etſi non ubique vere.

Villæ pars, quæ *Pomarium & Olivetum* Neapoli anno 1583. 4°. Seguier. aut 1584. 4°. *Libri villæ* XII. Francofurti 1592. 4°. * in quibus ſylva, arborum cultus, Pomarium, Olivetum, Vinea, Arbuſtum, Hortus, Seges, Pratum. Collecta invenias fere, quæ veteres habent, adſperſa, non plurima, ab ipſo auctore adnotata. Totam autem penum plantarum quoque modo utilium & vulgo notarum habet. Fungos ſatis numeroſos deſcribit. Editio vitioſa eſt.

§. CCCVIII. *A. Turnebus. L. Ghinus.*

Adriani Turnebi viri undique eruditiſſimi libellus *de vino* Paris anno 1600. 8°. excuſus Burette, & in operibus Francofurti anno 1600. fol. editis, in Tomo III. Helmſtadii ſeorſim anno 1603. 4°. Seguier. anno 1619. 4°. Seguier. 1658. 4°. * Declamatio in vini noxias facultates. Obiit anno 1565.

Lucæ Ghini horti Bononienſis, inde Piſani, Præfecti, nullum opus prodiit (n). Multa tamen ad amicos miſit, & ejus M.S. lectiones Ovidius Montalbanus habuit inter libros. *Itinerum* relationem, & M.S. de ſimplicibus medicamentis citat Targionius *Corograf. Toſc.*

Franciſci Sansovini *della materia medicinale* Libri IV. *Il primo e ſecondo e detto l'Erbolario* Venez. anno 1561. 4°. 1562. 4°. Rast. Seguier. anno 1556. 24°. cum figuris Adanson.

Antidotarium Florentinum, ſeu de exacta componendorum, miſcendorumque medicamentorum ratione L. III. Antverpiæ anno 1561. 8°. vertente Clusio. Riv.

§. CCCIX. *Anguillara.*

Luigi Anguillara, Simpliciſta Reipublicæ Venetæ in ſtudio Patavino, Conſtantini Rodiotæ Cretenſis diſcipulus (o), reliquit librum *Simplici* Vinegia anno 1561. 4°. Seguier. 1561. 8°. * editum a *Johanne* Marinello. Latine a C. Bauhino converſus prodiit idem Baſileæ anno 1593. 8°. Seguier. Primus hic inter Italos & plurimas ad conquirendas plantas excurſiones molitus eſt, & quæ ipſe viderat, ea cum veterum reliquiis contulit, botanices in hac gente hactenus facile princeps. Adiverat Cyprum (p), Cretam (q), Græciam (r) Turcis

(n) Bibliothec.
(o) p. 120.
(p) p. 219.
(q) p. 67. 89. 143.
(r) p. 179.

Digitized by Google

ſubjectam, Illyricum (*s*), Italiam (*t*) univerſam, Helvetiam (*u*) tranſalpinam, Maſſiliam.

Quatuordecim cæterum ſunt *parere*, ſeu Epiſtolæ, ab anno 1539. (*x*) per viginti & ultra annos datæ. Plantas DIOSCORIDIS nominat, cuique ſuam plantam a ſe viſam adſignat, cum loco natali, & deſcriptione vix ulla, ut vix adgnoſceres, niſi C. BAUHINUS lucem accenderet. Neque tamen ubique definit, eſt ubi ſapienter dubitat. DIOSCORIDIS codicem paſſim emendat & perficit (*y*). MATTHIOLUM, ſed humaniter, corrigit, tum L. GHINUM. In Aconito & MATTHIOLUM errare pronuntiat (*z*) & GESNERUM. Eximius auctor, ſi quæ recte viderat, paulo fuſius docuiſſet.

§. CCCX. *Varii.*

John HOLLIBUSCH *the homish apoticary* Collen. anno 1561. ex germanico verſus. BODL.

ABRAHAM WERNER *Orat. de confectione cereviſiæ* Witteberg. 1561. ſed 1567. 8°. habet BURCKART.

ISABELLA CORTESE *ſecreti minerali medicinali, artificioſi ed alchimici* Venez. 1561. 8°. BUR. 1565. 8°. d'ETR. Germanice Hamburg. 1592. 8°. TREW.

MICHAEL d'USSEAU *enchiridion ou manuel des myropoles* Lyon 1561. 4°. 1613. 8°. UFF.

ANDREAS MARINI *in Meſuen* Venet. 1561. fol. &c.

S. E. S. X. vertit ex Italice (ALEXIUM forte PEDEM.) *Recueil de pluſieurs ſecrets tres utiles tant pour l'ornement, que pour la ſanté du corps humain, tiré des plus excellens auteurs Grecs & latins: — tr. des deſtillations — d'eaux imperiales d'Ange, de Naſſe* &c. Paris 1561. 8°. VERD.

§. CCCXI. *B. Aretius. Alii Geſneri Amici.*

Benedicti ARETII, Theologi Bernenſis, STOKHORNII & NESSI *ſtirpium brevis deſcriptio* Argentorati anno 1561. fol. *, cum GESNERI hortis Germaniæ. Plantæ alpinæ non minimo numero hic dicuntur, Gentiana Aſclepiadis folio, Gentiana hippion, & quæ faucibus eſt lanuginoſis, Muttellina, Delphi-

(*s*) p. 165. 175. 179. 191. 241. 278. 281. &c.
(*t*) p. 124. 143. 175. 193. 230. 281.
(*u*) Montem Generoſum p. 259.
(*x*) p. 302.
(*y*) p. 28. de Baccharide.
(*z*) p. 272.

Digitized by Google

Delphinium Aconiti folio, Primula alpina uniflôra, Cirſium ferox. Amelanchier, & pulcherrimum Eryngiorum. Ab eo viro ſolo ſe in botanicis aliqua diſcere GESNERUS profitetur (*a*).

Johannis FABRICII Curienſis V. D. Miniſtri plantæ montis *Galanda*, ut Lunaria, Rhaponticum, paucæ aliæ, cum iisdem *hortis* Germaniæ prodierunt.

Caſpar COLLINUS Seduni plantas legit, inter quas Thora, & GESNERO miſit, ante annum 1561. mortuus (*b*).

Chriſtophorus PIPERINUS V. D. Miniſter in agri Bernenſis pago paſſim aliqua ad GESNERUM miſit, ejusque notulas poſſideo M.S. in quibus Simmiæ vallis plantæ & foſſilia recenſentur.

Johannes KENTMANNUS, Torgenſis, plantas in Saxonia legit, earumque icones cum GESNERO communicavit, quas fere ſexcentas (*c*) paraverat. Minus quam GESNERIANÆ accuratæ quidem erant, neque ipſe botanici argumenti aliqua edidit, præter epiſtolas cum GESNERO mutuas, quas diximus.

§. CCCXII. *Varii.*

Anutii FOESII (*de* FOES) *pharmacopœa medicamentorum omnium, quæ in officinis exſtant ex antiquorum præſcripto* Baſileæ anno 1561. 8°. RIV.

EJUSD. *Oeconomia* HIPPOCRATICA Francofurti 1588. 4°. eſt dictionarium, in quo vires etiam herbarum medicæ explicantur.

Cæſaris ODONIS, quo ſocio ANGUILLARA magnam partem Italiæ percurrit, *Theophraſti de plantis ſparſas ſententias in continuam ſeriem ad propria capita digeſtas* dedit Bononiæ anno 1556. 4°. Non vidi.

Una prodiit *diſputatio* 2. *de Rhabarbaro* BODL.

Antonii SNEEBERGER *Catalogus medicamentorum ſimplicium peſtilentiæ veneno adverſantium* Tiguri anno 1562. 8°. auctus a LEONARDO de BRA Leeuwarden anno 1616. 8°. RIV. quem vide.

§. CCCXIII. *Ant. Donatus ab Altomari.*

Antonii Donati ab ALTOMARI *de Mannæ differentiis & viribus* Venetiis anno 1562. 4°. *. Cum *Marinus* SPINELLI Archiater regium edictum obtinuiſſet, quo ſola de foliis ſtillans Manna in medicinam admittebatur, idque edictum Calabris, Mannam de cortice educentibus, valde moleſtum eſſet, D. *Annibal* BRIGANTI in diſcrimina utriusque Mannæ inquiſivit (*d*); & invenit,

 utram-

(a) *Epiſt.* II. p. 186.
(b) Præf. ad CORDUM.
(c) *Epiſt.* p. 24.
(d) TOPPI *Bibl. Napol.* p. 20.

utramque perinde ad ſcopum medicatum valere. Hujus hominis codicem M.S. nactus DONATUS, non ſatis quidem candide profeſſus eſt, per quem profeciſſet, cæterum bonum dedit libellum. Mannam rorem non eſſe oſtendit, & ex ſola Fraxino Ornove obtineri, & eſſe ſuccum, qui de iſtis arboribus, ſed neque omnibus, quotannis exſudet, & ad ſolem cogatur, de iisdem fere veſiculis, quæ de cortice efflorefcant. Eas albo & tenui humore repleri, qui ſenſim ab æſtu ſpiſſetur. Ex ramis ſponte fere ad radicem foliorum defluere, & ex foliis, de Fraxino quidem. Ex Ornis, quæ duriores ſint, per illata vulnera obtineri. Utramque Mannam bonam eſſe, & ſe utraque cum ſalutari eventu uſum eſſe, & alios medicos. Optimam equidem eſſe, quæ ſpontanea in foliis legatur, inde quæ de caudicibus, tunc quæ ex primis inciſionibus; non ideo malam, quæ poſt aliquot dies in vulneribus adpareat. Sed neque eam peſſimam eſſe, quam igne excoquant. Melleum rorem ubique etiam in lapidibus reperiri, cum ad ſolem liquari & evaneſcere.

EJUS *de vinaceorum natura & uſu* Neap. 1562. 4°. TREW.

Opera omnia prodierunt Lugduni 1586. fol.

GIOV. MARINELLO *ornamenti delle donne* Venez. 1562. fol. Coſmeticum librum vertit J. LIEUBAUT.

La maniere de ſemer & faire pepinieres de ſauvageaux Paris 1562. 12°. *Hausvater.* Puto DANY libellum eſſe p. 324.

Eigentliche Abbildung des wunderſchönen Weitzenſtocks von 72. Halmen aus einem einzigen Würzlein Strasburg anno 1563. SCHEUCHZER.

Plantarum arborum fructuum & herbarum effigies Francofurti 1562. 4°.

Della materia medicinale L. IV. Venet. 1562. 4°. B. THOMAS. cum fig. plantar.

§. CCCXIV. *G. ab Orta.*

Garciæ ab ORTA medici proregis Indiæ *Coloquios das ſimples y droguas he couſas medicinais da India* Goa anno 1563. 4°. CAT. THUAN. Rejectis inutilibus CLUSIUS hunc librum in compendium contraxit, cum titulo *Aromatum & ſimplicium aliquot medicamentorum apud Indos naſcentium hiſtoriæ* L. II. & edidit Antverpiæ anno 1567. 8°. * anno 1574. 8°. VORST. anno 1579. 8°.* 1580. 8°. anno 1593. 8°. * & inter *exotica* ſua. Italice vertit *Annibal* BRIGANTI Venetiis anno 1582. 8°. FALC. & anno 1605. 8°. 1616. 8°. Gallice COLIN. Lyon 1619. 2. Vol. cum MONARDO & COSTA. Plantas ſuas *Garcias* ab ORTA Goæ viderat & in R. Decan, inque *Bombay* prædium hortumque habuerat, in quo plantas rariores alebat (*e*), non ignarus Arabum. Deſcripſit plantas medicatas & edules Indiæ citerioris, vel ex hominum gnarorum

(*e*) p. 181.

Digitized by Google

rorum relatione, vel ad viſas earum plantarum partes: neque enim botanicam deſcriptionem ullam dedit, contentus eas ſtirpes cum Arabum monumentis comparare, viresque indicare & facultates. Primus tamen glaciem fregit, ipſamque naturam vidit. Notas à CLUSIO adjectas, & a J. BONTIO, alias dicemus.

In *Bibliotheca Regia Pariſina* Sacchari Indici hiſtoriam ex C. a COSTÆ & *Garc.* ab ORTA ſcriptis concinnatam, cum J. ELICHMANNI notulis ad eam hiſtoriam, & opuſculum de molis Saccharinis exſtat n. 6840.

§. CCCXV. *Nic. Monardes.*

Nicolai MONARDES Medici Hiſpalenſis *De ſecunda vena in pleuritide;* EJUSDEM *de roſa & partibus ejus; de ſucci roſarum temperatura; de malis citriis, aurantiis ac limoniis libelli* Antverpiæ anno 1564. 8°. De venæ inciſione alibi. Roſas Damaſcenas a 30. retro annis innotuiſſe; Perſicas inter benedictas (purgantes antidotos) omnibus præferri. Citrum poma ferentem differre a Citro, ex cujus ligno Veteres menſas fabricabant.

EJUS *Tratado del efecto de varias yervas* Hiſpali anno 1571. 8°. NIC. ANT. anno 1580. 4°. BURETTE. FALC. Italice vertit *Annibal* BRIGANTI Venetiis anno 1576. 4°. Gallice COLIN Lyon anno 1619. 8°.

Inde edidit IDEM *Hiſtoria medicinal de la coſas que ſe traen de nueſtras Indias Occidentales que ſirven en medicina* II. part. *de la piedra Bezoar* &c. *Sevilla* anno 1569. 4°. 1571. 8°. NIC. ANT. 1574. 4°. CHIV. 1580. 4°. OSMONT. Anglice vertente J. FRAMPTON London 1577. 4°. 1580. 4°. TANNER. p. 297. Ea eſt *Hiſtoria ſimplicium medicamentorum ex novo orbe delatorum, quorum in medicina uſus eſt*, quam latine convertit, & adnotationibus atque iconibus illuſtravit *Carolus* CLUSIUS Antverpiæ anno 1574. 8°.* anno 1579. 8°. 1593. 8°.*, & in collectione operum T. II. Gallice cum ORTA & HUERTA COLINO vertente Lyon 1619. 8°. MONARDUS Americam non adiit, ſed ab hominibus ex novo Orbe reducibus nova inventa didicit, etiam partes medicatarum plantarum ſiccatas accepit. Eas hic recenſet, & virtutes medicas adjicit, Copal, Anime, Tacamahacam, Carannam, Liquidambar, Balſamum Peruvianum, Nicotianam, Guajacum, Chinæ radicem, Salſamparillam, Saſſafras, Lignum nephriticum, Sanguinem Draconis, Mechoacannam, Capſicum, Cevadillam, alia. Addit nonnulla in epiſtola Limæ anno 1568. data *Petrus* de OSMA y XARAYZEJO. Cæterum MONARDES ſuperſtitioſus homo fuit, neque botanices peritus. CLUSIUS pulchras aliquas icones adjecit. Tertium librum N. MONARDUS addidit Sevilla anno 1580. 4°. SEGUIER. quem & ipſum CLUSIUS latine vertit Antverpiæ anno 1582. 8°.* 1593. 8°.* & in ſuis *exoticis.* Canellam novi orbis, Guajacam, Sapindum, Zingiber Americanum, Manyoc & Dominicanum venenatum, & Peruvianum innoxium, Battatas, Balſamum Tolutanum,

 alia

Digitized by Google

alia minus nota hic reperias. CLUSIUS aliqua a *Franciſco Drake* accepta adjecit.

EJUSDEM *De dos medicinas excellentiſſimas contra todo veneno la piedra Bezoar y la Yerva Eſcorzonera* Sevilla anno 1569. 8°. NIC. A. 1574. 8°. cum l. *de ferro, roſa & citriis* 1580. 8. NIC. ANT. Italice 1575. 8°. ANTON: latine *De herba Scorzonera* excuſum inter exotica CLUSII anno 1605. fol. *. Vim ſcorzoneræ adverſus ſerpentes alexipharmacam laudat.

Habet etiam Cl. SEGUIER *Herba Tabaco d'Indìa* Genova anno 1578. 8°. & *della virtu del Tabacco colle ſua operazioni* Venez. anno 12°. Gallice verſum a *Jacobo* GOHORRY & Pariſiis editum anno 1572. 8°. Anglice Lond. anno 1577. 4°. BODL. Redit paſſim cum *Domo ruſtica* J. LIEBAUT.

EJUSD. *De l'huile du liquidambar & de ſes vertus, extraits* de MONARD Lyon du VERDIER.

§. CCCXVI. *Varii.*

Marci NEVIANI *de plantarum viribus poemation* Lovan. anno 1563. 8°. SEGUIER.

Alberti LOLLI *lode dell' agricultura* Ferrara anno 1563. 4°. & inter ruſtica opuſcula CAMERARII.

THOMÆ GALE *herbarium continens nomina, icones, proprietates plantarum a chirurgis uſitatarum*, quod promiſerat ap. TANNER p. 304. non videtur prodiiſſe.

LEONHARDI LESSII S. J. *hygiaſticon ſ. vera ratio valetudinis bonæ* Antverp. 1563. 8°. UFF. 1614. 8°. 1623. 8°. Anglice 1636. 8°. OSB. Germanice Molsheim 1670. 12°. Rabenſperg 12°. 1664. Gallice *le vrai regime de vivre* Paris 1646. 8°. omnes ap. d'ETREES. Dubito num huc faciat.

Guilielmi GRATAROLI *de medicinæ & rei herbariæ origine progreſſu & utilitate*, DIOSCORIDIS *laudibus, inſtituto, & docendi modo, cum* THEOPHRASTO *collatione, defenſione ab objectis, & de regula inveſtigandi ſimplicia; oratio de laude agriculturæ, Dialyſis in* VIRGILII *Georgica: Experimenta multa rei ruſticæ & hortenſis ſcriptorum ejus argumenti Catalogus* Argentorati 1563. 8°.

EJ. *De vini energia & ejus temperatura* Baſileæ anno 1565. 8°. * Coloniæ anno 1571. 8°. SEGUIER.

§. CCCXVII. *Levinus Lemnius.*

Levini LEMNII *ſimilitudinum, quæ in bibliis ex herbis & arboribus ſumuntur explicatio* Antverpiæ anno 1563. 8. * Lugduni anno 1588. 8°. SEGUIER. anno

Digitized by Google

anno 1592. 8°. * 1595. 8°. 1596. 12°. Burette. Erfordiæ anno 1581. 8°. Riv. 1582. 8°. Bass. 1584. 8°. Riv. Seguier. Francofurti anno 1591. 12°. Riv. & 1596. 12°. Riv. 1608. 12°. Riv. anno 1616. 16°. Seg. 1626. 12°. Riv. 1627. 16°. Id. Medicus Zeelandus & Zirickſeæ natus, plantas recenſet, quarum in S. S. mentio fit, addit breves deſcriptiones, & philologiam non inamœnam, denique nonnunquam proprias aliquas adnotationes.

Ejusdem *de miraculis occultis naturæ* L. IV. Coloniæ anno 1567. 8°. Willer. 1581. 8°.* Leid. 1666. 12°. Gallice *les occultes merveilles ou ſecrets de nature* vertente Jacobo Gohorrry. Germanice vertente & adnotationes addente Jacobo Horst Lipſ. 1572. 8°. B. Tig. anno 1574. 8°. Verdier. Admiſcet botanica aliqua de Lauro in Zeelandia naſcente, Rhamno, Corallina. Scopus enim ei fere erat laudes patriæ colligere.

Ejusd. *Dendrologiam* video in Bibl. Tigur. editam Francofurti 1591. 12°.

§. CCCXVIII. *Ciccarellus. Junius.*

Alphonſi Ciccarelli phyſici de Mævania opuſculum *de tuberibus* Patavii anno 1564. 8°.* prodiit. Tuberum eſſe unicum genus, Spoleti & circa Mævaniam optima naſci. Aliqua de lapide fungifero, quem Socer Ciccarelli Romæ & Neapoli viderit.

Hadriani Junii, viri doctiſſimi, *Phallus ex fungorum genere* Delphis anno 1564. 4°. cum iconibus, a Dodonæo recuſus, tum Leidæ anno 1601. 4°. Seguier. & Dordraci anno 1612. 12°. Seguier.

Ejusdem *nomenclator* Pariſ. anno 1567. 8°. Seguier. Antverpiæ anno 1577. 8°. & alias editus; nomina Græca & latina herbarum & fructuum habet, ſæpe cum locis veterum, ut omnino commode adhibeatur.

§. CCCXIX. *Varii.*

Martini Ruland patris, *medicamenta omnia τα ευποριςα*, &c. *cum medicina practica* Argentorati anno 1564. 8°. 1567. 12°. Merkl, *& appendix de doſibus, ſeu juſta quantitate & proportione medicamentorum compoſitorum omnium* Argentorati anno 1567. 12°. Merkl.

Wolfgangi de Bembis ad *Jacobum* Carpentarium *ſuper practicam catholicam de proximo typizandam, in qua, præter ſyruporum, apozematum & catapotiorum compoſitionem, nova triplex Hellebori propinandi methodus continetur* Romæ anno 1564. 8°. Burette.

Girolamo Gatteschi M. S. de agricultura Targionius recenſet *Corograf* p. 101.

Et

Et Bartolomæi Concino elegantem ſermonem de modo plantandi & cuſtodiendi ib. ſcriptum circa 1564.

Girolamo Calestani *oſſervazioni nel comporre gli antidoti* Venez. 1564. 4°. Th.

De l'utilité & repos d'eſprit en l'agriculture & vie ſolitaire par un Préſident en Cour Souveraine Paris anno 1565. 8. *. Declamatio hiſtorica.

Hujus ævi fuerit *Timothei* Camotii Tractatus *de Tabaco Indico*, Italice ſcriptus, & *animadverſiones de ſimplicibus medicinis*, cujus codex exſtat in Bibl. Reg. Pariſina n. 6839. tum de theriaca L. II. n. 7088.

Antonii Fracantiani Vicentini, *de morbo Gallico* liber Patavii anno 1564. 4°. Bononiæ anno 1564. 4°. auctus & emendatus Venetiis anno 1565. 8°. Merkl. anno 1574. 8°.*. Neminem ſe noſſe ſanatum radice Chinæ: neque Sarſaparilla; Guajaci lignum nocere, niſi præparetur, & ducere ad phthiſin, cæterum præſtantiſſimum eſſe remedium. Nihil ſimile Juniperum facere, aut Taxum.

§. CCCXX. *B. de Paliſſy.*

Bernard de Palissy *Abrégé d'Agriculture* Rochelle anno 1564. 4°. Non vidi.

Ejusdem *Receptes véritables, par leſquelles tous les hommes de la France peuvent aprendre à multiplier leurs treſors* Rochelle anno 1563. 4°.* 1564. 4°. alii. *Le moyen de devenir riche, & la maniere d'augmenter ſes treſors* Paris anno 1636. 8°. Figulus, ſed uta chemicus, gnarus artis amauſorum parandorum, curioſus, & experimentorum amans. Philoſophiam naturalem neceſſariam eſſe agricolis. Ut fimus optime colligatur. Cur Acer venas criſpet; decapitari idem, & plurimum per id quaſi vulnus ſuccum deſcendere, offendere durius ramorum lignum, detorqueri per lineas obliquas, ita venas criſpas naſci, eo uberiores, quo numeroſiores ſunt rami. Horti pulcherrimi deſcriptio.

Ejusd. *Diſcours admirables de la nature des Eaux & fontaines*, &c. &c. *De la Marne* Paris anno 1580. 8°.* ſeorſim dictum a Seguiero. Aquam *congelantem* cauſam eſſe incrementi & fecunditatis in plantis, & in animalibus. De Margæ & calcis uſu in fecundandis agris: ab ea terra natam fertilitatem decennio ſupereſſe, non ita, ſi calce uſus fueris; cretam idem non facere. Hanc Margæ utilitatem caſui inventam deberi.

§. CCCXXI. *F. Alexander.*

Franciſci Alexandri Vercellenſis *Apollo compoſitorum & ſimplicium normam ſuo fulgore irradians* Venetiis anno 1565. fol. * Francofurti anno 1614.

Digitized by Google

1614. 4°. vel 1613. 4°. PLATN. Diſpenſatorium eſt, in quo compoſita quidem medicamenta enumerantur, cæterum cuique ſimplicia medicamenta ſubjunguntur, ex quibus illa coaleſcunt. Aliquas, ſed fere vulgares, plantas habet, lectas in collibus Crepacorianis. Multum verboſarum litium cum MATTHIOLO, AMATO, BRASSAVOLA. Sua fere ex DIOSCORIDE & veteribus collegit.

Bernardi SACCI *Hiſtoriæ Ticinenſis* Libri X. Papiæ anno 1565. & in collectione GRÆVIANA. Libri IV. pars ſpectat ad plantas Lomellinæ utiles, Aſparagos, Fungos, Moros, Fœnum, Frumentum, Linum, vinum, Orizam, prata rigua.

Diſpenſatorium uſuale pro Pharmacopæis Coloniæ Colon. 1565. 8°. Non vidi.

§. CCCXXII. *Caſtor Durante.*

Caſtor DURANTE Medicus SIXTI V. *de bonitate & vitio alimentorum* Piſauri anno 1565. 4°. *. Rom. anno 1585. fol. etiam forma longa Piſauri anno 1594. 4°. MERKL. EJUSD. *Il teſoro della ſanita* Venet. 1586. 8°. d'ETR. 1629. 8°. Rom. anno 1632. 8°. FALC. An idem *Hortulus ſanitatis, in welchem alle Kräuter kürzlich beſchrieben Petri* UFFENBACH. Francofurti 1609. 4°. HOTTON. Verſiculi ſunt ex FIERA deſumti, cum facultatum enarratione collectitia: forma lexici.

EJUSDEM *Herbario nuovo* Rom. anno 1584. SEGUIER. anno 1585. fol. * Venetiis anno 1602. fol. BODL. anno 1612. fol. 1617. fol. WACHENDORF. 1625. fol. OSB. 1642. fol. SEGUIER. Tarviſii anno 1657. fol. Venetiis anno 1636. 4°. HOTTON. & 1667. 4°. auctus a J. M. FERRO, BURCKART. Rom. anno 1684. fol. nonnullis figuris auctior, & Francofurti anno 1609. 4°. Germanice anno 1623. 8°. cura *Petri* UFFENBACH. Hiſpanice Venetiis anno 1667. fol. Plantæ ſunt vulgares, quæ in officinis reperiuntur, cum ſubjectis exoticis ſtirpibus ex *Chriſtophoro* a COSTA, tum iconibus MATTHIOLI minoribus, & fuſa facultatum enarratione.

EJUSDEM *Theatrum plantarum, animalium, piſcium & petrarum* Venet. anno 1656. MANDOS.

EJUSDEM *Tractatus de uſu radicis & foliorum Mechoacan* Antverp. anno 1587. 8°. BODL.

EJUSDEM *in Tabacum epigramma* cum EVERARDO Ultrajecti prodiit anno 1644. 12°.

§. CCCXXIII. *Botallus &c.*

Leonardi BOTALLI Aſtenſis, Medici in Gallia Regii, deinde *Wilhelmi I.* Naſſovici Archiatri, *admonitio Fungi ſtrangulatorii* Lugduni anno 1565. 16°. * &c. Fungi

 albi,

Digitized by Google

albi, acri lacte manantis, in familia integra malignos effectus deſcribit, non quidem funeſtos, ut tamen vomitus, alvi fluxum, & animi deliquia fecerit.

PHILIPPI MORE *hope of health wherein is contained a goodly regiment of life and the goodly virtues of ſeveral herbs* Lond. 1565. 12°.

Nicolai SPINDLER *Gewiſſe Erfahrung allerley Arzney, ſamt eigentlicher Contrafaytung aller gemeiner Krauter, Wurzel, Blumen,* &c. Francfurt anno 1566. 8°. Icones exiguæ, & deſcriptiones ſtirpium vulgarium; ad finem accedunt etiam foſſilia & animalia.

THEODORI PLATEANI *new ewig Arzney-Proben, wie die Krankheiten mit geringen Hausmitteln verheilt werden konnen* Regiomont. 1566. 4°.

§. CCCXXIV. *G. Fallopius.*

Gaſpar FALLOPIUS, raro exemplo, & in anatome excelluit, & rei herbariæ minime ignarus fuit, amicus MARANTÆ, L. GHINI diſcipulus, MATTHIOLI adjutor (*f*), ad quem codicem miſerit, in quo excerpta erant ex ORIBASIO (*g*), & ex DIOSCORIDE fragmenta. Ab anno 1551. Patavii ſimplicium lector fuit (*h*).

EJUSDEM *de ſimplicibus medicamentis purgantibus* opus a præceptoris morte edidit *Andreas Marc.* COLINUS, Faneſtris, Venet. anno 1566. 4°. *. Præter multa, *generalia*, quæ ex more ſeculi præmittit, ſingula etiam medicamenta purgantia deſcribit, ad clinicos tamen potiſſimum uſus. Caſſiæ ligneam partem, quam ipſam pulpam, vehementius alvum movere. Radicibus Elaterii ſiccis ſe in hydrope uti. Sennam Florentiæ plurimam coli, & ſe Italicam, ut recentiorem, præferre. Helleborum album vehementiſſimum eſſe. Roſarum ſyrupum cum rore optime parari. Mezereon ſe non adhibere, ſed neque Eſulam.

Adjecta eſt *Epiſtola de Aſparagis* ad MERCURIALEM, data anno 1558. In medicina radicem ſylveſtris Aſparagi debere adhiberi, quæ ſit valentior.

EJUSDEM *Opuſcula* a *Petro* AGATHO diſcipulo edita Patavii anno 1566. 4°. *. Primum eſt de morbo Gallico, ſæpe recuſum, etiam Patavii anno 1564. 4°. Venetiis anno 1565. 4°. & iterum Venet. anno 1574. 4°. De Guajaco agit, diverſo a ligno ſancto. Hujus præcipuam eſſe in curanda lue venerea poteſtatem; ſi haberi nequeat, Guajaci. Coqui cum aquæ duodecuplo ad dimidiam partem & ultra: calide bibi ad 12. uncias in diem, per 30. ad 60. dies. Radicem Chinæ a CAROLO V. non inutiliter adhibitam eſſe, ad arthritidem cum lue venerea conjunctam. Sudorem vehementer movere. Salſamparillam eamdem eſſe, quæ Smilax aſpera: ea tophos oſſeos celeriter ſolvi.

De

(f) Præf. ad edit. anno 1554.
(g) MATTHIOL. p. 850.
(h) TOMASIN *Gymnaſ. Patav.* p. 98.

Digitized by Google

De balſamo, (ſeu Balſamis) *judaico*, *& duobus in America nuper detectis.*

De Aſpalatho triplici, Indico, Græco etiam in Hetruria naſcente, & inodoro, Piſano.

De Santalis, *muſco arborum*, exigua opuſcula.

Redeunt iſta in operibus omnibus Venetiis anno 1606. fol. * excuſis: tum liber *de medicamentis ſimplicibus*, qui omnino in generalibus verſatur: deinde *Commentarii in* DIOSCORIDEM, quos lego etiam ſeorſim Venetiis anno 1566. 4°. prodiiſſe. Poſthumus liber, verboſior, & fere collectitius, cum multis tamen in coævos ſcriptores animadverſionibus: fragmentum cæterum paucorum capitum. Valerianas facit varias, magnam, ſylveſtrem, montanam, mediam, aquaticam: Utendum eſſe ſylveſtri.

De compoſitione medicamentorum liber potius ad pharmaceuticen pertinet Venetiis anno 1570. 4°. recuſus B. THOMAS.

Tribuuntur illuſtri FALLOPII nomini *ſecreti diverſi e miracoloſi* L. III. in quorum priori olea, cerata, unguenta, *electaria*, pilulæ: in ſecundo vina medicata deſcribuntur Venez. 1569. 8°. 1578. 8°. 1650. 8°. Germanice Francfurt 1626. 4°. 1715. 4°. aucta.

§. CCCXXV. *Rorarius. Calceolarius. Duraſtantes.*

Nicolai RORARII *contradictiones dubia & paradoxa* Venet. anno 1566. 4°.* ad vires Cichorii aliaque botanica ſpectant.

Franciſci CALCEOLARII *Iter montis Baldi* Italice Venetiis anno 1566. 4°. inde cum MATTHIOLI *Epitome* anno 1571. 4°.* & Francofurti anno 1586. 4°.* cum ejus Epitomes editione CAMERARIANA. Pharmacopola Veronenſis, L. GHINI diſcipulus, celebrem rararum ſtirpium ubertate montem ipſe inviſit, & brevem dedit cenſum ſtirpium, ibi naſcentium. Uſum eſſe auxilio J. B. OLIVÆ MONTALBANUS.

Muſæum Franciſci CALCEOLARII junioris a *Benedicto* CERUTO inceptum, & ab *Andrea* CHIOCCO perfectum, editum Veronæ anno 1622. fol. B. THUAN. continet Corallia, fructus exoticos rariores. Medicamenta etiam ex Muſæo CALCEOLARII prodierunt cum BRIGANTI verſione MONARDIS Venet. 1616. 8°.

JANI MATTHÆI DURASTANTE *De aceti ſcillitici compoſitione*, *congruo uſu*, *de Aloës ſubſtantia*, *quantitate* &c. Venetiis anno 1567. 8°. Gieſſ. 1614. 12°. Italice Macerata anno 1574. 8°. d'ETREES. FALC. (*i*)

(*i*) *Bibl.*

Digitized by Google

§. CCCXXVI. *J. Wier. Vidus. Luiſinus.*

Joh. WIER *Obſervationum rararum* Lib. I. &c. Baſileæ anno 1567. 4°. * Amſterdam anno 1651. 12°. * & in *operum* collectione *. Cochleariam deſcribit, bonamque ejus dat iconem. In hydrope Gratiolam laudat.

Ricettario molto neceſſario a tutti medici e ſpeziali Firenze 1567. fol. OSM.

JOH. MAPLET *a green foreſt or natural hiſtory wherein may be ſeen the ſovereign virtues of all Kinds of Stones and metalls, herbes, trees, beaſt, fowls, fiſhes* London 1567. 12°. TANNER. p. 508.

Vidi VIDII Senioris, Florentini, *De tuenda valetudine generatim* L. III. *De tuenda valetudine ſpeciatim* L. VII. *De ratione victus* L. VIII. *De medicamentis* L. VIII. In collectione operum Veneta anni 1611. fol. & Francofurtana anni 1626. fol. anni 1645. fol. & 1667. fol. MERKL.

Hoc anno Venetiis prodiit collectio *Aloyſii* LUISINI *de malo venereo.* Eadem H. BOERHAAVII cura recuſa habetur. In ea reperitur.

Alexandri FONTANÆ *quæſtio de malo gallico.*

Benedicti RINII *de morbo gallico.*

Proſperi BORGARUCCII *methodus de morbo gallico.* Hi omnes de ligno Guajaco egerant. Hujus etiam viri extat *fabrica degli ſpeciali* Venez. 1567. 4°.

Alex. Trajanus PETRONIUS L. IV. de ligno Guajaco agit, L. V. de Sarſaparilla, & de Chinæ radice.

Georgii DORDONI *annotationes centum in ſimplicium materie* Papiæ anno 1568. 8°. SEGUIER.

§. CCCXXVII. *Camillus Tarellus.*

Camilli TARELLI *Ricordo d'agricultura* Venez. anno 1567. 8°. SEGUIER. Mantua anno 1577. 1622. 8°. 1735. 8°. Trevigi 1601. 8°. * Liber ſcriptus anno 1567. Prima pars operis fere in eo occupata eſt, ut octies arare jubeat, quartamque tantum ſui agri partem conſerere. Exempla adducit, ut ea frequentior aratio felicem ſucceſſum nacta ſit. Altera pars eſt dictionarium ad agri cultum ſpectans: Multa in eo ſuperſtitioſa & parum firma, ex Veteribus ſumta, quibus nimium noſter tribuit. Neque credo aut ſtipulas utiliter accendi, aut quartam pratorum partem. Repetit etiam multa ſuæ frequentis arationis commoda. Sementim macerare docet in urina fracida, in calce. Parce jubet ſerere: frequenter ſarrire, ſementim abſolvere ante Novembris M. finem. Martio ſata cerealia unicum culmum ferre. Trifolium

Digitized by Google

lium (medicam ut puto) vehementer laudat. Prata jubet in agros convertere, inde in prata reverti, ut nunc in Helvetia ſolent.

FERD. CASSANII *quæſtiones medicæ de mannæ viribus & eſſentia* Neapoli 1567. 4°. TREW.

OLAUS MAGNUS, Gothus, Upſaliæ Archiepiſcopus, qui diu Romæ vixit, *Hiſtoriam regionum Septentrionalium* Baſileæ 1567. fol. edidit, germanice excuſam, ſæpe etiam latine, ut Rom. 1555. fol. Baſil. 1564. fol. Germanice reddidit J. B. FICKLER. In L. XII. aliqua de arboribus ſeptentrionalibus exſtant ſatis accurata. L. XIII. de borealium agricultura, quam laudat, de toto opere ruſtico, etiam panificio & cereviſia, de agris quos vocat cinericios &c.

§. CCCXXVIII. *Marc. Donatus. C. Wirſung &c.*

Marcelli DONATI *de Mechoacanna liber*, Mantuæ anno 1568. 4°. * ad practicos uſus. Gallice cum titulo *de l'admirable vertu de la racine de Mechoacan proprement nommée Rhaindice traduit* par P. TOLET Lyon 1562. 8°. VERDIER.

Chriſtophori WIRSUNG *Arzneybuch, wie man Wurzeln, Kräuter und andre Stück einſamlen und behalten moge.* Heidelberg anno 1568. fol. * 1569. fol. Francfurt anno 1577. fol. correctum a JAC. THEODORO. Neuſtatt anno 1582. fol. 1588. fol. TREW. 1592. fol. Mainz 1605. fol. Francfurt 1619. fol. 1661. fol. Belgice Dordrecht 1593. fol. Poſteriores editiones correctæ a P. UFFENBACH. Brevis catalogus medicamentorum, & adſervandorum modus. Ad finem medicamenti compoſiti, & ſimplicium præparationes.

Jacques GREVIN *deux livres des venins* Anvers anno 1568. 4°. * De venenis ex plantarum genere opus collectitium. Verſionem NICANDRI diximus. Latine convertit JEREMIAS MARTIUS Antverpiæ 1571. 4°. PLATN.

Le Safran de la Rochefoucault Poitiers anno 1568. 4°.

Hugonis FRIDÆVALLIS Sampaulini *de tuenda ſanitate* L. VI. Antverpiæ 1568. 8°. *. In L. II. Plantæ edules ex ordine recenſentur, præmiſſis verſiculis; tum L. IV. condimenta. Liber ipſe collectitius, potiſſimum ex veteribus.

§. CCCXXIX. *Petrus Vittori.*

Petri VITTORI *della lode e della cultivazione de ulivi* Florent. anno 1569. 4°. FALC. &c. anno 1574. 4°. d'ETREES. anno 1600. 4°. THUAN. 1622.

1622. 4°. 1700. 4°. SEGUIER, & cum notis *Joſephi* BIANCHINI Firenze anno 1718. 4°. BURETIE, cum DAVANZATO Florent. anno 1734. 4°.

ANTONII ab AQUILERA *Expoſicion ſobra las preparaziones de Meſve* Alcala 1569. 8°. BODL.

EDUARDI FENTON *ſecreta naturæ ex variis auctoribus collecta* Lond. 1569. 4°. ex Gallice verſa TANNER.

Franciſci VALESII, Covarruviani hiſpani, *notarum ad* GALENI *de ſimplicibus medicamentis* L. V. Compluti anno 1569. 8°. Fere generalia continet.

EJUSDEM *de iis, quæ ſcripta ſunt phyſice in libris ſacris, ſeu de ſacra philoſophia* Turin 1587. 4. MEAD. Francofurti anno 1590. 8°. 1618. 8°. MERCLIN. Lugduni anno 1588. 8°. BASSÆUS. 1592. 8°. * 1595. 8°. BURETTE. tum anno 1622. 8°. 1652. 8°. Vulgaria & ſcholaſtica.

EJUSD. *Controverſiarum medicarum & philoſophicarum* Francofurti anno 1590. fol. * & alias editarum, liber nonus totus fere de plantis agit. tum de medicamentorum in univerſum facultatibus & agendi modo, tum de nonnullis etiam medicamentis peculiaribus, Aloe, Pſyllio, Coriandro, vino. In libro I. aliqua huc pertinent, omnia ad veterum ſaporem, neque ex natura nata.

EJUSDEM *tratado de las aguas deſtiladas peſos e medides de qui los boticarios deben uſar* Madrit 1552. 8°. NIC. ANT.

Ein wunderbarliches Gewächs einer Weizen-Aehre, an welcher 73. andre gewachſen ſind in Schwaben Augſpurg anno 1559. SCHEUCHZER.

§. CCCXXX. *Confortus. Fioravantus.*

Hieronymus CONFORTUS Brixienſis *de vino mordaci* Brix. anno 1570. 4°. BASS.

Leonardo FIORAVANTI *ſecreti rationali* Venet. 1571. 8°. 1591. 8°. BUR. 1620. 8°. ASTR. 1680. 8°. ID. Inde natus eſt l. *Capricci medicinali e compendio dei ſecreti rationali* Venet. 1629. 8°. 1680. 8. BUR. *Auszug der Secreten geheimen Künſte* L. FIOR. Francfurt 1624. 8°. B. TIG.

EJ. *Teſoro della vita umana* Venet. 1570. 8°. * 1582. 8°. 1603. 8°. Germanice *Naturkündigung und Arzney* Francfurt 1618. 8°. & alio titulo Darmſtatt 1627. 8°. Anglice *Phyſical experiments and Secrets* 1652. 4°. Vires aliquas

aliquas medicamentorum ſimplicium minus notas tradit, Pini, Terebinthi, Hellebori, Myrrhæ, Aloës, Betonicæ, &c.

Joh. Caji viri doctiſſimi *De canibus Britannicis* &c. — *De rariorum ſtirpium hiſtoria* Londini anno 1570. 12°. 1729. 8°. * & inter Burmanni poëtas minores Leid. 1731. 4°. * Exiguus libellus: de palmite, Ilice & piſis ſponte naſcentibus agit.

Scipionis Sebastiani Coquillati *materia & forma medicamentorum* Lugduni 1570. Bodl.

In *Laurentii* Joubert *Erreurs populaires & propos vulgaires touchant la médecine & le regime de la ſanté* Bourdeaux anno 1570. 8°. anno 1578. 8°. 1580. 8°. &c. editis aliqua huc ſpectant. In *paradoxis* alicubi tangit rem herbariam ut n. 9. de purgantium medicamentorum modo agendi, expellendo, non adtrahendo.

Ejusd. *Pharmacopæa in qua ſyrupi, condita, aliæque ſimplicium medicamentorum præparationes traduntur* Lugduni 1582. fol., & Gallice *la Pharmacopée avec les annotations* de Jean Paul Zangmeister Lyon 1581. 8°. Bodl. 1579. 8°.

Conradi Heresbach J. C. *rei ruſticæ* libri IV. Colon. 1570. 8°. 1571. 8°. 1573. 8°. Seg. Spiræ 1594. 8°. Falc. 1595. 8°. Seg. & apud Commelinos 1603. 8°. * Liber I. & II. ad rem herbariam faciunt; ex Veteribus collecti. A *Georgio* Markham Anglice verſi prodierunt Londini anni 1577. 4°. 1586. 4°. 1596. 4°. 1631. 4°. Seguier. Idem eſt omnino *Barnaby* Gooche *whole art of husbandry* London anno 1578. 4°. Adanson. anno 1614. 4°. Seguier.

Bartolomeo Scappi Coqui Pii V. *opera nella qual ſi tratta di diverſi vivande* Florent. 1570. 4°. cum icon. 1605. 4°. Thuan. 1643. 4°. d'Etr.

Stephani Gourmeleni Scoti, qui chirurgica ſcripſit, *Pharmacopæa* M.S. eſt in B. R. Pariſ. n. 6879.

§. CCCXXXI. *Nicol. Winkler. Alii.*

Nicolai Winkler, Forchemii, Halæ Suevorum medici ordinarii, *Chronica herbarum, florum, ſeminum, fructuum, radicum, ſuccorum*, &c. Auguſtæ Vindelicorum anno 1571. 4°. *. Germanice Auguſtæ Vind. anno 1571. 8°. Seguier. 1577. 8°. Bassæus. Draud. Plantæ vulgares, & ſecundum menſes digeſtæ, quibus florent, & ſecundum eos, quibus fructus ferunt, ſecundum tempora demum, quibus radices oportet effodere. Diſcipulus Fuchsii loca natalia habet Würtembergica.

De

De la compoſition des médicamens, avec un Traité des poids & méſures de médecine, & un autre du bois de l'Eſquine. Lyon anno 1571. 16°. 1574. 16°. alii.

Victoris TRINCAVELLII *de compoſitione & uſu medicamentorum* Lib. IV. Venetiis anno 1571. 8°. VATER. Baſileæ anno 1571. 8°. MERCL.

Herbarium novum ſ. methodus cognoſcendorum ſimplicium Venet. 1571. 4°. BASS.

G. Bapt. TEBALDI *diſcorſo dell' agricultura* M.S. laudat TARGIONIUS *Corograf. Toſcana* ad ann. 1571.

JOACHIMUS CURÆUS Annales ſcripſit *ſ. Chronicon Sileſiæ* & *Wratislaviæ* Germanice Witteberg. 1571. 4°. Francfurt 1585. Leipzig 1600. Isleben 1601. Ex eo dicitur multa ſumſiſſe CASPAR SCHWENKFELD.

JOH. VISCHER *de frumentis & frumentariis* Tubing. 1571. 4°. B. TIG.

§. CCCXXXII. *Philippus Florentinus. Alii.*

Philippi FLORENTINI monachi *Compendio delle facolta de' ſimplici* L. V. Firenze anno 1572. 8°. *. Etſi collectitium eſt ex antiquis opuſculum, tamen plantas circa Piſas ſponte naſcentes ab auctore lectas habet, cum locis natalibus, & nominibus hetruſcis.

Joh. FRAGOSI *Diſcurſos de las coſas aromaticas arboles fructos y medicinas ſimples de las Indias* Madrit anno 1572. 8°. Latine recuſi Baſileæ 1600. fol. CLESS. anno 1601. 8°. *. cum titulo *Tractatus aromatum, fructuum & ſimplicium ex utraque India delatorum*, vertente ISRAELE SPACHIO. Compilavit MONARDEM, *Garciam* ab ORTA, & CLUSIUM, ipſo candidiſſimo CLUSIO teſte (*k*).

EJUSDEM *liber de ſuccedaneis medicamentis recte ſubſtituendis* Mantuæ, niſi ea eſt Madritum, anno 1575. 8°. Madrit. anno 1583. 4°.

Benedicti PATINII *Diſputatio de Acetoſa an alvum cieat, an ſtringat* Brixiæ anno 1572. 4°. *. Deſcribit Rhabarbarum monachorum (Rheum vulgo), & ventrem movere expertus eſt; Acetoſam vero alvum adſtringere, niſi mucum offendat, quem abſtergat.

EJUS *opuſcula*, inter quæ eſt L. *de venenis* L. III. 1572. 8°. RIV. & libellus, quem modo diximus.

Jodoci HARCHII *Enchiridion medicum ſimplicium pharmacorum, quæ in uſu ſunt, nomenclaturam, hiſtoriam, facultates & adminiſtrationem poëmate comprehendens,*

(k) Præf. ad G. ab ORTA L. I. c. 26.

Digitized by Google

bendens, Baſileæ anno 1573. 8°. *. Lexicon eſt plantarum aliorumve medicamentorum ſimplicium, cum elegis ad ſingula, cum nominibus ex quinque linguis, cum deſcriptione aliqua, & facultatibus. Non eruditiſſimus, Balſamitam in cœmeteriis naſci ait, & Chalcitidem ſcribit χαλχιτιν.

Joh. du Bois *obſervationes in methodum miſcendorum medicamentorum obſervationes, quæ in quotidiano uſu ſunt* Pariſ. anno 1572. 8°. Platn. London 1633. fol. Haagæ anno 1640. 12°.

De medicamentorum ſimplicium gradibus & compoſitionibus auctoris incerti Tigur. 1572. 8°.

Hieronymi a Tovar *de ponderibus* (doſibus) *medicamentorum* Hiſpali 1572. 4°. Lind.

§. CCCXXXIII. *Africus Clemens.*

Africo Clemente *Padovano trattato dell agricultura, & il vero modo di coltivare le coſe di villa* Venez. anno 1572. 8°. * Trew. 1573. 8°. Bassæus. anno 1577. 8°. & 1608. 8°. Seguier. anno 1714. Seguier. Vicenza anno 1623. 8°. Falcon. Trevigi cum Libro VII. anno 1677. 8°. Seguier. & anno 1692. 8°. Germanice *Africi Clementis ſieben Bücher vom Feldbau und Ackerwerk durch* Hieremiam Martium Strasburg 1580. 8°. Domus eſt ruſtica ex veteribus Geoponicis collecta; habet tamen aliqua ſibi propria. Arenoſum ſolum Aratrum male ferre, ſolum forte frequenter debere arari. Ut terra in agrum convertatur. Pratorum utilitas & per arationem emendatio. Satio Medicæ. Frumenta. In L. II. Arbores & inſitio varia. L. III. Horti & olera. L. IV. Vites. L. VI. Opera menſtrua.

§. CCCXXXIV. *Varii.*

Corpus pharmacopolii, ſeu virtutes herbarum Argentorati anno 1573. fol. Seguier.

Jaques Besson *art & moyen parfait de tirer huyles & eaux de tous medicamens ſimples* Paris 1573. 8°.

Filareto *breve raccolto di belliſſimi ſecreti per il ſervitio ed ornamento delle donne* Florenz 1573. 8°. niſi eſt Marinelli opus.

Guilielmi Sarcerii *geiſtlicher Herbarius, in welchem beſchrieben werden allerley Erdgewachs, deren in* H. S. *und in den Büchern* D. Martin Luthers *gedacht wird* Francfurt 1573. fol.

Luy de Marmol Carvaial *deſcription generale de Africa* T. I. II. Granada 1573. Tom. III. Malaga 1599. fol. Osmont. Gallice vertente d'Ablancourt Paris 1667. fol. 3. Vol.

§. CCCXXXV. *Adolphus Occo III.*

Medicus Auguſtanus, Geſneri amicus, vir undique doctiſſimus, auctor eſt *Pharmacopœjæ ſ. medicamentarii pro Republica Auguſtana : cui acceſſerunt ſimplicia omnia uſitata, & in eadem & compoſita adnotationes* Auguſt. Vindelicorum 1573. fol. 1574. fol. 1580. 8°. 1581. fol. Trew. fol. & 4°. 1597. fol. 1613. 1622. Trew. 1640. fol. Thomas. 1643. 8°. Lamb. 1643. 8°. Riv. 1646. Gunz. 1653. 1673. 8°. Uff. 1684. fol. Trew. 1694. fol. Trew. 1710. fol. 1734. fol. 1735. fol. ſubinde aucta & emendata, tum Roterdam 1653. 8°.

§. CCCXXXVI. *Georgius Melich.*

Medicus Auguſtanus. Ejus *avvertimenti nelle compoſizioni de' Medicamenti per uſo della ſpeziaria con una diligente eſaminazione de molti ſimplici* Venez. 1574. 4°. 1575. 4°. 1648. 4°. cum deſcriptione & facultatibus Nicotianæ. Latine verſum *de recta medicamentorum quorum hodie opus eſt parandorum ratione Commentarii* Witteberg. 1586. 4°. Bass. Francof. 1600. 12°. 1657. 8°. Germanice *Antidotarium wolbereiter Arzneyen, Latwergen, Pulver* &c. Görliz 1589. 8°.

Joh. Jones Cambrobritanni *of the natural beginning of all growing and living things* Lond. 1574. 4°.

§. CCCXXXVII. *Bartholomæus Carrichter.*

Bartholomæi Carrichter de Recringen medici *Maximiliani II. Krauterbuch, in welchem Zeichen Zodiaci, auch in welchem Grad ein jedes Kraut ſtehe, wie ſie in Leib und zu allen Schäden zu bereiten,* Strasburg anno 1573. (Philomusi præf.) 1575. 8°. Bass. anno 1589. 8°. * 1597. 8°. Trew. 1600. 8°. *Cat. lib.* ad 1602. 1614. 8°. 1619. 8°. B. Tig. & fol. 1621. 8°. 1652. 8°. Noribergæ anno 1625. 8°. Boehm. 1652. 8°. *Kräuter- und Arzneybuch* Norib. 1686. 8°. Seguier. hic auctum a Cardilucio & Tubingæ 1739. 8°. Hunc librum M. Toxites edidit abſque iconibus, in quo plantæ cuique ſuum Zodiaci ſignum adſignatur, cui ſubjecta ſit, & in quoque ſigno ſuus inter quatuor gradus : deinde poli altitudo, ſigna & tempus, in quibus colligi oporteat, cum viribus medicatis ſæpe nimiis, etſi Auctor paſſim ad experimentum ſuum provocat, & v. g. mentha quadam polypum narium ſe ſanaſſe adfirmat. Unam & alteram plantam ait a ſe ſolo lectam eſſe, quam non adgnoſcas. Ordo eſt ſecundum ſigna Zodiaci, quibus ſuæ plantæ ſubjiciuntur, neque deſcriptæ, neque depictæ.

Digitized by Google

Ejusdem *die Teutſchen Speiskammer, oder Beſchreibung desjenigen, was bey den Teutſchen — die Geſunden und Kranken betreffend, im gemeinen Gebrauche iſt* Nürnberg Boehm. Amberg 1610. 8°. Draud.

Ejusdem *Buch von der Harmoney, Sympathie und Antipathie der Kräuter, nebſt* J. H. Cardilucii *Erläuterungs-Anhang* Nürnberg 1686. 8°. de harmonia, ſympathia & antipathia herbarum. Ingenium idem: temeraria, nulloque argumento nixa diſtributio plantarum ad planetas, ſigna Zodiaci, horas, quibus, neque aliis, quamque plantam legere oportet. Multæ plantæ ſunt, quarum ſpecies non datur definire, ut Federkraut, vulnerariorum medicamentorum princeps, petroſelinum ſylveſtre, Kayſers-Sonne. Aliis incertæ vires medicæ tribuuntur, ut Chamædry vis purgans: Clematidis foliis in ſolea geſtatis ad educendas aquas hydropicas, elixirio ex ſucco pedicularis cum oleo vitrioli extracto. Editor aliqua ſua addit, ut de vi papaveris rhœados opio adfini, de utilitate medica venenatarum plantarum, de mitigatione hycocyami per ſalem tartari. Idem editor & longam præfationem addidit & appendicem, in qua per multa vagatur, Alchemiſta & Theoſophus.

Krauterbuch, darinn die Kräuter des deutſchen Landes aus dem Lichte der Natur nach den himmliſchen Einflieſſungen beſchrieben durch Philomusum Anonymum, *durch Michael* Toxitem *in Druck geben* Strasburg anno 1576. fol. * 1595. fol. iſta editio cum titulo *Horn des Heiles menſchlicher Blodigkeit* Trew. 1619. fol. Seguier. 1673. 8°. Diverſum a priori p. 347. opus, plantis primo loco, deindehiſtoria & facultatibus recuſis. Paucæ ſunt plantæ, cum iconibus Tragianis, & ſimili omnino graduum poli, ſignorum Zodiaci, & graduum cujusque ſigni diſcrimine. Deſcriptiones ſatis fuſæ & novæ.

Etiam hoc opus eſt Carrichteri, ad Paracelsi placita factum. Nam in editione Francofurtenſi anno 1673. 8°. idem opus cum adjecto nomine *Bartholomæi* Carrichter prodiit.

§. CCCXXXVIII. *J. Strüppe.*

Joachimi Strüppe a Geilhausen *Antidotarii trimaſtigi*, id eſt, *medelæ trium extremorum — Dei flagellorum libri I. adumbratio, ſeu anchora famis, ſitis, valetudinisque mortalium* Francofurti anno 1573. 4°. * & 1574. 4°. Uff. germanice. Omnino huc facit. Panem omnis generis ex aliis præter cerealia plantis facere docet, potumque ex variis herbis, baccis & fructibus. Deinde Euporiſta varia ex herbis ſumta docet.

In lib. *de mumia* agit de balſamo, & una de myrrha, aloë, rheo, lingo indico, china, ſarſaparilla, lignis odoratis.

Digitized by Google

Nicolas HOVEL *Traité de la thériaque & Mithridat, en deux livres* Paris anno 1573. 8°. * Pharmacopola Pariſinus, ſimplicia medicamenta recenſet, ex quibus theriaca componitur, & ex DIOSCORIDE, ex que nuperis deſcribit.

Ediderat etiam anno 1571. & 1572. 8°. Pariſiis *Pharmaceutica* B. HOTTON cui alium titulum dat BASSÆUS *Pharmaceutices* nempe L. II. *Prior continet omnia Meſvæ theoremata in tabulas redacta* per NICOLAUM HOVEL. *Poſterior* eſt J. TAGAULTII *de ſimplicibus medicamentis purgantibus* Paris 1572. 8°.

Antidotarium Bononienſe anno 1574. 4°. 1615. 4°. OSB. 1641. 1674. 4°. ORLAND.

Etiam *Epitome ejus Antidotarii* prodiiſſe dicitur Bonon. 1574. 4°. 1576. 4°. auctore ALDROVANDO.

J. MILIUS VOLTOLINAS *de hortorum cultura* L. III. Brixiæ anno 1574. 8°. MONTALBAN. 1575. 8°. QUADRIO.

Thomæ ERASTI (LIEBER) *De occultis pharmacorum poteſtatibus, & de medicamentorum purgantium facultate* Baſil. 1574. 4°. B. Bern. * Fere generalia ſectatur.

EJUSDEM *Examen de ſimplicibus, quæ ad compoſitionem theriacæ Andromachi requiruntur*, &c. Lugduni anno 1606. 4°. 1607. 8°. RIV.

R. SCOT *Perfect platforme of a hopegarden and neceſſarie inſtructions for the making and mayntayning thereof* London anno 1574. 4°. HARL. 1576. 4°. TANNER. 1578. 4°. TANN.

Pflanzbuch nebſt einem Wetterbüchlein 1574. fol. HAUSVAT.

Joſiæ SIMLER *Valeſiæ & Alpium deſcriptio* Tiguri anno 1574. 8°. & apud Elzevir anno 1633. 16°.* Amicus GESNERI & *bibliothecæ* ſummi viri editor, atque continuator. Quæ ad plantas pertinent, ea ex ARETIO ſumta ſunt, ex GESNERO de herbis lunariis, & ex FABRICII Monte Galanda.

§. CCCXXXIX. *Carolus Cluſius.*

Caroli de l'ECLUSE ſeu CLUSII Opera hic recenſebimus. Atrebas, vir nobilis, medicinæ Lic. multarum linguarum peritus, coſmographus, qui ipſe mappas delineaverit, multis per Germaniam, Auſtriam, Hungariam, Belgium, Angliam, Galliam Narbonenſem, Hiſpaniam & Luſitaniam itineribus plantarum maximam peritiam adquiſivit, plurimas novas vel invenit, vel certe inter

ter

Digitized by Google

ter GESNERI codices latentes reſtituit, bene diſtinxit, deſcripſit, multasque depinxit (*l*). Inde, cum ad magnam ætatem perveniſſet, partim in Aula Cæſarea, partim Francofurti, partim Leidæ inter hortos conſenuit, ut eorum relegendorum, quæ juvenis laboraſſet, ſumma opportunitate gauderet, ſtirpesque Europeas cum iis conjungeret, quas plurimus eo tempore Hiſpani, Luſitani, Angli, & Belgæ in Europam ex utraque India referebant. Candidus homo, plurimos habuit amicos, quorum opera ex univerſo orbe plantis ditaretur. Ad methodum nondum reſpexit, & aliquanto frequentius ex ſtatura aliisque minoris momenti notis ſpecies diſtinxit.

Omittimus verſionem DODONÆI, quam juvenis dedit.

Primum, quod mihi occurrit, ſummi viri opus eſt *Recueil d'aucunes gommes & liqueurs, de quelques bois, fruits & racines aromatiques:* quod prodiit cum verſione gallica DODONÆI Antverpiæ anno 1557. fol. * ea forma, quæ FUCHSII, cum iconibus nonnullis, etiam Tragacanthæ, Opuntiæ. Doronicum pro Aconito Pardalianche habet.

Rariorum aliquot ſtirpium per Hiſpanias obſervatarum hiſtoria L. II. expreſſa Antverpiæ anno 1576. 8°. * Circa annum 1564. (*m*) CLUSIUS in Hiſpania & Luſitania fuerat cum FUGGERO. In calida & beata regione magnam vim plantarum, & potiſſimum fruticum, primus detexerat, & pulcherrime delineaverat, quarum hic 229. figuras dat: earum aliquæ ſunt DODONÆI: opus totum fere novum & proprium.

Garciam ab ORTA in compendium redegit, & edidit Antverpiæ anno 1574. 8°. * 1579. 8°. * 1582. 8°. * &c. notas addidit & icones aliquas, tum anno 1582. pluſculas icones partium plantarum a F. DRAKE miſſarum, & icones *Alphonſi* PANCII medici Ducis Ferrariæ, quas nunc veras eſſe adgnoverat.

Eumdem laborem in *Chriſtophoro* a COSTA repetiit, quem continuo dicemus, cumque in epitomen redegit, ejusque rudiuſculas icones rejecit.

Nicolaum MONARDEZ Antverpiæ anno 1574. 8°. * 1579. 8°. * & 1582. 8°. * edidit, & perinde notis auxit & iconibus.

Majus opus ſecutum eſt Antverpiæ anno 1583. 8°. * (RIV. 1584. 8°.) *Rariorum aliquot ſtirpium, per Pannoniam, Auſtriam & vicinas quasdam Provincias obſervatarum hiſtoria IV. libris expreſſa.* Hoc eximio opere plantas alpinas plerasque, in Auſtriacis & Stiriacis alpibus lectas, ab anno retro 1574. deinde plantas dat calidæ Pannoniæ & inferioris Auſtriæ; ſed etiam Francofurtenſes, denique hortenſes varias. In plurimis GESNERUM & *Johan.* BAU-

(l) *Præfat. ad plant. var. Hiſp.*
(m) Olyſippone anno 1564. viderat arborem Draconis p. 13.

Digitized by Google

HINUM prævertit. Icones aliquanto minus eleganter ſculptæ, quam in opere priori, ſatis tamen bonæ, & ad naturam factæ, omnino 358. Hic magna genera reperias, ex habitu equidem magis collecta, quam ex charactere. Subjecta eſt *Appendix* & *nomenclator Pannonicus.*

Stirpes Pannonicas & Hiſpanicas cum titulo *Rariorum plantarum hiſtoria* 76. nunc annorum ſenex in L. VI. congeſtas Antverpiæ anno 1601. fol. * reddidit. Adjecit paſſim hortenſes, & vulgatiores.

Subjecta eſt *Appendix* paucarum plantarum omiſſarum; tum *Commentariolum de fungis*, novum opus, quo inſignem earum plantarum numerum deſcripſit, aliquas etiam depinxit, ſumtus faciente *Balthaſare* BATHYANY, viro ILL.

Exoticorum libri X. Antverpiæ anno 1605. excuſi * continent *Garciam* ab ORTA, C. a COSTA, MONARDUM, & BELLONIUM, cum ſummi viri notis & figuris. Continet præterea *libros exoticorum VI. novos.* In IV. prioribus libris arbores, plantæ, fructus, radices, lacrumæ variarum plantarum Indicarum deſcribuntur, iſta fere abſque toties plantæ figura. In L. VI. cum animalibus marinis plantæ marinæ conjunguntur.

Cum exoticis prodiit *Appendix altera ad hiſtoriæ plantarum rariorum Libros* VI. in qua plantæ rariores variæ, liliaceæ etiam potiſſimum, ſed etiam Fungi continentur.

A morte ſummi viri ſecutæ ſunt *Curæ poſteriores* Antverpiæ anno 1611. fol. * & 4°. BURETTE, quæ iterum appendix eſt & ad hiſtoriam ſtirpium rariorum, & ad exotica. Plantæ hic rariores, hortenſes potiſſimum, deſcribuntur, & pulchre delineantur. Obierat annos natus 84. anno 1609.

Vertit etiam *Antidotarium Florentinum*, & anno 1561. Antverp. edidit fol.

Diximus amicitias doctorum virorum feliciter coluiſſe. Quare & pluſcula amicorum monumenta inter ſcripta CLUSII exſtant. Cum hiſtoria rariorum prodierunt *Honorii* BELLI Vicentini, medici Cydonienſis, *epiſtolæ de plantis Creticis, Ægyptiis novis & rarioribus.* Exdatæ ſunt ab anno 1594. ad annum 1598.

Tobias ROELS agit de Manyoc, Inhames, Palmis nonnullis: libellus datus eſt anno 1597.

STEPHANUS BEITHE, theologi, Plantarum hungaricarum catalogus exſtat cum CLUSIO.

J. PONÆ plantæ montis-Baldi, quas alias rectius dicemus. Annus adjectus eſt 1595.

Paſſim etiam ob plantas ad CLUSIUM miſſas citatur nomen *Thomæ* PENNÆI medici Londinenſis, qui herbas Helveticas ſollicite inquiſiverat, tum *Jacobi* PLATEAU Turnacenſis: *Johannis* DORTMANNI pharmacopœi Groningani, cujus nomini planta ab eo ipſo inventa conſecrata eſt: idem Hirculum &

Digitized by Google

& Trifolium fragiferum miſit. Hiſtoriam plantarum Friſicarum ſuſceperat ſcribendam, quam *Augerio* CLUTIO amicus tradiderat *(n)*.

Porro inter CLUSIANOS amicos nomen exſtat *Nicolai* PEIRESCI, a quo CLUSIUS ſtyracem fundi PEIRESCIANI indigenam habuit *(o)*; *Thomæ* BOELII qui Hiſpanicas, *Johannis* HOOGHELANDI qui hortenſes plantas miſit; ſic *Nicolaus* LEQUELT rhizotomus, *Matt.* CACCINUS nobilis Florentinus, & *Joachimus* VENERIUS, tum *Bernhardus* PALUDANUS Friſius, qui Ægyptum & Syriam adierat.

In exoticis amicus Arabicæ linguæ gnarus CLUSIO, hujus linguæ ignaro, ſubvenit, *Garciæ* ab ORTA errores correxit, & Arabicas verſiones paſſim emendat.

P. *Gregorii* de REGIO Capucini *libellus de Capſico*, cum 13. iconibus anno 1607. ad CLUSIUM miſſus, ex Italico ſermone converſus, prodiit cum *curis poſterioribus*. Is libellus ſeorſim etiam Bononiæ anno 1613. prodiit.

IDEM GREGORIUS multas & perraras ad COLUMNAM plantas miſit: & paſſim ad CLUSIUM, ex alpibus etiam potiſſimum Tyrolenſibus.

Exotica CLUSII prodierunt, vertente *Antonio* COLIN, Lugduni anno 1619. 8°. BURETTE, cum titulo *Des Drogues, Epiceries, & de certains médicamens ſimples, qui naiſſent aux Indes & en Amérique par Garcie* du JARDIN, C. de la COSTE & N. MONARD *avec adnotations & augmentations.*

De Fungis codex CLUSIANUS in Bibliotheca Leidenſi exſtat *(p)*.

Exiguus denique libellus CLUSII Marpurgi anno 1630. 12°.* prodiit cum HORSTIANIS, in quo ſemina & bulbi recenſentur, quos ad Electorem Palatinum miſerat, cum cujusque ſtirpis cultu.

§. CCCXL. *Matthias de l'Obel, & P. Pena.*

Non divellemus a CLUSIO LOBELIUM, qui multas CLUSII icones inter ſuas receperit, liberius ob communem bibliopolam ea facultate uſus. *Matthias* de l'OBEL Inſulanus ad ſummum ſenium in Anglia fere vixit, Daniam etiam adiit.

Edidit *Petrus* PENA Narbonenſis & *Matthias* de LOBEL *Nova ſtirpium adverſaria, ſeu perfacilem inveſtigationem ad priſcorum & recentiorum materiam medicam* Antverpiæ anno 1576. fol. * Dedicatio data eſt Londini anno 1570. ubi anno 1570. 1571. & 1572. Adverſariorum LOBELII editio paulo minus plena prodiit. Plantæ fere ſunt Narbonenſis Galliæ, tum Angliæ, Helvetiæ, Tyroliæ,

(n) Hemerob. præf.
(o) Cit. PEIRESC.
(p) BREYNE de fung. offic. p. 32.

Digitized by Google

Tyroliæ, Italiæ, Germaniæ, per propria itinera deſcriptæ, & earum multæ rariores, novis, parvis equidem, iconibus expreſſæ. Dictio dura & incorrecta. Multa hic omnino nova, multa Gramina, multi Cardui, tum rariores plantæ calidarum regionum & alpium, parum notæ, aut novæ. Conferuntur cum DIOSCORIDEIS, cujus interpretes, atque potiſſimum MATTHIOLUS, ſæpe corriguntur, ut omnino ſit inter præcipuos inventores, quiſquis hujus operis auctor eſt. Vix enim poſſis diſtinguere, quæ PENÆ ſint, quæ LOBELII, qui poſterioribus in editionibus omnia ſibi vindicavit. Aliqua hic claſſium naturalium rudimenta ſunt.

Accedit huic editioni *appendix* plantarum liliacearum & aliarum, quæ ad ſtirpium illuſtrationes potius pertinent.

Deinde cum utroque nomine *Petri* PENÆ & LOBELII prodierunt Londini anno 1605. fol. * & Leidæ 1618. fol. TREW. *dilucidæ ſimplicium medicamentorum explicationes & ſtirpium adverſaria:* nihil mutata.

Sed accedit *Matthiæ* de LOBEL, Regis *Jacobi* botanographi, *Adverſariorum altera pars cum prioris illuſtrationibus, caſtigationibus, auctariis.* Hic Gramina, Liliaceæ, etiam peregrinæ plantæ deſcribuntur.

EJUSDEM MATTHIÆ *Balſami, Opobalſami, Carpobalſami, Xylobalſami cum ſuo cortice explanationes & collectanea ad* CLUSIUM; alia practici argumenti multa Londin. 1598. 4°. & cum adverſariis 1605. fol. * Editionem Francofurtenſem anni 1651. fol. citat Cl. SEGUIER.

Plantarum ſeu ſtirpium hiſtoria Matthiæ de LOBEL, *cui adnexum eſt adverſariorum Volumen* Antverpiæ anno 1576. fol. * 1595. fol. Cat. lib. Germ. 1500 - 1600. Poſterius eſt adverſariis, quorum paginas ſequitur & citat. Plantarum icones habet, quæ in adverſariis deſiderantur, vulgatiorum, aut hortenſium, aut alioquin apud DODONÆUM CLUSIUMve reperiundarum, cum perbrevi hiſtoria. Paucæ icones ſunt LOBELII.

Kruydtboeck of beſchryvinghe van allerley gewaſſen, kruyderen, heeſteren ende gheboomten Antverp. anno 1581. fol. 2. Vol. *. Hic & hiſtoria plantarum, & adverſaria conjuncta exſtant, & plantæ aliquæ rariores Belgicæ, quæ in neutro opere reperiuntur, cum numeroſioribus, quam hactenus in ullo opere, figuris ex DODONÆO, CLUSIO & LOBELIO ſumtis, hiſtoria etiam medica multo uberiori. Aliquanto plures habet plantas, ne in ſequente quidem opere expreſſas, ut Perſicariam Tornacenſem.

Plantarum ſeu ſtirpium icones fol. long. anno 1581. * etiam Antverpiæ prodierunt. Sola ſunt nomina plantarum ex adverſariis, exque ſtirpium hiſtoria ſumta. Adſunt prioris operis figuræ omnino 2191., etſi CLUSIANA penus minime exhauritur. Hac editione auctores rei herbariæ vulgo utuntur. Aliam editionem anni 1591. habet RIVINUS.

EJUSDEM

Digitized by Google

Ejusdem Lobelii in Rondeletii *pharmaceuticam officinam animadverſiones* Londini anno 1605. fol. * 1618. fol. Trew. De compoſitis equidem medicamentis agitur, intercurrunt tamen ſimplicium medicamentorum hiſtoriæ & icones propriæ aliquæ: tum ſuccedanea, quæ etiam in Belgica editione reperiuntur, Sylvii, Cordi, aliorum, quibus noſter uſus eſt.

Ad ſummam ætatem uſque bonus ſenex in plantis laboravit, & opus herbarium paravit, cui deſtinabat plantas a ſe ipſo (*q*) & ab uxore (*r*) in itineribus per Angliam lectas. Sed labori immortuus eſt anno 1616.

Multæ plantarum etiam alpinarum Lobelii in manus Parkinsoni inciderunt: alias *Guilielmus* Howe ſervavit, & *ſtirpium illuſtrationes* vocavit, Londinique anno 1655. 4°. * absque iconibus edidit, fere 280. pleraſque ineditas. Gramina plurima, Anglica pleraque, tum plantæ ſunt rariores & peregrinæ, Anglicæ, Africanæ a T. Boelio miſſæ, etiam alpinæ, & inter iſtas rariſſimæ, ut Seda alpina, inter quæ Cherleria latet. Editor furta Parkinsoni ad ſingulas plantas indicat.

§. CCCXLI. *C. Gemma. J. Alexandrinus. Quercetanus.*

Cornelius Gemma nihil ſcripſit herbarii argumenti; ad Lobelium vero plantas miſit, & exſtant cum ejus nomine notæ Orchides.

Josephus du Chesne, vulgo Quercetanus, dedit jam Lugduni 1576. 8°. *l'Antidotaire ſpagirique pour préparer & conſerver les medicamens.*

Ejusdem *Sclopetaires ou traité des arquebuſades* Lyon 1600. 8°. Trew. potiores vulnerariæ, plantæ utiles, & alia medicamenta.

Ejusdem *Diæteticon polyhiſtoricum* Paris anno 1608. 1615. 8°. Ebroduni 1607. 8°. Facultates ciborum deſcribit, etiam per experimenta, & recte facit, quod Gallicos ſibique familiares cibos potiſſimum recenſet, non ut ſolebant, veterum non ſatis nobis cognitum victum: quæ vero ſcripſit, potiſſimum de ſua Vaſconia debent intelligi. Percurrit plantas edules. Vina etiam & coquinariam tradit. Gallice audit *Portrait de la ſanté par du* Chesne St. Omer anno 1606. 8°. 1618. 8°. Germanice verſ. a J. a Ringelstein Nurnberg. 1686. 4°.

Ejusdem *Pharmacopæja dogmaticorum reſtituta, ſelectiſque hermeticorum floſculis illuſtrata* Paris anno 1607. 8°. Gieſſ. anno 1607. 4°. Lipſiæ anno 1607. 8°. (ita Merklin) Ebroduni 1607. 8°. Francof. 1615. 8°. Italice *le richezze delle riformata farmacopea* Venez. 1677. 8°. Habet formula omnis generis,

(q) Nimium tamen memoriæ ſuæ tribuiſſe, & plantas in Anglia indigenas dixiſſe, quæ nusquam reperiantur Rajus.
(r) Singer *Epiſt.* ad Hildanum.

Digitized by Google

generis, extracta plantarum, ſyrupos, & ſimilia UFFENBACHIUS recudi fecit Hanoviæ 1631. 4°.

EJUSD. *de exquiſita mineralium, animalium & vegetabilium medicamentorum ſpagyrica præparatione & uſu* Lyon 1600. 8°. Aliqua vini analyſis, eſſentiæ plantarum, lacrumæ, reſinæ.

EJUSD. *de dogmatica medicorum legitima & reſtituta medicamentorum præparatione* L. II. St. Gervais 1603. 8°. Lipſiæ 1613. 8°. cum ſignaturis plantarum, aquis deſtillatis, elixiriis, vinis medicatis &c.

EJUSD. *de ſimplicibus & eorum ſignaturis*. Habet ſignaturas a coloribus, figura, foliis perforatis aliusque ejusmodi notis.

SCHROEDER Quercetanum *redivivum dedit*, Francofurti 1679. 4°.

Julii ALEXANDRINI, Cæſarei medici Primarii, *Salubrium ſeu de ſanitate tuenda* L. XXXIII. Colon. anno 1575. fol. Pertinet huc Liber VIII. de cerealibus, liber IX. de oleribus, liber X. de fructibus, l. XVI. & XVII. de potu, l. XVIII. de condimentis. Omnia collectitia & verboſa. CRATONEM paſſim pungit.

EJUSDEM ad R. DODONÆUM *Epiſtola apologetica* Francofurti anno 1584. 8°. *. De Fabis veterum agitur; eas inter Phaſeolos DODONÆUS cenſebat, JULIUS ad noſtras Fabas refert, etſi veteres eas rotundas fecerunt. Argumenta ſua potiſſimum ſumit a pondere ingente 15. omnino granorum, ab hilo in ſumma Faba eminente nigro, ab aqua, quam dat coſmeticam, a ſtercoratione, quam coloni faba moliuntur. Neque acerbitate abſtinuit.

§. CCCXLII. *Varii.*

HENRICI KNAUFF *von der Kunſt Bier zu brauen* Erfurt 1575. 8°. DRAUD. Francfurt 1575. 8°. alii.

JACOBI SCHOBER *Schatzkämmerlein wider Gift — Erklärung aller Kräuter und Wurzeln, ſo wider Gift zu brauchen ſind* Gratz 1575. 8°. Cat. ad annum 1602.

MICH. SAVANAROLA *l. della natura e virtu delle coſe che nutriſcono, riformato ed accreſciuto* per BARTOL. BOLDO prodiit Venet. 1575. fol. BUR. 1576. 4°. BOEHMER.

MAXIMILIANO de LUCIO *Comm. in* L. GALENI *de Ptiſana* Venet. 1575. 8°.

La proprieté & vertu des Eaux & herbes utiles pour la ſanté par les medecins de Basle Lyon anno 1575. 12°.

§. CCCXLIII. *Henricus v. Ranzov.*

Henrici v. RANZOV *de conſervanda valetudine*, liber editus a *Detlevo* SYLVIO Lipſ. anno 1576. 8°. BURKH. anno 1580. 1582. 8°. Antverpiæ anno

Digitized by Google

anno 1580. 1585. 8°. Burette. Francofurti anno 1591. 12°. 1592. 12°. Mercl. anno 1596. 12°. Schulz. Riv. anno 1604. 12°. Lipſiæ anno 1617. 16°. *. Germanice, auctum a J. Wittich Baſileæ anno 1588. 8°. * 1594. 4°.* & 1601. 4°. Draud. Parum habet huc faciens, aquas tamen, infuſa, & alias formulas ex vegetabilibus, unove vegetabili factas.

Editioni Macri ſui, Lipſiæ anno 1590. 8°.*, Ranzovius præmiſit catalogum ſtirpium medicarum, cum ſubjectis earum medicatis viribus.

Regimen ſalernitanum edidiſſe dicitur, cujus eſt editio Hamburg 1642. 4°.

J. *Pauli* Crassi, *Bernhardi* Turrisani & *Marci* Oddi *meditationes in theriacam & mithridaticam antidotum confirmata a collegio Patavino, qua rariſſima conficiendarum antidotorum methodus perhibetur, & multi errores refutantur* Venet. anno 1576. 8°. Merkl.

Ejusd. Marci Oddi *de componendis medicamentis & aliorum dijudicandis methodus exactiſſima* Patav. 1584. 4°. Riv.

Ejusd. *meditationes in theriacam & mithridatium — & veriſſina conficiendarum antidotorum methodus* &c. *cum omnium ſimplicium medicamentorum antidotos perficientium examine* Venet. 1576. 4°. Riv.

Angeli Bolzetta *theriaca Andromachi juxta placita* J. P. Crassi B. Turrisani & M. Oddi edita Patav. 1576. 1626. 8°.

Johannis Belidæ Venerani *Tabula ſimplicium medicamentorum ſeptem linguarum nomenclaturam, & facultates continens* Emden anno 1576. 8°. Merkl.

Sebastian *Koch und Kellermeiſter von allen Speiſen, Getränken und Latwergen, Salzen, Confect, wie man Wein und Eſsig erziehen, behalten und wiederbringen ſoll* Francfurt 1576. 8°. Draud. 1581. 8°. Ib.

§. CCCXLIV. *J. Liebaut.*

Martini Mylii *hortus medicus & philoſophicus* ſ. de plantis hortenſibus & aliis Gorliz. anno 1577. 8°. vel 1597. 8°. Germanice verſus a *Lycoſthene* Psellionoro Argent. anno 1621. 8°. Seguier.

J. Liebault, generi C. Stephani, *Theſaurus ſanitatis paratu facilis* Paris anno 1577. 16°. Lind. recognitus a Guil. Adolpho Scribonio Francofurti 1578. 8°. Gallice *le treſor univerſel des pauvres & des riches*, etiam nuper Pariſ. 1751. 8°. recuſus.

Ejusdem *De præcavendis & curandis venenis* l. una editus.

Ejusdem *trois livres de l'embelliſſement & ornement du corps humain* Paris 1582. 8°. Papillon. Ex Marinello.

Digitized by Google

Ejusd. *quatre livres de ſecrets de medicine & de philoſophie chymique* Paris 1579. 8°.

Nicolai Stelliolæ *Theriaca & Mithridatum, ubi* Marantæ & *Collegii Patavini controverſiæ perpenduntur* Neapoli anno 1577. 4°. Riv. Idem dicitur (*s*) verus eſſe auctor Muſæi Imperati.

In M. Antonii Montisiani *quæſtionibus medicinalibus* Lugduni 1577. 12°. huc pertinet vigeſima de ſano & ſalubri adverſus Manardum, & 21. de aromate ex Manardo.

Eine neue Geſchichte von einem Weintrauben, welcher in Frankenland 18. Träublein aus einem Aug erzeugt hat anno 1577. Scheuchzer.

Chriſtophori Encelii *de uva quercina liber* extat, cum ejus metallicis Francofurti anno 1577. 8°.

Joh. Lallamantius *de ptiſana ſui temporis* libellus Heduæ anno 1578. 8°. Merkl.

§. CCCXLV. *Chriſtophorus a Coſta.*

Chriſtoval da Costa *de las droghas de las Indias* Burgos anno 1578. 4°.* Italice Venetiis anno 1585. 4°. Falc. & a Colino Gallice converſus Lyon anno 1619. 8°. Auctor Luſitanus chirurgus, indoctus homo, in Africa natus, figuras dedit aromatum & plantarum Indiæ Orientalis, ſubrudes quidem non tamen fictitias, & a Lugdunensibus iteratas. Multa ſumſit ex *Garcia* ab Orta, Mannam in India adulterari teſtatur. Promittit librum de animalibus. Clusius in Britannica peregrinatione exemplum hujus libri nactus, aliena amputavit, ut libera 448. pagis ad 88. rediret, rejecit plurima, & omnes auctoris, icones. Ordinem mutavit, & aliqua adjecit, ut ligni Colubrini figuram, Antverpiæ anno 1582. 8°. 1593. 8°.* & inter *exotica ſua.*

Alphonſi a Jubera *reformatio medicamentorum, quæ in pharmacopoliis uſui eſſe ſolent* Valladolid anno 1578. 8°. Merkl.

§. CCCXLVI. *J. Coſtæus.*

Johannes Costæi Laudenſis *De ſtirpium natura* Turini anno 1578. 4°.* 1581. 4°. Cless. Fere in generalibus verſatur, neque botanici aut proprii aliquid habet, ſed vanorum ubique experimentorum interpretationes, & differentiarum Theophraſtearum rhapſodias.

Ejusdem *miſcellanearum diſſertationum* decas prima, edita a filio J. Francisco Patavii anno 1658. 12°. *. Agit fere de rebus ad victus rationem ſpectantibus; de lentis facultate; de pepone; de pane cocto. Lentium in variolis

(s) Bartholin. *progr. med.* p. 24.

variolis uſum rejicit. De Nardo, Aſaro, Corallio, Caſſia, Hermodactylo, aliis, ſuas in Meſven adnotationes tuetur.

Ejusdem *de potu in morbis*, *aquis*, *vinis*, *omnique factitio potu* Papiæ 1604. 4°. Il.

Ejusdem in Mesven *adnotationes; tum novæ aliæ* Bonon. 1599. fol. Venetiis anno 1602. fol. *. His adnotationibus Mesves filium fere contra Manardum tuetur; cæterum nonnulla propria habet neque inutilia. Aloën apud Cortusum vidit, verum dantem medicatum ſuccum, ejus ſimilem, qui in officinis proſtat. Rhaponticum, Dioscoridei ſimile, a Rhabarbaro diverſum, Venetiis venire docet: Tamarindos & ſolos datos alvum ducere. Violas pleno flore ab *Hieronymo* Capello Byzantii viſas eſſe, Roſis Damaſcenis non minores. Scillam cutem exoriare impoſitam. Biondellam Italorum eſſe tamen Centaurium minus veterum.

Ejusdem *in Avicennæ canonem adnotationes* Bononiæ 1599. fol.

§. CCCXLVII. *Leonhardus Thurneiſen.*

Leonhardi Thurneisen *zum Thurn*, Baſileenſis, celebris Alchemiſtæ & ad Paracelsi modum peregrinatoris, in Hiſpaniam, Luſitaniam, Ægyptum & Æthiopiam, inque Scotiam & Orcades, latinum opus prodiit Berolini anno 1578. fol. * & etiam 1579. fol. 1587. fol. Bass. Germanicum idem anno 1578. fol. & 1587. fol. Coloniam Agrippinam nominat Cl. Seguier. rectius puto Coloniam ad ſpream intelligi. Titulus eſt *hiſtoria ſ. deſcriptio plantarum omnium.* Solæ ſunt umbelliferæ, cum mirificis ſynonymis locisque natalibus. Diu quid de homine ſentirem, incertus hæſi; ſed ſoboles, quem vocat, cum nominibus & facultatibus alieniſſimis, veriſſimum eſt Bulbocaſtanum. Omnia plena nugarum aſtrologicarum. Icones paraverat 1921. eæ ad Pancovium tranſierunt (t). Cur magni vaniſſimum hominem fecit Reinesius (u)?

Ejusdem *Archidoxa*, *darinn der recht Motus des Geſtirns*, *und Ausziehung aller Subtilitäten aus Metallen*, *Steinen*, *Wurzeln*, *Säften* &c. Münſter 1569. 4°. B. B. Inter infinita obſcura & fabuloſa librorum octo, illepidiſſimi Poëmatis, ſeptem Planetas ipſisque reſpondentia metalla & ſubjectas plantas percurrit.

Ejusdem *Quinta eſſentia Höchſte Subtilität der Medicina und Alchimia — wie alle Subtilitäten ausgezogen und die mineriſchen Corpora den Kräutern, Würzen, Confecten an Kräften überlegen ſeyen* Münſter 1570. 4°. B. B. Simile poëma Catalogos dat herbarum: eas diverſis in regionibus diverſas poſſidere vires &c.

An Idem l. *von rechter Extraction der ſeeliſchen und ſpiritualiſchen Kräften aus allerley Kräutern* Wittenberg 1619. 4°. Thomas.

(t) Bayer *Epiſt.* p. 74.
(u) *Var. lect.* p. 664.

§. CCCXLVIII. *Jacobus Horſt.*

Jacobus Horst Iglaviæ Medicus edidit *Ordnung der Arzneyen und Apotheken in der Stadt Metzeritſch in Meiſſen* 1578. 8°.

Ejusd. *Simplicia ſelecta* Marburg 1585. 4°. Heist.

Ejusd. *Opuſculum de vite vinifera ejusque partibus* Helmſtatt 1587. 8°. *. Recuſ. Marburg 1630. 8°. *. Omphacium, paſſulas, vinum, varii generis, acetum, oxymel, ſyrupum acetoſum dicit, cum viribus medicatis.

Ejusd. *herbarium horſtianum ſ. de ſelectis herbis & radicibus* libri II. anno 1587. a candidatis medicinæ propoſiti; inde anno 1630. Marburgi 8°. * recuſi, & in operibus filii omnibus Noriberg. 1660. fol. * Vulgarium plantarum medicatarum Catalogus, & vires medicatæ.

Ejusd. *von den wunderbaren Geheimniſſen der Natur und deren fruchtbaren Betrachtung* Lipſ. 1588. 4°. * ex L. Lemnio fere. Pars II. continet miracula plantarum.

Nic. Reusner *polyanthea ſ. paradiſus poëticus omnibus propemodum arboribus, plantis & ſtirpibus conſitus* Baſil. 1578. 8°. Th.

Ant. de Guevara *laudes vitæ ruſticæ* Francfurt 1678. fol. Heins.

Joh. de Baruerde Arrieta *de la fertilidad y abundancia de Eſpanna, y la razon porque ſe dido amarciendo, con el remedio* Madrit. anno 1578. 8°. *Nic.* Anton.

Ferdinando Lopez de la Castagneda *hiſtoria dell India oriental ſcoperta de Portugheſi* Venez. 1578. 4°. ex luſitanica l. converſa per Alfonsum Ulloa. Continet etiam aromata & medicamenta.

Martin Fumee *hiſtorie generale des Indes Orientales & terres neufves* Paris 1578. 8°.

Thomas Brasbridge Northamptonienſis *the poor mans jewel a treatiſe of the peſtilence, and a declaration of the virtues of the herbs Carduus benedictus and Angelica* London 1578. 8°. 1591. 8°. Tanner. p. 522.

Juſti Moller *Faſciculus remediorum ex* Matthiolo & Dioscoride Baſil. anno 1578. 8°. Mercl.

§. CCCXLIX. *J. Lery.*

Jean Lery *Voyage en la terre du Breſil, autrement dite Amérique* Rochelle anno 1578. 8°. Verdier. Paris 1580. 8°. abſque loco anno 1585. 8°. Francfort. anno 1594. 8°. Genevæ anno 1594. 8°. * 1600. 8°. Seguier. 1677. 8°. Jord. Latine *hiſtoria navigationis in Braſiliam* &c. 1587. 8°. Bass.

&

Digitized by Google

& in collectione *Theodori* de BRY L. III. Americæ *. Infelicis expeditionis comes fuit, quam anno 1556. Eques de VILLEGAGNON in Americam & flumen Divi Januarii ſuſcepit, qui pietati *Caſparis* de COLIGNY illuſit. Rem naturalem minime neglexit, Verbi Divini equidem miniſter. Uſum radicum Aypi & Maniot deſcripſit, quibus indigenæ fere vitam ſuſtentant: deinde cereviſiam. Porro plantas memoria dignas recenſet, ligni rubri arborem, Palmas varias, Bananas, ligna colorata, Acaju, Goſſypium, Ananas, Maſtichen, Petum, radicem Hatich, Manobi, Piper longum, Sargaſſum.

STEPHANI PRÆTORII *von der Mayenblum* 1578. ROHR.

§. CCCL. *Hieronymus Benzon.*

Nolo longius removere *Hieronymi* BENZONI *Hiſtoire nouvelle du nouveau monde*, cujus priores oportet eſſe editiones, cum anno 1556. poſt 14. annorum moram ex America redierit. Mea gallica eſt verſio *Urbani* CHAUMETON Lugduni edita anno 1579. 8°. *. Latine vertente eodem ex Italico ſermone *Nova novi orbis* hiſtoria Genevæ 1578. 8°. 1586. 8°. UFFENB. Anglice vertente R. HAWKLUYT. Paris 1587. 8°. Italice *hiſt. del mondo nuovo* Venet. 1565. 1562. & pridem 1545. 8°. HEINS. Hiſtorica omitto. Deſcribit etiam Indorum mores & victum, Mayz, Yuccam, Petum, cujus fumo ſe inebriant; arbores, & inter eas fabuloſam arborem aquiferam inſulæ Ferri. Redit latine in L. IV. Americæ J. *Theodorici* de BRY. *

§. CCCLI. *Thomas Garzon. Alii.*

Thomæ GARZONI *Piazza univerſale de tutte le profeſſioni del mondo* Venez. anno 1579. 4°. 1605. 4°. 1610. 4°. RUFFORTH. 1601. 4°. CARLSON. 1616. 4°. 1636. fol. *. Germanice 1669. 4°. De botanicis & plantarum methodo, deque agri cultoribus agit. In capite *de ſimpliciſtis catalogum* dat *ſimplicium* nomina plantarum & arborum vulgo notarum.

De doſibus, ſeu de juſta quantitate & proportione medicamentorum opuſcula illuſtrium medicorum Venetiis anno 1579. 8°. * 1580. 8°. BASS. Lugduni 1584. 4°. BASS. *Matthæi* CURTII (x) *methodus doſandi*, *Benedicti* VICTORII *de doſibus medicinæ* paucæ ſunt pagellæ. *Bartholomæus* MONTAGNANA habet catalogum medicamentorum ſimplicium ſecundum gradus, atque modum, quo quodque adhiberi debet. GENTILIS FULGINAS ad doſes potius definiendas ſpectat. *Thomam* de GARBO, ALCHINDUM & RONDELETIUM, & PETRI GORRÆI formulas remediorum omitto.

ANT. PREBONNEAUX tr. *ſur la refutation des abus mis en avant par* ROCHE le BAILLIF *ſur l'art & phiſionomie herbaire* Paris 1579. 8°.

The Shepheards Calendar London 1579. 4°.

§. CCCLII.

(x) Primus ab Arabibus nos revocavit ad GRÆCOS legendos PUTEUS *Apolog.* p. 190.

§. CCCLII. *Varii.*

J. RASCH *de vino l.* Monachii anno 1580. 8°. MERCL.

EJ. *neues Buch vom Bau und Pfleg des Weins, wie man allerley Kräuterwein, und Eſsig und Bier machen und erhalten ſoll.* München 1581. 4°. BASS. & ib. 1582. 4°. DRAUD. Idem ut puto.

RIDOLFO SYLVESTRI *de ſanitate tuenda ac vita producenda* Rom. 1580. fol. Baſil. 1582. fol.

Huc refero J. MATHESII V. D. M. in montibus metalliferis *Predigt vom zuläſſigen Gebrauch des Weins* cujus primam editionem neſcio, recuſam cura J. B. de ROHR Coburg 1738. 8°. *

Cyriaci LUCII de CLAF *de natura ligni Cotonei* Ingolſtatt. anno 1580. 4°.

JACOBI de RAMINGEN de CUBLACH *Beſchreibung der Aromaten und Specereyen, auch etlicher Simplicien, ſo in deutſchen Landen wachſen* Strasburg 1580. 4°. DRAUD.

PAOLO LANCI & PAOLO MAPELLI *Pharmacopœa Bergomenſis rationem componendi medicamento uſitatiora complectens* Bergamo 1580. 4°. BODL. Italice Breſcia 1628.

§. CCCLIII. *Buſbequius.*

Augerii GISLENII a BUSBEQ, Viri illuſtris, *opera omnia* Antverpiæ anno 1581. 8°. & apud Elzevir. anno 1633. 16°. *. Orator FERDINANDI I. apud SOLIMANNUM, & literarum ſtudioſus, & naturæ. Flores circa Adrianopolin luxuriantes, & Chalcedonem, memorat. Stirpium icones ad MATTHIOLUM miſit, & ad CLUSIUM. DIOSCORIDEM Anicianum emit, aliosque ejus auctoris codices, quibus bibliothecam Vindobonenſem ditavit.

CORSUCCIO *Vermicelli della ſeta* Rimini anno 1581. 4°. d'ETR.

J. BRAVI *Pharmacopæja* Salmantica 1581. 8°.

ALEXEN TRINKWEIN'S, *Kellermeiſters des Stiftes Maynz, neue und bewährte Kunſtſtücke, wie man die Wein erhalten, und abgefallenen Weinen wieder helfen, und mancherley Kräuterwein, gut Eſſig, Bier und Wein machen ſoll* Heidelberg 1581. 8°. 1585. 8°. BASSÆUS. DRAUD.

MARK RUMPOLT *Mainziſchen Mund-Kochs neues Kochbuch auf mancherley Weiſe zuzubereiten* Francfurt 1581. fol. 1586. fol. DRAUD. 1587. fol. cum iconibus TREW. 1676. fol. TREW. LEHMAN.

EJUSDEM *Koch- Wein- Bier und Eſſig-Buch* Francfurt 1676. fol.

CHRIST. KOBRER *Beſchreibung der Weinbawer- und Bierbrauer-Practic, und der ganzen Kellermeiſtereykunſt* Regenſpurg 1581. 4°. IV. Partes. THOMAS.

§. CCCLIV.

Digitized by Google

§. CCCLIV. *Ad. Bodenſtein.*

Adami BODENSTEIN *kurze Beſchreibung und Nutz der Kräuter, ſo den himmeliſchen* 12. *Zeichen ſich in ihrer Eigenſchaft vergleichen* anno 1581. fol. SEGUIER. Hamburg anno 1611. 8°.*. Parvus libellus. Ex APULEJO, ORPHEO, aliis. Plantas ſuis ſignis adfectat, Salviam arieti, &c. Videtur tamen ipſe plantas legiſſe, cum Heliotropium circa Mutetum ſe reperiſſe ſcribat, cyclamen ad lacum Rivarium, & Ariſtolochiam in Germania neget ſe ſpontaneam vidiſſe.

§. CCCLV. *Leonhardus Rauwolf.*

Leonhardi RAUWOLF, *beſtellten Medici zu Augſpurg, Aigentliche Beſchreibung der Rais, ſo er in die Morgenländer vollbracht, in vier verſchiedne Theil abgetheilt* Lauwingen anno 1583. 4°. * Hæc plenior eſt editio, nam priores tres libri Francofurti anno 1582. 4°. * prodierant; ultima pars, qua 43. icones continentur, in hac demum editione acceſſit. Iter annis 1573. 1574. 1575. perfecerat in Syriam, Meſopotamiam, Palæſtinam, Ægyptum; Indiam etiam aditurus, niſi Balſora per epiſtolam revocatus fuiſſet. Diſcipulus fuerat RONDELETII, & patria ob religionem ejectus obiit anno 1596. auſtriacarum copiarum Medicus, ex uſu aquæ HATWANENSIS (*y*). Ubique plantas rariores legit, maxime in Aſia, in Libano Monte, & aliis novarum ſtirpium ditiſſimis regionibus. Icones aliquæ a CAMERARIO pulcherrime ſculptæ, hæ etiam bonæ. Cafeæ meminit, quam potantes Turcas viderat. Reliquum iter & ipſum candide & perite deſcriptum, in varias linguas verſum eſt, ut Anglicam, & Gallicam. Quarti libri verſionem M.S., cum iconibus & commentario latino, CL. *Danty* d'ISNARD poſſidebat BURETTE. Eædem icones in Lugdunenſi hiſtoria recuſæ exſtant, quæ ſunt in parte III.

Plantas ſiccas CHRISTINA Regina, deinde *Iſaacus* VOSSIUS poſſederat, inde in Bibliothecam Leidenſem venerant. Ad eas, quæ ſunt 350. adornata eſt *Flora Orientalis, ſeu recenſio plantarum, quas Leonhardus* RAUWOLFIUS *in Syria, Arabia, Meſopotamia, Aſſyria, Armenia & Judæa collegit* Leidæ anno 1755. 8°. * edente J. *Friderico* GRONOVIO; ordine diſpoſita LINNÆANO, paſſim ab editore cæterum auctæ & emendatæ. Multæ hic plantæ eo ævo, etiam noſtro, novæ recenſentur.

§. CCCLVI. *Al. Tr. Petronius &c.*

Alexandri Trajani PETRONII *de victu Romanorum & de ſanitate tuenda* L. V. Rom. anno 1581. fol. *, a *Baſilio* PARAVICINO italice verſi Rom. anno 1592. 4°. d'ETREES. Diæteticam fere integram, & fructuum olerumque, aliorumque ciborum facultates docet.

J. GUI-

(y) COBER epiſt. III.
(z) Confer de iisdem RAUWOLFIANIS CONRING in *introductione.*

Digitized by Google

J. Guilielmi Stukii, viri eruditi, *antiquitatum convivalium* Libri III. Tiguri 1582. fol. & auctius 1597. fol. *. In L. II. agit de alimentis, pane, frumento, glandibus, fructibus, leguminibus, oleribus, re coquinaria. Libro III. fercula recenſet antiquorum, menſas ſecundas, potus, vinum, unguenta, coronas. Collecti veterum loci ſunt, ex hebræis, græcis & latinis.

Franciſci Tidicæi *Phytologia generalis comprehendens, quæ ad plantarum naturam explicandam pertinent* Lipſiæ anno 1582. 8°. Riv.

Aemilii Dusi *de tuenda valetudine* l. Turin 1582. 8°. Bodl.

**Catalogus und Regiſter aller Simplicien und Compoſitionen, ſo zu Francfurt am Mayn durch die Materialiſten, Wurzelträger, Kräutler und Apothecker verkauft werden* Frankfurt 1582. 4°. Draud.

Claude Dariot, homo paracelſicus, *de præparatione medicamentorum* Lyon 1582. 8°.

Wahrhaftige neue Zeitung, wie in Maiſſen bey Zwickau ſolche wunderbarliche Gewächs auf den Eichbäumen ſich erzeigt haben 1582. Scheuchz.

Ambroſius Pareus ſcripſit *de venenis & de ſimplicium medicamentorum facultatibus.* Exſtant in collectione operum Paris latine anno 1582. fol. & Gallice editorum Paris anno 1579. fol. Verd. & ſeorſim *des venins* Paris anno 1582. 8°.

Gerard Francois *trois Livres de la ſanté* Paris anno 1583. 12°. Falc.

Philibert Hegemon ... *la maiſon ruſtique, avec un enſeignement de ce que le laboureur doit faire chaque mois* Paris anno 1583. 12°. Verd.

Claude Gauchet *le plaiſir des champs diviſé ſelon les quatre ſaiſons de l'année. Deſcription d'un jardin plaiſant, les moiſſons; les vendanges* Paris 1583. Verdier.

§. CCCLVII. *Andreas Cæſalpinus.*

Andreas Cæsalpinus Aretinus, *Lucæ* Ghini in re herbaria diſcipulus, cum plantarum peritia philoſophicum ingenium conjunxit. Nam & herbas ſiccas non minimo numero ad 760. collectas reliquit, quæ ad Michelium pervenerunt, & methodi intima pervidit, quatenus claſſes ex fructu fingi poſſunt: neque facile prætervidit aliquam earum claſſium, quas naturales dicimus. Edidit Florentiæ anno 1583. 4°. * *de plantis libros* XVI. difficiliores aliquanto intellectu, quod vulgaria fere, aut propria ſibi nomina, ſola adhibuerit, neque priorum ſcriptorum ſynonyma adjunxerit; tenere etiam oportet, multas plantas, quæ in Germania planiori vulgo proveniunt, in Hetruria alpinas eſſe. Cæterum *primo* libro definitiones ſuas, & fructificationis, ut nunc vocatur, partes tradit, multum autem *corde* utitur, ſive ſeminis

Digitized by Google

minis ea parte, in qua radicis & germinis eſt principium, cum reliqua farinoſa pars ſeminis alimentum ſuppeditet. Libro II. arbores adgreditur, quas a plantis humilioribus ſeparat. Prima claſſis eſt, in qua cor exterius vergit, flos aut nullus eſt, aut ſummo fructui inſidet. Huc glandiferæ arbores, & nuces, quibus aliquas apetalas ſubjungit. Tunc eæ, quibus flos inferius ponitur, ut amygdalæ: alias etiam his connumerat, parum notas & exoticas. L. III. Arbores, quibus cor inferiori loco eſt, ſemina plerumque plura: huc apetalas refert ut ficum, & farraginem parum cohærentem in qua, etiam arbores umbilicatas reperias. Sequuntur, quibus flos inferius ponitur, Vitis, Arbutus, Cornus, &c. Tum ſiliquoſæ, & dicarpæ, a quibus Aſclepiadem & Pervincam non bene ſeparat. Porro arbores fructu tripartito, ut Buxus, Myrtus; quadripartito porro, & multipartito. Hic coniferas recenſet tum Mala, male ſeparata a Meſpilis & Roſis, cumque Malis Sorbos.

Plantæ ſequuntur humiliores. L. IV. ſeminibus ſub ſingulo flore ſingulis, primumque nudis, ut Valerianæ: deinde pulpa tectis: tum apetalæ ejus generis, ut Urtica, Lupulus, & Gramina, quæ equidem plerumque florem non habent fructui impoſitum. L. V. ſeminibus ſub ſingulo flore numeroſis, Cucurbitaceæ, Ebulus, Myrtillus, Solanaceæ, Aſparagus, Ruſcus, Arum. Libro VI. Legumina: deinde plantæ vaſculiferæ, tum flore polypetalo, ut Lychnideæ, tum monopetalæ, ut Primulæ, ad florem enim CÆSALPINUS vix reſpicit. Libro VII. plantæ recenſentur, quibus duo ſemina ſub quoque flore ſunt, ut Umbelliferæ. Libro VIII. Stellatæ, Agrimoniæ, Mercuriales, quibus duo etiam ſub flore ſemina ſunt. Inde biloculares, plantagines, cum quibus CÆSALPINUS *ringentes* conjungit. Porro claſſis tetrapetalarum cruciatarum. Libro IX. Gymnotriſpermæ, quo Thalictrum refert & Harmalam, & triloculares, ut Tithymali & Violæ. Libro X. Bulboſæ. Libro XI. Gymnotetraſpermæ, aſperifoliæ & verticillatæ. Libris XII. XIII. Gymnomonoſpermæ compoſitæ, miſtæque claſſes diſcoidearum, radiatarum, capitatarum, planipetalarum. Libro XIV. Gymnopolyſpermæ, & Libro XV. Multiſiliquæ aut multiloculares. Libro XVI. quæ nunc vocantur Cryptogamiæ. Plantarum numerus eſt 1520. (z).

Breviſſima *appendix* Romæ anno 1603. 4°. prodiit, & cum BOCCONIANO Muſeo.

EJUSDEM CÆSALPINI Libri II. *de facultate medicamentorum* vix poſſunt huc referri, & fere ſigna continent, ex quibus de iis facultatibus divines, ut ſaporem, odorem. Libro II. Compoſitionem medicamentorum commendat, & aliquas eo pertinentes encheireſes docet. Prodierunt Venetiis anno 1593. 4°.*.

Catalogum plantarum horti ſicci CÆSALPINI paraverat, & impreſſurus erat, STEPHANUS ROSELLI (a).

Zz 2 §. CCCLVIII.

(z) TILLI *hort. Piſan.*
(a) TARGIONI l. c.

Digitized by Google

§. CCCLVIII. *Varii.*

M. TOBIAS MOLLER *Winterfeldbau, wie das Feld im Herbſt am bequemſten zu beſtellen* Leipzig 1583. 4°. BASS.

EJUSDEM *Sommerfeldbau, zu welcher Zeit das Feld zu beſtellen, die Weiu zu zeugen und fortzulegen, alle Frücht- und Garten-Gewächs zu ſäen &c.* ib. 1583. 4°.

EJUSDEM *Säebüchlein auf die Sommerfrücht und Gartengewächs gerichtet* ib. 1584. 4°.

In Chirurgia ANDREÆ a CRUCE Venet. 1583. fol. * habentur medicamenta ad Chirurgiam utilia.

Antidotarii Romani ſ. de modo componendi medicamenta Rom. 1583. 8°. Venet. 1585. LIND. Francofurti 1624. 8°. HUTH. Italice verſum ab HIPPOLYTO CICCARELLI, additis a P. CASTELL. variis Rom. 1651. 4°.

§. CCCLIX. *Balthaſar Piſanelli. Alii.*

Balthazar PISANELLI Bononienſis *della natura de cibi e del bere* Venetiis anno 1584. 8°. 1586. 4°. BASSÆUS. 1619. 8°. FALC. Torino anno 1612. 16°. d'ETREES. 1620. 8°. cum *Hugone* BENZO. FALC. 1649. 12°. PHILIBERT. Carmagnola 1589. 4°. Latine *de eſculentorum & potulentorum facultatibus* L. I. vertente A. FREYTAG Herborn. anno 1593. 8°. 1614. 8°. * Bruxellis anno 1662. 12°. BURETTE, Oſnabrugg anno 1677. 12°. MERCL. Gallice *de la nature & des viandes & du boire* Arras 1596. 12°. d'ETREES. Alimentorum facultates & laudes tradit, fere collectitias, cum parciſſimis propriis experimentis.

S. RUADAN *de miraculoſa arbore* TANNER. Obiit anno 1584.

SIMON. SIMONII *primus triumphus* de MARCELLO SQUARCIALUPO Plumbinenſi Claudiopoli 1584. 4°. THOMAS.

ROBERTI CONSTANTINI, viri doctiſſimi, *Adnotationes in Hiſtorias* THEOPHRAST, Lugduni 1584. 8°.

EJUSDEM *Correctiones Lemmatum in Dioſcoridem* prodierant cum AMATO Lyon 1558. 8°. LIND.

Gaufridi LINOCIER, Tournonienſis, *Hiſtoire des plantes aromatiques, qui croiſſent dans l'Inde, tant Occidentale, qu'Orientale* Paris anno 1584. 16°. SEGUIER.

IDEM opus *augmenté des plantes cultivées au Jardin de* M. ROBIN Paris anno 1619. 16°. SEGUIER.

IDEM dedit *Hiſtoire des plantes nouvellement trouvées en l'Isle de Virginie* Paris anno 1620. 16°. SEGUIER.

Gabriel RYFF *Neues Arzneybuch, darinn das Indianiſche Holz abgehandelt wird* Dreſden anno 1584. 4°. *Libro*

Digitized by Google

Libro de agricultura que tracta de la labrança y criança y de muchas otras particularidades y provechos del Campo Medina 1584. fol. Thuan.

J. Bart. Olivæ *de præcipuis collectaneis* a F. Calceolario *in Muſæo conſervatis* Venet. 1584. 4°. Glinov.

Jacques Pons *traité des Melons de la Nature & uſage d'iceux* Lyon 1584. 8°.

Ejusdem ut puto *in hiſtoriam plantarum generalem breves adnotationes & animadverſiones* Lugduni anno 1600. 8°. *. Emendationes ſunt errorum typographicorum, aut locorum transpoſitorum indicia, aut auctaria ex Romano botanico ſumta, pauca propria, ut Doronici ex monte Juræ adſeveratio, quod utique ſimile ſit (*b*) Aconiti Pardalianchis Matthioli. Promittit novam operis editionem, & novas icones, ut Nardi montanæ ab *Auguſtino* Leone miſſas.

J. Bart. Pontanus *de alimentis* Venet. 1584. Bodl.

§. CCCLX. *Hier. Mercurialis.*

Hieronymus Mercurialis Forolivienſis, Profeſſor Patavinus, celebris circa hæc tempora medicus; herbas quidem non coluit, aliqua tamen ſcripſit, quæ hactenus eo poſſint referri. De *venenis & venenatis morbis* prælectiones ab *Alberto* Schelicio Venetiis anno 1584. 4°. * editæ ſunt: ea generalia ſunt, absque proprio experimento.

Ejusdem tr. *de compoſitione medicamentorum* Venet. 1601. 4°. edente M. Columbo.

Ejusdem *Variarum lectionum de medicinæ ſcriptoribus & aliis* libri IV. Venet. anno 1571. Bodl. Libri V. Baſil. anno 1576. 8°. Bodl. Libri VI. Venet. anno 1588. Bodl. anno 1598. 4°. *. Spectant ad philologiam botanicam, & concilianda loca veterum, de Palmulis, Olivis, Bulbis, vino, Sida, Ficu, Faba Ægyptia, Cicuta, uva taminia, Helleboro, Cyphi, Aconito, Meliloto, grano Caidio, Fungis, Mentha, Smyrna.

Ejus de uſu & abuſu vini codex M.S. eſt in B. Ambrosiana.

Ejus capita de potionibus & eduliis antiquorum, de vino, de condimentis, de pane, in Thesauro Gronoviano recuſa exſtant.

§. CCCLXI. *Varii.*

Salomonis Alberti Oratio de *cognitione herbarum* Witteberg. anno 1585. 8. *

Ejusd. *Antidotarium medicamentorum ſimplicium & compoſitorum, quæ internis & rationis corporis affectibus accommodantur* fol. in Cat. Hebenstr.

Thaddæi Hayck *De cerevisia & ejus condiendæ ratione viribus, natura, facultate* Francof. anno 1585. 8°. Seguier.

(b) p. 22.

Digitized by Google

J. Th. FREYGIUS in *quæſtionibus phyſicis* agit de Dendrographia, Botanographia, Georgia Baſileæ anno 1585. 8°. MERCL.

§. CCCLXII. *Joachimus Camerarius.*

Joachimus CAMERARIUS ex medica familia Noribergæ natus (c), in Italia diu commoratus, emtis iconibus & chartis GESNERIANIS & WOLFIANIS ſuas perinde perpulchras delineationes addidit, ex horto potiſſimum, quem aluit præſtantiſſimum, opera vero ipſa GESNERIANA non edidit, quem mors anno 1598. occupaverit. Edidit interim Francofurti anno 1586. 4°. *. P. *Andreæ* MATTHIOLI *de plantis Epitomen*, cum iconibus ſupra 1003. Earum paucæ ſunt MATTHIOLI, aliæ MATTHIOLI quidem, ſed floribus, fructibusve adpictis auctæ; plurimæ GESNERI, aliquæ denique *Joachimi* ipſius, nihilo deteriores. Primus Aloen depinxit, a CONTUSO communicatam. Addita ſunt nomina, locus natalis, & brevis de facultatibus medicis epitome. Hæ tabulæ in plurima alia opera tranſierunt. Adjutus eſt a nepote ſuo *Joachimo* JUNGERMANNIO. MATTHIOLANAS aliquas malas icones melius rejeciſſet, Orchides, Auriculam muris, Ambroſiam alteram, Saxifragiam primam. Aliquando etiam duas ejusdem plantæ icones dedit, ut in Ferula & Loto Africana altera.

EJUSDEM *Hortus medicus & philoſophicus* Francofurti anno 1588. 4°. * prodiit, ex ANGUILLARA, CORDO, CLUSIO, GESNERI & RAUWOLFI ſchedis collectus, non ſine propriis iconibus & obſervationibus *Joachimi*, quarum illæ paucæ ſunt, omnino 47. ſed ex pulcherrimis. Multa hic loca natalia rariorum ſtirpium Germaniæ & Italiæ reperias. Anno 1654. 4°. recuſum eſſe SEGUIER.

Edidit etiam Francofurti anno 1586. fol. * DIOSCORIDIS MATTHIOLIANI partem, a *Georgio* HANDSCH in Germanicum ſermonem converſam, quæ ad plantas pertinet. Sermo in brevitatem contractus, & veterum potiſſimum diſſenſiones omiſſæ. Adjecit icones, quæ ſunt in Epitome, GESNERIANAS, ſuasque: & aliquas adnotationes. Recuſus eſt liber anno 1626. fol. * nihil mutatus, & ſæpe alias (d). Bohemice etiam Prag. 1596. fol.

Poſſis, ſi placet, adjicere *Symbola & emblemata, quorum* Lib. I. *ex re herbarum ſumitur* Noriberg. anno 1590. 4°. &c.

Opuſcula de re ruſtica partim collecta, partim compoſita a Joachimo CAMERARIO *cum catalogo ſcriptorum de re herbaria* Noriberg. anno 1577. 4°. SEGUIER. anno 1596. 8°. FALCONER.

§. CCCLXIII. *S. a Tovar.*

Simon a TOVAR *de compoſitorum medicamentorum examine nova methodus, qua medicamentorum omnium temperamenta ad unguem examinari, & propoſita cujus-*

(c) M. ADAM p. 349.
(d) Conf. p. 299.

Digitized by Google

cujuſque temperaturæ medicamenta componi queant Antverp. anno 1586. 4°. Bodl. Bass. Haag. anno 1670. 16°. *. Varia ſatis ſubtilia ad artem pharmaceuticam, quo potius ſpectat.

Ejusdem *Hiſpalenſium pharmacopoliorum repurgatio* Hiſpali anno 1587. 4°. Bodl. Num Simon a Tovar vere differt a viro cognomine dicto p. 345.

§. CCCLXIV. *J. Jac. Wecker.*

Johannis Jac. Wecker *Antidotarium generale* Baſileæ anno 1585. 4°. Trew. 1586. 4°. Merkl. 1642. 4°.

Ejusdem *Antidotarium ſpeciale* ibid. anno 1588. fol. Merkl. & 1574. 4°. Trew. 1640. 4°. Eſt, ut puto, *le grand treſor ou diſpenſaire & antidotaire* vertente Duval Geneve 1609. vel 1610. 4°. Carls. 1616. 4°. 1609. 4°.

Pars magna operis de plantis agit, ſecundum vires medicatas recenſis: deſcriptis, cum ſynonymis variarum linguarum, & vi medica: compilatum opus ex Dioscoride Matthiolo &c. deinde ſyrupos aquas & alia enumerat, quæ ex plantis præparantur.

Ejusdem *De ſecretis* L. XVII. Baſil. anno 1582. 1588. 8°. 1701. 8°. 1750. 8°. a Zwingero auctum, ex Alexio Ped. natum opus, quem etiam germanice reddidit (*e*). Gallice prodiit Lyon 1584. 8°. 1596. 8°. 1612. 8°. Rouen 1608. 8°. 1639. 8°. 1651. 8°. d'Etr. 1680. 8°. Rast. Hujus operis liber nonus totus huc pertinet, tum aliqua hortenſia ex libro 12. & aliqua tinctoria ex libro 16. Compilatitia omnia & abſurda multa.

Ejusdem *nüzliches Büchlein von allerley Waſſern und Weinen* Baſil. 1593. 8°. & latine *de vinis* Baſil. 1603. 8°.

Ejusdem *nüzliches Büchlein von mancherley Waſſern, Oelen und Weinen* jam anno 1589. 8°. prodiit, ſi veri ſunt numeri, idem puto priori.

§. CCCLXV. *Varii.*

Baccii Baldinii *Tractatus de cucumeribus* Florent. anno 1586. 4°. Burette.

Georgii Marii *Paralipomena & marginalia hortulanica*, id eſt, *Gartenkunſt zum Feldbau angehörig . . was zum Feldbau und Haushalten in unſern deutſchen Landen aufzubringen, fremde Gewächs und Bäume, auch wie man neue Wieſen ſoll anlegen &c.* Strasburg 1568. 8°. fol. Bassæus.

Andreæ Baccii *De naturali vinorum hiſtoria* L. VII. *accedit de factitiis vinis & de cereviſia* Rom. anno 1592. fol. 1596. fol. Mead. Francofurti anno 1607. fol. Seguier. Compilatio.

Ejusdem *tabula ſimplicium medicamentorum* Rom. anno 1577. 4°. Seguier.

Ejusdem

(e) Conf. editiones 1573. 1593.

Digitized by Google

EJUSDEM *De venenis & antidotis* Romæ anno 1586. 4°. Venetiis anno 1596. fol. MERKL.

EJUSDEM *de conviviis antiquorum* c. V. *de vinis* recuſ. in collect. THES. GRONOVIANI ed. Veneta T. IX. In libro II. habet obſonia, panes varios, vinum, plantas cucurbitaceas.

G. BAPT. ZAPATA *ſecreti di medicina e di Chirurgia* Rom. 1586. 8°. Venez. 1611. 8°. 1618. 12°. 1656. 12°. 1677. 8°. THOM. augente I. SCIENTIA. Latine vertente DAV. SPLEISS Ulm. 1696. 8°. *Mirabilia ſ. ſecreta medico, chirurgica* B. THOMAS. Germanice *Schlüſſel der Arzney* &c. Leipzig 1625. 8°. B. THOMAS. &c.

FILIPPO COSTA *diſcorſi ſopra la compoſizione degli antidoti e medicamenti* Mantua 1586. 4°.

D. *Didimus* MONTANUS *the gardiners Labyrinth containing a diſcourſe of the gardeners life in the yearly travels to be beſtowed in his plot of earth.* London. anno 1586. 4°. AMES.

The profitable art of gardening Lond. anno 1586. 4°. AMES.

Sommaire traité des melons par J. P. L. D. M. Lyon anno 1586. 16°. BURETTE. An forte J. PONS p. 365.

J. Maria BONARDO *la miniera del mondo*, *nella quale ſi tratta de corpi ſimplici* Venez. anno 1589. 8°. 1600. 8°. SEGUIER. 1601. 8°. B. TH. 1611. 8°. Edidit LUDOVICUS GROTTO: liber III. agit de plantis.

EJUSDEM *le richezze d'agricoltura nelle quali ſi danno ammaſtrimenti per acreſcer le rendite de campi* Venez. anno 1586. 8°. FALC. anno 1601. 8°. 1605. 1619. 8°. 1626. 8°. Trevigi anno 1631. 8°. 1654. 12°. SEGUIER.

§. CCCLXVI. *Varii.*

MARCELLUS SQUARCIALUPUS, in *opuſculis* Puſclavii 1586. fol. aut 1587. 8°. * editis, agit de amygdalis amaris, easque negavit ebrietate mederi, contra PLUTARCHUM. Cum eum SIMONIUS Lucenſis, & ipſe in Polonia medicinam faciens, Vilnæ refutaſſet, noſter aſperrime ſe tuetur. Amygdalas amaras mites eſſe, a pueris abſque noxa comedi, oleum perinde mite eſſe, nihil ergo amygdalas habere virium, quibus ebrietati reſiſtant.

Roderici a FONSECA *de venenis eorumque curatione* Rom. anno 1587. 4°. MERKL.

EJUSDEM *de tuenda valetudine & producenda vita* Florent. anno 1602. 4°. MERKL.

Ægidii EVERARDI *de herba panacea*, *quam alii Petum*, *alii Nicotianam vocant Commentariolus.* EJUSDEM *de uſu & praxi radicis Mechoacanna*, cum *Epito-*

me

Digitized by Google

me Galeni de *Antidotis* ab *Andrea* Lacuna concinnata Antverpiæ anno 1587. 12°. * & 1644. 12°. * hic cum aliis de Tabaco libellis. Anglice *The virtues of ſmoaking Tobacco* Lond. anno 1659. 8°. Belgam nobilem anno 1559. aut 1560. noſter hanc plantam Nicotio obtuliſſe (*f*) docet: ſuccum cani vomitum moviſſe, & vitam a ſumto pharmaco ſervaſſe (*g*).

Acceſſit J. Juvenis *de medicamentis bezoardicis.* Omnia practica.

Caſp. Wolf *Tabulæ de ſtirpibus & & earum partibus ex Theophraſto Tigur.* anno 1587. 8°. * cum Gesneri tabulis. Pollicitationes diximus p. 291.

Compendium ſimplicium & compoſitorum medicamentorum Placentiæ 1587. 8°. Osb.

Johannis Kheunii Breidbachi *Zodiaci Medicinæ*, i. e. *materiæ medicæ* L. I. Colon. 1587. 8°. Willer ſi huc facit.

Non ſerius licet recenſere André le Fournièr *decoration d'humaine nature ou eſt montrée la maniere & receptes pour faire ſavons & eaux delicieuſes, pour laver & nettoyer le corps & les habillemens* Lyon 8°. ſine anno. Verdier.

Guil. Camden *Britannia ſ. regnorum Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ & inſularum adjacentium chronographica deſcriptio* Londin. 1586. 8°. 1590. 8°. 1594. 4°. 1600. 4°. 1607. fol. Clem. Francfurt 1590. 8°. 1616. 8°. Anglice verſa a Philemone Holland Lond. 1610. fol. 1611. fol. 1637. fol. Clem. Vix puto primas editiones aliquid botanici habere.

§. CCCLXVII. *Marſiglius Cagnatus.*

Marſiglii Cagnati *Variarum obſervationum* L. IV. Rom. anno 1587. 8°. minime indocte ſcripti, pluſcula ad rem herbariam facientia continent, ut L. I. de ortu plantarum apud Hippocratem & Theophrastum. De ortu cerealium ad Theophrastum. De Tribulo & Roſis ad eumdem. De hordeo & frumentis ad panificium receptis. L. II. De coctili indole fabarum, de Schino & Scilla, de plantis quarum folia radices producunt, de pane, uva taminea, Oenanthe. L. III. De Chondro, Alica, cepis. De prodigioſo plantarum exortu, de vino & muſto. L. IV. De malo medica, & ad Catonem de re ruſtica.

Ejusdem *De ligno ſancto diſputationes binæ* Rom. 1602. Heins. anno 1643. 4°. Seguier. & cum *opuſculis* Rom. anno 1603. 4°. Merkl.

Ejusdem *de tuenda ſanitate* L. II. & *de temperantia* Rom. anno 1591. Patav. anno 1605. 4°.

(f) p. 12.
(g) p. 43.

Digitized by Google

§. CCCLXVIII. *Laur. Scholz.*

Laurentii SCHOLZ *Catalogus arborum fruticum, & plantarum horti medici* Breslaw anno 1594. 4°. * & prius anno 1587. 4°. Acceſſit JOH. FERSCHII de viris in materiem medicam & herbariam bene meritis Breslav. 1594. 4°. RIV. Brevis Catalogus horti proprii; ſed ait ſe omnium ſuarum ſtirpium icones paraſſe.

ANDREÆ CALÆJI *carmen ad hortum* LAUR. SCHOLZII. Vratislaviæ anno 1592. 4°. TREW.

§. CCCLXIX. *Johannes Thalius.*

Johannis THALII Medici Northuſani *Sylva Hercynia, ſeu Catalogus plantarum ſponte naſcentium in montibus & locis vicinis Hercyniæ, quæ reſpicit Saxoniam,* ad *Joachimum* CAMERARIUM datus, & cum ejus Horto Medico & Philoſophico (*h*) excuſus Francf. anno 1588. 4°. * & Northuſæ anno 1674. 4°. MERKL. cura *Nicolai* GOTHOFREDI recuſus. Etſi hanc editionem non vidi, neque fere ejus quisquam meminit, video tamen WENDELINUM (*i*) THALIUM, fratrem JOHANNIS, novam editionem paraſſe. Plantæ plurimæ, earumque nonnullæ rariſſimæ, ut vel ad nos uſque latuerint, aut ne a nobis quidem repertæ fuerint, in Monte Bructero, circa Northuſiam, & paſſim in Sylva Hercynia a THALIO lectæ, deſcriptæ, cum iconibus 14. a CAMERARIO adjectis, quarum aliquæ ſunt GESNERI. Difficulter Cl. viri plantæ extricantur, quod varietates plurimas recenſeat, & in genera mire copioſa ſtipet, exemplo Intybi, Chondrillæ, Graminis, Rapunculi. Eximium tamen opus & ex proprio Cl. viri labore natum. Vitam ejus *Fridericus Chriſtianus* LESSER deſcripſit Northuſ. anno 1747. 4°.

§. CCCLXX. *Varii.*

Pierre JOLY *Raiſons des anciens en la conſécration de certains arbres, herbes & fleurs* Metz anno 1588. 8°. FALC.

ALBERTI SCHELIGII *tr. de venenis & morbis venenoſis* Venet. 1588. 4°.

Carolus CRASSUS in MESVEN *de ſimplicibus & in* MANARDI *epiſtolas* Venet. anno 1588. 8°. MERKL.

Zachariæ ROSENBACH *Paradiesgärtlein, darinn die edelſten Kräuter abconterfeytet und beſchrieben ſind* Francfurt anno 1588. 12°. * Verſiculi partim medici, partim emblematici, plantarum vulgarium, cum iconibus rudiuſculis, ſimplicis auctoris. An differt CONRADI ROSEBACHII *neues Paradiesgärtlein der edelſten Kräuter in Reimen beſchrieben* Francfurt 1613. 8°.

EJUS-

(h) LESSER.
(i) PASCHAL GALL. bibl. med. p. 194.

Digitized by Google

Ejusdem *Catalogus plantarum circa Herbornam Naſſoviæ naſcentium* Herborn. anno 1616. 8°. 1626. Scheuchzer.

Ejusdem *quatuor indices corporum animalium perfecte mixtorum &c.* quorum II. eſt botanicus Herborn 1626. 4°.

Jean Vostet *almanac des laboureurs* Paris 1588. 8°. Thuan.

§. CCCLXXI. *B. Bauderon.*

Brice Bauderon Matiſconenſis Pharmacopœam edidit, cujus primam editionem ignoro, niſi eſt *paraphraſe ſur la pharmacopée* Lugduni 1588. 12°. Inde prodiit 1595. 12°. 1607. 12°. Trew. & aucta e Gr. Bauderon & Laur. Catelan 1614. 8°. Trew. Rouen 1622. 8°. aucta demum a Franc. Verni & a G. Sauvageon Lyon 1662. 4°. notis in quamque compoſitionem & in Theriacam additis, tum etiam 1681. 4°. Germanice verſa per Ol. Sudenum Strasburg 1595. 8°. Draud. cum titulo *deutſch Arzney-Apotheck.* Latine reddita a Philemone Holland cum I. du Boys *obſervationibus in methodum miſcendorum medicamentorum topicorum* Londin. 1639. fol. Haag. 1640. fol. Merkl. Erroribus plenam eſſe N. *le* Fevre I. p. 350.

Bartholomæi Hubner *neues Speisbüchlein von Eſſen und Trinken, allerley Speis und Trank und vielen guten Haus-Arzneyen* Erfurt 1588. 8. Bassæus. 1603. 8°. Draud. tum 1607. 8°. Riv. hic cum titulo *Diarium medicum aus den hinterlaſſenen Schriften des Autoris.*

Trembley *les fleurs de Macer* Rouen anno 1588. 8. Seguier. Septem capita Macri cum commentariis *Guilielmi* Gueroult & Nicotianæ hiſtoria (*k*).

Andreæ Helmreich's *Kunſtbüchlein, wie man den Wein erhalten, und abgefallnen Wein zurecht bringen, allerley Kräuter und Gewürze, Wein, Bier und Weineſſig machen ſoll.* Leipzig 1588. 8°.

§. CCCLXXII. *Tabernæmontanus.*

Jacobi Theodori, a patria Tabernæmontani dicti, *Kräuterbuch mit künſtlichen Figuren* Francfurt anno 1588. fol. * cujus Tomum II., intermortuo interim Theodoro, *Nicolaus* Braun adjecit, ut tres tomi anno 1592. abſoluti ſint. Diſcipulus Tragi, per triginta ſex annos in hoc opere laboravit, & plurimas icones, pleraſque ex Matthiolo, alias ex Clusio & Lobelio imi-

(k) p. 255.

Digitized by Google

imitatus eſt, alias ad ipſam naturam exprimi curavit, quæ minime malæ ſunt, ut tamen paſſim aliquæ repetantur, aut inutiles varietates diverſis iconibus exprimantur. *Jacobus* ſuis iconibus immenſam farraginem medicarum facultatum adjecit, BRAUNIUS brevius ſcripſit. Repetitum eſt magnum opus Baſileæ anno 1613. fol. 1664. fol. * 1687. fol. TREW. & 1731. fol. *.

Icones ſolas Typographus Francofurtenſis BASSÆUS in folio longo edidit anno 1590. qua fere editione exteri utuntur, & quæ 2255. figuras habet. Paſſim tamen ſpecies aliquæ omittuntur, quæ in majori opere absque iconibus recenſentur. Rariorum plantarum auctor minus peritus fuit, ad vulgares autem & Germanicas commode adhibetur.

§. CCCLXXIII. *Henricus a Bra.*

Henrici a BRA *de medicamentis ſimplicibus & facile parabilibus ad calculum* Francker anno 1589. 8°. MERKL. 1590. 8°. BASSÆUS.

EJUSDEM *Medicamentorum ſimplicium & facile parabilium ad icterum catalogus* Leidæ anno 1590. 8°. MERKL.

EJUSDEM *Medicamentorum ſimplicium & facile parabilium adverſus epilepſiam brevis inſtitutio* Arnheim anno 1603. 1605. 8°. MERKL. Leuward. anno 1616. 8°. MERKL.

EJUSDEM *Medicamentorum facile parabilium adverſus peſtilentiam Catalogus* Francker anno 1605. 8°. 12°. MERKL. Auctus ex ANT. SNEBERGER.

EJUSDEM *de curandis venenis per medicamenta ſimplicia & facile parabilia* Arnheim anno 1603. 8°. MERKL.

JOHANNIS JUVENIS, vulgo de JONGHE, præter, l. *de Medicamentis Bezoardicis, & comm. in* GALENUM *de theriaca* jam dictos (*l*), ſcripſit *de antiquitatibus & variis fatis* Tarenti Neapoli 1589. Francf. 1620. recuſum in theſ. GRÆV. BURMAN. Habet aliqua de plantis. (Si idem eſt AUCTOR.)

§. CCCLXXIV. *J. Wittich.*

Johannis WITTICH, Medici Neuſtadienſis, *Bericht von den fürnehmſten harzigen Dingen, dem neuen Armeniſchen Balſam, fremden Wunder-Kräutern, Holz und Wurzeln* Leipzig anno 1589. 4°. SEGUIER. 1592. 4°.*. Deſcribit ex *Garcia* ab ORTA & *Nicolao* MONARDO Liquidambar, Tacamahacam, Carannam, balſama alia. Tum Tabacum, Mechoacannam.

EJUSDEM *vom ligno Guajaco, Wunderbaum, China, Sarſaparilla, Saſſafras, l. nephritico* Leipzig anno 1592. 4°. * 1603. 4°. HUTH. Compilatio.

EJUS-

(l) p.

Digitized by Google

EJUSDEM *Methodus ſimplicium & compoſitorum medicamentorum, quæ ſunt in uſu, de correctionibus medicinarum ſimplicium, decoctionibus minorativis & alterantibus* Lipſiæ anno 1596. 8°. MERKL. anno 1602. 8°. SEGUIER.

EJUSDEM *Præſervatio ſanitatis von den ſechs natürlichen Dingen, wie man ſich in denſelben verhalten ſoll* 1590. 8°. HUTH. puto RANZOVII opus. Accedit lib. de hydromeli, melle, nectare &c.

§. CCCLXXV. *Claudius Roccard.*

Claudii ROCCARD de *plantis Abſinthii* Tract. Venet. anno 1589. 4°. SEGUIER a J. B. cum ſuo de Abſinthiis tractatu recuſus Baſil. anno 1593. 8°. *. Quatuor Abſinthia veterum tentat elucidare. Deſcriptiones DIOSCORIDIS & GALENI conciliat, in nomina inquirit. Santonicum etiam Romæ & in alpibus ſe legiſſe ait. Deſcriptiones nullas dat, ex quibus plantas adgnoſcas.

§. CCCLXXVI. *Varii.*

PETRI ALBINI *Meisniſche Berg-Chronic* Dreſden 1589. habet aliqua ad plantas, quæ in re tinctoria adhibentur, ſerratula, croco, iſatide.

Kunſtbüchlein, wie Dinten, Dinten-Pulver, Preſilgen zum Schreiben und Färben &c. Leipzig 1589. 8°. Catal. libr. bis 1602. 1578. 8°. ib.

Beſchreibung des Konigreichs China, ſamt deſſen Fruchtbarkeit, Reichthum &c. Francfurt 1589. 4°.

Paolo MINI *Diſcorſo della natura del vino, delle ſue differenze, e del uſo ſuo retto* Firenze anno 1589. 8°. BURETTE. 1594. 12°. BODL. 1596.

§. CCCLXXVII. *Joſephus a Coſta.*

Joſephi a COSTA S. I. *hiſtoria natural de las Indias* Sevilla anno 1590. 4°. Barcelona anno 1591. 8°. FALC. 1594. 4°. CHIVA. Madrit. anno 1608. 4°. OSB. MEAD. 1610. 4°. NIC. ANTON. hæc editio latina. In *Bibliotheca* CHIVÆANA *Supplementum* manu adſcriptum erat.

Gallice *Hiſtoire naturelle & morale des Indes tant Orientales, qu'Occidentales*, vertente *Roberto* REGNAULT, anno 1597. 1598. 8°. NEAULME. Mea editio eſt Paris anno 1600. 8°. *. Alia eſt anni 1606. 8°. *.

Belgice *hiſtorie naturael ende morael vande weſterſche Indien* Enkhuyzen 1598. 8°.

Digitized by Google

Italice a J. P. GALUCCIO verſa Venet. anno 1596. 4°. SEGUIER.

Anglice a J. C. *natural and moral hiſtory of the Weſt Indies* Londin. anno 1604. 4°. OSB.

Germanice *Neue Welt, die man ſonſt America nennt* Cölln 1600. fol. TREW.

Latina editio recuſa eſt in collectione *Theodori* de BRY P. IX. Auctor in Peruvia (*m*) aliquamdiu vixit, & in Europam rediit anno 1587. Libro quarto continetur hiſtoria plantarum Americæ & potiſſimum Peruviæ, florum, balſamorum, arborum, cum utilitate medica & œconomica, absque iconibus, ſed minime imperite. Hic (*n*) reperias tunam, in qua vermiculus cochenilla. Reliqui libri alio ſpectant, eorumque pars magna ad religionem pertinet.

Aliud opus diſtinguere oportet, latinum, *de natura novi Orbis* L. II. quod Salmanticæ anno 1589. 1595. & Coloniæ anno 1596. 8°.* prodiit, & prioris operis Libros II. continet, qui nihil valde ad rem noſtram faciunt; deinde libros ſex poſteriores, qui unice de procuranda Indorum ſalute agunt.

Hoc etiam anno prodiit *diarium nauticum itineris batavorum in Indiam Orientalem* Arnheim 1590. 4°. long. FALC.

§. CCCLXXVIII. *Varii.*

Felicis ACCORAMBONI *ſententiarum difficilium Theophraſti in libro de plantis explicatio* Rom. anno 1590. fol. MERKL.

EJUSDEM *adnotationes in Theophraſtum de plantis* Rom. 1603. fol. PL. cum *mente Ariſtotelis.*

J. CUNONIS *Hoffartslaſter an einem Wundergewächſe, ſo in Soltwedel gewachſen* Witteberg anno 1590. 4°. BURCKHARD.

Girolamo PORRO *Il horto de i ſemplici di Padova* Venez. anno 1591. 8°. BURETTE, BURCKH. cum iconibus.

An idem forte fuerit *Catalogus horti Patavini* Venet. anno 1593. 12°. vel 8°. SEGUIER, cujus latinam verſionem habeo anno 1608. 8°. (*o*) excuſam *? Breviſſimus eſt & ſolorum nominum.

ANTONII BOUCHART *de venenis* Baſileæ 1590. 4°. RIV.

JACOBUS ZABARELLA *de rebus naturalibus* l. 30. Colon. 1590. fol.

Alexan-

(m) L. IV. c. IV.
(n) *Hiſt. nat.* L. IV. c. 23.
(o) Anno 1600. 8. FALC.

Alexander CYRILLUS *de plantarum & animalium proprietate* Romæ 1590. 8°.

§. CCCLXXIX. *Michael Bapſt.*

Michael BAPST von Rochliz *neues Arzney- Kunſt- und Wunderbuch* Mülhauſen 1590. 4°. Eisleben 1604. 4°. TREW. Leipzig 1604. 4°. Zweyter Theil Leipzig 1592. 4°. Eisleben 1596. 1604. 4°. TREW. Leipzig 1604. 4°. de ſanguine animalium. Dritter Theil Eisleben 1596. 1597. 4°. 1607. 4°. TREW. hoc agitur de plantis ſanguinem ſiſtentibus.

EJUSDEM *Juniperetum oder Wachholder-Garten, wie man aus dieſem Gewächſe Oel, Waſſer, Extracten und Salien bereiten ſolle* Eisleben 1601. 4°. DRAUD. 1605. 4°. * 1675. 4°. Enormis & miſera collectio virium medicarum, quæ unquam junipero adfictæ fuerunt.

In BALDUINI RONSSEI *epiſtolis medicis* Leidæ 1690. 8°. 1618. 8°. * & alias excuſis, pluſcula huc faciunt, de vino, cereviſia, cum DODONÆI epiſtola huc pertinente; de uſu vitis ſylveſtris, de faba, nuce præneſtina, catharticis ex novis inſulis advectis, de ſemine caſiæ ægyptiæ, cum nonnullis iconibus. Contra LEONHARDUM FUCHSIUM monet, nimis acrem in Meſven eſſe. De Mandragoræ malo, quod pomum ſit Rubeniticum.

§. CCCLXXX. *J. Wigandus.*

Johannis WIGANDI *vera hiſtoria de Succino Pruſſico, de alce Boruſſica, de herbis in Boruſſia naſcentibus* Jenæ anno 1590. 8°. Epiſcopus Pomezanienſis ſcripſit anno 1583. ſimplex homo, & miraculis deditus edidit opus *Joh.* ROSINUS. Plantarum catalogi ſunt quatuor, cum locis natalibus. Inter eas ſunt Calla, Glaux, Heptaphyllum fragiferum, Aloides, Melampyrum cæruleum, Chamæpeuce, Gladiolus, Iris humilis, Pentaphyllum Tragi, Scorzonera, Polemonium. Aliquas vix adgnoſcas, ut Epimedium, Panacis ſpeciem, Atractylidem, tres herbas ultimo loco dictas.

Hiſtoriam plantarum in Boruſſia naſcentium Regiomonti anno 1655. 4°. editam citat SEGUIER.

§. CCCLXXXI. *P. Alpinus.*

Proſper ALPINUS, Maroſticenſis, inſignis Clinicus, ſimplicium Profeſſor & horti Patavini Præfectus (*p*), cum AEMO, Veneto Conſule anno 1580. Caïrum petiit, & rediit anno 1584. In Ægypto medicinam fecit, in plantas etiam medicatas inquiſivit, earumque icones, ad ſui ſeculi ſaporem paravit.

Edidit

(p) Anno 1593. CORTUSO ſucceſſit TOMASIN. Gymnaſ. Patav. p. 97.

Digitized by Google

Edidit varios libellos: *de Balſamo* primum, qui Venetiis anno 1591. 4°. * & Patavii anno 1639. 4°. * prodiit, cum *hiſtoria etiam naturali* Ægypti recuſus. Gallice vertente *Antonio* COLIN Lyon 1619. 8°. CHION. Balſami fruticem Arabiæ indigenam eſſe, circa Mataream non naſci, niſi eo translatum, & facile interire. Balſamum ipſum deſcribit, quale ex arbore ſtillat, notasque legitimi dat. In icone videas foliis eſſe ternis, quinis, ſeptenis, fructu conico, triloculari forte, flore obſcuro, quem tamquam Aſpergillum pingit, aut Acaciæ globulum. In horto PROSPERI Balſamum floruit, BARTHOLINO teſte (*q*).

EJUSDEM *de plantis Ægypti liber* Venet. anno 1591. 4°. SEGUIER. anno 1592. 4°. *. Patavii anno 1639. 4°. prodiit SEGUIER. anno 1640 *. Leidæ anno 1735. 4°. *. Plantæ paucæ, cum 49. iconibus, in Ægypto repertæ: fere celebriores, medicatæ & edules, pleræque eo tempore minus notæ, aliquæ neque noſtro. Coffeæ icon minus bona.

EJUSDEM *de medicina Ægyptiorum Libri* IV. Venetiis anno 1591. 4°. * eximium opus, cujus liber IV. huc facit, quo res medicamentaria Ægyptiorum continetur; de Opio, Cannabe, de Coffeæ decocto fuſe, de Caſſia purgatrice, de ſemine plantæ leguminoſæ abdelmelich, de plantis, quæ theriacam Ægyptiam ingrediuntur, Calamo aromatico, Maro, Amomo, Acacia &c. Recuſus eſt cum BONTIO Pariſ. anno 1649. 4°. FALC.

EJUSDEM *de Rhapontico libellus* Patav. anno 1612. 4°. Leidæ anno 1718. 4°. *. Deſcribit & depingit Rhaponticum Thracicum & Scythicum, quod Rhei genus eſt, vulgo in hortis notum, & a Chinenſi diverſum. Eſſe Rhaponticum veterum.

IDEM præfationem ſcripſerat anno 1614. ad libros II. *de ſtirpibus exoticis*, quas undique ab amicis habuerat, potiſſimum tamen ex Creta. Cum autem anno 1615. moreretur. filius *Alpinus* ALPINIUS eas plantas anno demum 1627. 4°. * Venetiis edidit, omnino 136. omnes in ære expreſſas: aliquas etiam ſua manu delineatas. Intercedunt latinæ aliquæ. Eſt inter fontes botanices (*r*).

Poſthuma inde prodierunt aliqua Leidæ anno 1735. 4°. *. Primumque *hiſtoria naturalis Ægypti* inter Codices M.S. *Ludovici* CAMPOLONGI reperta, & a *Bartholomæo* SELLARI miſſa. Major equidem operis pars ad animalia ſpectat; intercurrunt tamen botanica varia, de Allio, Althæa, Aro Ægyptio, & Colocaſia, herba Aſſis, Atriplice, Been utroque, Braſſica cauliflora & napeſtri, Salice Callaf, Cichoreo. Colchico, Coriandro, Cypero, Faba & Loto Ægyptia, Nymphea, Hermodactylo, Hyoſcyamo albo, Iride, Kali, Lactuca, Liguſtro, Piſis marinis, Milio Æthiopico, Papavere, Pipere, Pſyllio, Roſis, Schœnantho, Seſamo, Taxo &c.

In II.

(q) *De Theriac.* II.
(r) Extant Codices M.S. THOMASIN Elog. II. p. 304.

In II. volumine poſthumorum reperitur diſſ. *de Laſerpitio & Loto Ægyptia*, Nymphæa nempe calyce quadrifolio, flore albo pleno, in ſtamina degeneraſcente: adjectis iconibus.

§. CCCLXXXII. *Varii.*

Antonii PASINI *Annotationes & emendationes in verſionem Dioſcoridis a* MATTHIOLO *propoſitam* Bergomi anno 1591. 4°. 1593. 4°. 1600. 4°. SEGUIER.

In *Michaelis* MERCATI ſplendida *metallotheca* anno 1719. Romæ fol.* excuſa, Armarium VI. totum pertinet ad claſſem Zoophytorum, quæ hactenus cum plantis retinemus. Obierat anno 1591. Per Hetruriam peregrinatus erat, ut plantas conquireret TARGIONI *Corograf.*

Antonii Mariæ BETTI *de Rhabarbaro contra communem opinionem quæſtio* Bonon. anno 1591. fol. ſed noſtra editio antiquior eſt, & anni 1560. ut ex præfatione ſuſpicor. Quæritur, num infuſa magis cum Rhabarbaro aqua, num potius ipſa radix alvum magis ſolvat. Ipſam radicem præfert infuſæ aquæ.

Jac. GRETSCHER *de plantis ex Ariſtotele potiſſimum collecta* Ingolſt. 1591. 4°.

Süngender kreiſſender Wochnerinnen Unterweiſung, ſamt einem Verzeichniß geſunder und ungeſunder Speiſen und Trank Halle 1591. 4°.

Eduardi LOPEZ *relazione del reame di Congo* cum iconibus etiam plantarum Rom. 1591. 4°. & in collectione I. T. de BRY. Francofurti 1597. fol. 1609. fol. Anno ſcriptum eſt 1584. Palmam quam dixit ſericiferam, & alias delineat.

Johannis CARDENOS (s) *Problemas y ſecretos de las Indias* anno 1591. 8°. NIC. ANT.

EJUSDEM *de Chocolate che por vechos haya y ſies bibida ſaludable* Mexici anno 1609. NIC. ANT.

Baptiſtæ CODRONCHI *de baccis Indicis*, atque antimonio Ferrar. anno 1591. 4°. 1692. 4°. SEGUIER. & Bonon. anno 1629. 4°.

EJUSDEM *de ſale Abſinthii, & de Elleboro libelli* Francofurti anno 1610. 8°. *. In ſalibus vires ſuarum plantarum manere non bene contendit. Elleborum utrumque ait ſe adhibuiſſe, raris tamen in exemplis. Utriusque uſum & innocentiam contra Arabes tuetur.

Jacobi FERRARII *Idea theriacæ & mithridatii ex optima Antonii* BERTHIOLI *pragmatica, partim ex doctiſſimi olim* FLAMINII EVOLI *ſcriptis, partim* ex

(s) CARDENAS SEGUIER.

ex propriis excerpta Venetiis anno 1591. 1601. 1602. 4°. * TREW. 1606. 4°. MERKL. De ſtirpibus aliquot rarioribus, quæ theriacam ingrediuntur. Pro Xylobalſamo Agallochum recipit, per Carpobalſamo Cubebas.

Antonius PHILOTHEUS de HOMODEÍS *Ætnæ topographiam Ætneorumque incendiorum hiſtoriam edidit* Venet. anno 1591. 4°. varie recuſam, etiam in THESAURO BURMANNIANO. Ipſo Ætnam bis conſcendit, crateresque deſcripſit, multis ante 1591. annis, tum ſylvoſæ regionis arbores, inter quas Juniperus eſt, & Berberis, his in calidis regionibus rariores.

Gregorio de los RIOS *Agricoltura de los Jardinos* Madrit. anno 1592. 8°. 1600. fol. 1604. fol. & Saragoſſa anno 1604. fol. SEGUIER anno 1620. fol. *Nic.* ANTON. Collectanea.

DUNCANI LIDDEL de *facultate vegetante* Helmſtatt 1592. 4°.

§. CCCLXXXIII. *Jacobi Theodori* de BRY collectio.

Jacobi Theodorici de BRY AMERICA, collectio eſt itinerum in Americam, quæ cepit anno 1590. prodire, quo excuſa eſt *Narratio de commodis & ritibus Virginiæ* Franct. fol. *. Inter ea commoda eſt herba ſericea, lignum Saſſafras, Cedrus, Iſatis, Sacchariferæ arundines, plantæ, quarum nomina nondum innotuerunt. Auctor eſt *Johannes* WITHE. Prodiit etiam cum titulo *Thomæ* HARIOTI Londin. anno 1588. BODL. & germanice 1590. fol.

P. II. Expeditiones *Renati* de LAUDONNIERE, & *Jacobi* le MOINE, dicti de GOURGUES in Carolinam anno 1591. fol. ſucceſſerunt, quæ aliquantulum habent botanici argumenti, ut fructus ſpontaneos & vites.

P. III. Continet J. STADII *hiſtoriam Braſiliæ* anno 1592. fol. meram fere hiſtoriam, cum brevi plantarum utilium memoria, potiſſimum Piperis, trium generum.

P. IV. Eſt iter *Johannis* LERY anno 1605. fol. *.

P. V. & VI. *Hieronymi* BENZONI *novus orbis* anno 1594. fol. * & 1596. fol. *.

P. VII. *Ulrici* FABRI Iter in civitatem Boni aëris, flumen Parana, & regiones aliquas Braſiliæ.

P. VIII. Itinera HAWKINS, CANDISH, & RAISLEIGH, parum ad ſcopum noſtrum facientia, anno 1599. fol. Hunc tomum *Johannes Iſrael* de BRY edidit JACOBI THEODORICI fil.

P. IX. *Joſephi* a COSTA Opus, tum Iter per Magellani fretum *Sebaldi* de WEERDT & *Oliverii* de NOORT anno 1602. fol. Etiam hæc fere hiſtorica.

P. X.

P. X. Openheimi anno 1619. fol.* prodierunt *Americi* VESPUCII duo itinera, *Raph.* HAMOR Virginia, tum I. SMITH Colonia Penobſcotenſis.

P. XI. & XII. Openheim anno 1619. fol. *Antonii* de HERRERA *Indiæ Occidentalis* hiſtoria, vix quidquam habens ad rem naturalem. *Jacobi* le MAIRE iter, & SCHOUTENII. HERRERÆ etiam opus ſæpe ſeorſim prodiit Gallice *hiſtoire generale des voyages & des conquetes les Caſtillans* 1660. 4°. 9. Vol. & 1671. Anglice London 1740. 8°.

Tomum XIII. & XIV. addidit anno 1627. *Matthæus* MERIAN, *J. Theodori* de BRY gener, qui idem totumque opus in compendium redegit cum titulo *Hiſtoria Antipodum, oder neue Welt* 1631. fol. Sermonem ad icones adjecit *J. Philipp* ABELIN, qui ſibi nomen fecit J. *Ludov.* GODOFRID.

J. Theodori & *J. Iſraëlis* de BRY fil. collectio itinerum in Indiam Orientalem Germanica. Huc pertinet in libro I. Iter *Eduardi* LOPEZ p. 377.

L. II. Eſt Iter *Hugonis* v. LINSCHOTEN ſeorſim dicendum, anno 1613. fol.

Idem continuatur in L. III. Openhemi anno 1616. fol. * excuſo. Accedunt itinera BARENSII & HEEMSKERKII, & primum iter Belgarum in Indiam Orientalem anni 1594.

L. IV. Openheim anno 1617. LINSCHOTENII Hiſtoria naturalis Indiæ, & ad plantas adnotationes PALUDANI, atque *Chriſtophori* a COSTA. Arbores & plantæ ſatis abunde, ſed confer ipſum HUGONIS iter. Ex itinere Belgico plantæ Madagaſcariæ & Javæ.

L. V. Vix quidquam continet rei herbariæ; ſed L. VI. Francof. anno 1603. fol. Guineæ frumenta, & Manigettam deſcribit, & Sorghum, & plantas ejus regionis veſcas. Prodierat Amſtelodami anno 1605. fol.* cum titulo *Deſcription du riche Royaume d'Or, de Guinée ou de Mina,* & *Beſchryving van de ganze Kuſt van Guinea* Amſterd. 1596.

L. VIII. Francofurti anno 1606. fol. Habet ex J. *Hermanni* de BREE itinere arborem illam celebrem Inſulæ Ferri, ad Epiſcopi deſcriptionem. Reliqui tomi vix huc faciunt.

Librum XII. & XIII. adjecit *Guilielmus* FITZER junioris de BRY gener, Francofurti anno 1627. fol. T. XIV. anno 1630. prodiit.

Eam collectionem etiam *Levinus* HULSIUS in 4°. reddidit ab anno 1598. ad annum 1650. quo tomus 26. prodiit, quæ rariſſima eſt editio.

Digitized by Google

§. CCCLXXXIV. *Fabius Columna.*

Fabius COLUMNA, ex ſpuria quidem propagine illuſtriſſimæ COLUMNARUM genti natus anno 1567., COLUMNARUM vice Zagarolæ in Æquicoloribus aliquamdiu præfectus, vir matheſeos, muſices, variarum artium peritus (*t*), botanicus ſummus, inter inventores locum ex primis meretur. Cauſarius homo, & epilepſiæ obnoxius, convertit ſe ad plantas cognoſcendas, ut remedium ad ſuum morbum inveniret; ſatis enim intelligebat, fruſtra DIOSCORIDEM plantam ſibi indicare, quæ caduco morbo medeatur, niſi æger eam ipſam herbam ad ſuum morbum adhibeat, de qua DIOSCORIDES ſcripſiſſet. Phu ergo DIOSCORIDIS eſſe Valerianam noſtram vulgarem ex veterum notis eruit, eamque feliciter, ut ipſe quidem ſcribit, maximo ſua morbo oppoſuit. Idem ſtudium ad alias plantas DIOSCORIDIS adhibuit, in eo plerisque nuperis felicior, quod in calidiori regione ſpem haberet meliorem, ſe plantas veras Græcorum detecturum. Ita anno 24. auctoris natus eſt *Φυτοβασανος ſeu plantarum aliquot hiſtoria, in qua deſcribuntur plantæ rariores antiquorum delineationibus reſpondentes* Neapoli anno 1592. 4°. *. Plerumque a vulgaribus auctoribus longe abludit. Dat icones æneas primus, certe meorum, qui plantas dederunt depictas, & ipſe ſculptorem adjuvabat, ſunt autem ex omnium accuratiſſimis. In Phu characterem exacte expreſſit. Plantæ ſunt 27. iis acceſſerunt octo aliæ. Novam editionem *Janus* PLANCUS edidit Florentiæ anno 1744. 4°.* cum vita FABII & Lynceorum notitia, de quorum numero FABIUS fuit.

Cum annos natus eſſet 38. majus dedit opus, cui titulus eſt *minus cognitarum rariorumque noſtro cælo orientium ſtirpium ἐκφρασις, qua non paucæ ab antiquioribus deſcriptæ diſquiruntur & declarantur* Romæ anno 1616. 4°. *. ſed dedicatio eſt anni 1610. & ipſum opus anno 1606. ad prelum paratum erat (*u*). Peritior nunc FABIUS flores, fructusque & ſemina, ubique adpinxit, deſcriptiones plenas, & philologicas cum veterum locis comparationes dedit, eſtque procul dubio inter principes rei herbariæ fontes. Plantæ ſunt 156. aliquæ Regno Neapolitano propriæ, aliæ montanæ & alpinæ, plurimæ novæ. In *appendice* accedit Quamoclit pennatum. Subinde priora antiquat, & alias plantas cum vetuſtis nominibus conjungit.

Minus cognitarum ſtirpium pars altera Romæ anno 1616. 4°. * quo anno etiam dedicatio data eſt. Plantarum icones 44. quarum pluſculæ ſunt alpinæ, & *Fratris Gregorii* de REGIO, interque eas Tozzia, Vitaliana, aliæ rariores. Manifeſtius nunc FABIUS a flore, fructu & ſemine adfinitates plantarum ſuas ſumebat (*x*). Spergulam ergo monet debere cum Alſine conjungi, Cymbalariam cum Linaria, Helxinen ciſſampelon cum frumento Saracenico. Atriplices ſemine non foliaceo ad Blitum, ad Anchuſas Cerinthen, Symphytum ad Lithoſperma,

(t) SEVERIN *medic. efficac.* L. I. P. 3.
(u) CLEMENT, editum etiam, ſi fides Cl. SEGUIER.
(x) C. 27.

Digitized by Google

ſperma, Coronopum ad Plantaginem, Adonidem ad Ranunculos pertinere. Id novum putabat vir ILL. ſed GESNERI eædem fuerant cogitationes.

Denique anno 1627. editurus (*y*) erat *adnotationes & additiones ad opus Ftanciſci* HERNANDEZ & *Nardi Antonii* RECCHI, quod demum anno 1651. Romæ prodiit *. In iis multa ad genera, & claſſes & characteres plantarum FABIUS addidit, nuperiorum inventorum ſimilia. Petalorum (*z*) nomen, apud veteres etiam cum foliis commune, floris partibus dicavit, differentias plantarum a florum figura (*a*) & petalorum numero ſumi debere vidit. Nomina Cl. virorum plantis impoſuit, ut CÆSIÆ (*b*), & floris Cardinalis (*c*), ipſe COLUMNIAM ſibi a CÆSIO dicatam admiſit. Stylum & ſtamina novit; pleroſque flores eſſe iſoſtemones non ignoravit (*d*), ſtylique diviſiones & varietates fructuum dixit (*e*). Plantas in ſpontaneis ſedibus hirſutas cultu calveſcere (*f*) monuit. Ad RECCHI plantas notas, comparationes, & 13. figuras addidit.

Valetudo ipſi infirma fuit, etſi ad provectum ſenium pervenit, & circa medium ſeculum XVII. demum obiit. Femoris ulcus torridis lateribus admotis ipſi SEVERINUS (*g*) exuſſit. Epilepſiæ paſſum eſſe recidivam PLANCUS putat, obſoleta certe fama pene iguotus ex vita exceſſit (*h*), & αναλφαβητος, ſenis SWIFTIANI ſimillimus.

(y) J. ANDREÆ ad O. WORMIUM epiſt. I. n. 146. qui COLUMNAM in eo opere laborantem viderat, & botanicorum principem dixerat.
(z) In RECCHUM p. 852. In Roſa & Iſophyllo DIOSCORIDES eo vocabulo uſus fuerat, in Chryſanthemo ALCMAN.
(a) p. 854.
(b) p. 873.
(c) p. 853.
(d) p. 880.
(e) p. 856. 857. ſqq.
(f) p. 877.
(g) *Effic. medic.* p. 141.
(h) PLANCUS *vit.* p. IX.

LIB.

LIB. VI.

COLLECTORES.

BAUHINI.

§. CCCLXXXV. *J. Bauhinus & Cherlerus.*

Maximo ſuo labore meriti ſunt Illuſtres fratres, ut novum ſeculum in re herbaria, ducant (*i*). *Johannes* quidem, cognomine medico Lugduni natus, FUCHSII diſcipulus, patria exceſſit, & Ebroduni aliquamdiu vixit, deinde Monte Beligardi apud Principem conſenuit, atque ad magnam ætatem pervenit. Cum GESNERO enim anno 1561. iter fecerat, natus anno 1541. Bononiæ ALDROVANDUM audiverat, & anno demum 1613. obiit. Dimidio adeo ſeculo in magno opere laboravit, quod juvenis admodum, non ignorante GESNERO, molitus erat. Plantas in alpibus Rhæticis, Helveticis, in montis Juræ jugis, in Gallia Narbonenſi, & in Italia, ſylvaque Martia, plurimas legit, multas etiam a genero ſuo J. *Henrico* CHERLER habuit, qui & ipſe diligenter, in Gallia potiſſimum Narbonenſi, plantas legerat. Auctores veteres novosque acuto cum judicio legerat, excerpſerat, comparaverat, CLUSIANIS, & LOBELIANIS etiam operibus uſus.

Ad Lugdunenſe opus utique (*k*) ſuam operam contulerat. Primum ejus opuſculum tamen *Epiſtolæ* fuerunt, dudum a nobis dictæ, ad GESNERUM datæ, aut a GESNERO acceptæ, quas minor vir frater CASPAR Baſileæ anno 1591. 8°.* edidit, & quæ totæ botanici ſunt argumenti: atque demonſtrant, induſtrium juvenem plurima ad GESNERUM miſiſſe.

Cum iis Epiſtolis edidit CASPARUS fratris JOHANNIS libellum *De plantis a Divis ſanctisve nomen habentibus*, parvum libellum, & quaſi ſpecimen ſecuturi operis. Nomina ſunt, loci natales, aliquando & adnotationes aliquæ. MATTHIOLUM potiſſimum ulciſcitur.

De plantis Abſinthii nomen habentibus ex J. B. laborioſiſſimo plantarum libro, cui conſenſus & diſſenſus circa ſtirpes titulus eſt Montebeligardi anno 1593. 8°*. Plurimis ex auctoribus Abſinthii ſpecierum deſcriptiones excerpit, ad eas ſententiam

(i) *Epiſt.* GESNER. p. 99.
(k) T. II. p. 18.

Digitized by Google

tentiam ſuam dicit, de figuris judicat. Non ſatis bene deſcribit, præter Abſinthium umbelliferum. Rem ipſam accurate ſibi notam fuiſſe ſatis oſtendit, ſcopum vero eo tempore videtur potius habuiſſe criticæ botanicæ ſcribendæ, quam hiſtoriæ.

Ejusdem *Hiſtoria admirabilis fontis balneique Bollenſis, ad acidulas Gœppingenſes, mandato* Friderici *Ducis Würtemberg, admoniti a Johanne* Bauhino *ejus Principis medico, conſcripta* Montebeligardi anno 1598. 4°. *. Hujus operis liber quartus ad rem herbariam pertinet, in quo de ſtirpibus in vicinia thermarum lectis agitur. In hac ad pedes ſylvæ Martiæ ruſticatione Bauhinus plurimam in plantis legendis operam poſuit. Poma primum & Pira deſcribit, & picta dat, novo inſtituto, & pulchre: tunc reliquas arbores fructiferas aliasque: tum plantas alias, & inter eas aliquas eo ævo parum notas, ut Viciam Sylvaticam maximam: Ocymoides non ſpecioſum. Peplidem Linnæi primus depinxit. Gramina porro ſatis multa, & Fungos, etiam cum iconibus dat. Mutato titulo idem opus *de aquis medicatis nova methodus* anno 1605. 1607. 1612. 4°. recuſum eſt, ipſum non mutatum; Germanice vero Stutgard. anno 1599. 4°. 1602. 4°. 1603. 4°. vertente *Davide* Forster, cum titulo *Arzney- und Badbuch, oder Beſchreibung faſt aller heilſamen Bäder, mit ſchönen Figuren, allerley Erdgewächſe, Kräuter, Blumen und Früchte.*

A morte *Johannis* Bauhini Societas Caldoriana Ebroduni anno 1619. 4°. * edidit ejus Viri & J. *Henrici* Cherler *Hiſtoriæ plantarum generalis novæ & abſolutæ prodromum.* Sunt tituli capitum librorum 40. quibus hi viri magnum opus comprehendere deſtinabant. Videas in eo prodromo claſſes naturales bene multas, arbores coniferas, Ericas, ſiliquoſas, papilionaceas, & iſtis adfines, Ciſta, Roſas cum Rubo conjunctas, Cucurbitaceas, leguminoſas (quas pentaphylla immiſta turbant), Cereales, Gramineas, Liliaceas, Campaniformes, tetrapetalas cruciatas, Malvas, cichoraceas, radiatas, capitatas, umbelliferas, verticillatas, coronarias (admiſtis Linariis), Rhœades, Ranunculos, vaſculiferas, aſperifolias, ſolanaceas, multiſiliquas, Seda, ſtellatas, Filices, marinas, Fungos; vera certe methodi naturalis rudimenta, etſi paſſim aliqua immiſcuit aliena.

Multis tamen poſt hanc pollicitationem annis demum hæc *plantarum hiſtoria nova & abſolutiſſima cum auctorum conſenſu & diſſenſu circa eas* annis 1650. 1651. Ebroduni tribus Vol. in fol. * prodiit, ſumtus erogante *Franciſco Ludovico* de Grafenried, patritio Bernenſi, bonarum literarum ſtudioſo, & Ebroduni eo tempore præfecto. Nullus equidem typographicus ornatus adeſt, icones Fuchsianæ, a Guarino bibliopola coemtæ, parvæ & malæ, propriæ icones etſi non infidæ, tamen incomtæ, multæ etiam ad alienas plantas tranſpoſitæ, editor demum *Dominicus* Chabræus, medicus Ebrodunenſis, oneri impar. Verum cum iſtis mendis, vix imputandis auctori, bonus tamen & fidelis codex eſt, quem typis expreſſum habemus; & opus omnibus expenſis,

Digitized by Google

expenſis, tamen hactenus ſine pari. Plantæ numeroſiſſimæ, plerumque bene deſcriptæ, cum collectis omnium ſcriptorum locis, non abſque critico judicio, & in unum magno cum judicii acumine collecta, quæ ad ea tempora de plantis innotuerant. Eo opere RAJUS plurimum uſus eſt, & non bene BAUHINO exprobratur, novas plantas non continere, nam continet plurimas, & ex magnis illis generibus, parum hactenus excultis, quas vel ipſe invenerat, vel gener *J. Henricus* CHERLER. Rarum in eo vitium eſt, etiam in vaſto opere, plantam eamdam duobus nominibus repetitam reperire. Varietates non amavit. Confuſas veterum deſcriptiones ſagax evolvit, &, quæ extricare non poterat, intacta deſeruit.

CHERLERI, viri parum præter ſoceri opus noti, adlitæ ad LOBELII icones notulæ, mecum ab optimo viro J. GESNERO communicatæ, aliquot plantis indigenis meam collectionem auxerunt. Ejus etiam viri nomen in planta dedicavi, quam ei inſcripſi. Præter Galliam Narbonenſem montes ſupra Gotthardi montem poſitos adiit.

Compendium quoddam magni operis ſunt *Dominici* CHABRÆI *icones & Ciagraphiæ ſtirpium* Genevæ anno 1666. & 1677. fol. * editæ. Icones ſunt J. BAUHINI, cum nominibus & brevi hiſtoria. Vitia primi operis ita non emendata, ut aucta ſint, pluresque quam prius figuræ tranſpoſitæ.

§. CCCLXXXVI. *C. Bauhinus.*

Caſpar BAUHINUS, multis annis fratre ſuo junior, (anno demum 1560. natus), & in re herbaria æmulus, in colligendo laborioſus, in iconibus felicior, plantarum numero ſuperior, a diſcipulis & ab amicis multis omnino ſymbolis ditior, multo minus acuti vero judicii, in admittendis varietatibus, in repetendis cum diverſis nominibus iisdem plantis facilis, in deſcriptionibus etiam minus accuratus, claſſium naturalium minus ſtudioſus, in eo mecum infelix, quod tempora ſua cum anatome partiri ſit coactus. Anno 1577. per thermas Fabarias & montem Spelugam in Italiam penetravit, Baldum montem adiit, Romamque & Patavium, multas etiam in Italia a fratre prætervifas plantas collegit. Inde Galliam Narbonenſem anno 1579. petiit, Germaniam anno 1589. & poſt id iter 35. annis ſuperfuit, exſtinctus anno 1624. In patriam redux diu publice docuit, feliciſſimis ejus Academiæ temporibus. Sed etiam diſcipuli *Joachimus* BURSER, *Johannes* FLEISSER, *Jacobus* HAGENBACH, *Georgius* SPÖRLIN, alias & alias alpium regiones adierunt; & ſpolia ſua ad præceptorem miſerunt. HAGENBACHIUS ex alpibus glacialibus inter Interlachen, Lauterbrunn & Grindelwald; BURSERUS Badæ lectas, & circa thermas Fabarias, montem Fractum, vallem Lepontiam, Gotthardum, Gemmium, vicinum montem Gletſcherberg, montem Penninum, in Auſtria, montibus Pyrenæis, Gallia Narbonenſi. FLEISSERUS demum Gemmium & Penninum (S. Bernhard) adiit; *Jacobus* ALBINUS ex Hiſpania plantas miſit.

Hortenſes

Digitized by Google

Hortenſes ſtirpes, & ab amicis exteris undique miſſas, ab *Henrico* etiam potiſſimum FURERO, Senatore Northuſano, a *Fabio* COLUMNA (*l*), F. IMPERATO, F. & J. PONA, H. BELLI, J. A. CORTUSO, J. CARGILLO Scoto, J. DORTMAN, J. SIEGFRIED, J. TERENTIO, LEONHARDO DOLDIO, NIC. AGERIO, OLAO WORM, P. ALPINO, aliis (*m*) plurimas habuit, & Baſileenſis agri proventus ipſe adjecit.

Ad ANGUILARÆ librum *de ſimplicibus*, latine verſum & a ſe editum, notulas adjecit Baſileæ anno 1593. 8°. SEGUIER.

Primum edidit majoris operis Prodromum *Phytopinacem*, *ſeu enumerationem plantarum noſtro ſeculo deſcriptarum* Baſileæ anno 1596. 4°. Plantæ ſunt 2700. (nempe admiſſis in numerum varietatibus); cum nominibus ſæpe a ſolo numero repetitis, & ſubjectis nonnullis ſynonymis. Icones pauculæ & parvæ, aliquæ tamen ſtirpes hic primum deſcriptæ. Neque totum ambitum plantarum perſequitur, nam in Trifoliis finem facit: Carduos adeo, & alias claſſes præterit, partemque papilionacearum.

Anno 1598. edidit MATTHIOLI *opera*, & addidit de ſuo theſauro multas plantas a nemine hactenus propoſitas (*n*), novasque icones & ſynonyma. Earum iconum aliquæ in prodromo redeunt, multæ nusquam, quod ad theatri aliquas partes ineditas pertineant. Numerum non inivi, ſed omnino magnus eſt, ut hac editione MATTHIOLI non debeant carere, qui plena opera CASPARI poſſidere voluerint. Recuſum eſt anno 1674. fol. TREW.

Animadverſiones in hiſtoriam generalem plantarum Lugduni editam. Catalogus plantarum 400. eo in opere bis terve poſitarum Francofurti anno 1601. 4°. * Bonum opus & eo tempore neceſſarium, quo Lugdunenſis hiſtoria almageſti locum ſola tenebat.

Prodromus theatri botanici, in quo plantæ circiter 600. ab ipſo C. B. *primum deſcriptæ cum ſuis figuris proponuntur* Francofurti anno 1620. 4°. * Baſil. anno 1671. 4°. *. Non quidem ſexcentas novas plantas eſſe credas, cum multæ a CLUSIO aliisque dictæ pro novis redditæ ſint: numeroſæ tamen ſunt, & omnino 138. bonæ icones, nam cum plantis ſiccis ipſe comparavi, quarum ſunt ſimillimæ.

Pinax theatri botanici, ſeu index in Theophraſti, Dioſcoridis, Plinii & botanicorum, qui a ſeculo ſcripſerant; opera, plantarum fere ſex millium nomina cum ſynonymiis & differentiis. Opus XL. (*o*) *annorum*, Baſileæ anno 1623. 4°. 1671. 4°. * 1683. 4°. BERGER. niſi vitium eſt typographi. Cum ſinguli fere Scriptores

(l) Ejus plantæ ſiccæ pervenerunt ad Cl. BEHRENS *Hercyn. cur.* p. 30.
(m) Catalogum dat in principio Pinacis.
(n) Præf.
(o) Nam Monſpelii anno 1578. plantas legerat, & GUILANDINO aliquas demonſtraverat *Phytopin.* p. 149. 153.

Scriptores aliis nominibus eamdem plantam deſignarent, cepit hoc ævo confuſio naſci, quæ ab eo tempore multum increvit, ut quam plantam quiſque ſcriptor ſuo nomine deſignaret, nunc obſcurum eſſet. Ergo *Caſpar* BAUHINUS genus quidem ex veteribus, deinde quamque ſuam ſpeciem præmiſit, ſub ſuo nomine vero aliorum ſcriptorum diverſa nomina recenſuit, quibus eam plantæ ſpeciem intellexiſſent. Notas ſubinde adjecit, & obſervationes aliquas. Triplum fere numerum habet herbarum LOBELII, decuplum ſtirpium DIOSCORIDIS, & necdum novus Orbis ſuas divitias effuderat. Non ideo diffiteor, immenſo labori Cl. virum ſuccubuiſſe; paſſim eamdem plantam diverſis cum nominibus repetiiſſe, difficiliores THALII & CORDI ſtirpes non enodaviſſe, multum feciſſe reliqui. Non eo minus hic Pinax clavis loco eſt ad priorum ſcriptorum opera, neque fere poteſt de manubus deponi, quoties iis uti volumus, quæ ante CASPARUM ſcripta ſunt.

Catalogus plantarum circa Baſileam ſponte naſcentium Baſileæ anno 1622. 8°. 1671. 8°.*. (*p*). Unius civitatis hic ditiſſimus hactenus catalogus eſt, quo plantas etiam montis *Waſſerfalle* vir Cl. comprehendit. Nomina ſunt, & loci natales. Plantas aliquas mutata locorum natura delevit, cum Huningæ Gallicæ munitiſſimum Caſtellum ſucceſſerit, magnaque pars paluſtrium, a C. BAUHINO frequentatorum, ſiccata, hortiſque conſita ſit. Sed etiam induſtria nupera B. STÆHELINI, WARNERI LA CHENAL, aliorum Cl. virorum paſſim novas, neque *Caſparo* dictas, cives detexit.

Theatri botanici P. I. Baſileæ anno 1658. fol.* 1663. fol. TOURNEF. Præfatio eſt anni 1621. Duodecim magni operis partes erant, earum fere tres audio a Cl. viro perfectas fuiſſe, & pluſculas ad eas pertinentes ſtirpium icones vidi, cum ante 35. annos herbæ ſiccæ *Caſpari* BAUHINI mihi utendæ permiſſæ fuiſſent. Quod prodiit opus, ad Gramina & Liliaceas pertinet, difficilem claſſem, neque eo ævo perficiendam, quo characterum vera ſedes nondum innotuerat. Quare paſſim planta eadem repetitur, neque omnes adgnoſci poſſunt. Priſcorum etiam hic, ut apud J. BAUHINUM, minus tamen liquidam Epitomen habemus, icones commodas, deſcriptiones minus perfectas & ſynonymiam.

Reliqui codices & ingens numerus epiſtolarum botanici argumenti, P. ALPINI, COLUMNÆ, aliorum, latent apud heredes.

In catalogo l. anno 1500. ad 1600. video citari *Enumerationem plantarum ab herbariis noſtro ſecreto deſcriptarum cum ſculptis iconibus* Baſileæ 1593. 4°. Videtur eſſe phytopinax.

De compoſitione medicamentorum l. Oppenheim 1610. 8°. citatur in B. HOTTON. Epiſtolæ pluſculæ botanici argumenti ſunt inter WORMIANAS.

Parentalia ei celebravit J. *Emanuel* STUPANUS Baſil. 1625. 4°. *

§. CCCLXXXVII.

(p) CLESS in *Elencho* habet editionem Baſil. 1593. 8. quam puto eſſe fictitiam.

Digitized by Google

§. CCCLXXXVII. *Joh. Coler.*

Johannis Coler, V. D. M. *Oeconomia oder Hausbuch erſter Theil* Witteberg 1602. 4°. Draud. *Anderer Theil* 1595. 4°. 1598. 4°. *Dritter Theil* .... 1601. 4°. *Vierter Theil* 1597. 4°. 1598. 4°. 1607. 4°. *Fünfter Theil* 1599. 4°. 1607. 4°. *Sexter und lezter Theil* 1601. 4°. 1607. 4°. *Neunzehntes und zwanzigſtes Buch* 1601. 4°. Trew. *Sechs Theile* cum calendario Witteberg 1615. 4°. 3. Vol. 1609. fol. 1616. fol. 1620. fol. 1615. 1618. 3. Vol. 4°. 1622. fol. Integrum opus Witteberg. 1632. fol. Mogunt. 1645. fol. Francfurt 1672. fol. Lehm. 1680. fol. 1692. fol. *. Coram eſt, ſpiſſiſſimum volumen. Auctor primus operis pater eſt editoris. Inde filius in magnum volumen paternas Schedas auxit, & admiſtis deterioribus potius corrupit. Ad rem herbariam faciunt in *Calendario* plantæ aliquæ depictæ, quæ quoque menſe leguntur. Deinde L. IV. de agricultura, in Brandenburgica provincia, conſilia, cum nimia ſuperſtitione & metu Planetarum. Libri V. pars eodem pertinet. Liber VI. ad arborum cultum, hortum, Iſatidem etiam, Lupulum, aliqua. L. VII. Vitium cultum docet in regione frigida. L. VIII. De ſylva breviter agit. Pars herbaria in univerſum brevis eſt. Laudari tamen videas (*q*).

Ejusdem nempe Coleri patris ſeorſim prodiit *Calendarium perpetuum œconomicum Erſter Theil* Witteberg. 1592. 4°. *Andrer Theil liber quodlibeticus genannt* 1606. 4°. 1607. 4°. Draud. Uterque 1615. 4°. 1616. fol. Trew. 1620. fol. 1622. fol. 1627. fol. 1632. fol. hac editiones cum VI. libris œconomicis.

§. CCCLXXXVIII. *Adamus a Zaluzian. Alii.*

Adami Zaluziansky a Zaluzian *methodi herbariæ* L. III. Pragæ anno 1592. 4°. * Francofurti anno 1604. 4°. *. Neſcio quo fine Dodonæi plantas alium in ordinem diſpoſuit, nullam addidit de ſuo adnotationem. Sed neque muſcorum (*r*) diviſio, neque Orchidum (*s*), utilitatem aliquam habere poteſt. Nomina bohemica plantis adjecit.

Archetypa ſtudiaque patris *Georgii* Hoefnagel *Jacobus* filius ab ipſo ſculpta communicat anno 1592. fol. long. recuſ. anno 1630. IV. Partes 4°. Potiſſimum quidem inſecta & animalcula ſculpſit. Intercedunt tamen etiam fructus, & flores ramique arborum.

J. *Antonii* Finei *il remedio infallibile che conſerva il vino in ogni paeſi* Romæ anno 1593. 8°. Thomas.

(q) *Oecon. Nachr.* IV. p. 581.
(r) L. II. c. 3.
(s) C. 4. fin.

Digitized by Google

Ejusdem *Il vaſo di vitro quaſi infrangibile dove non ſi guaſta il vino* Romæ anno 1611. 12°. Seguier.

Thomas Hill *Profitable art of gardening* Londin. anno 1593. 4°. Harl. Conf. p. 368.

J. Gramanni *de pharmaco purgante* Erford. 1593. 4°. Boehmer.

Galeacii Landrini *de vini & aquæ inter ſe mixtione quæſtio* Florent. anno 1593. 4°. Seguier.

Hieronymi Minetti liber *de Sarſæparillæ & Ligni Sancti viribus* Senis anno 1593. 4°.

Helisæi Roeslein tr. *von des an Elſaß, und an Lothringen gränzenden Gebirges Gelegenheit in Victualien und Mineralien* Strasburg 1593. 8°. *. Habet plantas aliquas, filicem florentem circa *Griesbach*, forte Oſmundam, cui tamen florem album facit, Creterach, quod forte fuerit Stuthiopteris, Phyllitidem &c.

Marco Bussato *il giardino di agricultura che de' ſaper un giardiniero* Venet. 1593. 4°. Trew. 1599. 4°. Seg. 1612. 4°. Falc.

Bartholomæi Burchelat *Charitas, ſeu Convivium dialogicum ſeptem phyſicorum, in quo apparatus, ritus, ordines, cibaria, potus, utenſilia ex antiquorum promptuariis dilucidentur* Tarviſii anno 1593. 4°. Burette.

§. CCCLXXXIX. *Varii.*

Horatii Guarganti *De Mechoacanni radice, ſeu Rheo Indo* Venet. anno 1594. 4°.

Idem in *conſiliis* balſami hiſtoriam dat & bonas notas ſpeciesque Venez. 1613. 4°.

Ejusdem *de theriacæ virtutibus paraphraſis, de mechiocenni radice opuſculum: de ovo gallinarum & ejus uſu in febribus* Venet. 1595. 4°. Cin. Lib. de theriaca italice recuſus eſt cum Melichio Venez. 1648. 4°.

Fulvii Benigni *adnotationes ad* Serlupii *& aliorum agriculturæ artem* Romæ 1595.

Henrici Georgii Enriquez *de regimine cibi & potus, & de reliquarum rerum non naturalium uſu nova enarratio* Salmanticæ anno 1594. 8°. Clem.

Benedetto Venier *unica maniera d' irrigare campagne Veroneſe da due parte dal Adige* Verona 1594. 4°.

Leonhardi Bausch *comm. in* Hipp. *de medicamento purgante & de uſu veratri* Madrit 1594. fol.

Bernardi

Digitized by Google

Bernardi PENOT chemici, *tractatus varii de vera præparatione & uſu medicamentorum chymicorum* Francofurti anno 1594. 8°. Urſellis anno 1602. 8°. MERKL. Hic vera Hellebori nigri præparatio, & quarumdam herbarum ſales, & oleum Camphoræ continentur.

Guilielmi SERAPHINI *de compoſitione medicamentorum & exhibendi ratione* L. II. Turin. 1594. 4°.

Johannis FRANCI, qui fuit inter C. BAUHINI amicos, *Hortus Luſatiæ, ſeu Catalogus plantarum in Luſatia naſcentium* Budiſſin. anno 1594. 4°. mihi non viſus. Germanice lego, *h. Luſaticus, das iſt, lateiniſche, deutſche und etliche wendiſche Namen derer Gewächſe in Ober - und Nieder - Lausniz* 1619. 4°. Vidi conjungi cum auctore *ſignaturæ plantarum.*

Oswaldi GABELCHOFER *Arzneybuch* Tubing. anno 1594. 8°. 1596. 4°. Strasburg 1594. 8°. & Francfurt 1594. 8°. & Eisleben 1594. Belgice Dordrecht 1598. 4°. 1599. 4°. B. Tig. 1618. 4°. TREW. Francof. 1618. anno 1665. 4°. 1694. 8°. Anglice a BATTO verſus *the book of Phyſik* London 1599. fol. OSB. Liber eſt LUDOVICI ducis Würtembergici, quem noſter juſſu principis in ordinem reduxit.

N. ZEDORA *Herbarium Polonicum* Cracov. anno 1595. fol. Polonice.

Martini UNZENDORF *herbarium Polonicum* Cracov. 1595. fol.

§. CCCXC. *J. Gerard.*

John GERARD Nantvicenſis, Chirurgi, *Catalogus arborum, fructuum, ac plantarum tam indigenarum, quam exoticarum in horto Gerardi naſcentium* Londini anno 1596. 4°. SEGUIER. anno 1599. 4°. BODL.

EJUSDEM *Herball with braſs cutts in colours* London anno 1597. fol. SEG. GERARDO LOBELIUS bonum dat teſtimonium, multas in Anglia ſponte naſcentes ſtirpes ab eo primum detectas eſſe; in horto eumdem multas, etiam exoticas, aluiſſe. Deinde Chirurgus Reginæ *Georgius* BACKER, multa itinera feciſſe, & in certamine cum botanico gallo longe ſuperaſſe GERARDUM. Anglorum etiam claſſicus auctor fuit, fere ad RAJI tempora. Mihi videtur compilator equidem, varietatum ſtudioſus, ut etiam quæ plantæ albo ſunt flore aut rubro ſæpe propriis figuris diſtinxerit, hæc ex ſeculi genio. DODONÆO & aliis nuperis plurimum uſus eſt. Proprias figuras aliquas reperio, ad ſedecim, quarum aliquas non intelligo, ut Gratiolam latifoliam, foliis pinnatis ovato lanceolatis, Chamælinum theſii facie. Vacciniorum nubis mira figura adeſt, ranunculo flore ſui ſimilis, foliis binis conjugatis reniformibus. In B. BODL. icones dicuntur æneæ eſſe: ſed ligneæ ſunt undique.

Digitized by Google

§. CCCXCI. *Varii.*

Andreæ Chiocci *De Balſami natura & viribus juxta Dioſcoridis placita Carmen*, Veron. anno 1596. 4°. Seguier.

Ejusdem etiam *quæſtiones* huc aliquantum faciunt, quæ Veronæ anno 1594. 4°. * prodierunt. De Helleboro, de vino, & peculiariter de vino mordaci, &c.

Cum Ceruto ſcripſit *Muſæum* Calceolarii.

J. Adam Schetner *gründlicher Bericht vom rechten Gebrauch des Weines* Francfurt 1596. 8°.

J. Rud. Bouilly *Beſchreibung des Weinſtocks* Hanau 1596. 8°. Alii 1597. 8°.

Aurelii Minadoi *de lue Venerea* Venet. 1596. 4°. Lignum Guajaci pro vero venereæ luis remedio habet.

Herbarium Matthioli Camerarianum bohemice cura Adami Huber & Dan. Adami prodiit Prag. 1596. fol.

Antonio Dionysio *Bacchus & Pales ſ. de natura vini & de laudibus ruris* Veron. 1596. 4°. Cinelli.

§. CCCXCII. *N. Guibert. Sprenger.*

N. Guibertus *De Murrhinis, ubi de Myrrha, de Myrrhato* Francofurti anno 1597. 8°. *. Agit de Myrrha, de vino myrrhato, de Benzoino; negat pocula myrrhina facta fuiſſe ex Benzoino, & Benzoin a Myrrha differre docet.

Ejusdem *De Balſamo ejusque lacryma, quæ Opobalſamum dicitur, natura & facultatibus* Argentorati anno 1603. 8°. Burette.

Philippi Stephani Sprenger, Pharmacopolæ Heidelbergenſis, *horti medici Catalogus* Francofurti anno 1597. 4°. * a J. Bauhino paſſim citatus, etiam nomine impoſito decoratus, in Hieracio Sprengeriano. Hic brevem ſolorum nominum catalogum dedit.

Blaſio Alvarez de Miraval *La conſervacion de la ſalud de cuerpo, y al buen regimiento de la ſalud* Met ymnæ anno 1597. 4°. Salmanticæ anno 1691. 4°. N. Anton.

Evangeliſtæ Quatramii *Degli ingredienti della theriaca e mithridatio* Ferrara anno 1597. 4°. Falc. In eo libro de Phu ſcripſit, & cum Columna litem ſuſcepit.

J. Schenk

J. SCHENK a GRAFENBERG L. VII. *de Venenis* Friburg. 1597. 8°.

PETRI ab UFFENBACH *theſes de Venenis* Baſil. 1597. 4°.

IDEM plurima aliarum opera edidit, & inter ea MATTHIOLUM.

EJUSDEM *diſpenſatorium galenico chymicum*, RENODÆI & QUERCETANI pharmacopœas continet Hanau 1611. 4°.

Antoine CONSTANTIN *Bref traité de la pharmacie provinciale* Lyon anno 1597. De medicamentis purgantibus agere lego, ad veterum morem, & autarkiam patriæ ſuæ demonſtrare PEIRESC. vit. p. 239.

J. *Baptiſta* SYLVATICI *De compoſitione & uſu theriacæ Andromachi* L. II. Heidelberg. anno 1597. 8°. Francofurti anno 1600. 8°. Lugduni 1607. 8°. RIV. cum ERASTO.

Joh. PESCHEL *Garten-Ordnung, oder ordentliche Beſchreibung, wie man aus der Geometrie einen zierlichen und nützlichen Garten anrichten ſoll* Eisleben 1597. fol. DRAUD.

Anna WECKERIN *Kochbuch von allerhand Speiſen* Amberg 1597. 4°. DRAUD.

Conrad KUNRATH *fünf ſchöne Tractätlein de Elleboro, rore ſolis, abſinthio, Saccharo und der Schlange* 1597. 8°.

EJUSDEM *Medulla deſtillatoria & medica, wie man den ſpiritum vini — die Perlen, Corallen — andre Olitæten aus den creſcentibus, als Früchte, Roſinen und andern Sachen, zum auro potabli und andern Arcanen dienlich, künſtlich diſtilliren ſoll* Leipzig 1599. 8°. Eisleben 1595. 8°. Hamburg 1605. 8°. DRAUD.

EJUSDEM *Diſtillier- und Arzney-Kunſt* Leipzig 1703. 4°. &c.

§. CCCXCIII. *Varii.*

Diarium nauticum itineris Batavorum in Indiam Orientalem Heidelberg 1598. 4°. ANDERS.

Prémier Livre de l'hiſtoire de la navigation aux Indes Orientales par les Hollandois, & des choſes à eux advenues Amſterdam anno 1598. fol. *; etiam in THEODORI de BRY collectione, & in *Collection des voyages, pour l'établiſſement de la Compagnie des Indes.* Nautæ Navium anno 1594. emiſſarum, in Madagaſcaria morati, arbores aliquas deſcripſerunt, inde Sumatram & Bantam petierunt. Iidem Cocos, Betel, Piſang, Mangas, Arec, Palmetos, Jaccas, Carcapulli, Caſſiam, Sycomorum, Aloen, Ananas, depicta dederunt.

Le

Le ſecond Livre Narration hiſtorique de voyage fait par huit navires en 1598. Amſterdam anno 1601. fol. *. Arbores Inſulæ *D. Mauritii*, tum fructus naturæ in Java Inſula & Ternata provenientes deſcribuntur.

JESSENII a JESSEN *de mithridato & theriaca* Witteberg. 1598. 4°. Gieſſ. 1614. 12°. cum J. *Matth.* DURASTANTI *de aceto ſcillities & aloë*, & *Nic.* CURTIO *de medicamentis lenientibus, præparantibus & purgantibus* PLATN.

EJUSDEM *Diſſ. de plantis* Witteb. 1601. 4°.

Hiſtoires prodigieuſes & memorables extraites de pluſieurs auteurs, grecs, latins &c. par BOISTEAU, TISSERANT & aliis cum iconibus Paris 1598. 8°. ſi huc facit.

Gulden Schatz oder Kunſtkammer von allerley verborgenen Künſten Roſchach 1598. 4°. huc videtur facere.

Petri PION *Phytologia, ſeu theſes de plantis* Herbipoli anno 1598. 12°. (1619. 4°.) Compilatio ex LOBELIO & TABERNÆMONTANO. CL. SEGUIER tribuit *Hadriano* ROMANO *theſes de ſimplicium medicamentorum facultatibus* Herbipoli anno 1601. 4°. editas, & de *ſalubri olerum uſu* anno 1602. 4°. An alius fuerit.

Richer de BELLEVAL *Onomatologia ſ. Nomenclatura ſtirpium, quæ in horto medico Monſpelienſi coluntur* Montpelier anno 1598. 12°. TOURNEF. Conditor ejus horti fuit, quem *Oliverius* (*t*) des SERRES pro exemplare habet horti publici. Eum anno 1604. exſtruxerat, & anno 1624. deſtructum idem reſtituit.

EJUSDEM *Deſſein touchant la recherche des plantes du Languedoc* Montpelier 1605. 8°. cum quinque iconibus TOURNEF.

Remontrance au ROY HENRI IV. *touchant la continuation de la recherche des plantes du Languedoc, & peuplement de ſon jardin de Montpelier* 4°. cum tribus iconibus SEGUIER.

EJUSDEM Tabulæ æneæ poſthumæ 260. jam TOURNEFORTIO dictæ, (*u*) quarta forma in manus *Antonii* GOUARIN, gnariſſimi herbarum viri, devenerunt, quas, ut ſperamus, cum interpretatione edet. Æri ſunt inſculptæ, rigidiuſculæ, cæterum ad naturam factæ. Plurimæ plantæ alpinæ inter eas ſunt, tum calidarum regionum cives: inter eas & rariſſimæ, & novæ, ut Gentiana minima JACQUINI, Lychnis umbellifera Helvetica, Papaver nudicaule alpinum, Campanula minima Cl. ALLIONE, Pulſatilla ἀνθεμώδης, Alyſſon

(t) p. 731.
(u) *Voy.* II. p. 297.

Digitized by Google

ſon GERARDI. Nomen ſpecificum græcum adjecit, ad morem *Pauli* RENEAULME.

Andreæ LIBAVII *Singularium* Pars I. II. III. IV. Francofurti anno 1599. 8°. MERKL. In II. agit de zoophytis, agno ſcythico &c.

EJUSDEM *de theriaca Andromachi ſenioris* Coburg 1613. 4°.

Giov. de RINALDI *Il moſtruoſiſſimo moſtro diviſo in due trattati,* I. *del ſignificato de' colori*, II. *dell herbe e fiori* Breſcia anno 1599. 8°. BURETTE. Venet. anno 1592. 8°. 1599. 12°. SEGUIER.

Samuel BERGER *von der Pæonien-Wurzel* Francfurt anno 1599.

Kruytboek Delft 1599. 8°. LIND.

Chriſtofle ISNARD *memoires & inſtructions pour le plan des muriers blancs & nourriture des vers a ſoie* Paris 1599. 8°. d'ETREES. 1665. 8°. FOLK. Valde ſpernunt nuperi ſuperſtitioſum opus.

Les vers a ſoie préſentés au Roi ſur l'entrepriſe de Mrs. de la Chambre du Commerce des Indes Orientales, de faire venir les graines des vers à ſoie de Madagaſcar, &c. & Inſtructions pour les plants des maniers &c. Paris 1665. 8°. BUR.

Chinæ nova hiſtoria — de ſumma fertilitate, incredibili vinorum copia opera MARII HENNING Francofurti 1599. Mogunt. 1600. 8°. Idem puto opus quod p. 373.

§. CCCXCIV. *F. Imperatus.*

Ferrante IMPERATO, Pharmacopola Neapolitanus, Columnæ amicus, rerum naturalium theſaurum collegit, & ejus præcipua ornamenta cum titulo edidit, *Hiſtoria naturale* L. XXVIII. Neapoli anno 1599. fol. & auctius Venetiis anno 1672. fol. *. Latine Coloniæ recuſam anno 1695. 4°. *. Verum auctorem fuiſſe *Nicolaum Antonium* STELLIOLAM, pretio redemtum ut nomen FERRANTIS præfigi permitteret, V. PLACCIUS. Præter foſſilia & alia Cl. viri rariora, ex theſauro deſcripta, multa hic ad univerſam naturæ hiſtoriam pertinentia reperiuntur. Ad rem herbariam ſpectant in libro XXVIII. pluſculæ Coralliorum icones: in Libro XXVIII. aliquæ figuræ plantarum, cum notulis J. *Mariæ* FERRI pharmacopolæ, quæ ad ultimam editionem primum acceſſerunt.

IDEM plantarum icones paraverat, quæ RAJI tempore ſupererant (*x*).

In Catalogo FALCONETTI legitur *diſcorſo intorno a diverſe coſe naturali* de *Franc.* IMPERATO Neapoli anno 1628. 4°. Nonne noſtri fuerint FERRANTIS?

§. CCCXCV.

(x) *Tancredus* ROBINSON in Epiſt.

Digitized by Google

§. CCCXCV. *J. Hugo v. Linſchoten.*

J. *Hugonis v.* LINSCHOTEN Haarlemenſis, *Navigatio & Itinerarium in Orientalem Indiam* &c. Haag. anno 1599. fol. * Francofurti anno 1601. fol., etiam Gallice ibid. eodem anno SEGUIER. Belgice Amſterdam anno 1596. fol. 1619. fol. 1644. fol. SEGUIER. Germanice *Hiſtoria naturalis von Indien* Francf. 1600. fol. Ex melioris notæ peregrinatoribus, tredecim annis a patria abfuit, quorum partem, ſex fere annorum, in India Orientali vixit. Mores populorum candidus adnotavit, neque hiſtoriam naturalem neglexit. Arbores utiles & aromaticas depictas dedit, & deſcriptas, cum PALUDANI notis, quæ in editione anni 1599. pariter reperiuntur. Alio itinere ultimum ſeptentrionem adiit, ſed id quidem plantis caſſum eſt.

§. CCCXCVI. *R. Hawkluyt.*

Richard HAWKLUYT *principal navigations voyages and diſcoveries of the English nation by land and Sea.* London anno 1599. 1600. fol. 3. Vol. B. B. Inter innumerabilia itinera ſunt etiam loca, quæ ad plantas tinctorias aut alioquin utiles, & inter merces receptas ſpectant.

EJUSDEM *Virginia richly valued by the deſcription of Florida her neighbour.* Ex Luſitanico vertit *Rich.* HAWKLUYT London anno 1619. 4°. BODL.

Ediderat etiam cum notis P. MARTYRIS Decades VIII. Paris 1587. 8°. CHIV.

EJUSDEM *two remembrances of things to be endeavourd in Turky touching our cloathing and dying* &c. Lond. 1592.

Levini HULSII *Beſchreibung des goldreichen Guiana* 1599. 4°.

§. CCCXCVII. *Caſpar Schwenkfeld.*

Caſpari SCHWENKFELD medici Hirſchbergenſis, *ſtirpium & foſſilium Sileſiæ Catalogus* Lipſiæ anno 1600. 4°. (y). Partim proprio labore, partim auxilio *Dominici* HEINZ, *Jeremiæ* GESNER, *Tobiæ* FISCHER & *Sebaldi* LAUREÆ floram, ut hodie amant loqui, non pauperrimam patriæ ſuæ ſcripſit. Admiſcuit equidem plantas hortenſes, multas tamen in Sudetum montibus, partim alpinas, partim ſeptentrionales herbas collegit. Deſcriptiones nimis breves aut nullas addidit, & parca ſynonyma.

EJUS-

(y) Ex CURÆO multa habuiſſe GRAMNER, tract. 3, cujus *Chronicon Sileſiæ* diximus p. 344.

EJUSDEM *kurzes Verzeichniß der Kräuter, welche von den warmen Brunnen auf den Gebürgen gefunden werden* Görliz anno 1607. 8°. TREW. Hirſchberg. anno 1619. 8°. *. Hic libellus prodiit cum *des Hirſchbergiſchen warmen Bades Beſchreibung*. Catalogus ſpontanearum plantarum, inter quas plures raræ, ut Rubus Monococcus, Tuſſilago alpina maxima (Petaſites DILLENII), Gentiana punctata, Laurus Alexandrina (Uvularia), Angelica, Leda Sileſiaca duo, Pinaſter, Porrum alpinum, Radix roſea, Sonchus cæruleus, Viola flore magno, & lutea, Angelica alpina. Aliquæ vix notæ, ut Hieracium Draconites.

EJUSDEM *Theſaurus pharmaceuticus medicamentorum facultates & præparationes continens* Baſileæ anno 1587. 8°. GUNZ. PLATN. Francofurti anno 1630. 8°. MERKL.

§. CCCXCVIII. *Varii.*

Thomæ DORNKRELL *Diſpenſatorium novum continens ad omnia pathemata remedia ſelecta* Ulyſſeæ (ubi) anno 1600. 4°. Hamburg. anno 1604. 12°. Lipſ. anno 1623. 12°. Jenæ anno 1645. 12°. MERKL.

Joſeph ROSACCIO *il microcoſmo nel quale ſi tratta dell' anima vegetabile, ſenſibile e rationale* Firenz. 1600. 8°.

Jayme GUTTIEREZ de SALINAS *Diſcurſo del pal, del vino, &c.* Alcala anno 1600. 4°. FALCON.

Compendium hujus operis Madrit. anno 1620. fol.

J. *Victorii* SODERINI *Coltivazione Toſcana delle viti* Firenz. anno 1600. 4°. THUAN. 1610. 4°. 1620. 1622. 1700. 1734. 4°. SEGUIER.

Pauli CRASSI *De Lolio tractatus cum epiſtola Ulyſſis* ALDROVANDI Bonon. anno 1600. 4°.

CESARE CRIVELLATI *tratt. dell uſo e modo di dare il vino nelle malatie acute* Rom. 1600. 8°. FALC.

Jacob. LEBZELTER *de ſimplicium medicamentorum facultatibus in genere* Lipſiæ 1600. 4°.

Bernardo DAVANZATI *Coltivazione Toſcana delle viti e d' alcuni albori* Firenz. anno 1600. 4°. 1610. 4°. cum VICTORIO, & ſolus Firenze anno 1621. vel 1622. 4°. RIV. 1638. 4°. SEGUIER. Padova anno 1727. ibid.

J. TAVERNER *experiments concerning of fiſh and fruite* London anno 1600. 4°. (OSB.)

§. CCCXCIX. *Oliv. des Serres.*

Olivier des SERRES, Sieur du PRADEL, nobilis Languedocici, *Théatre d'agriculture* Paris anno 1600. fol. FALCON. 1611. 8°. * Geneve anno 1639. 4°. *

Lyon 1675. fol. auctum venatione luporum TREW. Magnum opus & bonum, viri experti, ſimplicium amantis, neque impendioſorum artificiorum ſtudioſi. Scripſit utique ſuo calido cælo. Pertinet autem ad rem herbariam Liber II. de frumento, & de cultu agri. L. III. de vite & vino. L. IV. de paſcuis, pratis. Medicæ cultum commendat & irrigationem. Libro V. pauca huc ſpectant, fere de moro, ex cujus etiam cortice lintea docet parare. L. VI. de horto & plantis cultis, etiam de Croco, Lino, Cannabe, Iſatide, Rubia, Carduis, deque pomis & fructibus, floribus, plantisque medicis, de inſitione. L. VII. de ſylva. L. VIII. de cibis & alimentis. Fuſe hiſtoriam dat Solani tuberoſi (z).

EJUSDEM *la cueillette de la ſoie pour la nourriture des vers qui la font* Paris 1599. 8°. d'ETRE.

EJUSDEM *Seconde richeſſe du Meurier blanc* Paris anno 1603. 8°. BURETTE. Juſſu Regis artem educandorum bombycum, colendarum Mororum, Serici conficiendi docet.

Germanice *Eigenſchaft und Natur des Seidenwurmes* vertente *Jac.* RATHGERBER Tübingen 1603. 4°. THOMAS.

§. CCCC. *Codices M.S.*

Ad finem ſeculi aliquos Codices M.S. colligemus.

ROMOLO ROSSELLI STEPHANI patris l. *de ſimplici ſecundo l'ordine du Dioſcoride Corograf Toſcan.*

Franciſci CARLETTI *raggionamenti fatti ſopra il viaggio che fece in circondare il globo terraqueo* da 1597. a 1606. IB. Plantas etiam habet indicas.

Stephani ROSELLI ſumtu plantæ in *horto ſimplicium cultæ* delineatæ fuerunt a F. AGOSTINO del RICCIO. COR. T.

JOSEPH CASABONA Indiam adiit, plantas ibi colliget, codicem M.S. cum iconibus reliquit, quæ ſunt apud TARGIONIUM. Præfat. ad MICHEL.

J. *Baptiſtæ* DONI de cultura per ignem: nova ſecundarum frugum methodus, & nomen artificium conſervandi vini. ID. *Corogr.*

Antonius PAVILLON, aëvi mihi ignoti, gallice ſcripſit de natura ac qualitate cibi & potus. SANDER clar. Ant.

Anonymi *de ſimplicium natura* Bibl. Reg. Pariſ. n. 7078.

Joh. ROCHON antidotarium, MARESCOTTI Pharmacia, & Euporiſta. IB.

EJUSDEM ROCHON adnotationes in MESVEN de ſimplicibus medicamentis purgantibus & in L. L. TAGAULT. ib. n. 7079.

ATANASIO

(z) p. 680.

Digitized by Google

Atanasio di ſ. Carlo de herbis M.S. In Bibl. Ambroſ. Quadrio differt. III.

Simonis Pietre de ratione componendorum & præſcribendorum medicamentorum L. II. in Bibl. Reg. Pariſ. n. 6879.

D'Assas brevis methodus de medicamentorum compoſitione B. R. Pariſ. n. 7025.

Henrici Renham de vegetabilibus L. II. Tanner, forte vetuſtiores.

Bartholomæi Moser *theſaurus bibliatricus omnium ſcriptorum, qui artem medicam coluerunt* — & inter claſſes rerum præcipuas artesque materies medica Dilling. fol. num prodierit, dubitatur.

§. CCCCI. *J. Pona.*

Johannis Ponæ Pharmacopœi Veronenſis, *Index multarum rerum, quæ in repoſitorio ſuo adſervantur.* Veronæ anno 1601. 4°. Fructus, radices, plantarum aliæ partes varie utiles, in breviſſimo catalogo.

Ejusdem *Iter Montis Baldi* prodiit hoc anno, cum C. Clusii plantarum hiſtoria *: Recuſum eſt Baſileæ anno 1608. 4°.* cum *Nicolai* Marogna l. *de Amomo Dioſcoridis & Plinii.* Sed melior editio prodiit Venetiis anno 1617. 4°. *. Titulus eſt, *Il Monte Baldo deſcritto.* Plantæ quidem alpinæ plurimæ recenſæ, earum multæ bonis figuris declaratæ. Deinde admiſtæ multæ Creticæ, & aliæ potiſſimum ex horto Contareno acceptæ. Mons ipſe amplus & varius, magna parte ſui aſperrimus, plantarum feraciſſimus, & noſtras habet alpinas, & alias permultas, quibus caremus. Garidellam hic videas, Stæheliniam Linnæi, Cannabinam Tournefortii, Papaver nudicaule, Ebenum Creticam, Saxifragam, ſeu Lychnidem fragilem, Buonarotam, Ranunculum calyce villoſo, Stæheliniam meam, Abſinthium Genipi, Achilleam Genipi, alias plantas prius parum notas.

Ejusdem *de vero Balſamo dagli Antichi, nel quale ſi prova che il ſolo Balſamo Arabico e il legitimo, e ſi ſclude ogn altro licore abbracciato ſotto nome di Balſamo degl' antidoti* Venetiis anno 1623. 4°. Falcon.

§. CCCCII. *Felix Plater.*

Ad hæc tempora pertinet *Felix* Plater, magnus Clinicus, qui tamen neque univerſam naturam neglexit, cum theſauros rerum naturalium non minimos collegerit, neque rem herbariam, cujus ſplendidum hortum ſiccum rariſſimis plantis plenum viderim. Nomen raro Ranunculo impoſuit.

Digitized by Google

§. CCCCIII. *J. Robin.*

Jean ROBIN *Catalogus ſtirpium tam indigenarum, quam exoticarum, quæ Lutetiæ coluntur* Paris anno 1602. 12°. 1607. 1624. 8°.

EJUSDEM *Le Jardin* de HENRY IV. *ou recueil de fleurs, gravées par Pierre* VALLET *Brodeur du Roi, avec un catalogue de quelques plantes étrangéres, qu'il avoit reçues de Guinée & d'Eſpagne* Paris anno 1608. fol. BURETTE. Recuſus cum titulo *Le Jardin de* LOUIS XIII. Paris anno 1623. fol. * & 1638. fol. SEGUIER. omiſſo ROBINI nomine. Tabulæ 92., in exemplo meo vivis coloribus pictæ, florum fere ex gente Liliacea, etiam potiſſimum Iridum; monuit etiam auctor de colore, qui cuique plantæ conveniat, & fere ſummas plantæ partes depinxit. Meo exemplo præcepta hortenſia docta manu adſcripta ſunt. Et ipſe & VESPASIANUS ROBIN hortum alebant, Regio ſtipendio ſuſtentati.

§. CCCCIV. *D. Canevarius.*

Demetrii CANEVARII, Patricii Genuenſis, *de ligno ſancto Commentarius, in quo qualitates ejus exprimuntur, exque illis lignum quoddam in Italiam delatum pſeudolignum ſanctum eſſe nulloque modo verum demonſtratur* Romæ anno 1602. 8°.*. Diligens in utroque ligno auctor, nam neutram plantam vidit. Utitur potiſſimum *Gonſalvo* FERNANDEZ, qui lignum Guajacum, præter exiguas aliquas notas, Sancti ſimile fecerat; Sanctum tamen ex Inſula S. Johannis (Portorico), Guajacum vero ex Hiſpaniola accerſiverat, & eorum lignorum, quod priori loco dixi, majores adverſus Buas vires habere ſcripſerat. Refutat noſter *Antonium* GALLUM, hunc fuſius & acrius, & FALLOPIUM, qui Lignum ſanctum a Guajaco longe ſeparaverat. Denique ſigna diſcriminis ſuppeditat. Ligno ſpurio craſſiorem eſſe corticem, eumque rarum & ſpongioſum; lignum ipſum viride, non pingue, parco gummi imbutum, minus ponderoſum, durumque, odore minori, aut nullo, ſapore non amaro, ſed ab initio inſipido, deinde acerrimo. Dubitat, num vere eo ligno unquam lues venerea ſanata fuerit.

CYNTHIUS CLEMENS anno 1601. 4°. Romæ *diſputationes de natura & facultatibus Ligni ſancti* ediderat. Contra cum DEMETRIUS ſpripſerat. Reſpondit CYNTHIUS *de natura atque facultate Ligni ſancti nuper ut ferunt aliqui, ex Hollandia Romam delati* Romæ 1602. 4°. DEMETRII, quem refutat, libellum una recuſum edidit, & id Lignum rejecit.

§. CCCCV. *Varii.*

The new and admirable art of Setting of Corne Lond. anno 1601. 4°.

Johannis SYLVII *Oratio de Roſis* Hafniæ anno 1601. 4°. MOLLER.

Conradi

Digitized by Google

Conradi BATTI *oratio prima botanologica* Regiomonte 1601. 4°.

Jac. COCI & J. TETENS *de purgantibus ſimplicibus* diſp. Witteberg. 1601. 4°. MOLLER.

J. GRAVII *de plantis* diſſ. VIIIva Caſſel 1601. 4°.

EJUSDEM *de ſimplicium medicamentorum facultatibus in genere* Heidelberg. 1604. 4°.

Juques FONTAINE *traité de la theriaque* Avignon 1601. 12°. BUR.

§. CCCCVI. *G. Pancirolus. Alii.*

Guidonis PANCIROLI *Rerum memorabilium, ſeu deperditarum* P. II. *cum Commentariis Henrici* SALMUTH Amberg. anno 1602. 4°. ut videtur, & Francofurti anno 1610. 4°. * & Italice Venet. anno 1612. 4°. Codex poſthumus a J. CAMERARIO anno 1596. ad SALMUTHUM miſſus eſt, qui PANCIROLUM audiverat; & plurimum ab eo viro auctus prodiit. In Pars I. agit de cinnamomo, folio, odoramentis. Pars II. huc facit ob varias memorabiles novi orbis plantas, Caſſiam ſolutivam, Saccharum, Mannam, chartam, de quibus propria capita hic reperiuntur. Uterque Juris conſultus cum fuerit, collatitiis fere divitiis utitur, ex CÆLIO Rhodigino aliisque nuperis collectis.

Ferdinandi Roderici CARDOSI *de rebus ſex non naturalibus* Lisbon 1602. 4°. BOEHMER. Francofurti 1610. 8°.

* *Johannis* SIEGFRIED *De genere aromatum, quæ cortices ſunt* Helmſtätt anno 1602. 4°.

G. Battiſto SEGNI *Trattato ſopra la Careſtia e fame, varie multiplicationi e ſorti di pane* Bologna anno 1602. 4°. SEGUIER. Alimenta varia.

Wolfgang HOECHSTETTER *de ſalubri ſtudioſorum victu* Ingolſtatt 1602. 8°.

EJUSDEM *Medicamentorum Oeconomia ſ. nova medicamentorum in claſſes ſedes & familias diſtribuendorum ratio* ib. 1610. 8°. 1615. 8°. GRUENWALD.

Manuale medicum, d. i. *neues Arzneybüchlein für allerley Gebrechen und Krankheiten, ſamt einem Herbario nach L. Fuchſii Kräuterbuch* mit figg. Francfurt 1602. 8°. DRAUD.

Vicenzo BRUNI *dialoghi tre delle Tarantole, del vivere e del morir, delle pietre prezioſe e de' ſimplici* Napoli 1602. 4°. d'ETREES.

C. T.

Digitized by Google

C. T. *againſt the pernicious uſe of tobacco* Lond. 1602. 4°. BODL.

Abrah. FUCHS *de venenis* Baſil. 1602. 4°. RIV.

§. CCCCVII. *P. Pauw.*

Petri PAAUW *Horti publici Academiæ Lugduno batavæ ichnographia & ſtirpium nomina* Leidæ anno 1603. 8°. BURETTE cum figuris. 8°. SEGUIER etiam 1601. ibid. Eam editionem non habeo, ſed adeſt inter meas *Hortus publicus Academiæ Lugduno batavæ, ejus ichnographia deſcriptio uſus* Leidæ anno 1617. 8°.*, quo anno PAVIUS obiit; & 1629. 8°. BURCKARD. In eo quadræ & pulvelli expreſſi, & charta pro plantis nuda relicta; ſed in meo exemplo manu inſcriptæ plantæ. Ad finem catalogus nominum breviſſimorum, & trivialium, ſtirpium, quæ eo horto eo tempore continebantur. Alienum fuiſſe a re herbaria, & pro Terebintho ſtudioſis Fraxinum demonſtraſſe ROLFINKIUS auctor eſt *(a)*: merita tamen in Hortum publicum VORSTIUS laudat *(b)*.

Hieronymo CORTES *phyſionomia y varios ſecretos de Naturaleça* Saragoça 1603. 8°. BODL.

Diego Sanchez MALDONADO *Agricultura allegorica e eſpiritual* Burgos 1603. BODL. ſi huc facit.

Baſilii PLINII *carmen de venenis* Noribergæ 1603. 8°. RIV.

Antonii MERINDOLI *examen confectionis alkermes* Aq. Sext. 1603. 8°.

F. BONAMICI *de alimento* L. V. Florent. 1603. 4°. Liber V. eſt de conſequentibus ſitim.

JOSEPH von LOCATELLI *Beſchreibung eines neuen Inſtruments zum Pflügen und Säen zugleich* 1603. 4°. Jenæ 1690. 4°. celebris illius Seminatoris.

EJUSDEM *teatro d' arcani medici* Venez. 1667. 8°.

Chriſtoph. Fabius BRECHTEL *neuere Art Barbierers Zettel aller gebräuchlicher Simplicien* Nürnberg 1603. fol. TREW.

EJUSDEM latina *Nomenclatura pharmaceutica* h. e. *liber appellationum & titulorum omnium medicamentorum* ib. eod. anno fol.

Hieron. LAMBACH *conſilium medicum, quo Raphani uſus arguitur* Hamburg. 1603. 8°.

BARTHOLOMÆI *Unterricht von allerley Speiſen und Getränken* Erfurt 1603.

PETRI

(a) Vegetabilia in genere p. 99.
(b) *Everard* VORST in *vita Pavii.*

Petri PARISII *breve diſcorſo ſopra il medicamento di vino ed oglio per guarire ogni ſorte di ferita* Palermo 1603. 4°. MONGIT. Gallice *Brief diſcours* &c. Pariſ. 1607. 8°. d'ETR. Chirurgici ſcopi.

Thomæ KNOBLOCH diſſ. phyſica XXII. *de plantis & Zoophytis* Witteberg 1609. 4°.

Franciſci VELEZ de ARCINIEGA *parecer de que las Cubebas ſon el Carpaſio de Galeno* Madrit 4°. N. ANT.

EJUSDEM *farmacopea de muchas coſas importantes a los Boticarios* Madrit 1603. 4°. N. ANT.

Mémoires & Inſtructions pour l'établiſſement des Meuriers & art de faire la Soye en France Paris anno 1603. 4°. FALC.

IDEM fuerit l. *von der Natur und Nutzbarkeit des Seidenwurms, auch Pflegung des Maulbeerbaums* ex Gallico verſ. Tübingen 1603. 4°. An potius LAFFEMAS.

§. CCCCVIII. *Varii.*

Cecchini MARTINELLII *Raggionamenti ſopra il Amomo e Calamo aromatico nuovamente avuto de Malacca* Venet. anno 1604. 4°. C. B. Præf.

In idem opuſculum exſtat anonymi *Giudizio ſopra i raggionamenti di Cecchino* MARTINELLI *ſopra il nuovo Amomo e Calamo aromatico* Mantua anno 1605. 4°. C. B.

J. PONTANI *Methodus componendi theriacam Andromachi ſenioris* & præparandi Ambram factitiam Lipſiæ 1604. 4°. BODL.

Vincent TEXTOR TRAITE *de la nature du vin, & de l'abus tant d'icelui, que des autres breuvages* Geneve anno 1604. 8°. *. Vix huc pertinet.

Friderich HELBACH *Oenographia, Weinkeller, oder Kunſtbuch vom Wein und Kräuterwein* Francfurt anno 1604. 4°. HIRSCH.

EJUSDEM *Olivetum, d. i. Kunſtbuch, wie in allen Gewächſen, Metallen und andern Sachen Oel und Salz könne extrahirt werden* Francfurt 1605. 4°. Bibl. THOM.

Sebaſtiani BLOSS *Diſputationes de facultatibus alimentorum* Tubingæ anno 1604. 4°. M.

Barthelemi LAFFEMAS de BEAUTHOR *le naturel & profit admirable du Murier en l'ouvrage & ſon bois feuilles & racines &c. Maniére & façon d'enter & ſemer pépinières de Meuriers blancs* Paris anno 1604. 12°. FALC. BURETTE.

De Vitre' *deſcription du premier voyage fait aux Indes Orientales* anno 1603. — *avec des remarques ſur les epiceries, aromates & fruits, qui ſe trouvent aux Indes* Paris 1604. 12°. Neaulme.

The fruiterers ſecret containing directions for the due time and manner of gathering all Kind of fruit London anno 1604. 4°. cum Malorum Cantiani agri hiſtoria.

J. Pauli Spinelli di Giovinazze *lectiones aureæ in artem pharmaceuticam, in quibus reſolvuntur dubia in canonibus Meſues, compoſitionibus, ſimplicium electione, opera deſtillationis &c.* Paris 1604. 4°. 1605. 1633. 1643. Loppez.

Giuſeppe Santini *ricettario medicinale* Serravalle 1604. Bodl. *Güldene Apothek* Francfurt 1661. 4°. Rink.

Thomas Montsaint *Le Jardin Senonois cultivé d'environ 600. plantes, qui croiſſent à moins d'une lieue de la Cité de Sens*, Sens anno 1604. 12°. Seguier.

§. CCCCIX. *Claude Duret.*

Claude Duret *Hiſtoire admirable des plantes & herbes commémorables en nature* Paris anno 1605. 8°.* Burette (etſi annus 1695. in eo catalogo ſcribitur), & cum aliis libellis conjunctus Paris anno 1615. 4°. Idem. Plantas varias rariores utriusque Indiæ deſcribit & depingit, etiam Garciniam, Tunamque coccinelliferam, cum rudibus iconibus. Accedit multum fabularum, ut arbor anates gignens & piſces, folia ambulantia.

§. CCCCX. *Ulyſſes Aldrovandus.*

Ulyſſes Aldrovandus, horti Bononienſis præfectus, hoc anno obiit, quare ejus opera huc referimus, etſi multis poſt id ævum annis prodierunt. Magnus peregrinator, plurimos theſauros rerum naturalium plurimo ſumtu & labore collegerat, plantæque Aldrovandi ſiccæ ſedecim replentes volumina & Montalbani (c) tempore & Montii (d) ſuperfuerunt. Collegerat etiam undique, ut ad animalia, ita ad plantas, loca veterum, medica, botanica, philologica, emblematica. Ex codicibus ergo poſthumis *Ovidius* Montalbanus *Dendrologiæ ſeu hiſtoriæ naturalis* libros II. edidit Bononiæ anno 1668. fol. *. Arbores ſunt glandiferæ & pomiferæ aliquæ, etiam Indicæ, cum figuris rudiuſculis, non tamen malis. Intercedunt Fungi pluſculi, etiam Clavariæ, aliquæ icones ſunt Montalbani. Cum cujus nomine, omiſſo Aldrovandi titulo, ut ad methodum tantum Aldrovandi opus fictum ſit, recuſa eſt *Dendrologia cum Georgii* Franci *præfatione* Francofurti anno 1690. fol. * (e).

Cum

(c) *Bibl.* p. 26. ed. Seguier.
(d) *Comment. Bonon.* T. II. P. III.
(e) Olim Montalbani opus eſſe *Journal des Savans* 1668.

Digitized by Google

Cum avium etiam iconibus aliquas figuras dedit Aldrovandus, ſed omnino rudes (*f*). In *hiſtoria monſtrorum* Bonon. 1642. fol. multæ plantæ faſciatæ aliisque modis monſtroſæ depinguntur. Reliquerat etiam lectiones in Dioscoridem, aliaque inedita (*g*).

§. CCCCXI. *Varii.*

In J. *Jacobi* Talenton *theſauro rerum reconditarum* Francofurti anno 1605. 8°. excuſo varia huc pertinent, ut medicamenta ex Chondro & Alica veterum, & de veterum cerealibus. Favet Arabibus.

Paul Jenisii *Annabergæ hiſtoria* L. II. Dreſden 1605. 4°. habet etiam plantas ſponte circa Annabergam naſcentes Kiv.

Diſcourſe on the husbandry uſed in Brabant and Flanders London anno 1605. 4°.* Harley.

Thomæ Cornacchini *Tabulæ medicæ, quibus quæ a principibus Græcis & latinis, de curationis apparatu reperiuntur, collecta ſunt* Patav. anno 1605. 1607. fol. Magnus apparatus & multum theoriæ.

Jac. Martini *de anima vegetante* Witteberg. 1605. 4°.

De facultate vegetativa anno 1606. 4°.

De facultate procreatrice & mirifica vegetativa potentia anno 1606. 4°.

Benigne le Roi, *Jacques* de Chabot, *Jean vander* Vekene & *Claude* Moullet *Jardinier ordinaire du Roi, Inſtruction du plantage & proprieté des Muriers avec les figures pour aprendre a nourir les vers* & Paris anno 1605. 4°. cum figg. Burette. Lego etiam Benigni nomen ſolum.

Fedel Nofri *teſoro di ſecreti naturali* 1605. 8°. Gunz.

§. CCCCXII. *Adr. Spigelius.*

Adriani Spigelii *in rem herbariam Iſagoge* Patavii anno 1606. 4°. & Leidæ anno 1633. 12°. Helmſtad. anno 1667. 4°. Burckard. & in operibus omnibus Spigelii Amſterdam anno 1645. fol. *. Minime illepidum opuſculum, etſi alias artes Vir Cl. potiſſimum coluit. Ruſtici tamen veſtibus larvatus Italiam circumiit (*h*), ut plantas inveniret. Plantarum conſervandarum artificia tradit. Glutine fabrili continuo recentes plantas chartæ adglutinabat. Primo libro de plantarum forma generalia quædam tradit, earumque partibus: de generibus etiam agit, neque characteres undique omittit: plantas

(f) Vide cenſuram laboris, quem in Aldrovando Montalbanus poſuit, apud Malpighium *poſth.* p 165.
(g) Bumaldi bibliotheca.
(h) Hornung *ciſt.* p. 382.

plantas etiam peregrinas paſſim deſcribit, & Aniſi folia, ut ex ordine prodeunt. Nullos ſe ramos trigonos vidiſſe adnotat. Ranunculum Scrophulariæ folio in montibus Bononienſibus detexit.

L. II. agit de plantarum facultatibus. De earum viribus multa ſe didiciſſe a ruſticis Piſanis & Bononienſibus. Tertiam plantarum partem vulneribus mederi. Signaturas refutat, & vires plantarum a ſapore diſcit. Diætetica inde aliqua & hiſtoria ſcriptorum rei herbariæ. CÆSALPINI a fructibus ſumtæ methodo favet.

In editione Leidenſi ſubjectus eſt *catalogus plantarum horti Leidenſis*, quas eo tempore præfecto *Adolpho* VORSTIO poſſidebat.

J. *Battiſta* CROCE *delle excellenze e diverſita deli vini, che nella montagna di Torino ſi fanno, e del modo di farli* Torin. anno 1606. 4°. FALC.

Petri FORESTI liber *de venenis & fucis* Leid. anno 1606. 8°.

A letter concerning preſervation of health — with the author's opinion of tobacco London 1606. 8°. BODL.

Joſue FERRO *maraviglioſi ſecreti* Venez. 1606. 8°. d'ETR

Tractat von Bereitung des Weins zur Geſundheit und Nuzbarkeit des Menſchen Strasburg 1606. 4°. B. THOMAS.

J. ANT. de FONTECCHIA *dictionario medico* Complut. 1606. 4°. N. ANT.

§. CCCCXIII. *Varii.*

Hieronymi RUBEI Liber de *Melonibus* Venet. anno 1607. 4°. quo anno auctor obiit, MANDOSIO teſte. Eſt inter epiſtolas V. ALZARII de CRUCE.

Matthæi le MAISTRE typographi *Le procés du Melon* Paris anno 1607. 4°. SEGUIER.

J. *Franciſci Angelita* ROCO *I pomi d'oro, delle fichi una lezione, degli Meloni altera* Ricanati anno 1607. 4°. SEGUIER.

J. W. S. *Kurzer Bericht, durch was Mittel der einfallende Reif zur Frühlingszeit von den Rebleuten in den Weinbergen abgewendet werden möge* Stutgard 1607. 4°.

J. WOLTHUN *Weinkeller* Ettlingen 1607. 4°. DRAUD.

Joh. Herman de BREE *navigatio in Indiam Orientalem* Francf. 1607. BODL.

§. CCCCXIV. *Faber. Alii.*

Johannis FABRI Bambergenſis, medici Romani, *de Nardo & Epithymo adverſus Joſephum* SCALIGERUM *diſputatio* Romæ anno 1607. 4°. * Mogunt. anno 1607.

1607. 4°. SEGUIER. Clinicus Romanus & rinciſor, & una horti Vaticani cuſtos, vir pereruditus. Hic potiſſimum de nominibus antiquis inquirit, & de Spica ciliſſa Indica, quam SCALIGER Crocum eſſe ſcripſerat, FABER Nardum facit, ejusque radicem ſiccam deſcribit. De Epithymi etiam antiquitatibus cum SCALIGERO pugnat. Epithymum non flores aut cacumina Thymi eſſe, ſed Cuſcutam, quam radicem habere contendit, ut ea tamen abrumpatur, quando planta a ſuo fulcro avellitur. Nimis cæterum clamoſus & aſper, dignus, qui SCIOPPIO librum dicaverit.

Philip. MULLER *de plantis in genere* Lipſiæ anno 1607. 4°. lego etiam 1609. 4°.

Conradi HOFMANN *Analyſis compoſitionis theriacæ Andromachi, qua oſtenditur ſummum artificium, quo ſenior* ANDROMACHUS *in compoſitione omnium præſtantiſſima uſus eſt* Lyon anno 1607. 8°. lego alias 1617. 8°. cum ERASTI *examine ſimplicium, quæ eam theriacam ingrediuntur.*

§. CCCCXV. *Nicolaus Marogna. Alii.*

Nicolai MARONEA (MAROGNA) Veronenſis *Diſceptatio de Amomo veterum* Baſil. anno 1608. 4°. * cum J. PONÆ M. BALDO edita. Bonus libellus recuſus Italice 1617. 4°. HEINS. Veram veterum plantam deſcripſit & depinxit (*i*), DIOSCORIDIS & PLINII loca collegit, & eruditos addidit commentarios.

Guillaume de SALUSTE, domini in Bartas, œuvres poëtiques, & potiſſimum *la premiere ſemaine* Geneve 1608. 8°. in primo duorum voluminum, quam editionem cito, etſi dantur aliæ vetuſtiores. Recuſa eſt Rouen 1616. 12°. SARRY. Etſi principem quidem poetarum ſuæ gentis non dixerim, quem titulum editor ei dono dedit, pertinet tamen utrumque ad rem noſtram dies tertius, quo plantæ recenſentur, tum quoad verſiculos, tum quoad notas adjectas, quæ ſunt fere ex veteribus collectæ. Porro in ſecunda hebdomade arbores paradiſi dixit.

Theodori a MUYDEN *Della natura del vino e del ber caldo e freddo* Parma anno 1608. 8°. FALC.

Flora's Paradiſe beautifyd and adorned with ſundry ſorts of delicate fruits and flowers. Lond. anno 1608. 8°. HARLEY.

Simon GUNTHER *Hortulus ſanitatis amœniſſimus de tuenda & conſervanda bona valetudine* Spiræ anno 1608. 16°. VATER.

Johannis STURMII *de Roſa hierichuntina* l. Lovan. anno 1608. 8°.

(i) HILL *Mater med.* p. 172.

Digitized by Google

Bernardini CAJI *De alimentis, quæ cuique naturæ conveniunt* Venet. anno 1608. 4°. BURETTE.

Henrici CUNITII *oratio pro theriacæ andromachi veræ gloria* Ligniz 1608. 4°. RIVIN.

J. KOEGLER *de venenis* Lipſ. 1608. 4°. RIV.

Arn. WEICKARD *de venenis* Lipſiæ 1608. 4°. RIV.

Jacobi GRETSER *mantiſſa de vino myrrhato & vaſis murrhinis* Ingolſtatt 1608. 4°.

L'art & ſcience d'agriculture Lyon 1608. HAUSVATER.

PAUL CONTANT JACOBI f. *le jardin & le Cabinet poëtique* Poitiers 1608. vel 1609. RAST. 4. Secunda pars plantas deſcribit. JACOBUS pater, vir eruditus, per Italiam plurima itinera ſuſcepit, etſi dictio non bona eſt. Conjuncto nomine prodierunt PATRIS & FILII *œuvres* Poitiers 1628. fol. FALC. Commentarii nempe in DIOSCORIDEM, ſynopſis plantarum cum etymologia, & collectiones variæ, ipſumque poema.

§. CCCCXVI. *Varii.*

J. SIM. PARLESCA *Il fiore della Granadiglia overo della Paſſione di J. C. ſpiegato e laudato* Bologne anno 1609. 4°. FALC.

Inſtructions for the increaſing of mulberrytrees and the breeding of Silkworms London anno 1609. 4°. 1649. 4°. OSB.

Marc l'ESCARBOT Avocat *Voyage de la nouvelle France, contenant les découvertes faites par les François* Paris anno 1609. 8°. *. Compilat priores, ipſe tamen aliquamdiu in Portu Regio Acadiæ vixit. Hiſtoriam naturalem adtigit, & arborem laudavit, non bene deſcriptam, cujus ligno ſcorbutus tollatur.

Clem. ANOMOEI *ſacrarum arborum fruticum & herbarum decas* I. & II. *oder Creuzgarten der H. Schrift* Nürnberg 1609. 8°. B. THOMAS.

Jac. Aug. THUANI *crambe viola lilium* tria poemata Paris 1609. fol. MAITT.

Bartholomæi KEKERMANN & *Guntherii* DONALDON *Oeconomia* Hanoviæ 1609. 12°.

Johannis SCHYRONII Cancellarii *Tabula medicamentorum ſimplicium & compoſitorum cum doſibus* Monſpel. anno 1609. 8°.

Oswaldi

Digitized by Google

Oſwaldi CROLLII *Tractatus novus de ſignaturis rerum* Francof. anno 1609. 4°. 1623. 4°. 1647. 4°. Lipſiæ anno 1634. 4°. &c. MERKL.

Theodorus TURQUET de MAYERNE, archiater Anglicus, Baro Albonæ in Helvetia. In ejus operibus Londini anno 1701. fol. editis reperitur *Pharmacopœa*. Paſſim etiam vires herbarum minus notas docuit, in Chemiam & Empiriam aliquantum propenſior.

§. CCCCXVII. *L. Catelan.*

Laurent CATELAN Apoticaire, *Demonſtration des ingrédiens de la confection alkermes* Montpelier anno 1609. 16°.* & 1614. 12°. FALC. BURETTE, ubi additur, *Contre Jacques* FONTAINE. FALCO ex monitis auctoris correxerat theriacam, medici Monſpelienſes hanc emendationem ſecuti erant. Contra eos ſcripſit *Jacobus* FONTAINE medicus, anno 1601. editum libellum, & accuſavit, quod MESVES præſcripta non ſequerentur. Eam nunc emendationem CATELAN tuetur. Querebatur de Ambræ griſeæ portione a Monſpelienſibus diminuta, de ſucci Kermes portione & lapidis Lazuli, quam Monſpelienſes urere malunt, terere FONTAINE, deque Moſcho. Noſter ſirupum ſuum coquit ex ſucco Kermes cum æqua portione ſacchari, melius certe, quam MESVE, qui ſericum cocco tinctum loco ſucci adhibebat; oſtendit etiam vim cocci eſſe in craſſamento, quod ipſe addere malit. Plantas perſequitur, quæ in confectionem recipiuntur.

§. CCCCXVIII. *Varii.*

Octaviani LEO *Vere regole per far i vini ottimi* Venet. anno 1610. 4°.

R. VAUGHAN *The manner of Winter and Summer drowning of meadows and paſtures* Londin. anno 1610. 8°.

Elias BONVINIUS *De theriaca* l. *quo de ingredientium delectu, qualitate & præparatione ex* ANDROMACHI *ſenioris mente agitur* Breslau anno 1610. 8°. d'ETR. RIV.

EDMUND GARDINER *tryal of Tobacco* Lond. anno 1610. 4°. BODL.

Eugenii PETRELLI *Narratio fruticum, florum, fructuumque imprimis in Occidentali India naſcentium* nempe Granadillæ Colon. anno 1610. 8°. LEHM.

OLIVIER du NORD *deſcription du voyage fait autour du globe terreſtre* de 1598. juſque 1601. transl. du flamand Amſterdam 1610. fol. d'ETREES & in collectione T. de BRY.

Joh. alii TOBIAS TILEMANN *De plantis*, metallis & animantibus Witteb. anno 1610. 4°. SEGUIER.

EJUS-

Digitized by Google

EJUSDEM *praxis botanica ſ. methodus cognitionis & culturæ plantarum* Herbipoli 1657. 8°.

De la PORTE *diverſités de toutes les principales choſes du monde traitées amplement & diviſées en douze journées* Paris 1610. fol.

Chriſtophori HORSTII *hortulus medicus* Caſſel. 1610. 4°. Ita lego.

God. SCHMOLLI *manuale rerum admirabilium & abſtruſarum* Hamburg. 1610. 12°.

Caroli PASCHALIS *Coronæ* Lib. X. *in quibus res omnis coronaria veterum continetur* Pariſ. anno 1610. 4°. MERKL.

Georgii SEIDEL *de cauſis, ſpeciebus, differentiis, partibus & facultatibus plantarum* Gryphswald anno 1610. 4°. Diſputatio, ut vocant, cum plantarum variis catalogis & ſynonymis Germanicis.

Joſephi SCALIGERI, viri doctiſſimi, in GUILANDINI *commentaria* ad tria capita PLINII *de papiro* Paris anno 1610. 4°. Francof. anno 1612. 8°. SEGUIER. Ad M. VARRONEM de re ruſtica conjectanea edidit Paris anno 1585. 4°.

R. G. *Trial of Tobacco expreſſing its uſes in phyſik* Londin. anno 1610. 8°.

§. CCCCXIX. *C. Pilletier.*

Caſparis PILLETIER *plantarum exoticarum & patriarum Walachriæ ſynonyma* Middelburg anno 1610. 8°. * Monspelienſis, RICHERII aliquamdiu vicarius, inde medicus Middelburgenſis, Aquitanicas potius plantas, quam Zeelandicas deſcribit, cum obſervationibus perpaucis, neque multis novarum ſtirpium hiſtoriis. Nomina prima ſæpe valde barbara ſunt. Methodum generalem ſtirpium promittit, & Hyacinthi florem cum ſtaminibus deſcribit.

§. CCCCXX. *Nicolaus Clavenna. Pomp. de Sprecchis.*

Nicolai CLAVENNÆ *de Abſinthio umbellifero & Scorzonera Italica* Venet. anno 1610. 4°. *. Pharmacopola Bellunenſis privilegium obtinuerat pro confectione ex Abſinthio umbellifero (Achilleæ ſpecie) facta, quod in Monte *Serva* lectum volebat novum eſſe, & a CLUSIANO diverſum. Deſcribit etiam Scorzoneram humilem ſecundam CLUSII, ejusque plantæ aquam ſtillatitiam & conſervam florum mirifice laudat adverſus variolas, viperæ morſum, aliaque mala. Abſinthii ſui iconem dat.

Pompeii SPRECCHIS *Antabſinthium Clavennæ; quod Abſinthium umbelliferum in Monte Serva & aliis Italiæ montibus natum ſit idem cum Abſinthio alpino umbellifero* CLUSII Venet. anno 1611. 4°. *. Vanus homo, neque in montibus conſcendendis exercitatus; demonſtrat ex veteribus, locum natalem aliquid varietatis

varietatis in plantis producere; deinde Abſinthium Clavennæ etiam in Baldo monte naſci, neque differre a CLUSIANO, etſi iſtud humilius ſit & amarius. Et ipſe ſuæ plantæ iconem dat.

§. CCCCXXI. *Gregorius Horſt.*

Gregorii HORSTII Prof. Gieſſ. *De tuenda ſanitate* Marpurg. anno 1648. 12°.

EJUSDEM *De tuenda ſanitate ſtudioſorum* L. II. Gieſſ. anno 1615. 4°. &c.

EJUSDEM *Decas pharmaceuticarum exercitationum, in qua de ſimplicium & compoſitorum medicamentorum natura & præparatione* tractatur Gieſſ. anno 1611. 8°. Ulm. anno 1618. 4°. 1628. 4°. MERKL.

In *medicarum Inſtitutionum* XXma diſputatione ejusque II. coronide agitur *de cibis & potulentis*, in VIIma & ſequentibus *de medicamentis ſimplicibus*, breviter omnia. In *obſervationum* L. IV. *poſterioribus* & *Epiſtolar.* L. II. Ulm 1628. 4°. * excuſis, agitur de camphoræ qualitatibus, & de theriacæ inſpectione, ubi auctor plantas percurrit, quæ theriacam ingrediuntur. Hæc redeunt in operibus omnibus Goudæ anno 1661. 4°. * 3. Vol. Coronides ſeorſim prodierunt Marpurg. 1649. 12°.

§. CCCCXXII. *Paulus Reneaulme.*

Pauli RENEAULME *Specimen hiſtoriæ plantarum* Paris anno 1611. 4°. *. Fere ad RICHERII ſaporem nominibus Græcis, characterem ſpeciei exprimentibus, ſpecies diſtinguit: & ſpecies ſuis generibus ſubjicit, tunc ſubalternos ordines. Bonas dedit icones, & deſcriptiones, in quibus etiam ſtaminum inæqualitatem adnotavit. Centaurium minus Gentianis recte immiſcuit. Synonyma addere neglexit.

Una excuſa ſunt *Jac. Auguſti* THUANI *carmina Crambe, Viola, Lilium, Phlogis, Terpſinoe*, non indigna aliis magni viri operibus.

EJUSDEM PAULI *De curationibus obſervationes* Paris anno 1606. 8°. *. hactenus huc pertinent, quod hic omnium primum exemplum ſit Cicutæ ad internos uſus adhibitæ, ut ad ſcirrhos viſcerum.

§. CCCCXXIII. *Varii.*

Braſſiani COMPLANI *De Agrimonia ſeu Eupatoria regia, in medicamentorum compoſitione, a Joh.* MESVE *deſcripta, reſtituenda* Laude Pompeji anno 1611. 4°. SEGUIER.

Hieronymi VALERII *De Colocynthidis præparatione, ſeu trochiſcis Albandal eorumque uſu* Cæſarauguſtæ anno 1611. 8°. MERKL.

Digitized by Google

Henrici SMETII de Leda *Miſcellanea* Francofurti 1611. 8°.*. In l. I. agit de helleboro albo & nigro, & eorum uſu medico. L. IX. commentarius eſt in DIOSCORIDEM, cum nonnullarum plantarum locis natalibus.

Bartholomæus PERDULCIS obiit anno 1611. Ejus opera prodierunt Paris 1643. 4°. B. B. In iis continentur diætetica, tr. de plantis uſualibus, & ad cibum deſtinatis; deinde pharmacopœa & medicamenta compoſita; & iterum aliqua de plantis venenatis.

Joh. DEKHARDT's *Kochbuch* Leipzig 1611. 4°. TREW.

Thom. SAGITTARIUS *de vino* Jenæ 1611. 4°. PL.

EJUSDEM *de cerevisia* ib. 1617. 4°. PL.

Georgius MARKHAM multa opuſcula georgica edidit.

EJUSDEM *Country contentments or the husbandmans recreation* Lond. anno 1611. 4°. 1613. 4°. OSB. 1633. 4°.* OSB. 1640. 4°. anno 1755. recuſa MILLO

EJUSDEM *english husbandman* Lond. 1613. 4°. OSB.

EJUSDEM *country farmer* ib. 1616. fol. FOLK.

EJUSDEM *Farewel to husbandry or the inrichment of all ſorts of barren grounds* Lond. anno 1620. 4°. SEGUIER, 1621. 8°. BODL. anno 1625. 4°. OSB. 1631. 4°. HARLEY. De fertili reddendo ſolo infecundo, & conſervando frumento.

EJUSDEM *Cheap and good husbandry* Lond. anno 1631. 4°.

EJUSDEM *Inrichment of the weald of Kent* Lond. anno 1631. 4°. HARL.

EJUSDEM *Whole art of husbandry* anno 1631. 4°. HARL. OSB.

EJUSDEM *English houſewife* ibid. anno 1631. 4°. HARL.

EJUSDEM *the way to wealth* Lond. anno 1653. 4°. OSB. 1657. 4°. HARL.

The commons complaint or the deſtruction and waſte of woods London anno 1611. 4°.

J. Ludovici BERTALDI *Medicamentorum apparatus, duratio, doſis & formulæ* Taurin. anno 1611. 4°. TREW. 1612. 4°.

EJUSDEM *Medicamentorum externorum apparatus, doſes & formulæ* Turin. anno 1614. 4°. TREW.

EJUSDEM *diſpenſatorium* J. PLACOTOMI *cum ſcholiis* recuſum Turin 1614. BODL.

EJUSDEM *Tractatus de confectione de Hyacintho & Alkermes* Turin anno 1619. 4°. M.

J. JOAN-

J. JOANNII *de pilularum ex Aloë cum ſucco roſarum utilitatibus* Patav. 1611. 4°. VAT.

Petri PIGRÆI, Scholæ Pariſinæ Decani & Philiatri, *epitome præceptorum medicinæ chirurgicæ* Paris anno 1612. 8°. habet librum de condimentorum facultatibus, in quo etiam ſimplicia medicamenta ſuas per claſſes recenſentur.

J. Jac. CHIFLET *dædalmatum ſ. de medicis medicina & hyſſopo & aliis miſcellaneorum* L. II. priores Paris 1611. 8°. PLATN.

EJUSDEM *Pulvis febrifugus Orbis Americani ventilatus, ratione, experientia & auctoritate* Lovan. (non expreſſo nomine civitatis) anno 1653. 4°.*. Contra corticem Peruvianum, qui eo tempore nuper incipiebat contra febres in vino albo adhiberi. Noſter ſchedulam Romanam reddit, qua uſus hujus corticis deſcribitur: deinde reprobat corticem, quem infideliter morbum ſanare criminatur, ut continuo ægri relabantur.

EJUSDEM *Lilium francicum veritate hiſtorica, botanica, & heraldica illuſtratum* Antverp. 1658. fol.

J. ASSUERUS AMPSING *de theriaca ſeniorū Andromachi oratio* Roſtock 1611. 4°. VATER. 1623. 8°.

§. CCCCXXIV. *F. Pyrard.*

Voyage de *François* PYRARD *contenant ſa navigation aux Indes orientales, Maldives, Moluques & au Breſil* Paris anno 1611. 8°. SEGUIER. anno 1615. 8°. MEAD. 1619. 8°. CHIVA. 1679. 4°. *. In Europam rediit anno 1611. Pars tertia continet hiſtoriam naturalem Indiæ Orientalis & inſularum Maldivarum: arborum ergo & plantarum utiliorum & celebriorum, potiſſimum etiam nucis Cocos Maldivarum. Sincerus alioquin auctor & dignus legi.

§. CCCCXXV. *Em. Sweert.*

Emanuelis SWEERT, horti Imperatoris RUDOLFI II. præfecti, *Florilegium ampliſſimum & ſelectiſſimum* Francofurti anno 1612. * & P. II. anno 1614. fol. * tunc conjunctim Amſterdam anno 1647. fol. HOTT. 1654. & 1655. fol. * cum præfatione anni 1612. demum anno 1672. niſi is error eſt. Auctor bulborum & plantarum liliacearum mercator fuit, rhizotomum vocat AUGERIUS CLUTIUS in epigrammate. Tabulæ ſunt 110. plantarum ex liliacea claſſe, aut alioquin coronariarum, demum nonnullarum arborum. Paſſim videtur ROBINUM imitari. Editiones non differunt.

§. CCCCXXVI. *J. Th. de Bry.*

Cum *Johannis Theodorici* de BRY nomine *Florilegium novum* anno 1612. prodiit *, & pars II. anno 1614. SEGUIER. Pars III. anno 1618. SEGUIER,

 &

Digitized by Google

& nova editio cum titulo *Florilegii renovati & aucti* Francofurti anno 1641. fol. apud MERIANUM *, & *anthologiæ magnæ ſ. Florilegii novi variorum genuinum* Francofurti 1626. fol. TREW. Prior editio tabulas habet 81. plantarum liliacearum & coronariarum. Altera tabulas 176. Multæ compilatitiæ ex CLUSIO, PASSÆO aliisque, & in poſteriori editione omnino 32. ex FERRARIO; pleræque etiam varietates repræſentant ex florum colore natas, interoedunt tamen & propriæ icones, eæque ampliores, cum breviſſimo ſermone. Nomina vitioſa. Habet etiam SEGUIER editionem anni 1692. per omnia ſimilem, & aliam cum titulo *Anthologiæ magnæ ſeu Florilegii maximi* Francof. anno 1600. fol. Eum titulum reperias cum anno 1626. fol. in bibliotheca Cl. BURETTE & Cl. GESNERI.

§. CCCCXXVII. *Varia.*

Cum J. CÆS. CLAUDINI l. *de ingreſſu ad infirmos* Bonon. 1612. 4°. *. Appendix una excuſa eſt de remediis generoſioribus. 1. de natura & uſu radicum ſarſæparillæ, chinæ, ſaponariæ, cannarum vulgarium, item lignorum Quajaci, Saſſafras, Juniperini, Tamariſcini, Lentiſcini, viſci querci, fraxinei, ſantalini 4. de natura aquæ hordei & ptiſanæ. 5. De uſu & natura vinorum medicatorum. Hæc ſeorſim prodierunt Francof. 1605. cum tit. *paradox. medic.*

Inter GERMANI COURTIN opera recuſa 1612. fol. * liber XIV. eſt materia medica.

J. Lud. MOEGLING *prœludia rei herbariæ* Tubing. 1612. 4°. GMEL.

R. CH. *Dialogue concerning planting of trees and other parts of agriculture* London anno 1612. 4°. BODL.

EJUSDEM *An old thrift revived or the manner of planting preſerving and husbandning trees of divers kinds for timber and fruit* anno 1612. 4°. SEG. OSB. Idem, ut puto, opuſculum.

J. Heinrich FRÖLICH *de theriaca Andromachi ſenioris* Baſil. 1613. 4°. RIV.

M. Mich. DUSSEAU *enchiridion des miropoles traduit du latin & commenté* Lyon 1613. 8°. UFF.

§. CCCCXXVIII. *Champlain.*

EJUS *Voyage de la nouvelle France* Paris 1613. 4°. CARLSON. iterumque 1620. 8°. cum plantarum nonnullarum deſcriptionibus.

Les voyages de la nouvelle France occidentale, dite le Canada, depuis l'an 1623. jusqu'en 1629. Paris anno 1632. 4°. 1640. 8°. * 1647. *. Cum imperio

perio in Canada fuit, & frequentiſſime ex Europa in Americam trajecerat, atque viciſſim. Quebecum condidit, & in Annapoli Acadica habitaverat. Verax in univerſum, rei naturalis parum peritus, multus in litibus eorum enarrandis, qui in ſocietates coaluerant, colendæ Canadæ deſtinatas. Dies tamen definivit, quibus certæ arbores primum floruerunt, in Taduſſac, valde ſerotinos.

§. CCCCXXIX. *Varii.*

Simonis SYRENNII *Hieynik herbarſem Ziczyka Lecinskiego Zowia* &c. Cracov. anno 1613. fol. SEGUIER. Warſov. anno 1632. 8°. Herbarium Polonicum cum figuris ligneis.

Het Licht der Apothekers Roterdam 1613. 8°. HEINS. aliud Amſterdam 1653. 8°. eodem titulo.

Floriano CANALE *ſecreti univerſali ed eſperimentali — apartementi all' — agricoltura* Venet. 1613. 8°. BUR. 1645. 8°. d'ETR. 1677. 8°.

Wolfgangi SEBERI *Diſcurſus de agricultura* anno 1613. 8°. & FALC.

Joh. BOTERUS *in catalogo ſeu deſcriptione cenſuum virium, regiminis, imperiorum totius fere mundi* Colon. anno 1613. 8°. Marpurg. anno 1620. 4°. hiſtoriam naturalem & herbariam tangit; ſed ejusmodi libros, quorum ſcriptores rei ipſius imperiti fuerint, lubens omitto.

§. CCCCXXX. *Baſilius Beſler.*

Baſilii BESLER *Hortus Eyſtettenſis* Noriberg. fol. Atlant. anno 1613.* & paucis mutatis, additis tabularum numeris, anno 1640. fol. max.* quæ editio minus nitida eſt. Omnium operum botanicorum, quæ hactenus prodierant, ſplendidiſſimum, tabulas continet 356. ſumtibus Epiſcopi *Conradi* v. GEMMINGEN ſculptas, plantarum quidem plerarumque hortenſium, repetitis figuris, quoties colores in flore ſunt alii: intercedunt tamen etiam ſpontaneæ, plerumque ad naturam ſculptæ, aliquæ exſcriptæ, & demum fictitiæ (*k*) & monſtroſæ. Deſcriptionem & ſynonyma *Hieronymus* BESLERUS, BASILII frater (*l*) adjecit, cum BASILIUS ſermonis latini ignarus eſſet. *Ludovicum* JUNGERMANNUM (*m*) verum eſſe auctorem lego, tum C. HOFMANNUM. Neutrum credo tantos errores toleraturum fuiſſe, quanti in hoc opere ſuperſunt, etſi

(k) Epipactis latifolia, Dentaria anguſtifolia peculiaris, Polium folio & facie Lavendulæ.

(l) BAIER. p. 83.

(m) IDEM *biograph.* p. 82.

Digitized by Google

etſi LUDOVICUM utique conſtat ab Epiſcopo anno 1612. ad edendum *hortum* evocatum fuiſſe (*n*). Recuſum fuiſſe anno 1713. (*o*) 1727. (*p*) vel 1750. lego.

EJUSDEM *Faſciculus rariorum & adſpectu dignorum varii generis, quæ æri incidi curavit* Noriberg. anno 1616. 4°. max. SEGUIER, & *continuatio rariorum varii generis* &c. anno 1622. fol. TREW. ob fructus & plantas marinas. *Gazophylacium* cum RUP. M. BESLERO commune dicemus.

Citat etiam OSMOND icones florum & herbarum, in gratiam herbarum cultorum promulgatas anno 1622. fol. (*q*), quod opus videtur idem eſſe priori.

EJUSDEM etiam lego prodiiſſe *Icones ſ. repræſentationem vivarum florum & herbarum* 1627. fol. max. TREW.

§. CCCCXXXI. *Varii.*

Ottavio CAMPOLONGO *conſiderazioni intorno alla theriaca* Venez. 1614. 8°. BURK.

Riſpoſte alle conſiderazioni d' Ottavio CAMPOLONGO *intorno alla compoſizione della theriaca*, di *Aſdrubali* MOSTRAVERO Ravenna anno 1614. 4°. FALC.

Adriani PAULI *de plantis* Gedan. 1614. 4°.

Guilielmi DUVALLII, Regii Profeſſoris Pariſini, *in phytographiam, ſeu doctrinam de plantis præfatio* Paris anno 1614. 8°. FALC.

EJUSDEM *Phytologia, ſeu philoſophia plantarum opus poſthumum* Paris anno 1647. 8°.* 1658. 8°. SEGUIER. Collectanea veterum, etiam juniorum.

EJUSDEM *de plantis nomenclaturæ ſanctioris digreſſiuncula* Paris anno 1643. 4°. SEGUIER.

Jean VIGIER *des medicamens* Lyon 1614 12°. RAST.

Guilielmi PITHOPOEI *vincetoxicum* Campidon 1614. 8°. ſi huc facit.

Matth. BACKMEISTER *de conſervatione ſanitatis* diſp. 28. Roſtock 1614. 4°.

MOLLERI M.S. botanologia ſine alphabetica exſtabat in *Bibl.* UFFENBACH. III. n. 20.

Laur. EICHSTAD *de theriaca & mithridatio* Stettin 1614. 4°. 1624. 4°. MERKL.

EJUS-

(n) HOFMAN *catal. hort. Altdorf.* anno 1615. 4°.
(o) CLEM.
(p) Conf. MOEHSEN Epiſt. p. 75.
(q) OSMOND *dict. typ.*

Digitized by Google

Ejusdem *de confectione Alkermes in Pomerania parari cepta* Stettin anno 1634. 4°. Falconet. anno 1635. 8°. Merkl.

Ejusdem *de Camphora, an* Hippocrati *& aliis priſcis nota fuerit, & quid de ejus ortu & natura recentiores medici prodiderint* Gedan. anno 1650. 4°. *

Ejusdem *de plantis in genere* Gedan. 1648. 4°.

Vide editionem Oelhafianæ floræ.

§. CCCCXXXII. *Criſp. Paſſæus.*

Criſpinus Passæus (*du Pas*) junior flores & plantas coronarias ſculptas dedit aliasque. Primum ex Cl. Seguier ejus viri opera recenſebo. *Hortus floridus, in quo rariorum florum icones, ſecundum quatuor* anni tempora exhibentur Arnheim anno 1607. 4°.

Idem, cui acceſſit *pars altera, in qua præter flores varia etiam reperiuntur arborum fructiferarum, & herbarum medicinalium genera tabulis* 110. Pars *verna* prodiit anno 1614. Pars *autumnalis* anno 1616. Pars *hyemalis* eodem anno. Pars *æſtiva* anno 1617. Addit Cl. Seg. novas editiones Ultrajecti anno 1614. 4°. Arnhemii anno 1615. fol. Amſtelodami anno 1651. fol. 1654. 4°. prodiiſſe. Et Anglicam editionem anni 1614. 4°. & 1615. 4°. video in B. Bodl. citari cum iconibus 117.

Exemplum, quod coram habeo, eſt hujus modi.

Hortus floridus, in quo rariorum florum icones &c. Arnheim anno 1614. fol. long. *. Idem cum opere a Cl. Seguiero recenſo. Hæ tabulæ elegantiſſime ſculptæ coronariarum & liliacearum ſunt plantarum vernarum 54. æſtivarum 20. autumnalium 26. hiemalium 12.

Deinde aliud omnino ab iſto opus eſt *altera pars horti floridi, quæ præter flores per Criſpinum* Passæum, idem alterum opus Cl. Seguier dictum. Hujus ſolum *autumnum* poſſideo, bis quidem. Icones ſunt 120. plantarum utique edulium, & medicatarum, multo minus elegantes, neque tamen malæ, cum aliqua brevi hiſtoria & additis verſiculis. Nomina paſſim erronea, ut Trichomanes pro Pimpinella. Arnhemi prodiit anno 1616. fol. longo.

Hujus ipſius partis alterius *dimidia pars*, & icones 60. cum titulo *Anſelmi* Bootii de Boot *florum, herbarum, fructuum ſelectiorum icones e bibliotheca* Olivarii Vredi J. C. Brugæ prodiit anno 1640. fol. long. *. Plantarum icones omnino eædem, deſcriptio aliqua, vires uberius adjectæ, cum *Caſtoris* Durante verſiculis. Priorem ejusdem editionem anni 1609. habet Seguier, cum titulo *Florum, herbarum ac fructuum ſelectiorum icones & vires.*

Conjun-

Conjunctim prodiit *hortus floridus in quo variorum & minus vulgarium florum icones ad vivam formam ſecundum quatuor, anni tempora delineata* Amſterdam 1651. fol.

§. CCCCXXXIII. *Angelus Sala.*

Angeli SALÆ Archiatri Megalopolitani, natu Vicentini, qui aliquamdiu Vitoduri in Helvetia vixit, *Opera medico chymica omnia* Francofurti anno 1647. 4°. * Primus Chemicorum, qui deſiit ineptire. Huc pertinent quatuor opera. I. Eſſentiarum vegetabilium anatome, ſucci nempe in balneo mariæ depurati, ex variis plantis expreſſi, & extractum ex ſuccis paratum, quod nuper aquoſum vocatur. Sed & ſpirituoſa extracta longa cum ſpiritu vini maceratione parare docet. Utrumque adeo extractum ante NEUMANNUM ex plerisque plantis medicatis parabat, etiam ponderibus adjectis. Porro lixivo ſale adjecto purgantium medicamentorum purgantia extracta parare docet, & extracto Hellebori nigri utiliter uſus eſt. Reliqua lubens omitto.

Saccharologia Roſtoch 1637. 4°. exemplum eſt novi ſtudii, quo medicamentum ſimplex cum variis corporibus componere, & igne expellere, quæ adſcendere poterant, SALA ante nuperos docuit. Cum ſaccharo etiam fermentat odoramentorum ſuccum, & liquorem limpidum & ſupernatantem ſeparat, ſervatque. Extractum etiam Acetoſæ aliarumque plantarum cum ſaccharo ſpiſſat.

Hydrelæologia Roſtocki 1633. 4°. excuſa & *Tartarologia* 1632. 1636. 4°. huc etiam ſpectant, tum Myrothecium, & Exegeſis *Chymjatrica.* Denique *Opiologia ſeu ternarius Laudanorum, de natura proprietatibus & vera Opii præparatione ac uſu* Erfurt 1630. 8°. Eam ſeorſim Gallice recuderunt Haagæ anno 1614. 8°. cum titulo *Opiologie* ou traité *contenant les propriétés vraye preparation & ſur uſage de l'Opium.* Sed etiam Anglice anno 1618. 8°. prodiiſſe BODL.

EJUSDEM *eſſentiarum vegetabilium anatome, vom Nutzen der vegetabiliſchen Eſſenzen, und wie man ſie aus allen Blumen, Kräutern, Früchten, Wurzeln, Rinden, Holzern extrahiren ſoll,* prodiit Roſtock 1630. 8°. 1635. 8°. MOELLER.

EJUSDEM *ternarius bezoardicorum ou les trois ſouverains remedes bezoardiques contre tous venins* Leid. 1616. 4°. d'ETREES. Latine verſus ab *Andrea* TENZEL Francof. 1618. 8°. 1636. 4°. Una prodiit *Emetologia & Exegeſis Chymiatrica.* MOLLER.

§. CCCCXXXIV. *Varii.*

Franciſci MEINARDI *De Viſco Druidarum orationes* Pictavii anno 1614. 8°. FALC.

Ludovici SETTALA (SEPTALII) *Animadverſionum & curationum medicarum* L. VII. Mediolani anno 1614. acceſſerunt duo libri ibid. anno 1629., recuſi Dor-

Digitized by Google

Dordraci anno 1650. 12. *. Multas minus vulgo notas vires ſimplicium medicamentorum habet.

Abrahami ORTELII *Syntagma herbarum encomiaſticon* Leidæ anno 1614. 4°.*. Utilitates plantarum medicæ, œconomicæ, aliæ.

Michaelis REUDENII Bambergenſis *De novo gummi purgante* Lipſiæ anno 1614. 8°. (*r*), Leidæ anno 1625. 16.* cum apologia ad *Philippum* HOCHSTETTER *nunc primum edita.* Sermo eſt de gummi gitta aut gutta. Ejus uſum adfirmat, per experimenta, tutum eſſe ſalubremque in arthritide, dari poſſe ad 7. & octo grana; ex Peruvia mitti (hoc, ut puto, male). HOECHSTETTERUS negabat ex Peruvia venire & ex Oriente adferri non male monebat, & poſſe ad novem grana dari. *Apologia* parvi momenti eſt, data anno 1624.

Barnabas GOOCH *The whole art of husbandry* Lond. anno 1614. 4°. SEGUIER. Liber I. de agro. II. de hortis, ſylvis & pomariis. Conf. p. 343.

Nicolai DALIER *Synopſis methodica pharmacorum omnium, quæ in uſu ſunt* Trecis anno 1614. 8°. 1618. 8°. MERKL.

§. CCCCXXXV. *Lud. Jungermann.*

Ludovici JUNGERMANNI, Lipſienſis, *Catalogus plantarum, quæ circa Altorfium Noricum & vicinis locis proveniunt. Recenſitus* a Cl. HOFMANNO anno 1615. 4°.*. Liber ante 15. annos ſcriptus fuerat: auxit eum non pauciſſimis ſtirpibus editor CASPARUS (*s*). Etſi brevis eſt catalogus, raras tamen aliquas ſtirpes continet, ut Hypopityn, veronicam ſcutellatam. Ad finem novo inſtituto, & ad noſtrorum temporum ſaporem, adjectus eſt generum catalogus. De viribus addit aliqua. Exemplum meum manu additas aliquas plantas habet, in exemplo typis edito omiſſas, ut Rhaponticum Jaceæ flore naſcens auf m Gleisberg, Iſatidem, Cyclamen.

EJUSDEM, nunc Altdorfini Profeſſoris, *Catalogus plantarum quæ in horto medico & agro Altdorfino reperiuntur, auctus & denuo recenſitus* Altdorf. anno 1646. 12°.* editionem vero ejusdem tituli anni 1635. 4°. citat BAIERUS. Hortenſes præcedunt, ſequuntur ſpontaneæ, ubique aliquot plantis auctæ, quæ in priori cenſu deſiderabantur; ſola vero dat nomina, fere absque ſynonymis.

EJUSDEM *Cornu copiæ Floræ Gieſſenſis proventu ſpontanearum ſtirpium cum Flora Altdorfenſi nomine conſpirantis* Gieſſæ anno 1623. 4°. BAIER. Nam & Gieſſæ Profeſſor fuit.

Poſthuma & inedita reliquit *Viridarium Lipſienſe ſpontaneum, ſeu Enumerationem alphabeticam* 800. *fere plantarum, quæ circa Lipſiam ſpontaneæ ſunt;* tum *Catalogum plantarum circa Francofurtum ad Mœnum ſpontanearum;* & inſignem hortum ſiccum 2000. plantarum, qui Altdorfii adſervatur.

Etiam

(*r*) Liber datus eſt anno 1613.
(*s*) In præf.

Digitized by Google

Etiam frater *Ludovici* Joachimus plantas amavit, & circa Corinthum obiit, quo peregrinatus fuiſſet.

§. CCCCXXXVI. *Varii.*

Laurentii Forer S. I. Diſputatio phyſica *de plantis* Dilling. anno 1615. 4°. Seguier.

Joh. Vreedman *Hortorum & viridariorum icones ichnographica* Colon. anno 1615. 4°. ſi huc pertinent Seguier.

Nicolai Curtii *De medicamentis lenientibus præparantibus & purgantibus liber* jam anno 1575. ſcriptus Gieſſ. anno 1615. 12°. Lind.

Michel Angelo Baccio Baldinello *Compendio delle veritabile virtù dell' Erba detta tabacho* ſcripſit anno 1615. & M.S. reliquit Targioni *chorogr.*

Theodorus Collado in tomo *adverſariorum* altero, Genevæ anno 1615. 8°. * excuſo, & in ejus libro II. de plantis agit, de Rhabarbaro, Adianto, Nymphea, Muſco, Taraxaco: id recte negat venenum habere, & monet, videri Guinterum de Lactuca opii odore intellexiſſe, quæ de vi Taraxaci narcotica ei elapſa ſunt. Porro Aſari in theriaca uſum excuſat. Oculos Populi calidos eſſe.

The *Pleaſure of Princes or gardener recreations* Lond. anno 1615. 4°. Harley.

C. T. *Advice how to plant Tobacco in England and of the virtues of that herbe* Lond. anno 1615. Bodl.

Gabriel Droyn *Le royal Sirop des Pommes antidote des affections mélancholiques* Paris anno 1615. 8°. Burette.

Jac. Fuhrman *aphoriſmi medici ad diæteticen & pharmaceuticen illuſtrandam Centur. II. priores* Roſtock 1615. 8°.

Ejusdem *medicina diætetica, ein nüzliches Büchlein von Speis und Trank der Geſunden und Kranken, in XI. Theile abgeſondert* Stettin 1617. 8°. Riv.

Jacob Schalling *ophthalmia* Erfurt 1615. fol. *. De vino etiam agit, de melle, de ſaccharo, balſamo, aliiſque medicamentis oculariis.

De la Primaudaye *l'academie françoiſe de la philoſophie ſur les creatures & oeuvres de Dieu* Lyon 1615. 4°.

Ottavio Rabasco *Il convito overo diſcorſi di quelle materie che al convito s' appartengone* Firenze anno 1615. 4°. Falc.

Digitized by Google

§. CCCCXXXVII. *Fr. Hernandez.*

Franciſcus HERNANDEZ, medicus, maximis impenſis icones plantarum 1200. (t) Mexici paraverat, quæ eo jam tempore depictæ erant, quo *Joſephus* a COSTA in America fuit (u). Id opus *Franciſcus* XIMENES Hiſpanico ſermone Mexici edidit anno 1615. 4°. cum ſuo nomine, & titulo *De la naturaleça y virtudes de las arboles plantas y animales de la nueva Eſpanna, en eſpecial de la provincia de Mexico, de que ſe aprovecha la Medicina.* B. HOTTON. Tandem FRANCISCI codices *Franciſcus* CÆSIUS, Lynceorum princeps, redemit a RECCHI heredibus, & ad editionem paravit, adjuvante *Alfonſo* FERRINO, ſumtusque præſtitit, circa annum 1628. Sed neque tunc egregius labor prodiit, & Romæ anno demum anno 1651. fol.* (TREW. 1648. fol.) edita eſt *Nova plantarum* animalium & mineralium *regni Mexicani hiſtoria;* non quidem FERNANDI longius opus, ſed epitome in X. libros a *Nardo Antonio* RECCHO contracta & latine verſa. Ipſum opus, & icones a FRANCISCO paratæ, in Monaſterii Eſcurialis incendio perierunt (x). Hoc primum juſtæ magnitudinis opus Americæ calidioris theſauros Europæis aperuit. Deſcriptio brevis, & non ſatis botanica; vires medicæ paulo fuſius traditæ, icones non malæ, non tamen ut characteres ſpecierum adgnoſcas, nomina Mexicana. Plantæ ipſæ nobiliſſimæ, medicatæ & coronariæ, pleræque ne hoc quidem ævo ſatis cognitæ. In utilioribus ſtirpibus Mayz, Aloe, auctor uberior eſt. Contrayerva vocatur Granadillæ ſpecies foliis ferri equini imagine. Octo primi libri ad rem herbariam pertinent, reliqui ad hiſtoriam animalium & minerarum.

Johannes TERRENTIUS Conſtantienſis, & ipſe Lynceus, notulas adjecit, &, ſi quam FRANCISCI plantam in CLUSIO & MONARDO adgnoſceret, ubique monuit; aliquando etiam genus Europæum & claſſem addidit. Labori autem non ſuffecit, neque eo ævo ſufficere potuit, & neque nunc puto ſuffecturum quemquam. Guajacum tamen, ut notius, accurate exponit, & lignum ſanctum a FRANCISCO omiſſum. Tropæolum LINNÆI ad Violam referri debere, non ad Naſturtium, recte vidit, & Oxytriphyllum Geraniis eſſe adfine. Aliquas alias ſtirpes adgnoſcere potuiſſet, ut Mimoſas: & Calceolo aut Orchidi adfinem perpulchram plantam, quam Lynceam vocat.

Non ſeparabo alias plantarum icones & hiſtorias perbreves, quas *Nardus Antonius* RECCHUS *Franciſci* HERNANDES operi ſubjecit, & notulis ſuis TERRENTIUS hactenus illuſtravit. Numeroſæ ſunt, pariter Mexicanæ, artificio pictorum pene ſimili. Hic Bignoniam, & Melocactum reperias, & alias nuperorum plantas.

Deinde TERRENTIUS Cereum rotunde ſerratum, Tunam coccigeram, & aliquot alias plantas paulo ornatius delineat.

Ggg 2 Deni-

(t) 60000. ducator. J. a COSTA IV. c. 29.
(u) Ibid.
(x) QUER. *Flor. Eſpann.* proleg. p. 38.

Digitized by Google

Denique Princeps *Fridericus* CÆSIUS (*y*), ab anno 1603. LYNCEORUM inſtitutor, adjecit *phytoſcopicarum tabularum partem* I. anno 1628. miſſam, & a morte PRINCIPIS a LYNCEIS ſodalibus editam. Ordo operis valde ſingularis. Diſcrimina ſaporum, virium medicatarum, vitam, ſenſum, propagandi modum, utilitatem ſtirpium variam, etiam philologica tradit. Neque criticam botanicen ignoravit, & de nominum vitiis monuit, quæ velit antiquata. Habet & ſignaturas & ſimilitudines animalium. Denique genera, ſubalternas ſpecies, ſynonyma. Inde plantarum partes cum definitionibus, claſſesque varias, a diverſiſſimis qualitatibus ſumtas: & locos natales. Tunc claſſes veræ ſequuntur, inter quas aſloræ (apetalæ), tetraſpermata, diœciæ, ut nunc vocantur, & hermaphroditæ. Paſſim ſingularia aliqua adnotavit. Tunicas violaceas jam tunc vidit, lapidem dixit fungiferum. Pulegium ſiccum, poſt decem annos, quotidie flores aperuiſſe & clauſiſſe. Fungorum ad 200. icones depictas reliquit, & tria volumina, quæ nunquam prodierunt, & in Cæſiorum caſtellis ſervantur (z), & in bibliotheca ſummarum Pontificum (a). Sed neque bibliothecam omiſit botanicam.

§. CCCCXXXVIII. *Varii.*

Jacobi ZIEGLER *Tabak: von dem gar heilſamen Wundkraute Nicotiana* Zürich anno 1616. 4°.* Icon ſpeciei majoris ſatis bona (*b*), tum uſus varius, etiam adtracti ex fervente aqua vaporis, in qua Nicotiana & aliæ herbæ infuſæ eſſent.

Leonardi LESSII S. I. *hygiaſticon* ſ. *vera ratio valetudinis bonæ ad extremam ſenectutem conſervanda* Mediolan. 1616. 12°.

Duncan BURNET Scotus *Jatrochymices* L. I. *de præparatione & compoſitione medicamentorum* L. I. Francofurti 1616. fol. TANNER.

Adami BRUXII *Balſambüchslein,* oder *Bericht von ſieben und zwanzig Balſamen* Halle 1616. 12°. B. THOMAS.

Johan FRANEAU de l'ESTOQUOY *Jardin d'hiver, ou Cabinet de fleurs, en 36. elégies, avec d'excellentes figures repréſentantes les fleurs domeſtiques* Douay anno 1616. 4°. TREW.

Florilegium oder Blumenbuch, in Reimen verfaßt durch ULRICH VOLLER *von* GEELHAUSEN Frankfurt anno 1616. fol. cum figuris coloratis. TREW.

Simon MAJOLUS *de variis herbarum virtutibus* agit in *dier. Canicular. coll.* 20. & 21. Mogunt. 1616. fol.

Bernardi

(y) Obiit anno 1630.
(z) J. PLANCI *Præfat. ad Phytobaſan. Giorn de letter Suppl.* III. p. 314. cum *Joſephi* HECHII collectione.
(a) LANCIS *fung.*
(b) GEMMA I. p. 408.

Digitized by Google

Bernardi MULLER diſp. *de plantarum cognitione medico neceſſaria* Baſileæ 1616. 4°. Plantas ſub certis generibus & ſummis & ſubalternis bono ordine, ſecundum naturæ leges dicitur diſpoſuiſſe. MÖLLER Cimbr.

Sebald MULLER *vom Brodtbacken, Muhl- und Back-Proben* Leipzig 1616.

Le jardinier françois, qui enſeigne a cultiver les arbres & herbes potagéres, avec la maniere de preparer tout ce qui croit ſur la terre, & les eaux par R. D. D. V. V. B. D. N. Paris anno 1616. 1651. 1652. 1654. 12°. RIVIN. 1666. 1674. 12°. 1679. 12°. CARLS. 1684. 8°. auctius anno 1708. 12°. Amſterdam anno 1654. 12°. 2. Vol. HOTTON. anno 1660. 12°. 1662. Rouen anno 1664. 12°. Lyon anno 1698. 12°. an cum alio titulo *Le Ménage des champs & le Jardinier François* Paris anno 1711. 12°. Troyes anno 1723. 12°. Omnia SEGUIER. Anglice *the french Gardener* Lyon 1675. 8°. Liber ſcriptus a viro, qui arbuſculas vendebat, & quotannis Pariſios iter faciebat p. 343. Libri tres. Primus, iſque uberior, de arboreto. Jubet ſuffodere terram pro horto condendo, in imas foſſas fimum, & reliquias de preſſo vino vel ſicera, etiam frondes & filicem defodere, quæ ſit optima, terramque mutare, ut quæ ima fuit, nunc ſit in ſuperficie. Inſitionem præfert, quæ fit trunco ramum inſitum recepturo pro pyris cydoniam piriformem, minus enim fore ſpecioſas arbunculas, quæ in pirum domeſticam inſeruntur. Seminarium, & plantarium (batardiere). Quatuor modi inſerendi; præfert quæ fit in ſcuti modum. Arborum catalogus, quæ ſint meliores natæ, & arborum morbi. In L. II. olera, melones: ſe intuliſſe inter primos Scorzoneram, in Gallia prius vix cognitum. Habet Tupinambus, ſed nondum Papas. Laudat Picardorum in re hortenſi induſtriam, & proprium ad pira ferenda inſtrumentum. Libro III. condituram fructuum docet, & conſervationem: & varias aquas fermentatas.

Les delices de la Campagne Suite du Jardinier François Paris 1656. 12°. 1661. 12°. HOTTON. 1679. 12°. CARLSON. 1684. 12°. 1711. 12°.

Joh. DEACON *Tabacco tortured or the filthy fume of tabacco refined* Lond. anno 1616. 4°. SEGUIER.

Johannis OLORINI *Centuria herbarum mirabilium, oder hundert Wunder-Kräuter* Magdeburg anno 1616. 8°. * SEGUIER. anno 1656. & *Centuria arborum* Magdeburg. anno 1616. 8°. *. In utroque opuſculo rerum miracula collegit, & peregrinas ſtirpium formas ex itinerum ſcriptoribus, Coſmographis, & collectoribus, ipſe parum aut geographiæ peritus, aut rei herbariæ.

Rayneri FIDELISSIMI *Enchiridion pharmaceuticum medicamentorum antidotarii Florentini facultates complectens* Bonon. anno 1616. 12°. M.

Bartholomæi MARRANDAN *Del tabago los dannos que cauſe y del Chocolate,* Sevilla anno 1616. 8°. Gallice vertente *Renato* MOREAU Paris anno 1643. 4°. BURETTE.

Digitized by Google

Petri HOLTZEMII *Eſſentia Hellebori extracta* Colon. anno 1616. 8°. BUR.

EJUSDEM *Eſſentia Hellebori rediviva ſecundo extracta, ſeu rectificata & aucta* Genev. anno 1623. 8°. BODL.

EJUSDEM *Pharmacopœa Colonienſis reviſa* Colon. anno 1627. BODL.

§. CCCCXXXIX. *Varii.*

Michaelis AUGUSTINI *libro de los ſecretos de agricultura caſa del campo y paſtoril* lingua Caſtellana prodiit anno 1617. & in Catalaunicam dialectum verſus Zaragoza anno 1636. 4°. SEGUIER. *Perpinnan* 1626. 4°. FALC.

Joach. STEIGII *Beſchreibung des Lindenbaums* Witteb. 1617. 4°.

Caſpar JUGLER *Oeconomia, auf Anordnung Churfürſten Auguſti erſtlich herausgegeben* Lipſiæ 1617. 4°. Francfurt & Leipzig 1675. 4°. 1704. 4°. An ejusdem eſt *curieuſer und ſorgfältiger Hausvater* 1705. 4°. ZOCHA.

Abraham von THUMBSHIRN *Unterricht vom Ackerbau* Leipzig 1617.

Joh. le MERCIER *Ergo vinum alimentorum optimum* Paris 1617.

John MURRELL *book of Cookery* London 1617. 8°. BODL.

Jul. Cæſar BARICELLI hortulus genialis *ſ. rerum jucundarum & memorabilium compendium &c.* Bonon. 1617. 16°. BUR. Genev. 1620. 12°. *. Multa habet ad plantarum facultates pertinentia, fabuloſa multa, alia compilatitia, nonnulla etiam propria; ſic Rhamni catarctici vim ſpecificam ad teneſmum ex falſa pituita natum propria ad experimenta laudat, & Viſci locis crampo adfectis impoſiti vim curatricem, & ex elleboro nigro ſetaceum ad puerorum epidemicum peſtilens eryſipelas, extractum vero Hellebori in menſibus retentis & in epilepſia. Plantas facie ſimiles vires habere ſimiles putat.

Fabii ULMI *de mellis opportuna quantitate pro theriaca mithridatoque componendis.* Venet. 1617. 4°. RIV.

Joh. VARANDÆI *Formulæ remediorum internorum & externorum* Hanoviæ anno 1617. 8°. Monspel. anno 1620. 8°. MERKL.

Curtii MARINELLII *Pharmacopœa ſ. vera medicamenta componendi methodus* L. II. quæ methodus a plantis Græcis & Arabibus depromta fuit Venet. anno 1618. 4°. RAST. MERKL. Hanov. anno 1617. 8°. HOTTON. alii Francofurt.

J. COLLE de BELLUNO *Idea imitatricium (artium)* Piſaur. anno 1617. fol. Etiam botanices MERKL.

In *Coſmetore mediceo* ejusdem agitur de radice chinæ, ligno lentiſcino &c.

EJUSDEM *methodus facile parandi jucunda tuta & nova medicamenta* Patav. 1628. 4°. HOTTON.

§. CCCCXL.

Digitized by Google

§. CCCCXL. *Varii.*

Pharmacopœa Londinenſis Londin. 1618. 4°. 1650. 8°. Bodl.

Jacobi Garnibre *Ebauchement de l'accord des controverſes de ceux, qui ſont etat de la connoiſſance des médicamens ſimples, & principalement des plantes* Lyon anno 1618. 12°. Seguier.

Joh. Riolani *Requete à Louis* XIII. *peur l'établiſſement d'un jardin Royal* Paris anno 1618. 4°. Seguier.

Conſtantini Purcharelli *de valetudine tuenda* L. II. Neapol. anno 1618. 8°. Poema.

Lupus Deça *Gobierno politico de' agricultura* Madrit. anno 1618. 4°. L. I. utilitatem agriculturæ, defectus ejus in Hiſpania, & penuriam agricolarum demonſtrat. Libro III. remedia docet ejus mali.

Valentini Hartung *hiſtoria & jatrica enumeratio plantarum officinalium & uſitatarum* Lipſiæ 1620.

Ejusdem *de ſimplicium medicamentorum purgantium facultatibus* Lipſiæ 1618. 4°. Riv.

Ejusdem *de ſimplici trino ut alimento, medicamento, lacte, melle, vino* Lipſ. 1625. 4°. He.

Didaci Cisneros *ſitio naturaleça y propriedades de Mexico* Mexici 1618. 4°.

§. CCCCXLI. *Ph. & Alb. Menzel.*

Philippi & Alberti Menzel *Synonymia plantarum circa Ingolſtadium ſponte naſcentium* Ingolſtad. anno 1618. 8°. * video etiam citari editionem 1654. 8°. ib. Plantæ paucæ, omnino 509. ordo ſecundum loca natalia; auctores Lugdunenſem fere hiſtoriam ſequuntur. Intercedunt tamen plantæ aliquæ rariores, & calidioris ſoli, quas in Bavaria non exſpectares, ut Carduum 89. quem putes eſſe Eryſithales, Buphthalmum, Horminum III. Orchidem p. 50. non ſatis bene deſcriptam, quæ videtur eſſe *ſpica compacta pyramidali*, Globulariam, tres Aſteres luteos Clusii, Seſeli montanum I. Stoebæ congenerem, quæ forte Centaurea phrygia, Hedyſarum purpureum, niſi malum nomen eſt &c.

Reperio eodem anno *Guilielmi* Ederi *plantas Ingolſtadienſes* 1618. 8°. Boret. *Muſ.*

§. CCCCXLII. *J. Franke.*

Joh. Franken (cognomine Weismann) *Signatur. Beſchreibung der Gewächſe von einer wunderbaren Wurzel, ſo aller andrer Wurzeln Quintum iſt* Roſtock anno 1618. 4°. *. Non puto eſſe *Francum* Camenzienſem, cum iſte noſter ſe Suecum vocet, & ſtudioſum demum medicinæ. Paracelſicus homo, plantas

plantas capillorum ſimiles putat ad morbos capillorum valere; cordis figura fictas ad cordis mala prodeſſe. Mire autem ſimilitudinibus abutitur; nam Anthoræ radices vult cordis eſſe ſimilitudine.

EJUSDEM *De præclaris herbæ Nicotianæ virtutibus* Upſal. anno 1633. 4°.*

EJUSDEM *Speculum botanicum renovatum & auctum, in quo præcipuarum herbarum nomenclatura tam in Suecica, quam latina lingua proponuntur* Upſal. anno 1659. 4°.*. Hic vocatur FRANKENIUS. Lexicon eſt, primum anno 1639. excuſum. Latina ſunt plantarum nomina, cum ſynonymis nonnullis, & Suecicis nominibus. Interſperſa experimenta aliqua, ut de Cocco Polygoni (KNAWEL). Sabina ſylveſtris pumila, aliæ plantæ rariores hic dicuntur.

§. CCCCXLIII. *C. Hofmann.*

Caſpari HOFMANNI viri eruditiſſimi *Variarum lectionum L. VI. in quibus multa loco Dioſcoridis, Athenæi, Plinii, Ariſtotelis explicantur* Lipſ. anno 1619. 8°. *. Magna pars pertinet ad rem herbariam, & ad emendandum ſcriptorum ſenſum, ut obſcura loca per alia collata explicet.

EJUSDEM *De medicamentis officinalibus, tam ſimplicibus quam compoſitis* Paris anno 1646. 4°.* Francofurti anno 1667. 4°. SEGUIER. Leid. 1738. 4°. Cautus ſenex, incredulus, vetuſtatis peritiſſimus, acuto & brevi ſtylo plantarum facultates deſcripſit, & eo quidem ſenſu vix parem invenias; ſed parum eſt, quod a natura (c), & a proprio experimento habet.

Stephanus MANIALDUS *in Hipp. Coi Chirurgia* Paris 1619. 8°.* habet varia de plantis medicis ab HIPPOCRATO indicatis, earumque viribus medicatis. Nonnumquam nomina reformat, ut Lagopyrum in Lagopum, puto non feliciter. Quinquefolii decocto in dyſenteria ſe utiliter uſum eſſe.

Martini PANSAE *tr. von vier weit berühmten Antidotis, als von der Theriaca Andromachi — von dem Mithridat* &c. Halle 1619. 8°. RIV.

Michaelis ZANARDI *De univerſo elementari diſputationes.* Etiam de plantis agit, ſcholaſtico more. Acceſſerunt medicamentorum ſimplicium facultates, ad certos gradus redactæ, cum adnexo examine, in quo ſimplicium quorumdam facultates traduntur. Venetiis 1619. 4°. Colon. 1620. 4°.* Francofurti anno 1620. 8°. * prodiiſſe MERKL.

Jacobi I. *Miſocapnos ſeu de abuſu tabaci, luſus Regius* Lond. anno 1619. fol. Ultraject. anno 1644. &c. 12°.*. Anglice *Counter blaſt of tobacco* Lond. 1672. 4°. OSB.

Bartold JUNGHANS *neu künſtlich Obſtgarten-Büchlein* 1619. HAUSVAT.

J. Petri

(c) Vide judicium G. H. WELSCH *ægagropil.* p. 25.

J. Petri SUEN *de alimentis* Francofurti 1619. fol. ſi huc facit.

Oſt en weſtindiſche voyagien drie jaaren agter eens door de Hollanders by Norden, Norwegen, Moſcovien, Tartaryen en Cathay en China gedaan Amſterdam 1619. 4°. CARLSON.

Guilielmi Cornelii SCHOUTEN *diarium Itineris annis* 1615. 1616. 1617. *facti* Amſterdam 1619. 4°. ANDERS. d'ETREES. an idem.

Joris v. SPILBERGEN *nieuwe oſt en weſtindiſche Navigatien met* JAC. le MAIRE *auſtraliſche Navigatie* Leid. 1619. fol. LEHMAN.

In HILDANI, celeberrimi chirurgi; epiſtolis 1619. 4°. editis paſſim aliqua de viribus Rhei, quatuor ſpeciebus hellebori, uſnea vera cranii humani, arbore cocos, euphraſiæ vi ad oculos, extractis juniperi, veronicæ, ſeminis lini utilitate ad pleuritidem (BURGOWERI). In *ineditis* Granadillæ icon eſt & deſcriptio, & hellebori extractum paſſim laudatur.

Mich. MAJER *de — ortu miraculoſo plantarum & animalium* &c. Francofurti 1619. 8°.

§. CCCCXLIV. *J. S. Strobelberger.*

J. Stephani STROBELBERGER, Græcenſis, *De Cocco baphica & Confectione alkermes* Jena anno 1620. 4°.*. Deſcribit Ilicem coccigeram, tinctorii animalis & ejus metamorphoſeos ignarus. De aliis Coccis tinctoriis aliqua addit, & de collectione baccarum. Percurrit reliqua medicamenta ſimplicia, quæ confectionem alkermes ingrediuntur, quam ex ſucco parare jubet.

EJUSDEM *Galliæ politico medica deſcriptio* Jena anno 1620. 16°.* 1621. 12°. RIV. Sectio V. plantarum eſt, & continet brevem cenſum plantarum Pariſinarum, Aurelianenſium, Normandicarum, Genevenſium, Lugdunenſium, Provincialium, & Olbiacarum, in qua inſula arundinem ſacchariferam vidit & Marum, denique Narbonenſis ditionis & agri Montiſpeſſulani, in quibus beatis regionibus paſſim rariſſimas plantas legit, ut Stœchadem citrinam anguſtifoliam, Aphyllanthes niveum. Montes etiam ex Pyrenæis deductos adiit, partemque Hiſpaniæ.

EJUSDEM *Maſtichologia* Lipſiæ anno 1628. 8°.* OSB. 1727. 8°. puto per errorem. Lentiſcum hactenus per ſingulas partes deſcribit, neque eam arborem ter in anno florere oſtendit, ſed ſcillam. Inde varia ex Lentiſco medicamenta recenſet, fructumque & lignum non bene, ut puto, contendit pro Carpobalſamo poſſe ſubſtitui. In Maſtiche immoratur, eam in Italia parce provenire adnotat, bonas notas addit, & colligendi modum, & demum medicamenta varia, quæ Maſtiche ingreditur.

Digitized by Google

§. CCCCXLV. *Varii.*

J. *Franciſci* SALDI *De natura aquæ vitæ* L. II. in quorum priore agitur de vino, Genevæ anno 1620. 4°. SEGUIER.

Hortus Palatinus auctore *Salomone* de CAUS architecto Oppenheim anno 1620. fol. *. Nihil habet ad rem herbariam ſpectans.

Non vidi primam editionem itinerum *Georgii* SANDYS, quorum titulus eſt *A relation of a journy begun* anno 1610. *containing a deſcription of the turkish empire, holyland, Italy.* Sexta editio prodiit 1670. fol. B. B. & prius 1621. fol. Belgice Amſterdam 1654. 4°. Alibi laudabo, habet aliqua in fructibus cujusque regionis, cæterum hiſtoriæ naturalis imperitus.

Joh. MATTHÆI *Speculum ſanitatis ſ. Hortulus medicus ſimplicium medicamentorum qualitates exhibens exploſis ſuperſtitionibus in herbariis occurrentibus* Herborn. anno 1620. 8°. BODL.

EJUSDEM *Speculum ſanitatis rerum non naturalium adminiſtrationem continens.* Itid.

Thomæ BENHAM *officina vel antidotarium Chirurgicum in ordinem redactum* ab *Eduardo* PORTON, fere anno 1620.

Michaelis DOERING Breslavienſis *De opii uſu, qualitate calefaciente, virtute narcotica, & ipſum corrigendi modo* Jena anno 1620. 8°. *. PLATERUM ſecutus contra ſcholas demonſtratum it, opium non frigidum eſſe, ejusque calidam indolem adparere ex ſapore amaro, odore gravi, ardore faucium, ſiti, ſudore, deliriis, quæ cieat: neque adeo opium debere calidis corrigi, ſed acidis utique & lenientibus. Sed neque reliqua venena per primas qualitates operari, verum tota ſua utique ſubſtantia. Paſſim alias plantas narcoticas aut venenatas adtingit.

EJUSDEM *de Opobalſamo Syriaco, Ægyptio, Peruviano, Tolutano & Europæo.* Jenæ anno 1620. 8°. *; de Succini nempe oleo; qua occaſione collectos ſcriptorum locos ad Opobalſamum Arabicum & reliqua balſama congerit.

Hæc duo opuſcula prodierunt cum N. MUTONI μιθριδατειοτεχνια, quam noſter adnotationibus valde auxit. Nuperorum medicorum antidotos addit antidotis veterum, aromata etiam excutit, quæ in hanc antidotum recipiuntur. Petroſelinum plurimum laudat. Succedanea etiam omnibus medicamentis ſubjicit.

Hieronymi ELVERI *Deambulationes vernæ, quibus ruralis philoſophia ad unguem diſcutitur* Francofurti anno 1620. 8°. FALC.

Juan de CASTRO *Hiſtoria de las virtudes y propriedades del tabaco* Cordua anno 1620. 8°.

Johannis

Johannis CHESNEPHORI Diſputationes *de plantis*, quarum 19. poſſideo Upſal. ab anno 1620. ad annum 1626. 4°.

Tomaſo TOMAS *Idea del giardino del mondo* Torin. anno 1620. 12°. ſi huc facit.

§. CCCCXLVI. *F. Bacon.*

Franciſci BACON, Vicecomitis de VERULAM, *ten centuries of natural hiſtory* London anno 1621. 1627. 4°. SUSSMILCH. 1639. fol. BODL. 1670. fol. OSB. 1676. 4°. AND. Latine vertit *Jacobus* GRUTERUS, & titulus eſt *Sylva Sylvarum, ſeu hiſtoria naturalis* Amſterdami anno 1661. 12°.* &c. Ad univerſam naturam magnum hoc ingenium ſe dimiſit; u ex 1000. experimentis hujus operis omnino 276. ad plantas ſpectent. Multa quidem ex veteribus, eo fine prolata, ut repetantur, & de veritate conſtet. Non pauca tamen etiam ſua habet, ut fimi recentis ad accelerandam vegetationem vim, quam a viro ILL. excogitatam eſſe putes, cum ei nomen ſe dediſſe *hot bed* addat: deinde experimentum de vi macerationis ſeminum in variis ſalſis aut oleoſis liquoribus; & aquæ ad alendos flores nova eo ſeculo poteſtas. Calidæ irrigatio non profecit. Florum varii coloris ex ſeminibus ſatis proventus. Inſitionem vitis in vitem obſolevisse non bene putat, quæ noſtris ſit perfrequens. In *hiſtoria vitæ & mortis*, anno 1623. 8°.* excuſa de potu Cahveh Turcis noto aliqua.

§. CCCCXLVII. *Petrus Caſtellus.*

Pietro CASTELLI, Romani, inde Meſſanenſis Profeſſoris, *della durazione delli medicamenti, tanto ſemplici, quanto compoſiti, per cognoſcer qualſi voglia medicamento o ſemplice o compoſito* Rom. anno 1621. 4°. BURETTE. Multa contra ultimum antidotarii romani caput monet, quod male compilatum erat.

EJUSDEM *Arte delli ſpeciali* Rom. anno 1622. fol. tantum duo folia.

EJUSDEM *de nomine Hellebori ſimpliciter prolato* Romæ anno 1622. 4°. SEGUIER. Epiſtola, qua careo, ad MANELPHUM data.

EJUSDEM *de Helleboro epiſtola ſecunda, in qua confirmantur ea, quæ in alia epiſtola de Helleboro allata fuere* Rom. anno 1622. 4°.*. Epiſtolam ſuam priorem contra MANELPHUM tuetur. Hippocratem, quoties ſimpliciter vocem Hellebori adhibet, album ſemper intelligere: vocem nigri, aut deorſum purgantis, addere, quoties nigrum vult. Eo albo Helleboro veteres ad melancholiam & inſaniam ſanandam uſos eſſe, ut triſtibus tantum melancholicis niger helleborus ſervaretur. MANELPHUS nigrum ab HIPPOCRATE pariter cum albo intelligi, & in antidotariis Romanis præferri regeſſerat.

Tobiæ ALDINI (nempe *Petrus* CASTELLUS operam ſuam amico ſuo chemico (d) & botanico commodaverat) Cæſenatis, *deſcriptio rariorum plantarum,*

(d) Celebriorem & accuratum ſpagiricum vocat P. TREVUS *de ſer. lact.* p. 145.

quæ in horto Farneſino continentur Romæ anno 1625. fol. *. Acaciæ, quæ etiamnum FARNESINA dicitur, hiſtoria & ab Ægyptiaca diſcrimen. Inde Juccæ Braſilienſis bona figura & hiſtoria, & a Mexicana diſcrimen; hic CASTELLUS paniferam radicem Manyoc non bene pro Yuccæ ſpecie habet. Tunc Granadillam trifoliam Maracot, Laurum Indicam Farneſianam, Granadillam, ni fallor, quam dicit Hololicuhi, Balanum Myrepſicam, Lilionarciſſum rubrum Indicum, Chenopodiomorum, Ricinum Americanum latifolium, Convolvulum Luſitanicum, Helleborum cauliferum nigrum & trifolium, Aloen Americanam florentem, omnes nitide ſculptas dat.

In catalogo ff. des TOURNES reperitur etiam *Horti farneſini deſcriptio* Rom. 1635. fol. ſi differt.

EJUSDEM *Diſcorſo della differenza tra li ſemplici freſchi e li ſecchi con il modo de ſiccarli* Rom. anno 1629. 4°. (CASTELL de M. VESUVIO.

EJUSDEM *Annotazioni ſopra l' antidotario Romani* Rom. anno 1629. 4°. B. THOMAS. Meſſan. 1637. fol. ASTRUC.

EJUSDEM *Diſcorſo dell elettario roſato di Meſue, nel quale ſi raggiona della roſa e della ſcammonia* Rom. anno 1633. 4°. FALC.

EJUSDEM *De vomitoriis & vomitu* L. X. Rom. anno 1634. fol. Laudat GIANELLA.

EJUSDEM *Relatio de qualitatibus frumenti cujusdam Meſſanam delati* Neapoli anno 1637. 4°. *. Pertinet potius ad medicinam publicam, & politicam. Frumentum faetidum erat, ſubnigrum, etiam vicinis grave, odore acido, cum in navi incaluiſſet. Panis inde coctus acidus erat, faetidus, & faucibus moleſtus. Damnat PETRUS ut publice noxium, peſtilentiam ipſam validum inducere.

EJUSDEM *memoriale per lo ſpeciale Romano* Meſſana 1678. fol. B. THOMAS. puto pertinere ad litem de opobalſamo.

EJUSDEM *Chryſopus, cujus nomina, eſſentia, uſus facili methodo traduntur* Meſſana anno 1638. 4°. *. De Gummi guttæ: ſuccum plantæ eſſe, ſibi quidem ignotæ, curare hydropem, eſſe κακοςομαχον, corrigi ſpiritu vitrioli.

EJUSDEM *Hortus Meſſanenſis* Meſſan. anno 1640. 4°. * cum areolarum figuris.

EJUSDEM *Balſamum examinatum, abſolutum & laudatum* Meſſan. anno 1640. 4°. *. Pertinet ad celebrem ejus ævi de balſamo litem. MANFREDUS & PANUTIUS, aromatarii Romani, theriacam publice, ut fieri ſolet, paraverant: in eam, quoties veteres balſamum præſcripſerant, receperant balſamum Meccanum a quodam *Coſimo* de NIGRIS Caïro miſſum, probantibus urbis medicis. Alii Pharmacopolæ contra hanc theriacam inſurrexerant. Pontifex archiatros COLLICOLAM & UBALDINUM judices dedit; coram iis, factis experimentis, cum balſamum MANFREDIANUM veſtibus adhæreret, & maculam relinqueret, nequelæ

neque lac coagularet, judices contra MANFREDOS dixerunt. Romanorum quaſi orator erat *Stephanus* GASPARI, qui theriacam MANFREDIANAM volebat exauctorari, quod ſpurium medicamentum reciperet. Contra CASTELLUS pro MANFREDO, dari balſamum aromaticum, quod verum ſit balſamum veterum: & MANFREDINUM balſamum, etſi non valde odoratum ſit, plerasque tamen bonas notas a veteribus poſtulatas poſſidere: Aſpere hæc omnia. Subjecta ſunt multa ſcripta minora, ad eam litem pertinentia.

EJUSDEM *Opobalſamum triumphans* Meſſan. anno 1640. 4°. *. Contra reſponſionem aromatariorum, MANFREDO adverſorum, ſimilis prioris labor, neque a natura natus, aut ab experimento.

EJUSDEM *De Smilace aſpera — Europæa — an ſit eadem ac Sarſaparilla Americana, & an altera alterius vice in lue venerea curanda adhiberi poſſit?* Meſſan. anno 1652. 4°. Bibl. Gott. Citat varios & ipſum GONSALVUM FERNANDEZ, ut oſtendat, Smilacem aſperam eſſe veram Sarſamparillam, potiſſimum etiam ex *Luca* GHINI auctoritate; meliorem autem eſſe, quæ in Hondurana provincia proveniat. VORSTIO neganti reſpondet aliquam, ſed perexiguam eſſe diverſitatem, & poſſe utique Smilacem in venerea lue adhiberi.

EJUSDEM *Catalogus plantarum Ætnearum* reperitur in Centuria I. Epiſtolarum T. BARTHOLINI.

EJUSDEM *Reſponſio chymica de efferveſcentia & mutatione colorum in mixtione liquorum chymicorum* Meſſan. anno 1654. 4°. *. In fine diſſertationis agit de cortice Peruviano, quem non bene refert ad fruticem febrifugum *Tſtic patli Franciſci* HERNANDEZ.

§. CCCCXLVIII. *Varii.*

Michael KNABEN *Horti pomologium, ein neu auserleſenes Obſtgarten- und Pelzbuch* Nürnberg anno 1621. 4°. TREW.

Rudolphi GOCLENII *Tractatus phyſico medicus de ſanorum diæta, ſeu de ſeptem rebus non naturalibus* Francofurti 1621. 8°. 1643. 8°. 1645. 8°. LIND. alii 1643.

EJUSDEM *Mirabilium naturæ l. concordantias & repugnantias — in plantis manifeſtans* Francfurt 1625. 8°. 1643. MERKL.

Guil. Joh. KNYF *Goylandiæ libri II. — herbarum in ea regione ſponte naſcentium enarratio* Amſterdam. anno 1621. 4°. SEGUIER. Poema mediocre, in cujus ſecundo libro auctor nomina & vires medicas plantarum recenſet, quas in Goylandia reperit.

Renati MORIN *Catalogus plantarum horti* Paris anno 1621. 4°. SEGUIER.

Joh. RISINGCK *Landbok* Weſteros 1621. 4°.

Digitized by Google

Philippi SCHERB *Sylva medicamentorum compoſitorum, quæ uſus quotidianus exigit* Lipſiæ anno 1621. 8°. MERKL.

§. CCCCXLIX. *Ant. de Herrera. Manelphus. Alii.*

Antonii de HERRERA *Deſcriptio Indiæ occidentalis a* BARLÆO *latine verſa*, eximium opus eſt Amſtelodami anno 1622. fol. * excuſum, cum *Jacobi* le MAIRE itinerario. Breviſſime rem naturalem adtingit, & utiliorum aliquarum ſtirpium meminit. Hiſpanice prodierat Madriti anno 1601. BODL. *Deſcripcion de las Indias occidentales*, Anglice vertente I. STEVENS London 1725. 1726. 8°.

IDEM facit opus FREYTAGIUS *hiſtoire generale des voyages & conquetes des Caſtillans* Paris 1661. 4°. Sed errare puto, & verſionem eſſe operis *Hechos de Caſtillanos*.

Raymundi MINDERER *Aloedarium marocoſtinum, ſeu deſcriptio pilularum ex Maro Coſto* & *Aloë* confectarum Auguſt. Vindel. anno 1616. 12°. 1622. 12°. 1626. 12°. Utcumque huc facit.

Iſidori Franciſci BARRERA *Trattado das ſignificoens das plantas, flores e frutos, que ſe referem na ſagrada eſcritura* Lisboa anno 1622. 4°. FALC. HOTTON.

Johann. OBERNDORFER *Horti medici, qui Ratisbonæ eſt deſcriptio* Ratisbonæ anno 1622. 8°.

Johannis MANELPHI *de Helleboro diſceptatio* Romæ anno 1622. 8°. FALC. Vide quæ in CASTELLO diximus.

EJUSDEM *Menſa Romana, ſeu urbana victus ratio* Rom. anno 1650. 4°. BURETTE.

Aleſſandro PECCANA *Commentari della Scandella nelli quali ſi diſcorre d' ogni perfezione e uſo della ptiſana.* Verona anno 1622. 4°. *. Hordeum diſtichon eſſe veterum hordeum Galaticum atque Achilleum; purgare nonnihil equos, neque ideo deterius eſſe, & hexaſticho hordeo præſtare, quo magis refrigeret, ut & album ſit, & majoris ponderis, & celerioris incrementi. Ex hordeo diſticho ptiſanam debere parari.

Citat SEGUIERUS ejus viri librum *de Chondro & Alica* L. II. Veron. anno 1627. 4°. editum.

Franceſco PONA *Il Paradiſo de fiori, e Catalogo delle piante che ſi poſſono avere del Monte Baldo.* Veron. anno 1622. 4°. FALC.

Muſæum F. CALCEOLARII *a Benedicto* CERUTO *inceptum* & ab *Andrea* CHIOCCO *luculenter deſcriptum* Veron. 1622. fol. Exemplum notis & figuris M.S. auctum TREWIUS poſſidebat. Conf. p. 339.

Archi-

Digitized by Google

Archibaldi SIMSON *hieroglyphica animalium vegetabilium & metallorum, quæ in ſ. ſ. occurrunt* Edinburg. 1622. 4°. CHIVA.

Franciſci SCACCHII, fabrianenſis, *de ſalubri potu* Rom. 1622. 4°. le TELLIER.

Wolfgang HILDEBRAND *magia naturalis*, d. i. *Kunſt- und Wunder-Buch* Darmſtatt 1622. 8°. B. THOMAS. 1624. 8°. ENDT. Leipzig 1625. 4°. ENDT. Erfurt 1664. 4. ib. Francfurt 1690. 8°. ib.

Joh. SCHOEPF *Ulmiſcher Paradiesgärten*, d. i. *Verzeichniß der Simplicien, welche um die Stadt Ulm zu finden* Ulm anno 1622. 8°. BURCKARD. Plantæ 600. recenſentur, partim hortenſes, partim ſponte circa Ulmam natæ.

Raphaelis THORII *Hymnus Tabacci* Leidæ anno 1622. 4°. SEGUIER. anno 1623. 4°. 1628. 4°. UFF. & cum EVERARDO & NEANDRO Anglice anno 1651. 12°. BODL.

Theatrum Floræ, quo ex toto orbe ſelecti flores proferuntur Paris anno 1622. fol. cum tabulis 69. SEGUIER.

Joh. CASTELLI *Pharmacopœja medicamenta in officinis pharmaceuticis uſitata explicans* Gadibus anno 1622. 4°. MERKL.

René FRANÇOIS *Eſſai des merveilles de Nature, & des plus nobles artifices comme . . . le jardinage, le papier, la teinture, la menuiſerie* Rouen 1622. 4°. Lyon 1643. 8°. RAST.

Martin KOEHLER *de opio* Argentorati anno 1622. 4°. HEFT.

LIB.

Digitized by Google

LIB. VII.

A BAUHINIS AD RAJUM.

§. CCCCL. *Res Herbaria languet.*

Circa hæc tempora, bellis agitata tota Europa, deficientibus literarum præmiis, commercio librorum interrupto, gentibus ad paupertatem redactis, mortuis præcipuis rei herbariæ ſtatoribus, res herbaria languit, neque prius læta recepit incrementa, quam bellis hactenus ab anno 1660. ſuſpenſis, ut populi reſpirarent. Sed etiam Chemia & Alchemia, quæ eo tempore potiſſimum in Germania floruerunt, multa bona ingenia a ſtirpium amore abduxerunt, ut efficaciora remedia novam per artem quærerent. Utraque tamen India ſubinde ſuos theſauros in Europam refundebat, & paſſim rem herbariam ditabat. Amor florum, & varietatum hortenſium, his ipſis temporibus magna incrementa in diteſcente quotidie Belgio cepit, horti etiam publici paſſim exſtructi fuerunt. Magni autem & qui eminerent botanici, multis annis nulli ſuperfuerunt.

§. CCCCLI. *Veſpaſianus Robinus. Alii.*

Enchiridion iſagogicum ad facilem notitiam ſtirpium, quæ coluntur in horto Veſpaſiani & Johannis ROBINI Paris anno 1623. 12°. Pro anonymo SEG. Conf. p. 398.

Franciſci Antonii CASERTA *Tractatio de natura & uſu vinorum tum in ſanis, tum in ægrotis* Neapol. anno 1623. 4°. SEGUIER. anno 1629. 4°.

J. *Jacob* REITER *De opio & opiatis* Lipſiæ anno 1623. 4°. SEGUIER.

J. BEYER *quæſtiones de plantis* Baſil. 1623. 4°.

William LAWSON *a new orchard and garden* London 1623. 4°. 1626. 4°. 1656. 4°. HARL. 1615. 4°. SEG.

EJUSDEM *Tractatus de agricultura* Lond. anno 1656. 165?. 4°. SEGUIER. Minime malus auctor eſt, ut video ex citatis locis de malorum ad ſiceram cultu.

Johannis RENODÆI, medici Pariſini, *Diſpenſatorium medicum continens Inſtitutionum pharmaceuticarum* L. III. *De materie medica* L. III. *Antidotarium abſolutiſſimum.* Tertia editio coram eſt, quæ dicitur infinitis locis emendata

&

& commentata Paris anno 1623. 4°. *. In *materia medica* ſecundum vires medicatas diſpoſitæ plantæ recenſentur, & vulgata fere earum hiſtoria traditur. In *pharmacia* olea, ſucci, ſyrupi, aquæ & alia producta ſtirpium recenſentur. Editionem Pariſinam anni 1608. 4°. & duas Francofurtenſes annorum 1609. 4°. 1615. 4°. habet BUMALDUS. Hanovienſem 1631. 4°. a P. UFFENBACH. curatam GRAU. Gallice prodierunt *Oeuvres pharmaceutiques* Lyon 1637. fol. RAST.

§. CCCCLII. *Fratres Campii. Alii.*

Diſcorſo nel quale ſi dimoſtra qual ſia il vero Mithridato contra l' opinione di tutti li ſcrittori ed aromatari di Baldaſſar e Michel CAMPI Luccæ anno anno 1623. 4°. FALC. ASTR.

EORUMDEM *parere ſopra il balſamo* Luccæ anno 1639. 4°. FALC.

EORUMDEM fratrum aromatariorum *Spicilegio botanico ſopra il Cinamomo degli antichi doveſi metta in chiaro altri ſimplici di oſcura notitia* Lucca anno 1654. 4°.* 1669. 4°. SEGUIER. Arabicos & Græcos fontes ſatis accurate tenebant, neque propriis laboribus abſtinuerant, cum in Italicas Alpes paſſim excurrerint, & in iis plantas rariores legerint. Pertinent ad eos ſcriptores, qui veterum plantas cum noſtris conciliare ſtuduerunt. Caucalidem nodifloram, Euphraſiam luteam, Perſicariam alpinam racemoſam, Alſinen, Helenium, Gladiolum alpinum, Roſam Pimpinellæ folio (alpinam luteam vocant), Trichomanes foliis inciſis, Helleborum nigrum foliis laciniatis, Geranium foliis Altheæ, Ciſtum Tuberariam, alias plantas partim novas, partim raras, in montibus ſuis detexerunt. De quinque codicibus M.S. DIOSCORIDIS agunt. RUELLII verſionem reliquis præferunt. Cinnamomum noſtrum negant eſſe idem, quod antiqui eo nomine cognoverunt. Laurum eſſe olfecerunt. Solus quidem MICHAEL ſupererat, quando ſpicilegium prodiit.

EORUMDEM *Riſpoſta ad alcuni oggezioni fatte al libro ſuo del balſamo* Lucca anno 1640. 4°. 1649. 4°. TREW.

EORUMDEM *dilucidazione e confirmazione maggiore di alcune coſe ſtate da noi nella riſpoſta al ſ. Gaſpari* Piſa 1641. 4°. TREW.

M.S. Codices Luccæ ſuperſtites vidit J. TARGIONI *viagg.* IV. p. 246.

Matthiæ GLANDORP *Methodus medendæ paronychiæ* Brem. anno 1623. 8°. * & in collectione operum. Iconem dat Drabæ, quæ Paronychia vocatur.

J. HENAULT & *Herm.* de LAUNAY *Ergo vinum adultis, aqua pueris* Paris 1623.

§. CCCCLIII. *Ovidius Montalbanus.*

Ovidii MONTALBANI *Index omnium plantarum exſiccatarum, quæ in proprio Muſæolo* (*e*) *ſervantur*. Bonon. anno 1624. 4°. ORLAND.

EJUSDEM *Speculazione ſopra le biade overo Geoſcopia cereale* Bonon. anno 1635. 4°. ORLAND.

EJUSDEM *Geoſcopia Ampelite overo ſpeculazione circa le viti* Bonon. anno 1636. 4°. ORL.

EJUSDEM *Keposcopia overo ſpeculazione degli horti* Bonon. anno 1636. 4°. 1638. ORL.

EJUSDEM *Enfiteologia overo ſpeculazione dell inneſtamento delle piante* Bonon. anno 1639. 4°. SEGUIER.

EJUSDEM *Charagmoſcopia overo ſpeculazione delle interne proprietà delle Erbe mediante gl' oggetti di ſenſi* Bonon. anno 1640. 4°. SEGUIER.

EJUSDEM *Bibliotheca botanica*, cum nomine *Johannis Ant.* BUMALDI edita Bonon. anno 1657. 24°. *, recuſa cum opere Cl. SEGUIER *. Editiones librorum, & judicia laudesque continet, imprimis etiam ſuas. Editioni Italicæ adjectus eſt magnus catalogus Graminum, ex variis auctoribus collectus.

EJUSDEM *Formulario economico erbario e medicinale* Bonon. anno 1654. 4°. Continet vegetabilia, quæ difficilis annonæ tempore pauperibus ſubſidio eſſe poſſent. Nomen præfixum J. *Antonii* BUMALDI. ORL.

EJUSDEM *Hortus botanographicus herbarum ideas — ſupra bis mille in parvo trium tomorum ſpatio concludens* Bonon. anno 1660. 8°. *. Tres tomos innumerarum plantarum officioſiſſime effigiatarum ſe paratos habere BUMALDUS dixerat. Hic catalogum (*f*) brevem & indicem ejus operis dat, in quo plantæ aliquæ rariores breviter tanguntur, ut Ballote criſpa ſupina, Hyſſopus Salomonis, (cum icone nempe Alſines fugacis), Teſſaraphyllon neſcio quod, aliæ. Subjectæ ſunt aliquæ monſtroſæ plantarum partes.

EJUSDEM *Dendranatomes nova delineatio* Bonon. anno 1650. fol. Puerile opus eſſe MALPIGHIUS (*g*).

EJUSDEM *Dialogus de impoſturis pharmacopolarum* editus cum LISETTO BENANCIO Francofurti 1667. 8°.

EJUSDEM *Dell Iſſopo di Salomone* anno 1671. 4°. prælectio in *Acad. Gelatorum* recitata, & cum ejus Academiæ proſa edita ORLAND.

EJUS-

(e) BUMALD. n. 11.
(f) p. 103.
(g) *Poſthum.* p. 161.

Digitized by Google

EJUSDEM *Catalogus alphabeticus plantarum officinalium* Bonon. anno 1670. fol. cum libro *l'Onore del Collegio delle arti di Bologna.*

EJUSDEM *La fabrica del pane ſoventizio dichiarata* anno 1672. 4°.

Quid ſunt *curæ analyticæ aliquot naturalium obſervationum circa hiſtoricas* OVIDII MONTALBANI Bonon. 1671. fol. HOTTON.

EJUSDEM eſt *Dendrologia*, quam cum ALDROVANDI nomine edidit Bonon. 1668. fol. *. Secundum & tertium Volumen M.S. reliquit ORLAND.

§. CCCCLIV. *J. R. Camerarius. Alii.*

J. *Rud.* CAMERARII ſenioris *Sylloges memorabilium medicorum & mirabilium naturæ arcanorum* Centuriæ XX. Auguſtæ Trebocor. anno 1624. 8°. BODL. Argentorati anno 1630. 8°. Tubingæ anno 1683. 8°. *. Multa paſſim habet ad plantarum vires & miracula pertinentia, undique collecta, additis fontibus. Palingeneſiam ex cinere in urticis vult vidiſſe Cent. III. n. 92.

Henrici MYLFORT *gründliche Erklärung, was des Breſliſchen Biers oder Schoepſen Bieres Eigenſchaften ſeyen: vom Gebrauche des Brandteweins &c.* Brieg 1624. 4°.

EJUSDEM *mediciniſches Spaziergänglein* Schleuſingen 1627. 8°. ſi huc facit.

C. BARTHII, viri eruditiſſimi, *Adverſariorum* L. 60. Francof. 1624. fol. Multa huc pertinentia antiquaria continent.

John SMITH *general hiſtory of Virginia New England and the Summer Iſlands* Lond. 1624. BODL.

EJUSDEM *travels in Europa, Aſia, Africa and America. Continuation of the hiſtory of Virginia* 1630. fol. BODL.

N. HARLEQUIN *Nouveau Jardin des vertus & des proprietés des plantes connues* Aix. anno 1624. 8°. SEGUIER.

J. JUNKER *Methodus therapeutica per ſolam diætam & ligni Guajaci diverſimode præparati adminiſtrationem* Erford. anno 1624. 4°. SEGUIER.

EJUSDEM *medicamenta ſimplicia euporiſta, quorum veteres & recentiores meminerunt adverſus Peſtem* Schleuſingen 1625. 8°. TREW.

Gaſpar HELL *de prima origine* gemmarum, metallorum, *fructuum ac miſti ſimilaris* Ingolſtatt 1624. 4°. HEF. 1626. 4°. alii.

Petri LASEINE *Homeri nepenthes* Lyon 1624. 8°. RAST.

Pietro PIPERNO, beneventani, *medicæ petræ, diviſæ in octo.* Earum tertia eſt de *antidotis pro vita* Neapoli 1624. 8°. TOPPI.

Digitized by Google

EJUSDEM *de nuce maga beneventana* ib. 1647. 4°. quid?

Franc. RANCHIN *Oeuvres pharmaceutiques* Lyon 1624. 8°. *. In ejus *operibus variis* multa ſunt de remediis vegetatilibus, cicuta, hyſſopo, myrrha, lactuca &c. In *Gerocomica* de balſamo peruviano, myrrha, melle, de fructibus, oleribus.

§. CCCCLV. *J. B. Corteſius.*

J. *Baptiſtæ* CORTESII Bononienſis, in *Miſcellaneis*, quæ Meſſanæ anno 1625. fol.* prodierunt, Decas V. pertinet ad alimenta etiam vegetabilia, olera, & fructus. Decas VIII. ad medicamenta ſimplicia, potiſſimum etiam ad Mannam. De Manna, & Contrayerva tractatum inſerit *Joſuæ* FERRI, ex libro *de ſecretis excerptum*, cum radicis icone.

EJUSDEM *Pharmacopœa, ſeu Antidotarium Meſſanenſe in quo tum ſimplicia, tum compoſita medicamenta uſu recepta accurate examinantur* Meſſina 1629. fol. TREW.

§. CCCCLVI. *Dom. Vigna.*

Dominici VIGNA Florentini, *Animadverſiones in libros de hiſtoria & cauſis plantarum* Piſis anno 1628. 4°. Præfectus horti Piſani poſt L. GHINUM & CÆSALPINUM, a quibus hortulani CASABONA & MALOCCHIUS differant. Dictionarium cæterum eſt græco-latinum & italicum; intercedunt aliquæ adnotationes de Agallocho: de Cneori Sanamundæ certa vi adverſus hæmorrhoides dolentes, de Cytiſo, quem putat noſter ſe detexiſſe, de herba Luciola (Junco Lujula), de pannis ex Geniſta textis, & de locis natalibus rariorum plantarum.

§. CCCCLVII. *Joſ. de Aromatariis.*

Joſephus de AROMATARIIS Aſſiſſinus cum libello de *rabie contagioſa* edidit Venetiis anno 1625. 4°. epiſtolam *de plantarum ex ſeminibus generatione* Francofurti anno 1626. 4°.* & nuper Coburgi recuſam anno 1747. 4°.* cum JUNGII ſcriptis, & in *Phil. Tranſ.* n. 211. Semina eſſe ova arborum. In iis, a ſpiritu concluſo, plantulam diverſis modis gigni, dum reliquum in alimentum abit. Quæ plantulam non habeant ſemina, eſſe infecunda. Semen lac quaſi pro plantula ſuppeditare, eamque per venas umbilicales alere; ubi ea prodierit, tunc de terra ali. Poeta cæterum fuit, cumque celeberrimo TASSONI celebrem litem aluit (*h*).

§. CCCCLVIII. *Varii.*

Vitalis MAGAZZINII monachi *Cultivazione Toſcana* Venez. anno 1625. 4°. SEGUIER.

Joh. POPPE *Kräuterbuch, darinn die Kräuter des deutſchen Landes nach rechter Art der Signaturen beſchrieben, und angezeigt wird, unter welchem Planet und*

(h) *Caler di minerv.* III. p. 274.

und Zeichen Zodiaci ein jedes Kraut ſtehe Leipzig anno 1625. 8°. Riv. Non tamen totus inanis; primus de oleo cæruleo Chamæmeli egit.

Johannis Weitzii *De laudibus vitæ ruſticæ* Commentarius Francofurti anno 1625. 8°. Falc.

G. B. Galvani *nuovo compendio di vari ſecreti per varie infirmità con il modo di fare un elettario per mantenerſi ſani* Mondovi 1625. 8°. Chiv.

Salvatoris Francioni *diſcorſi nelli quali s' inſegna alli diſcipoli dell' arte della ſpeziaria.* Parte prima Palermo 1625. 4°. Mongit.

Gabriel Schleiffentag *de plantis* Lipſiæ 1625. 4°. Riv.

Nicolai Agerii diſp. *de Zoophytis** Argentorati 1625. 4°.

Ejusdem *de anima vegetativa* ib. 1629. 4°. *. Azaleam ad J. Bauhinum miſerat, utriuſque fratris amicus.

J. Pages *l'Oeconomie des trois familles ſublunaires* Animale *Vegetale* & Minerale Paris 1625. 8°.

§. CCCCLIX. *Th. Reineſius.*

Thomas Reinesius, Conſul Altenburgenſis, vir undique doctiſſimus, in alia diverſiſſima quidem ſtudia ſe diffudit, neque aliam partem botanices adtigit, præter literariam, in qua excelluit. Omnino vero legere oportet ejusdem *varias lectiones*, quarum libri III. priores Altenburgi anno 1640. 4°. * prodierunt. Merentur enim ob auctorum botanicorum plurimam notitiam, tum ob philologiam plantarum, Aconiti, Myrrhæ, Aloes, Ammoniaci gummi, Anthoræ, Betæ. Fuſe de Zytho vario. Sed etiam *Epiſtolæ* ejus viri paſſim ad rem herbariam ſpectant. Ita in Epiſtolis ad Hofmannum Νηριον quaſi νικητηριον dici docet, quod athletæ ea herba tergus fricarent, quo victores de pugna abirent, & plurima alia id genus. De holoſchino, cercidis folio, herbarum nominibus apud Marcellum Lipſiæ 1660. 4°. *

Idem dedit *ein Rath und Bericht, was bey jezt graſſierender Peſtſeuche &c.* Gera 1625. In eo lib. egerat de Olſenichio.

§. CCCCLX. *E. A. v. Dehn.*

Ernſt Abraham v. Dehn *Weinbaubuch* Leipzig anno 1626. 8°. ex codice manu auctoris ſcripto & meliori recuſum Lipſiæ anno 1730. 8°. * cura *Julii Bernhardi* v. Rohr, adjectis paſſim adnotationibus. Bonus ſenex triginta annorum experientiam adducit, ex natura natam, œconomicam potius, quam phyſicam, ut princeps ei finis ſit, proventus augere annuos, aque vinitorum ſibi cavere fraudibus. Miſniæ & Luſatiæ vites deſcribit, vitiumque cultum, qui a noſtratium conſuetudine longe differt. Labores accurate, & pura dictione exponit. Tomus alter Rohrio proprius ſuo loco dicetur.

Digitized by Google

§. CCCCLXI. *Varii.*

J. *Conr.* RHUMELII *Theologia vegetabilis carminice ſcripta* Noribergæ anno 1626. 8°. MERKL.

Ludovici RUMETII *Scripturæ ſacræ viridarium, de frugiferis arboribus, infrugiferis & myſticis* Paris 1626. 8°. RAST.

Bartholomæi CASTELLI *Lexicon medicum græco-latinum* Venet. anno 1607. 8°. MERKL. 1642. 8°. WACH. Baſil. anno 1628. 4°. MERKL. 1632. 8°. a STUPANO auctum. Roterdam anno 1644. 8°. 1651. 8°. 1657. 8°. 1665. 8°. Noribergæ anno 1682. 4°. MERKL. a J. *Pancratio* BRUNONE auctum. Genevæ anno 1741. 1746. 4°.* Lipſiæ 1713. 4°. Patavii 1717. 4°. 1746. 4°. cum J. RHODII additionibus, & alias editum. Id etiam ad plantas pertinet.

Angeli BOLZETTA *Theriaca Andromachi ſenioris in Pharmacopolio Angeli compoſita* Patav. anno 1626. 4°. MERKL.

POLFRANCESCO POLFRANCESCHI *della cura dei vermi della ſeta — e come ſi poſſe haver in diverſi modi gran quantità di mori bianchi* Veron. 1626. 4°.

In *Thomæ* HERBERT *relation du voyage de Perſe & des Indes orientales* anno 1626. 8°. per Surattam ad ABBASSUM inſtituto — aliqua de Coffea legas, quam ut biberent, Bagdadi conveniebant, & ad hiſtoriam naturalem.

Eſaja EKHARDTS *ſambucus medicinalis* Erfurt 1626. 4°.

Samuel PURCHAS Collectionem itinerum edidit annis 1625. 1626. Lond. fol. 5. Vol. excuſam BURETTE, cum titulo *Pilgrim*. Eam lego adfectata eſſe dictione, neque ad candorem *Richardi* HAWKLUYT adſpirare. Belgice *Pelgrimagie* &c. Amſterdam 1655. 4°. CARLSON.

In ejusd. *Political inſects* London 1657. 4°.* plantæ etiam recenſentur quas apes amant aut recuſant.

In *Johannis* HORNUNG *Ciſta medica* (ſive epiſtolarum collectione) Noribergæ anno 1626. 4°.* excuſa, paſſim intercurrunt aliqua argumenti botanici. Ita *Joachimus* CAMERARIUS junior artem hic docet, qua fuligine illitæ plantæ ſuam imaginem in charta relinquunt (*i*). Intercedunt etiam pluſculæ C. BAUHINI, *Joachimi* CAMERARII filii & nepotis, *Leonhardi* DOLDII, C. HOFMANNI, & J. OBERNDORFER epiſtolæ, qui plantas colebant.

Arnoldi WEICKARD, Medici Francfurtenſis, *Theſaurus pharmaceuticus Galenico chymicus*, cujus liber V. eſt *de venenis*. L. VI. diſpenſatorium — Francofurt. anno 1626. fol. 2. Vol. 1670. 4°. MERKL.

EJUS *Pharmacopæa domeſtica, darinn viel nüzliche Arzneyen aus* REINHARDEN, *Pfalzgraphs bey Rhein, Manual Arzneybuch und eigener Praxi* Francfurt 1628. 4°. Aquæ deſtillatæ & formulæ ex genio ſeculi innumeræ.

Franceſco

(i) p. 276.

Digitized by Google

Franceſco GRABERT *Agricultura practica* Barcelona anno 1626. 8°. SEGUIR.

Diſcours ſur la conſervation des forêts, l'uſage des terres a foulon, du metier de tanneur &c. Paris anno 1626. 12°. FALC.

Icon *Aloës Americanæ induſtria* MICH. KITTLER *hortulani Onoldini* 1626. tum alia Aloë, quæ anno 1628. floruit TREW.

J. *Petri* LOTICHII *De Gummi gutta, ſeu laxativo Indico diſcurſus* Francof. anno 1626. 8°. d'ETREES.

Gaſparis BACHOD *Erreurs populaires touchant la médecine & le régime de la ſanté* Lyon anno 1626. 8°. GUNZ. tamquam continuatio operis L. JOUBERT...

§. CCCCLXII. *Joh. Neander.*

Johannis NEANDRI *Tabacologia* Leidæ anno 1626. 4°.* & prius 1622. 4°. Utrecht anno 1644. 12°.* Gallice Lyon 1626. 8°. RAST. 1630. 8°. Tres ſpecies tabaci depingit, cultum herbæ docet, modumque, quo Hiſpani ſua Nicotianæ folia in ſucco ipſius herbæ coquunt. Fabuloſas illas cerebri denigrationes habet, recte repugnante *Guilielmo* de MERA. Vires medicas fuſe congerit. In adjectis epiſtolis aliqua ſunt anatomici argumenti *Guilielmi* van der MEER & *Hadriani* VALKENBURG.

EJUSDEM *Saſſafrologia* Brem. anno 1627. BUMALD.

§. CCCCLXIII. *Guil. Lauremberg.*

Guilielmi LAUREMBERGII jun. *Botanotheca, ſeu modus conficiendi herbarium vivum* Roſtoch. anno 1627. 12°. cum libello de lapide Nephritico, alii 1626. BURETTE. Recuſa eſt cum *Simonis* PAULI *viridariis* Hafn. anno 1653. 16°.* & cum EJUSDEM *quadrupartito botanico* ed. anno 1666.* 1708. 4°.* & cum M. HOFMANNI *deliciis Sylveſtribus* Altorf. anno 1662. 4°.*. Libri ſunt duodecim, in quibus pluſculi ſunt ordines plantarum naturales, ſed confuſi alii, ut coronariæ, ſpinoſæ a capitatis avulſæ, pappoſæ ex planipetalis & radiatis miſtæ, Gratiola inter Alſinefolias, Linaria cum Lino, Dracunculus & Melo in oleraceis, &c.

§. CCCCLXIV. *Varii.*

Salvatore MASSONIO *Archidipno overo della inſalata* Venez. 1627. 4°. *. Auctor diſcipulus A. PETRONII Aquilæ vixit, excitati ingenii homo, neque unice in legendis libris exercitatus, etſi plurimos legit: ſapores enim plantarum ipſe indagavit, & paſſim utilitates ſtirpium minus notas indicavit. Percurrit autem olera, plantas aromaticas aliasque, quæ acetaria ingrediuntur. In boragine, ſoncho,

Digitized by Google

ſoncho, pimpinella, calendula aliisque, ſaporem aliter definivit, quam vulgo ſolebat. Crepin *Caccialepore* negat hieracium eſſe. Salicorniæ, veteribus ignotæ, inter edulas plantas meminit. Dari in agro Neapolitano phaſeolos arboreos. Melongenam inter gratos cibos æſtivos recenſet.

Franciſci DISSALDEI *Pharmacometes liber continens pharmaca tam ſimplicia, quam compoſita, quæ parata habere debent Pharmacopæi* Leid. anno 1627. 12°. 1652. 12°. MERKL.

Petri Andreæ CANONHERII *De admirandis vini virtutibus* Antverpiæ anno 1627. 8°. SEGUIER. Italice Venet. anno 1608. 12°. IDEM. Polyhiſtor etiam de aceto, ſpiritu vini, ſapa, & uvis agit.

Heyman JACOBS *Den kleine herbarius inhoudende de kragt en operatie van de gemeinen Kruyden* Amſterdam anno 1627. 8°. 1663. 8°. SEGUIER. Haarlem 1640. 12°. CARLS. Vires plantarum vulgo in uſum receptarum exponit.

Arnoldi GILLENII *Hortus* Caſſel. anno 1627. 4°.* 1632. 4°. SEGUIER. Catalogus breviſſimus, ſolorum nominum, absque ſynonymis aut adnotationibus.

Gottfried RASPE *collegii phyſici* diſſ. XVII. *de plantis* Lipſiæ 1627. 4°. HE.

§. CCCCLXV. *Lud. Nonnius.*

Ludovici NONNII Antverpienſis *De re cibaria* L. IV. Antverp. anno 1627. 4°. 1644. 4°.*. Facultates alimentorum ex veteribus collegit, neque valde reconditos fontes ſecutus, neque tamen inutilis ſcriptor. Plantas edules fuſe percurrit, philologiam paſſim & antiquitates perſequitur, ad ATHENÆI modum. Propria aut vera botanica vix habet. Solus liber I. huc pertinet.

§. CCCCLXVI. *Gui de la Broſſe.*

Guidonis de la BROSSE, ex milite botanici & medici, *De la nature des plantes & deſſein d'un Jardin Royal* Paris anno 1628. 8°. *. Magnus in hoc viro plantarum amor fuit, ut horti medici conditionem Cardinali *Armando* de RICHELIEU pene extorſerit, neque enim deſtitit ſollicitare magnates, ab ipſo retro anno 1614. quoad anno demum 1626. deſtinatum hortum obtinuit, adjuvante archiatro BOUVARTO. Cæterum multa ad morem ſeculi vaga, non tamen absque admiſtis bonis adnotationibus, & aliqua rariorum ſtirpium paſſim memoria. Theophraſteum fere ad morem agit de iis, quæ plantæ communia habent, aut diverſa: tum de elementis, ubi chemica placita admiſcet: de viribus medicatis, de laudibus ſtirpium domeſticarum. Denique fuſiſſime demonſtrat utilitatem horti publici, & ea occaſione aliqua de plantis profert, quæ unico loco proveniunt. Catalogum addit plantarum, quas vocant uſuales.

EJUS-

Digitized by Google

Ejuſdem *Avis pour le Jardin des plantes médicinales, que* Louis XIII. *veut établir* Paris anno 1631. 4°. Seguier; quo continetur *Mémoire des plantes uſageres, que l'on pouroit trouver au Jardin Royal;* tum *Edit du Roi pour l'établiſſement du Jardin des plantes médicinales; & cinq lètres* de G. de la Brosse *écrites au Roi, au Cardinal de Richelieu, &c. ſur l'établiſſement de ce Jardin.*

Ejuſdem, novi nunc anno 1626. inſtituti horti præfecti, *Deſcription du Jardin Royal des plantes médicinales, établi ſous Louis de Juſte, contenant le catalogue des plantes, qui y ſont cultivées* Paris anno 1636. 4°.*. Solum Pariſinum non minus plantis favere, quam Monſpelienſe, in quo Aſarum & Galega coli nequeant. Numerum plantarum ſuarum facit 2000. aream omnium in Europa hortorum maximam, orgyarum 16000. Varietates plurimæ catalogo admiſtæ ſunt, nomina nuda, abſque deſcriptione ulla, & ſæpe vitioſa.

Priorem editionem habet Cl. Seguier, cum titulo *Deſſein du Jardin Royal, pour la culture des plantes médicinales, avec les Cinq lètres & le Catalogue des plantes* Paris anno 1628.

Ejuſdem *L'ouverture du Jardin Royal, pour la démonſtration des plantes médicinales* Paris anno 1640. 12°. Seguier.

Icones horti Regii per *Guy* de la Brosse Paris fol. magn. ſunt 50. tabulæ abſque explicatione, quas ex bibliotheca Andersonii habeo *. Pulcherrimæ ſunt tabulæ, aliquæ ſola aqua ſtygia exaratæ, aut alioquin imperfectæ: plantæ fere exoticæ, multæ Canadenſes, aliquæ Europeæ. Adjectus incertæ manus index. Recte ergo Tournefortius, la Brosse tabulas æneas Beslerianis præſtantiores reliquiſſe, multum enim eas ſubtilitate linearum ſuperant, etſi neque ipſæ flores ad nuperorum vota exprimunt. Præmiſſa eſt duplex horti Ichnographia.

§. CCCCLXVII. *J. Dominicus Sala. Alii.*

J. Dominici Salæ *De alimentis & eorum recta adminiſtratione* liber Patavii anno 1628. 4°.* lego etiam Venet. 1620. 4°. Hotton. Veteres equidem potiſſimum ſequitur, ut eo ſeculo ſolebant, ſano tamen & integro plerumque judicio uſus. Res ad praxin potiſſimum ſpectat, & tamen alimenta omnia recenſet, monetque quæ bona ſint, quæ minus ſalubria.

Petri Scriverii *Saturnalia, ſeu de uſu & abuſu tabaci* Haarlem anno 1628. 8°. Seguier.

Johannis Caroli Rosenberg *Rhodologia* Argentor. anno 1628. 8°. Burck. etiam anno 1620. 1630. Seguier. & Francofurti anno 1631. 8°. Compilatum opuſculum.

Zacharias de PUTEO *de Gumma Indica, radice antaſthmatica, Mechoacan & Zalapa* Venet. anno 1628. 4°. SEGUIER.

Jacobi FABRI *De alimentis* Noribergæ anno 1628. 4°.

Arvid MANSON *Ortabok ſampt en ny trägärdsbok.* Stokholm anno 1628. 1642. 8°.

Ludovici van HORNIGK *de qualitate Camphoræ* Ulm. 1628. 4°.

Andreæ HILLEBRAND *de gutta gamandra* cum HORSTII epiſtolis 1628. 4°.

Hygieja, i. e. *bonæ valetudinis conſervandæ theſaurus locupletiſſimus* Luxemburg. 1628. 12°. GUNZ.

Pharmacopœa Lugdunenſis Lyon 1628. 4°. RAST. 1640. 4°. L.

Nicolai BRAUN *de fumo tabaci* Gieſſ. 1628. 4°. B. THOMAS.

De LETTIER *Catalogue des plantes cultivées dans ſon Jardin* Orleans 1628. 8°.

Lud. GRAVIUS *de Camphoræ qualitatibus epiſtola* Ulm. 1628. 4°. cum HORSTIO.

Titus SANPELLEGRINO, Bergomenſis, *Pharmacopœam medicarum Bergomenſium* ex latino convertit 1628. 4°. B. THOMAS.

§. CCCCLXVIII. *Deodatus. Fuiren.*

Claudii DEODATI *Pantheum hygiaſticum hippocratico hermeticum* Bruntrut. anno 1628. (etſi in primo titulo annus dicitur 1629.) 4°. * lego etiam Baſil. 1620. 4°. Vaſtum opus hominis chemiæ amantis, neque increduli, ut etiam *ſignaturas* illas rerum admittat. Plantas medicatas percurrit, nimius laudator, ut Rorellæ ad cancrum, deinde alimenta ex vegetabilibus ſumta, & loca ex veteribus. Habet exemplum noxii abuſus Zingiberis.

Ediderat anno 1603. l. *de vero & legitimo uſu aquæ cordialis* Patav. 1603. 8°.

Georgius FUIREN anno 1628. obiit. Regio juſſu plantas ſpontaneas Danicas conquirere ſuſceperat, & ejus laboris aliqua ſpecimina in *ciſta medica* T. BARTHOLINI ſuperſunt: catalogus nempe plantarum Nidroſienſium, valde quidem brevis, tum meliores catalogi plantarum Blekingiæ, Scaniæ & Gothiæ. Videas ibi Caryophyllum album arenarium, Aſperulam trifoliam, Tunicam plumariam, Circæam minimam, alias ſtirpes rariores. Is *catalogus plantarum Daniæ* etiam ſeorſim prodiit Hafn. anno 1661. 4°. SCHEUCHZER.

§. CCCCLXIX.

Digitized by Google

§. CCCCLXIX. *Johannes Parkinſon.*

Johannis PARKINSON pharmacopolæ *Paradiſi in ſole paradiſus terreſtris* Lond. anno 1629. fol. * 1656. fol. HOTT. & cum tit. *Garden of flowers, kitchen garden, and orchard* BODL. Flores imprimis, tamen & alias plantas recenſet, deſcribit & depictas dat, ligneis & rudiuſculis iconibus, LOBELIANIS, CLUSIANIS, aliis: nomina ex LOBELIO & BAUHINO. Prima pars florum eſt, altera olerum, tertia viridarii; ordo nullus, miſtaque diverſiſſima.

EJUSDEM *Theatrum botanicum or a herball of large extent* London anno 1640. fol. *. Vaſtum opus & univerſam rem herbariam comprehendens, paſſim ditatum ex ſchedis poſthumis LOBELII, quæ ad PARKINSONUM pervenerant: auctum etiam novis eo ævo P. ALPINI & CORNUTI ſtirpibus. Caute legi debet, ob repetitas cum diverſis nominibus plantas, & ſuperfluas varietates. Pleniſſimum tamen hactenus opus, aliquas etiam icones proprias habet, etſi artificis opus laudem non meretur. Auctius anno 1656. fol. prodiiſſe SEGUIER.

§. CCCCLXX. *Varii.*

Proſperi RENDELLA *Tractatus de vinea, vindemia & vino* Venet. anno 1629. fol. BURETTE.

Theophili KENTMANN *Tabula locum & tempus tradens, quo plantæ ſpontaneæ prodeunt* Witteberg. anno 1629. 4°. 1659. 4°. TREW. Cl. SEGUIER addit editionem Wittebergenſem anni 1626. 4°. Lipſienſem anni 1659. 4°. Prodiit etiam cum J. *Dan.* MAJORIS programmate ad rei herbariæ amatores Hamburgi anno 1667. 8°. inque VALENTINI Polychreſtis exoticis *.

Petri BERGERON *traité de la navigation & des voyages & decouvertes modernes principalement des françois avec une deſcription particuliere des Isles Canaries* Paris 1629. 8°. hactenus huc facit.

Manuel RAMIREZ de CARRION *Maravillas de naturaleça en que ſe contenen dos mil ſecretos de coſas naturales — a modo de aforiſmos faciles y breves.* Montilla anno 1629. 4°. BURETTE.

In J. *Henrici* ALSTEDII *Encyclopædia* Herborn. 1630. fol. liber XXVIII. pertinet ad Georgica, Phyturgica, Artopojetica, Oenoatica, Zythoptica, Phamaceutica. Collectio non medici auctoris, neque botanici.

J. *Jacobi* a BRUNN *Syſtema materiæ medicæ* Baſil. anno 1630. 8°. Jenæ anno 1639. 8°. ſæpe alias recuſum MERKL.

Joh. de BOURGES & *Car.* du PRE' *Ergo cereviſia nutricibus* Paris 1629.

Digitized by Google

Chriſt. PREBISIUS *de anima vegetativa ejusque facultatibus & effectibus* Lipſiæ 1629. 4°.

Antidotario Romano latino e volgare tradutto da IPPOLITO CICCARELLI — *li ragionamenti, e le aggiunte dell' elettione de' ſimplici del* P. CASTELLI : *e trattati della teriaca egittia* Rom. 1629. 4°. B. THOMAS. 1651. 4°. RIV. Priores ſunt aliquæ editiones, etiam latina Francfurt 1624. 8°. HUTH.

Balthaſari FABRICII — *opuſculum* — *tradens ſex res non naturales* Amſterdam 1629. 8°. LIND.

D. LOUIS, medecin a montbeillard, *le treſor des jardins* Geneve 1629. 4°. nihil habet botanici.

Alberto STECCHINI *avertimenti nelle compoſitione de medicamenti per uſo della ſpeciaria* Venet. 1629. 4°. BOECL.

Frid. CASANDER *natura loquens, qua miracula totius univerſi ex præcipuis mundi regnis — vegetabili, ſylvarum, herbarum, pratorum, plantarum proprietatibus depromta perſequitur* Francfurt 1629. 8°. LIND.

J. *Nicol.* BAUMAN *De Tabaci virtutibus, uſu & abuſu* Baſil. anno 1629. 4°.

J. BUTTNERI *Catalogus medicamentorum tam ſimplicium, quam compoſitorum, officinæ Buttnerianæ* Görliz anno 1629. 4°. MERKL.

§. CCCCLXXI. *Cl. Salmaſius.*

Claudii SALMASII, viri eruditiſſimi, *Plinianæ exercitationes* Paris anno 1629. fol. 2. Vol. FALCONET. Ultrajecti anno 1689. fol. 2. Vol.*. Etſi SOLINUS pauca habet botanici argumenti, quoties tamen id vel leviter tangit, SALMASIUS divitias ſuas effundit, colligit ſcriptores ejusdem ſcopi veteres, emendat & explicat eorum loca. Ita ab hyſtrice abduci ſe patitur ad ſpinas, ad Phleos, ad Hippophaes, ad Stœben, ad μυλλακανθην, ad φοβην. A pharia volucre tranſit ad Cinnamomum, ad Cardamomum, Amomum, Caſiam, ad Laurum Alexandrinam, ad Oxymyrſinem, ad quæ non alia. Quare qui veterum loca volet accurate tenere, & emendate, quæcunque ad aliquam ſtirpem pertinent, ex reconditis etiam fontibus repetita, hic virum inveniet.

EJUSDEM *Exercitationes ad homonymiam hyles iatricæ nunc demum* Ultrajecti anno 1689.* prodierunt, poſthumum opus, a *Ludovico* SALMASIO CLAUDII filio editum, cum J. *Baptiſtæ* LANTINI prolegomenis. Hic ab eruditiſſimo viro excuſſa videas nomina ſtirpium ſibi ſimilia ακανθης & ακανθου : Loti arboris & herbæ : Comari & Unedonis, Ciſti & Ciſſi, Scillæ & Lentiſci, Libanotidis, Helenii, alia. Tituli ſunt 118. nam reliqua capita ad lapides faciunt mineraſque. Arabica pariter cum Græcis tenebat, & Camphoram, aliaque Mauri-

Digitized by Google

Mauritanorum medicamenta exponit, & GARCIAM ab ORTA acriter refutat, Ita porro Nil granum a Nil Iſatide ſeparat.

Præfatio & de Plinio judicium ſeorſim prodierat Divione anno 1668. 4°. FALCONET.

EJUSDEM *De Manna & Sacchari commentarius* poſthumus Paris anno 1664. 8°. *. Filius auctoris, ſed & ipſe, ante editum opuſculum, intermortuus codicem patris ad Cl. viros la MARE & LANTIN miſerat. Multa erudita ex Græca & Arabica lingua CLAUDIUS hic repetiit. Mannæ nomen notum fuiſſe ante Moſis tempora monet, & repetitum ab Hebræis, ob ſimilitudinem, cum Manna Libani dudum cognita. Terenjabin ex frutice ſudare, neque rorem eſſe. Mannæ aliquantum de prunis ſe in horto legiſſe. De ſaccharo fragmentum eſt, quo de Tabaxir agit, ex libris potius, quam ex natura. Editores la MARE & LANTIN præfationem præfixerunt, in editione 1689. omiſſam.

EJUSDEM *De Hyſſopo in cruce Chriſti* tres epiſtolæ Leid. anno 1646. 8°.

EJUSDEM *Reſponſio ad quæſtionem* BEVEROWICII *de Hyſſopo Evangelii.* Inter BEVEROWITII epiſtolas Amſterdami anno 1654. 12°. idem puto opus.

EJUSDEM autographum in Bibliotheca Regia Pariſina ſervatur, in quo obſervationes variæ ad plantas ſpectantes continentur IV. n. 6841.

§. CCCCLXXII. *Varii.*

Hieronymi UGUET de RESAYRO *Tratado de las coſas non naturales y facultad purgativa de la ſemilla de los yezgos* Saragoça anno 1630. 8°. BURETTE. OSMOND. De vi purgante ſeminis Ebuli.

Alexandri ALEXII *De ſyropo roſarum ſolutivo* Patav. anno 1630. 8°. MERKL.

Bartholomæi AMBROSINI *Panacea ex herbis, quæ a Sanctis denominantur concinnata: & ejuſdem Capſicorum brevis hiſtoria, cum ſuis iconibus* Bononiæ anno 1630. 8°. figg.

Angelberti LAMELIN *L'avantgout du vin, de ſa nature, faculté medicinale & alimentaire* Douai anno 1630. 8°. d'ETREES.

Franciſci MANDAT *Ergo mel ſenibus* Paris 1630.

Claudii LIENARD *An panis repletio omnium peſſima* Paris 1630. fol.

Chriſt. HENRICI *de anima vegetante* Lipſiæ 1630. 4°. RIV.

Wine, Beer, Ale and Tobacco, ſtriving for ſuperiority London 1630. 4°. BODL.

Mauritii TIRELLI *Hiſtoria vini & febrium* Venet. anno 1630. 4°.* Practici ſcopi. Vini laudes tradit, quod in omnibus febribus propinat, etiam in cauſo, ſemitertiana, febre tertiana continua, inflammatione capitis.

Digitized by Google

Jacobi GOLII *Catalogus codicum M.S. Arabicorum* Paris anno 1630. 1640. 4°. BODL. huc pertinet; tum *Lexicon Arabico latinum* Leid. anno 1653. fol. BODL.

§. CCCCLXXIII. *Antonius Donati. P. Guibert.*

Antonii DONATI Pharmacopœi *trattato de ſemplici — che naſcono nel lido di Venetia.* Venet. anno 1631. 4°.*. Ex melioribus, ut tunc fiebant, libris. Catalogus plantarum Inſularum Venetarum partim ſola nomina habet, partim vires medicatas & hiſtorias, iconesque æneas, ad naturam depictas. Inter eas rariores aliquæ, ut Apocynum flore ſuave purpureo, Kali quod Soda, Alter Crithmi folio, Echinophora, Atriplices aliquot, Stœbe argentea foliis pinnatis, aliæ. Catalogus in *Sylloge ſtirpium* RAJI *externarum* repetitur.

Philiberti GUIBERT *medecin, & apoticaire charitable* Paris 1631. 8°. BODL. *l'apoticaire charitable* ib. 1630. 8°. *le medecin charitable* 1641. 8°. *l'art de faire confitures ſeches & liquides* 1641. 8°. ELLER. *Oeuvres charitables* en 12. tr. Paris 1633. 12°. 1634. 8°. 1660. 8°. 1664. 8°. CHION. Rouen 1649. 8°. 1661. 8°. Iis continentur *le poids & la valeur des medicamens, le choix des medicamens, le traité du ſené, la maniere de faire toute ſorte de gelées — & diverſes confitures* &c. Editio latina *medici officioſi* Paris 1649. 8°.* prodiit vertente SAUVAGEON (*n.*). Collectio eſt variorum ſcriptorum, pharmaceutici potiſſimum argumenti. Ad rem noſtram pertinet GUIBERTI opuſculum de electione & facultatibus medicamentorum ſimplicium, ſimplici ſtylo, unice ad publicos uſus deſtinatum, & *Guidonis* PATINI *libellus de tuenda valetudine*, cujus ſecundum & longiſſimum caput de cibo, facultates alimentorum tradit. Nimis quidem calidi ingenii vir azymo pani calculum veſicæ Pariſiis frequentiorem tribuit: crudos fructus horæos nimis timet. Theriacam noſtram alias a Theriaca GALENI vires habere contendit. Arabum ſententias fere ubique refutat. Lentium decoctum reprobat. MIZALDI opuſculum *de ſena* diximus, & optartytica omittimus &c.

§. CCCCLXXIV. *Ant. Colmenero.*

Antonio COLMENERO *de Ledeſma curioſo trattado de la naturaleça y calidad del Chocolate* Madrit anno 1631. 4°. BURETTE. Idem gallice, cum adnotationibus, vertente *Renato* MOREAU, una cum opuſculo *Bartholomæi* MARRANDAN Pariſiis prodiit anno 1643. 4°. BURETTE. Italice Rom. 1667. 12°. CIN. Venetiis anno 1678. 12°. Anglice anno 1685. 12°. SEGUIER. Latine, curante. G. VOLCAMERO, cum titulo Chocolata Inda Noriberg. anno 1644. 12°.*. Auctor Mexici videtur vixiſſe. De Cacao primum agit, eamque partem Chocolatæ calidam eſſe docet. Percurrit, quæ ad Cacao adduntur, Vanillas, Achiotl (accoten vocat,) Avellanas, Chiles quatuor ſpecies. Formulam addit, ut hoc potulenti genus componatur & præparetur, brevi libello.

§. CCCCLXXV.

(n.) G. PATIN, GUIBERTI editor Ep. ad Spon. 48.

Digitized by Google

§. CCCCLXXV. *Varii.*

Martini BLOCHWIZ *Anatomia Sambuci* Lipſiæ anno 1631. 12°. *. Germanice Lipſiæ anno 1685. 8°. SEGUIER. De Sambuco breviſſime, de viribus fuſiſſime, quas ad omnes pene morbos extollit. Londini etiam prodiit anno 1677. 8°. in eam linguam a Cl. SHIRLEY converſa. Auctiorem reddidit *Dan.* BECKER Konigsberg. 1642. 8°. Lipſiæ 1685. 8°. &c.

J. SAUR's *Botanologia αςρολογικη, oder wie die Kräuter neben ihren Wurzeln und Saamen im Jahr* 1631. *zu rechter Zeit eingeſammelt werden ſollen* Erfurt 1631.

SANCTORIUS SANCTORIUS *in methodo vitandorum errorum* Genev. 1631. 4°.* agit libro VIII. de qualitatibus primis, ſecundis, tertiis medicamentorum.

J. HEINZIUS *de ſex rebus non naturalibus* Lipſiæ 1631. 4°.

Les Oeuvres d'ABRAHAM de la FRAMBOISIERE Med. du Roi Rouen 1631. fol. 3. Vol. *. In primo libro diætetica eſt, & de vino, potu ciboque agitur. Inde de præparatione medicamentorum, aquis extractis. Pars diætetica *Gouvernement pour vivre longuement en ſanté* Paris 1600. 8°. 1608. 8°. d'ETR.

Sigm. LEBZELTER *de venenis* Lipſiæ 1631. 4°. RIV. Lyon 1644. fol.

Auguſti EZLER *Iſagoge phyſico magico medica, in qua ſignaturæ vegetabilium & animalium depinguntur* Argentorati anno 1631. 8°. FALCONET. BUR.

Ludovici GARDENII *medicamenta purgantia* Duaci 1631. 12°.

Claude GARNIER *La maniére d'enter, planter & ſemer* &c. Troyes anno 1631. 16°. SEGUIER.

Petrus UFFENBACH recudi fecit RENODÆI & QUERCETANI pharmacopœjam, & ſaluberrimis medicamentis auxit Hanoviæ anno 1631. 4°. cum titulo *Diſpenſatorium Galenicochymicum* MERKL.

Michael COXO de LERUELA *Reſtauracion de la abundantia antigua de Eſpanna — o preſtantiſſimo reparo de ſu careſtia preſente* Neapoli anno 1631. 4°.

§. CCCCLXXVI. *Dan. Sennert.*

Circa hæc tempora *Danielis* SENNERTI, Wittebergenſis, opera prodire ceperunt, practici ſcopi, ut tamen paſſim rem herbariam tangat, & vires etiam plantarum medicas. Huc ergo facit c. 19. libri *de conſenſu & diſſenſu chymicorum cum Galenicis & Ariſtotelicis.* Paris anno 1633. 4°.* in quo ſignaturas plantarum tuetur, viriumve medicatarum ex ſimilitudine viſcerum vitiatorum, aut planetis, divinationem.

Deinde

Digitized by Google

Deinde in *epitome naturalis ſcientiæ* liber VI. huc ſpectat, quo hiſtoria plantarum continetur, quas breviter, ſecundum claſſes fere *Caſpari* BAUHINI, cum viribus medicatis recenſet.

Inſtitutionum medicinæ Paris anno 1631.* 4°. editarum liber IV. multa habet huc facientia, ad victus nempe rationem. Tum L. V. de medicamentis ſecundum genera, ubi plantæ medicæ ſuis cum facultatibus recenſentur. Deinde & *Pharmacopœja* huc ſpectat, & *Quæſtiones* demum *naturales. De opiatorum natura* l. prodierat Witteberg. 1624. 4°.

§. CCCCLXXVII. *Petrus Lauremberg.*

Petri LAUREMBERG *Horticultura* libris II. comprehenſa Francofurti anno 1632. 4°.*. Noriberg. anno 1682. 8°. 2. Vol. BURETTE. Opera & inſtrumenta hortenſia docet, plantarum hiſtoriam in genere, propagationem variam, arborum cultum, hæc potiſſimum libro II. Deinde flores. Ultima olera ſequuntur & plantæ medicæ, cum cujusque claſſis ſpeciebus.

EJUSDEM *Apparatus plantarum* L. II. Continet nitidas figuras & hiſtorias plantarum bulboſarum & tuberoſarum, ſpecies aut varietates, vires medicas, mythologiam.

IDEM opus germanice vertit, & cum ſuis notis edidit *Wolf Albrecht* STROMER *von Reichenbach* Nuremberg anno 1671. 8°.* & anno 1682. 8°.* 2. Vol. cum titulo *Die edle Garten-Wiſſenſchaft aus* P. LAURENBERG — — *und eigener Erfahrung auf fränkiſche Gewohnheit, Luft und Himmel eingerichtet* ... Multum auxit editor LAUREMBERGIANA, arbores fuſe enarravit, earumque cultum ſua ad experimenta deſcripſit, ut in Acaciæ veræ plantis educandis. Flores uberiores, multum nominum barbarorum Tuliparum. Icones apparatus *Laurembergiani* non habet.

Tomus III. anno 1673. 8°.* editus totus diverſus eſt ab opere LAUREMBERGII, eoque olera, & plantæ hortenſes, earumque cultus, hiſtoria, & uſus medicus traduntur. Mantiſſa miſcellanea continet; hortorum apud omnes gentes hiſtoriam, artificia varia, & topiaria. Denique opera horti menſtrua.

§. CCCCLXXVIII. *Varii.*

Joh. FREYTAG *de opii natura & medicamentis opiatis* Groning. 1632. 8°.

EJUSDEM *de medicamentis purgantibus, ſimplicibus & compoſitis* Francofurti anno 1640. 4°. B. BOEHM.

Louïs de la GRIVE *Antiparallele des vipères Romaines, & herbes Candiotes pour la thériaque de Lyon* Lyon anno 1632. 8°. FALC.

Petri

Digitized by Google

Petri Claudii UNDALINI *Norriges og omliggande Oers ſandfardige beſkriffvelſe* Koppenhagen 1672. a *Chriſtophoro* STENKULL germanice verſus. Ad naturæ hiſtoriam pauca.

Pierre FIRENS *Theatrum floræ, in quo ex toto orbe ſelecti mirabiles venuſtiores & præcipui flores proferuntur* Paris 1632. fol. Figuræ 166. BURETTE. Idem, puto, p. 431.

Johannis MOUSIN *Hortus Jatrophyſicus, ſeu de floribus in ſylvis ſponte naſcentibus* Nancy anno 1632. 8°. *. Etſi huc ſpectare putes ex titulo, non tamen botanici eſt argumenti. Paradoxa ſunt omnino. In tertio victum ſalubrem ex horto maxime, & minime a macello peti debere. Paradoxo 16. prunorum ſalubritatem tuetur, negatque ab eorum uſu dyſenteriam naſci.

An idem cujus opuſculum *Chriſtophorus* CACHETUS latine reddidit, cui titulus eſt. *Pandora Bacchica furens, medicis armis oppugnata, ubi de temulentiæ ortu & progreſſu: ex Gallico in latinum verſa* Tull. anno 1614. 12°. BURETTE. Falc. anno 1640. 12°.

§. CCCCLXXIX. *Thomas Johnſon.*

Thomæ JOHNSON pharmacopolæ, ſed rei herbariæ periti, *Deſcriptio itineris inveſtigationis plantarum cauſa in agrum Cantianum ſuſcepti* Lond. anno 1632. 8°.

EJUSDEM *Ericetum Hamſtedianum* Lond. anno 1632. 8°.

EJUSDEM *The herbal or general hiſtory of plants gatherd by John* GERARD *enlarged and amended by* T. JOHNSON London anno 1633. fol. * 1636. fol. HOTT. Obiit anno 1643. in bellis civilibus tribuni legionis legatus, ex accepto vulnere. Vaſtum opus, in quo GERARDI errores paſſim corriguntur, adduntur icones ſtirpium LOBELIANÆ & CLUSIANÆ, etiam aliæ JOHNSONO propriæ, deſcriptiones emendantur, repetitiones ejuſdem ſtirpis delentur, controverſiæ & lites decurtantur. Dignum opus & totius rei herbariæ eo ævo notæ compendium.

EJUSDEM *Mercurius botanicus, ſeu plantarum gratia ſuſcepti itineris anni 1634. deſcriptio* Londin. anno 1634. 8°. *. Bathoniam & Briſtoliam petiit, catalogum adjecit ſatis uberem plantarum in eo itinere lectarum, quas inter rariores aliquæ ſunt, ut Aſcyrum paluſtre villoſum, Cardamine pumila Bellidis folio, Selinum montanum pumilum CLUS. Plantago panicula ſparſa, Turrita major, niſi eſt cichoroides.

EJUSDEM *Mercurii botanici pars altera, ſeu plantarum gratia ſuſcepti itineris in Walliam deſcriptio* Lond. anno 1641. 8°. *. Rariores iſtæ, potiſſimum ex Monte Snowdon. In hoc catalogo multæ prius deſideratæ ſtirpes occurrunt, Argemone lutea Cambrobritannica, Calamintha montana præſtantior, Cirſium Lapathi foliis, Caryophyllus ſaxatilis umbellatis corymbis, Doronicum, Galega, Gramina montana prolifera, Piſa marina, quorum aliquot ſpecies facit,

Digitized by Google

cit, Trientalis, radix Rhodia, Stella leguminoſa. Adgnoſcit grata poſteritas virorum merita, qui ſuis ſumtibus & laboribus imperium veri produxerunt. Nomina tamen ſunt, absque deſcriptione.

§. CCCCLXXX. *Johannes Johnſton.*

Johannes JOHNSTON medicus, in Polonia vixit: EJUS *Thaumatographia* Amſterdami prodiit anno 1632. 16°.*; tum anno 1633. 1661. & 1665. 12°. & Anglice Lond. anno 1657. fol. Libro V. miracula plantarum tradit, collatitio opere, & ex ordine literarum alphabeti.

EJUSDEM *Syſtema dendrologicum* Leſnæ anno 1646. 4°. SEGUIER.

EJUSDEM *Dendrographias, ſeu hiſtoriæ naturalis de arboribus & fruticibus tam noſtri, quam peregrini Orbis* L. X. Francofurti anno 1662. fol.* recuſa Heilbrunn anno 1754. fol. 1768. fol. cum titulo *Hiſt. naturalis* L. X. de arboribus & plantis. Compilator, omnia J. BAUHINI, inde nuperorum ſcriptorum rerum Indicarum, & FERRARII inventa compilavit, ordine nullo, adfinitatibus vaniſſimis, cum erroribus innumeris. Vide Vaccinii ſpeciem pro Alni effigie lanato folio minori pictam, quæ Pyrus eſt.

EJUSDEM *Notitia regni vegetabilis* Lipſiæ anno 1661. 12°.*. Claſſes habet fere Bauhinianas, & collectas ad eas plantas veterum, cum nominibus, breviſſima deſcriptione, & utilitate medica, aliave.

§. CCCCLXXXI. *J. B. Ferrarius.*

Johannis Baptiſtæ FERRARII Senenſis, de Societ. Jeſu, *de florum natura* L. IV. Rom. anno 1633. 4°.* Amſterdam anno 1646. 4°. Italice anno 1638. 4°. *Flora overo cultura de' fiori* B. NEAULM. Dictio fucata & cincinnata, fabulis luxurioſis inutilibus aucta, cum tabulis a *Guidone* RENO pictis, aque PETRO CORTONIENSI, res non undique malæ. Inſtrumentum hortenſe & cultum florum deſcribit, non ſine artificiis curioſioribus. Flores hortenſes recenſet, nonnullos depingit, tum arbores, quas vix inter flores quæſiveris. Ut irrigatione colorati humoris, aut fimi cum colorante materie temperatione, varii colores floribus albis inducatur, narrat AUCTOR, ad experimenta non ſua.

EJUSDEM *Heſperides, ſeu de Malorum aureorum cultura & uſu* L. IV. Rom. anno 1646. fol.*. Splendidum opus, quo multæ varietates Heſperidum depictæ exhibentur & monſtra: cultus etiam, inſtrumentum, & vires medicæ, & philologia. M.S. Belgicæ verſionis *in Anonymiana Bibliotheca* latebat.

§. CCCCLXXXII. *J. de Laet.*

Johannis de LAET *Novus Orbis, ſeu deſcriptionis Indiæ Orientalis* L. XVIII. Leid. anno 1633. fol.* & prius Belgice *Nieuwe wereldt oft beſchryvinghe van Weſtindie* Leiden 1625. fol. LEHMANN. America per ſuas provincias deſcribitur,

Digitized by Google

bitur, & cum quaque fructus arboresque & plantæ utiles paſſim etiam depinguntur. Gallice prodiit Leidæ anno 1640. fol. BURETTE.

IDEM in epiſtola 781. ad O. WORMIUM citat plantas ex codice Anglo, Saxonico, & ad eas conjecturas dat OLAUS ep. 782. De iisdem iterum *Joh.* de LAET ep. 784. Nomina omnino fere pure Germanica ſunt.

Guilielmi MARCQUIS *Aloë morbifuga in ſanitatis conſervationem concinnata* Antverp. anno 1633. 8°. BURETTE. FALC.

Adolphi VORSTII primum horti Leidenſis catalogum anni 1633. 16°. diximus. Alter prodiit anno 1636. 16°. SEGUIER. Tertius anno 1643. 16°. RIV. In quarta editione accedit *index plantarum indigenarum, quæ prope Lugdunum in Batavis naſcuntur* Leid. anno 1649. 16°.*. Sola nomina absque ſynonymis. Varietates aliquas proprias habet, & plantas Americanas non deſcriptas. Inter viridaria S. PAULI recuſus eſt, & plantarum indigenarum catalogus multum auctus. Acceſſit etiam his poſterioribus editionibus appendix plantarum, quibus anno 1641. hortus auctus eſt.

Georgii VISCHER *Blumengarten* Noriberg. anno 1633. 8°. SEG. 1654. 8°. MEISNER. 1663. 8°.

Ægidii van der MYLE *Oblectatio vitæ ruſticæ* Stettin anno 1633. 8°. BODL. cum *Antonii* GHEVARA *vitæ ruſticæ encomio,* ſi huc facit.

J. FORGET *Artis ſignatæ deſignata fallacia* Nancy anno 1633. 12°. BUR. Contra ſignaturas plantarum.

Henrici FUIREN *Muſæum Academiæ Hafnienſis* Hafn. anno 1633. 4°. LINN. Sed poſſideo *Rariora Muſæi* HENRICI FUIREN, *quæ Academiæ Hafnienſi legavit* a *Thoma* FUIREN edita Hafniæ 1663. 4°.* quibus multi fructus rariores & partes plantarum continentur.

J. *Baptiſtæ* BARPO Bellunenſis *le delicie e i frutti dell agricultura e della villa* L. III. Venez. anno 1633. 4°. SEGUIER.

Jacobi FONTANI *inſtitutiones pharmaceuticæ* ex BAUDERONIO *&* du BOIS *in pharmacopæorum gratiam potiſſimum concinnatæ* Amſterdami 1633. 12°. Nonne idem p. 399.

N. BEAUGRAND *le Marechal expert* Lyon 1633. 8°. Continet iconem allii bulboſi umbellati.

William LANGHAM *Garden of health, containing the virtues and proprieties of all kinde of ſhrubs and plants* Lond. anno 1633. 4°. HARLEY.

§. CCCCLXXXIII. *Augerius Clutius.*

Augerii CLUTII M. D. *Opuſcula duo de Nuce medica* ... Amſterdami anno 1634. 4°.*. De Nuce Cocco Maldivenſi agit, eam accurate deſcribit, omnes

 ejus

Digitized by Google

ejus utilitates recenſet, quas quam maximi facit & fere nimii. Coccum etiam vulgarem deſcribit, ejus germinationem & gemmam. Ipſe promittit theſaurum exoticorum. Exempla dat 12. morborum gravium, Cocco Maldivenſi ſuperatorum. Heteroclitus auctor RICHERII olim vice in horto Monſpelienſi defunctus, in Africam excurrit, ut hortum novis plantis ditaret, omnibus autem ſuis exſutus etiam libertatem amiſit.

§. CCCCLXXXIV. *Varii.*

Franc. de LEIVA y AGUILAR *deſengamno contra del Tabaco — tratanſe muchas dudas con reſolucion las nuevas con veridad, las antiquas* Cordoua anno 1634. 4°. FALC.

Thomas de MURILLO y VELANDA *Trattado de raras y peregrinas herbas — la differencia entre al Abortano y la planta Buphtalmo, y adnotaziones de las Mandragoras* Madrit. anno 1634.

Daniel Joh. KYLLANDER *De plantis diſputat.* Upſal. anno 1634. 4°. SCHÆFF.

MAGINER *Thériaque Françoiſe avec les vertus & proprietés d'icelle ſelon* GALIEN Lyon anno 1634. 8°. NEAULME.

In *Caroli* BUTLER *Monarchia feminina* London 1634. 8°.* plantæ apibus gratæ recenſentur.

Pieter van den BROEKE *voy. naar Capoverde Angola* &c. Harlem 1634. 4°. RIV.

Claudii PONS *Sycophantie theriacale contre la* GRIVE, *illuſtrée de pluſieurs paradoxes & du tems auquel la thériaque doit être compoſée* Lyon 1634. 8°. d'ETR. FALC.

§. CCCCLXXXV. *J. Euſ. Nierembergius. Alii.*

J. *Euſebii* NIEREMBERGII *Hiſtoria naturæ maxime peregrinæ* Libris XVI. *diſtincta* Antverp. anno 1635. fol. d'ETREES, & prius Hiſpanice *Filoſofia curioſa y teſoro de maraviglias de' la naturaleça* Madrit 1637. 8°. 2. Vol. d'ETR. Collectio ad plantas, arbores & aromata Indiæ ſpectans. Ex *Franciſci* HERNANDEZ opera omnia habere RAJUS (*k*).

Nonne eadem eſt *Curioſa y occulta filoſofia de las maravillas de naturaleça, que contiene hiſtorias muy notabiles — ſecretos y problemas de la naturaleça* Madrit. anno 1643. Barcellona 1644. 8°. CHIV.

Thomæ ROSII *theſaurus artis piſtoriæ* Rom. 1635.

Chriſt. HANMAN *de plantis in genere* Lipſiæ 1635. 4°. RIV.

Etienne

(k) *Præf. ad ornitholog.* F. WILLUGHBEY.

Digitized by Google

Etienne de CLAVES *paradoxes ou l'on demontre la generation de tous les mixtes animaux, vegetaux & mineraux* Paris 1635.

J. *Georgii* PELSHOFER *Tractatus de opio* Witteberg. 1635. 8°. d'ETR.

Franciſci STELLUTI, Lyncei, *del ligno foſſili minerale* Rom. 1635. 1637. fol. * latine verſum a J. *Dan.* MAJORE cum anno 3. Dec. II. *Act. nat. Cur.* In poſteriori editione pleræque icones deſiderantur. Lignum ſemiterreum, ſemicalcarium, absque ramis & radicibus, ſed fila habens & undas: tum reſinam.

Felix SCARELLA *de theriaca* Patav. anno 1635. 4°. MERKL.

J. *Ludovici* GANS *Coralliorum hiſtoria* Francof. anno 1635. 8°. SEGUIER. anno 1669. 12°.*. Undique hiſtoriam naturalem Corallii colligit, quod nunquam vidit, experimenta chemica ſubjicit, & compoſitas antidotos, quas Corallia ingrediuntur. In appendice anonymus loca BODÆI, a STAPEL, WORMII & aliorum repetit.

Franc. de MONGINOT *Traité de la conſervation & prolongation de la ſanté* Paris anno 1635. 12°. FALC.

Daniel WINKLER *De opio* Witteberg. anno 1635. 8°. *Bibl.* RIV.

Johannis HARTMANNI *Tractatus de Opio*, publice Marburgi prælectus, editus a J. *Georgio* PELSHOFER Witteberg. anno 1635. 8°. *Bibl.* RIV.

§. CCCCLXXXVI. *Jacob. Cornuti.*

Jacobi CORNUTI D. M. Pariſienſis *Canadenſium plantarum, aliarumque nondum editarum hiſtoria . . . . Adjectum eſt Enchiridion botanicum Pariſienſe* Paris anno 1635. *. Poſt aliqua ex veteribus, plantas ſuas, ex America boreali miſſas, & in horto ROBINORUM cultas, deſcribit, & ſatis bene depingit. Notham Angliam vocat, ridicule iratus, quæ nova audit. In meo exemplo nota M. S. adjecta eſt, quæ teſtem citat BLONDELLUM, Millefolium tuberoſum a CORNUTO circa Lutetiam detectum, omnino Filipendulam fuiſſe. Enchiridion continet brevem catalogum plantarum circa Pariſios naſcentium, ſecundum loca & *ſtationes*. De Aſclepiade ibi dicit AUCTOR, quam novam ait eſſe. Catalogus inter RAJANOS repetitur in *Sylloge ſtirpium exoticarum*.

§. CCCCLXXXVII. *Varii.*

Chriſtiani WINKELMANN *Medicamenta officinalia ſimplicia & compoſita in tabulas ſynopticas diſpoſita* Witteberg anno 1636. fol. 1670. fol. 1673. fol. MERKL.

Anton. de LEON PINELO *Queſtion moral ſi el Chocolate quebranta el ayuno Eccleſiaſtico* Madrit. anno 1636. 4°. BUR.

Franciſci SANCHEZ *Opera medica*, inter quæ *Pharmacopœæ* L. III. De electione & præparatione medicamentorum: tum de theriacæ examine, & opiatorum &c. Toloſ. anno 1636. 4°. MERKL.

Pietro della CHENA *Rara virtu che ſi cava del Roſmarino* Rom. anno 1636. 12°. *. Ebuccinatio arcani ex Roremarino parati medicamenti. Auctor Gallus & chemicus.

Henrici KRALIX *Index plantarum indigenarum prope Lugdunum Batavorum* Leidæ anno 1636. 4°. Audio ad VORSTIUM pertinere. Forte fuerit is KRALIX, qui cum PISONE Braſiliam adiit, ibique mortem oppetiit.

J. ITTIG diſp. *de anima vegetante* Lipſiæ 1636. 4°.

Joh. de VIANA *Antidotum faſciculi aromatum in ſubſidium puerperarum* ubi agitur de odore &c. Olyſſipone 1636. 4°. NIC. ANT.

L. A. PERUGINO *cultura de fiori* Roma 1636. 4°. LAMBERGEN.

Aſcan de OLIVA *luſtige Hiſtorie vom Tabaktrinken* Hamburg 1636. 8°.

Pharmacopœa Amſtelodamenſis Amſterdami anno 1636. 12°. BODL. BUR.

Nicolai Thomæ UNGII *Oratio de plantis* Upſal. anno 1636. 4°. *.

Joh. OSTENDORF *Traité de l'uſage & de l'abus du Tabac* Bourdeaux anno 1636. 8°. SEGUIER.

Catalogue des plantes, qui ſont à préſent cultivées au Jardin du Roi à Paris anno 1636. prodiiſſe videtur. Recuſus eſt inter S. PAULI viridaria Hafniæ anno 1653. 16°. *. Nomina ſimplicia absque ſynonymo, varietates multæ, admiſtæ ſpecies ignotæ. Quid Apios alpina? Bulbus unifolius?

Antonii CARRERA, Polyhiſtoris, *il Mongibello deſcritto in III. libri* Catana anno 1636. 4°. BUR. & in Theſauro BURMANNIANO. Etſi ipſe nihil vidit, neque montem adiit, de quo adeo fuſe ſcripſit, huc tamen facit ob Catalogum plantarum in eo monte detectarum, quem a *Joſepho* BONFILIOLO habuit, & operi ſuo inſeruit, inter quas plantæ ſunt vix notæ, ut ſpinoſus Napellus. Caſtaneæ etiam vaſtiſſimæ arboris mentionem facit.

Lazari MEYSSONNIER, vani hominis ex PATINI elogio, *diſcours de l'utilité du vin* Lyon 1636. 8°. d'ETR. Alium titulum lego *les merveilleux efets du vin ou la maniere de guerir avec le vin ſeul* Lyon 1639. 8°. FALC.

EJUSDEM *cours de medecine, theorique & pratique* Lyon 1678. 4°. Habet figuras plantarum.

§. CCCCXXXVIII. *Varii.*

Roberti MONTANI *Diætema ſeu ſalubris victus ratio* Lovan. anno 1637. BODL. anno 1640. 8°. FALC.

Marci

Digitized by Google

Marci Antonii ALAYMI *διαδεκτικῶν διαδεκτὰ ſeu de ſuccedaneis medicamentis opuſculum* Panorm. anno 1637. 4°. MONG. OSB. Additur nova & inaudita naturæ arcana continere.

J. *Dominici* CARDULLI *teriaca di Andromaco* Meſſina 1637. 4°. MONGIT.

Paolo ZACCHIA, Archiatri Pontificii, *il vitto quareſimale* Rom. 1637. 8°. HOTTON.

Michael WALTHER *de Manna* Lipſiæ 1637. 8°. HIRSCH.

F. *Stephani* de VILLA, monachi, *Ramillete de plantas* Burgos anno 1637. 4°. NIC. ANTON.

EJUSDEM *Simples incognitos en la medecina* Burgos anno 1643. N. ANT.

§. CCCCXXXIX. *Joh. van Beverwyck.*

Joh. van BEVERWYCK Medici, Conſulis Dordraceni, *Schat der Geſondheit* Dordrecht. anno 1638. 8°. *. Cum valde aucta eſſe dicatur editio, priorem oportet anno 1636. vel 1637. prodiiſſe. De victu agit rebusque, quas vulgo dicunt non naturales, & alimentis ex plantis ſumtis, eorumque facultatibus. Additi ſimplicis ſed liquidi poetæ *Jacobi* CATS verſiculi. Reddita eſt editio anno 1643. 8°. & Dordrecht 1644. 8°. & Amſterdam. 1652. 4°. HUTH. 1660. 8°. fol. GRAU. Auctior alia prodiit Amſtelodami anno 1671. fol. *. Germanice a *Philippo* v. ZESEN verſa, & Francofurt. 1671. 8°. vertente J. C. S. UFFENBACH.

Acceſſit Dordraci anno 1642. 8°. ANDERSON. anno 1644. 8°. LIND. 1652. 4°. Amſtelodami 1660. fol. GRAU. *Schat der Ongeſondheit*, recuſ. in editionis Germanica Tomo II. *Schaz der Ungeſundheit*, in quo plantæ medicatæ ſuis cum viribus recenſentur. Dictio vivida, neque nulla experimenta propria. Diæteticos tamen veteres plerumque exſcripſit. Tomus II. a J. *Chriſtophoro* SALBACH germanice verſus prodiit Francofurti 1672. 8°. Nonne idem Francof. 1672. 8°. edita *Anweiſung zu den Arzneymitteln, wie derſelben Krafte am dem Geſchmacke, Geruch und Farbe zu erkennen.*

Inter *Epiſtolicas quæſtiones* Amſtelodami anno 1644. 8°. editas * eſt *Anchiſæ* ab ANDLA de Mentha epiſtola. Ibidem de hyſſopo epiſtola exſtat.

EJUSDEM *αυταρκεια Bataviæ, ſeu Introductio ad medicinam indigenam* Leidæ anno 1644. 8°. BODL. 1663. 8°. *. Belgice *Inleydinge tot de hollandſen genees middelen* Dordrecht. 1642. 8°. CARLS. Amſterdam 1644. 4°. 1652. 4°. HUTH. Rhetoricorum more in regione humili & anguſta invenire ſatagit, quæcunque ad felicem medicinæ uſum requiruntur.

In *idea medicinæ veterum* continetur etiam diætetice de cibo & potu, cum multa philologia *.

Opera omnia Belgice prodierunt Amſterdam 1652. 4°. HUTH. 1664. 4°. 1672. 4°. 1680. 4°. GRAU. Germanice Francofurti 1674. fol. *.

§. CCCCXC.

Digitized by Google

§. CCCCXC. *Varii.*

Tobiæ WHITAKER *Tree of human life or the bloud of the grape* London anno 1638. 8°. *BODL. auctius latine verſi cum titulo *de ſanguine uvæ* Haag. anno 1660. 8°. *. Archiatrum ſe vocat Caroli II. exſulis, & vini laudes canit, cujus uſum & in univerſo victu commendat, & in morbis. Catalogum medicorum ſanctorum ſubjicit.

Gabriel PLATTES *Treatiſe of husbandry* Lond. anno 1638. 4°. 1674. 4°. SEG.

EJUSDEM *Diſcourſe of infinite treaſures in the way of husbandry* London 1639. 4°. SEG. 1656. 4°. SEG.

EJUSDEM *recreatio agricolæ* London 1640. 4°. de plantatione aliisque ad hortos pertenentibus SEG. anglice.

EJUSDEM *Jewelhouſe of art and nature* London 1653. 4°. FOLK.

EJUSDEM *Obſervations and improvements of husbandry with 20. experiments* London 1653. 4°. Fame lego periiſſe. Invenerat inſtrumentum ad eradicandum, valentiſſimum, tricorne, quod fune regeretur, ſubjectum eradicandæ arbori.

Antonio FRUGOLI *Pianta di delicati frutti ov. pratica eſcalcaria* Rom. 1638. 4°. d'ETR.

MATTH. CLAUSS *Oenohydromachia ſ. vini & aquæ certamen* Oenipont. 1638. B. THOMAS.

Pharmacopæa & hortus Leidenſis Leidæ 1638. 8°. HOTTON.

Jacobi GREGORY *Hortus Pharmaceuticus Lutetianus* Paris anno 1638. 16°.

Jaques BOYCEAU *Traité du Jardinage ſelon les raiſons de la nature & de l'art* Paris anno 1638. fol. HOTTON. Sæpe recuſum opus cum titulo. *Traité du Jardinage, qui enſeigne les ouvrages, qu'il faut faire pour avoir un Jardin dans ſa perfection, avec la maniére de faire des pépiniéres, gréffer, enter les arbres* &c. Paris anno 1688. fol.* LEHMANN. anno 1707. 12°.

§. CCCCXCI. *Joh. Veslingius.*

Johannis VESLING Mindani (Hanoverani), Equitis (Hieroſolymitani) & Anat. Chir. P. Prim. Patav. *De plantis Ægypti obſervationes, & notæ* ad P. ALPINUM Patav. anno 1638. 4°. *. Anno 1632. Cairo vocatus ad cathedram anatomicam (*l*), ſucceſſit P. ALPINO in horti cura anno 1638. IDEM anno 1640. hortum pene exſtinctum locupletavit Creticis aliisque peregrinis (*m*) plantis, & anno 1649. obiit (*n*). Multa accuratius vidit, quam ALPINUS, & figuras dedit meliores. Colocaſiæ flores ex horto ALPINI deſcribit & depingit.

EJUS-

(l) TOMASIN *Gymn. Patav.* p. 81.
(m) Ibid. p. 89.
(n) P. 48.

Digitized by Google

Ejusdem *Opobalſami veteribus cogniti vindiciæ* Patav. anno 1644. 4°.* 1664. 4°. des Tournes. Pertinet ad litem de balſamo jam citatam. Noſter pro Manfredis ſtat. Fructus balſami Meccani deſcribit, tum reſinam, plantamque, quam ipſam vidit, & ejus balſamo in morbis utiliter eſt uſus, ac recte inter antidotos recipi confirmat. De bona nota fuſe anquirit, & negat, omne balſamum artificiis corrumpi.

Ejusdem *Parænesis ad rem herbariam*, cum priori libello prodiit. In Lilionarciſſi bulbo latentem florem, caulem, novumque bulbum detexit. De miraculis plantarum, de hortis & plantarum utili cultu, de venenorum utilitate ex oratorum more dicit.

In *epiſtolis poſthumis* a Bartholino Hafniæ anno 1664. 8°.* editis, aliqua huc faciunt, & potiſſimum de balſamo tres epiſtolæ, duæ de Taxo, de Coffea, de Saccharo duæ, de Coſto, de Calamo, de Cacao.

Ejusdem *Catalogus plantarum horti Patavini* Patav. anno 1642. 12°. Merkl. anno 1644. 12°. Idem.

Ejusdem *Series Medicamentorum* fuit inter M.S. Francesci Bernard.

§. CCCCXCII. *Daniel Rhagor.*

Daniel Rhagor's *Pflanzgarten, oder gründlicher Bericht, wie der Obſtgarten, Krautgarten und Weingarten wohl anzubauen ſey* Bern. anno 1639. 8°. 1650. 8°. Maynz anno 1651. 8°.*. Baſel anno 1669. 8°. Riv. Seg. Civis meus, præfectus Thorbergenſis, propria potiſſimum experimenta ſecutus, minus, quam eo ſeculo ſolebat, libris confidit, ſimplex homo & candidus, aliqua tamen tinctus ſuperſtitione, ut lunæ multum tribuat, neque velit anno biſſextili ſerere. Cuique capiti vocabula technica veterum & Gallorum ſubjecit. Arbores, quæ ex oſſiculis proveniunt, jubet ſerere erectis oſſiculis. Negat omnes arbores inſitione emendari: falſum id eſſe de Moris, Cornis, Amygdalis, Perſicis *Aubergis* & Armeniacis. Inſitionem in corticem optime convenire grandioribus arboribus, quæ cartilagine ſemen continent, non perinde oſſicula ferentibus. Inoculationem non probat. Nimiam putationem ſæpe nocere. Malum non amare ſolum pingue, Pirum calidius ſolum terramque mobilem præferre. Ceraſum optime in fiſſuram inſeri, ramo cum oculis ſeu gemmis folioſis longioribus & gracilioribus inſito, cæterum ſpontaneam creſcere. Perinde Prunum inſeri. Spinaciæ ſemen in aqua fimo ovillo temperata utiliter macerari. Inventum ſuum laudat, quo Cinaræ ſtramineo pileolo teguntur, pileus fimo equino. Vitium ſpecies Helveticas recenſet, & Clavennenſes præfert, quæ parcius vinum dent, ſed optimæ notæ. Novellas vites egere pampinatione, vetulas non item. Fimo vinum reddi deterius: lætaminis loco commendat terram ruderoſam, aut adgeſta cornua; & prodeſſe argillam

 miſcere

miſcere arenis. Vina deteriora emendata fuiſſe vindemia ſerotina. In operibus menſtruis monet, debere veterum ſcripta cum cura legi, qui in multo calidioribus regionibus vixerint, & Januario menſe ea præceperint fieri, quæ nos rectius Martio menſe faciamus. Vana eſſe pleraque præſagia dierum proverbialium.

H. R. u. D. *von* GRAFFENRIED *Rhagoriſcher Baum- und Obſtgarten* Baſel 1676. 12°.

§. CCCCXCIII. *Varia.*

Hugh PLATT *Garden of Eden or an account of the culture of flowers and fruits* London. P. I. anno 1651. 1653. 8°. P. II. anno 1660. & totum opus anno 1675. 12°. HOTTON. hic cum titulo *accurate deſcription of all flowers and fruits.* Cum optimis hortulanis communicavit, ab iis conſilia collegit: Sed etiam coquinariam addidit, variaque pro peregrinatoribus, fabris murariis, gemmariis, nautisque conſilia. Inoculationem herbarum habet, florum inſitionem in radices, unionem artificialem caulium, radicumque. Sordes Saponariorum pro pratis & agris laudat lætaminis loco. Macerationi multum tribuit. Sed vide in *Emendandis.*

Pharmacopœa Pariſienſis per *Ph.* HARDUIN Paris anno 1639. BODL.

Joh. SCANI *Mirabilia Naturæ* Aarhus 1639. ſi huc facit.

J. *Dan.* HORST *prunorum uſu dyſenterium non produci* Gieſſ. 1638. 4°.

EJUSDEM *Pharmacopœa galeno chymica catholica* Francofurti 1651. fol. 2. Vol. (1650. fol. UFF.) Acc. inſtitutiones pharmaceuticæ.

EJUSDEM *malva arboreſcens lutea* Gieſſ. 1654. 4°. *. De malva ficus folio agit, nuper eo tempore ex Ucrania advecta, quam ad morbos renum laudat. Obiter de reliquis malvis. Multa in THONERUM.

Jacobi PRIMIROSE *de vulgi erroribus* L. IV. Amſterdam 1639. 16°. quærit etiam de materia medica.

EJUSDEM *ars pharmaceutica* Roterdam. . . . . .

Donati d'EREMITA *Antidotario* L. III. Lugduni 1668. *Il 4. libro e l'arte deſtillatoria* Napoli 1639. fol. UFF.

Paul Marquard SLEGEL *de electioribus rei herbariæ ſcriptoribus hortisque medicis potioribus*, lectionibus botanicis præmiſſum programma Jena 1639. 4°. MOLLER.

Sunt inter M.S. viri prælectiones botanicæ ineditæ. IB.

Herbarium

Herbarium vivum reliquit, per claſſes utcumque naturales diſtributum laudatum a C. H. EKNDTELIO in *relatione* ſui itineris.

Pharmacopœa Amſtelodamenſis Amſterdam 1639. 16°. PL.

§. CCCCXCIV. *Simon Pauli.*

Simonis PAULI Roſtockienſis, Profeſſoris & Archiatri Danici, *Quadrupartitum botanicum* Roſtock. anno 1640. 4°. BARTH. *Ciſt. Med.* Argentorati anno 1667. 4°.* Francofurti anno 1708. 4°.*. Vir eruditus, animi læti & jocoſi, ſatis grato ſermone collegit, quæ veteres de ſtirpium facultatibus reliquiſſent, aut ipſe experimento comperiſſet. Botanicam partem, phyſicamve, rei herbariæ minus coluit, practicam magis, ſimplicium medicamentorum amans, cenſor pharmacopœorum. Legi vero vel ideo meretur, quod multa habeat propria. Quatuor cæterum per anni tempora plantas dividit, & cuique ætati ſuas ex alphabeti ordine ſtirpes ſubjicit. Subjectæ ſunt doſes purgantium medicamentorum, ex variis ſcriptoribus, quæ ſeculo XVI. maximæ, WEDELIO omnium ſunt minimæ. Denique orationes aliquæ auctoris acceſſerunt, & in editione anni 1666. ſyllabus auctorum, & LAUREMBERGII *Botanotheca.* In ultima editione J. *Jac.* FICKIUS TOURNEFORTIANUM plantarum characterem addidit.

EJUSDEM *libellum de uſu & abuſu Tabaci & herbæ Theæ* primum lego prodiiſſe 1635. 4°. MÖLLER. ſed prima mea editio eſt Argentoratenſis anni 1665. 4°.* tum 1681. 4°.*. Anglice edidit R. JAMES London 1746. 4°.*. Satyra fere, in qua non bene Theam habet pro Gale Septentrionalium, diverſiſſimarum facultatum, neque ſimillima ſtirpe; neque ſummum Theæ vitium tangit, quod eſt in aquæ calidæ vi ventriculum laxante. Inſtrumentum Chinenſe depictum dat.

EJUSDEM *Flora Danica, dat er Dansk Urte bog* Kiobenhafn. anno 1648. 4°.*. Plantarum ſynonyma etiam & deſcriptiones, denique vires medicæ hic reperiuntur, & icones 393. Earum non paucæ ſunt ex LOBELIO, a MORETO bibliopola PLANTINI herede coemtæ, aliquæ etiam aliunde, denique nonnullæ auctori propriæ, ut Cochlearia Danica. Ordo, ut in priori opere, ad anni tempora.

IDEM *Viridaria varia Regia & Academica publica* collegit & recudi fecit Hafniæ anno 1653. 16°.*. Catalogum plantarum horti Regii Hafniæ hic dicemus, reliquos ſuis locis. Numerus plantarum non minimus, varietatum multum, nomina abſque ſynonymis. Raræ aliquæ & Alpinæ intercurrunt, de quibus liceat dubitaſſe.

EJUSDEM *de gramine oſſifrago epiſtola* ad TH. *Bartholinum* a BEUGHEMIO citatur, & certe occurrit in *Art. Hafn.* Vol. II.

Laboravit idem in recenſendo *diſpenſatorio* Hafnienſi, quod Hafniæ anno 1658. 4°. prodiit.

Digitized by Google

§. CCCCXCV. *Baldus Baldus.*

Baldi Baldi medici Romani *Opobalſami orientalis in conficienda theriaca adhibiti medicæ propugnationes* Rom. anno 1640. 4°. Falconet. Quinque ſunt opuſcula a Volcamero recuſa Noribergæ anno 1644. 16°. * Baldus oſtendit, Opobalſamum Manfredianum dotes habere, a P. Alpino Balſamo adſcriptas: & in Ægypto venale proſtare, neque arbuſculas undique interiiſſe, contra Ghislenum: ſed & ſigna veterum non tota a balſamo Manfrediano abeſſe: veterum de odoribus aliud a noſtro fuiſſe judicium, cum nondum noſtra fragrantiora & ambroſiaca odoramenta innotuiſſent. Lac tamen, etſi minus ſubito & potenter, a Balſamo Ægyptio cogi.

Italica etiam lingua prodiit *Del vero balſamo orientale diſcorſo apologetico* Rom. anno 1646. 4°. Seguier. a Manfredo & Panutio editus: & *Due lettere ſopra il balſamo del quale fu compoſita la teriaca Romana* Rom. 1640. 4°. cum aliis libellis, ex latino verſæ.

§. CCCCXCVI. *Joſeph. Donzelli.*

Joſephi Donzelli *Synopſis de Opobalſamo orientali in conficienda theriaca adhibito* Neapoli anno 1640. 4°. Burette, & denuo *Trattato dell Opobalſamo orientale* ibid. anno 1640. 4°. Bur. &

Ejusdem *parere dell almo Collegio de' ſpeziali di Napoli ſopra l' opobalſamo orientale* Napoli 1640. 4°.

Porro Ejusdem *Additio apologetica ad ſuam de Opobalſamo orientali ſynopſin* anno 1640. 4°. Bur.

Et Ejusdem *Una Lettera familiare ſopra l' opobalſamo orientale adoperato in Roma degli S. Manfredi e Panuzzi in far la loro Theriaca* Padova anno 1643. 4°. Bur. Topp. Eſſe priorem librum recuſum Manget.

Multa etiam alia ſunt *Joſephi* Donzelli Baronis Diglioli opera, ut *Teatro pharmacodogmaſpagirico* Napol. anno 1667. fol. 1676. fol. Topp. Romæ anno 1677. fol. * recuſum, cura Thomæ Josephi F. In parte II. eſt materia medica, cum deſcriptione plantarum, & fuſa hiſtoria ſtirpium, quarum in medicina uſus eſt, erudita ſatis, exque bonis fontibus compilata. Recuſum eſt iterum Venet. 1686. 4°. & nuper auctius reddidit J. B. Capello Venet. 1763. fol.

Ejusdem *Antidotario Napolitano corretto* Napoli anno 1649. 4°. Topp.

§. CCCCXCVII. *Varii.*

Trivulzii Giaquintii *Ragguaglio primo ſopra il balſamo d'Arabia, con il quale li ſpeziali Manfredi e Panuutio hanno compoſta la loro teriaca* Triento anno 1640. 4°. Trew.

Walther

Digitized by Google

Deſtruzzione del ragguaglio Coſtanza anno 1640. 4°. contra GIAQUINTII libellum.

Walther HAMOND *a deſcription of the Iſland Madagaſcar* London 1640. BODL.

James HOWEL *dendrologia or Dodona's grove* London 1640. 8°. BODL. ſi huc facit.

Second part of Dodona's grove London 1650. 8°.

Gallice Paris 1652. 4°. BODL.

Lamberti VOSS *Lexicon novum herbarum tripartitum, cum florum iconibus Anſelmi* de BOOT Antverpiæ anno 1640. 4°. SEG.

Pharmacopœa Lillenſis Lill. anno 1640. 4°.

§. CCCCXCVIII. *Stephanus de Gaſparis.*

Stephani de GASPARIS *Liquoris artificialis pro Opobalſamo in conficienda theriaca adhibiti phyſica oppugnatio* Rom. anno 1640. 12°. *. Hic medicus aromatariis Romanis calamum ſuum commodavit, non contemnendus auctor. Non verum eſſe Opobalſamum, quo uterentur MANFREDI, ideo docet, quod Juniperi ſit odore, cum veterum Opobalſami ſuaviſſima fuerit fragrantia: ſed neque reliqua ſigna bonæ notæ a veteribus definita habere.

Leonhardus GISLENUS prior contra MANFREDINUM balſamum ſcripſerat (o) *Evonymi* nomine, *de recenti balſamo pro Orientali in Europam advecto*. Recuſus l. exſtat in collectione VOLCAMERI. Interiiſſe arbuſculas balſami: MANFREDINUM non reſpondere GALENI deſcriptioni: odorem ei deficere, lac non cogere.

The experimented gardiner, or a treatiſe concerning gardening and grafting London anno 1640. 4°. BODL.

§. CCCCXCIX. *P. Gaſſendus.*

Petri GASSENDI vita *Nicolai* de PEIRESC, egregium opus, Pariſiis anno 1641. 4°. B. BERN. Haag. 1651. 12°. & cum auctario *Petri* BORELLI 1655. 4°. GUNZ. nuper Quedlinburgi anno 1706. 8°.* recuſum. Anglice 1652. 8°. BODL. Plantas minime neglexit, optime de re naturali meritus auctor, & in horto ſuo novas rarasque poſſedit. Jaſminum Indicum arboreſcens odoratiſſimum primus coluit, & Luffam, & Papirum veram, & Cocos, certe germina, & Zingiber, alia. Lapidem fungiferum habet. Lentiſcum Maſtiche ſtillantem vidit. Corallii piſcationem deſcripſit, & lac cauſticum, ejusque ex lacruma in exſucco cranio proventum. Multas plantas ad CLUSIUM aliosque botanicos miſit.

In *Syntagmatis Philoſophici* libro IV. GASSENDUS habet generalia de plantis.

Leo ALLATIUS *Chius* inter deſiderata reliquit l. *de Mandragora* BUMALD.

(o) GASPAR, p. 61.

§. D. *Fr. Perla.*

Franciſci PERLÆ Calvienſis, medici Romani, *De orientali Opobalſamo nuper in theriacæ confectione adhibito, & inter Romanos medicos controverſo diſſertatio* Rom. anno 1641. 16°. *. Excuſat theriacam MANFREDIANAM, & loca veterum, quantum poteſt, emollit. Veteres ait odorem balſamo eximium tribuiſſe, quod odoramenta validiora, ex animalibus repetita, necdum nota habuiſſent. Balſami arbores non intercidiſſe. Tota vero lis ex negligentioribus notis nata fuerat, qua ſua medicamenta veteres ita deſignaverant, ut adgnoſci non poſſent.

§. DI. *J. Prævot.*

Jacobi PRÆVOT Rauraci, aliquamdiu horto Patavino præfecti, *Medicina pauperum & de venenis* Francofurti anno 1641. 12°. Lyon anno 1644. 12°. 1693. 12°. PLATN. Paris 1654. 24°. Patav. 1718. 8°. MANGET.

EJUSDEM *de compoſitione medicamentorum* Patav. 1666. 12°. B. THOMAS. Rinteln 1649. 12°. ib. Multa de viribus medicatis plantarum purgantium peculiaria habet. Redit in collectione operum Francofurti anno 1651. 12°. 1656. 12°. Hanoviæ anno 1666. 12°. MERKL. Sic *Tractatus de remediorum tam ſimplicium, quam compoſitorum materia*, quem MERKLINUS Venetiis anno 1611. 12°. dicit prodiiſſe.

EJUSDEM *Hortulus medicus, ſelectiſſimis remediis refertus* Patav. anno 1666. 12°. MERKL.

§. DII. *Varii.*

Pharmacopæja Bruxellenſis Brux. 1641. 4°. & auctius 1671. fol. THUAN.

Jac. TACQUET *Specificatio medicamentorum Pharmacopolii ſui* Hamburgi 1641. MÖLLER. & 1661. 12°.

JOS. LAURENTII *de prandio & cœna in Theſ.* GRÆV. Verum annum ignoro.

Germ. PREAUX & *Gab.* de BRIOUDE *An vini quam aquæ potus ſalubrior* Paris 1641.

Adpendix plantarum, quæ horto publico Acad. Lugduno batavo acceſſerunt anno 1641. Inter *viridaria* PAULI anno 1653. prodiit. Fere varietatum.

Auguſti HAUPTMANNS *Ueberaus groſſe Weinbaues Irrthümer* Noriberg. anno 1642. 8°. RIV. 1641. 8°. PL.

Il parere ſopra la riſpoſta al Gaſſari FALC. Piſa anno 1641.

In TULPII *obſervationibus* Amſterdam 1641. 8°. varia botanica ſunt, de Phallo, herba Thee &c.

J. *Baptiſta*

Digitized by Google

J. *Baptiſta* SITONUS *in Jatroſophia ſ. Miſcellaneis medicis curioſis* Patavii 1641. 8°. Einſidlen 1669. 4°. Colon. 1676. 4°. & Patavii 1723. cura J. F. COGROSSI CIN. editis agit de Meſpilis mucidum a vino auferentibus tract. 15.

De cereviſia tr. 35.

De jalappæ natura facultatibus & uſu tract. 38.

De uſu corticis chinæ chinæ apud Mediolanenſes tr. 52. ſic SEG.

§. DIII. *Ath. Kircher.*

Athanaſii KIRCHER S. I. qui Romæ vixit, *Magnes* ſ. *de arte magnetica opus tripartitum* Rom. 1641. 4°. TREW. Colon. 1643. 4°. alii 1642. 4°. Amſterd. 1667. 12°. Pro reſuſcitatione plantarum. Multæ hic plantæ medicæ deſcribuntur novæ & parum notæ *Rayz* J. LOPEZ, *Folim*, aliæ.

EJUSDEM *China monumentis qua ſacris, qua profanis illuſtrata* Amſterdam 1667. fol. Gallice 1670. fol. *. De Rhabarbaro, Thea, arboribus ejus regionis celebribus — additis iconibus.

Muſæum Kircherianum deſcriptum a *Philippo* BONANNI Amſterdam. 1678. & Rom. 1709. fol. continet etiam Zoophyta & alia rariora.

§. DIV. *Joh. Schræder.*

Johannis SCHROEDER, Weſtphali, medici Francofurtenſis, *Pharmacopæja medico-Chymia in qua . . . vegetabilia . . . deſcribuntur* Ulm. anno 1641. 4°. MERKL. 1644. 4°. RIV. anno 1649. 4°. RIV. anno 1655. RIV. anno 1662.* Francofurti anno 1667. 4°. 1669. 4°. NICOLAI. anno 1677. 4°. Lyon 1681. 4°. Leidæ anno 1672. 8°. 2. Vol. BURETTE. Ulm. anno 1681. 4°. * & 1705. 4°. RIV. Genevæ, cura *J.* MANGET *Meſſis medico ſpagyrica*, 1687. fol. Germanice multo auctius, cum titulo J. SCHROEDERS *Arzney-Schatz*, *nebſt* F. HOFMANS *Anmerkungen*, *eröffnet* von *George Daniel* COSCHWIZ (patre) Nürnberg 1693. fol. TREW. tum Francofurti & Lipſiæ anno 1718. fol. & Noriberg. anno 1746. 1748. fol. 3. Vol. *. Belgice *Groote algemeine Schatkamer der droog bereidende Geneeskonſt*, cum præfatione GAUBII, & theſauro medicamentorum ſimplicium atque iconibus Leid. 1741. fol. 3. Vol. Anglice London 1669. BODL. Ad rem herbariam pertinet *phytologia*, ſive L. IV. quo de plantis agitur. In prioribus editionibus nomina ſunt medicamentorum ſimplicium, ad alphabeti literas diſpoſita: aliquando notæ etiam, deinde partes, quæ in medicinam veniunt, facultates & quæ ex quaque planta præparantur.

Ad editionem Ulmenſem anno 1681. & 1705. quam *Petrus* ROMMEL edidit, *appendix* acceſſit *medicamentorum ſimplicium*, inter quæ & plantæ ſunt, paulo alio ordine deſcriptæ, cum earum utilitate varia.

Editionis

Digitized by Google

Editionis Germanicæ tertium volumen materiam medicam ex plantis & animalibus ſumtam continet: deſcriptiones plantarum multum auctas, cum rudibus iconibus: vires medicas etiam undique collectas, copioſas, & non raro parum fidas.

HOFMANNI & ETTMULLERI Auctaria ultimam editionem ſubierunt, quæ ſuo loco dicemus.

Appendix in Pharmacopæo Schræderi omiſſorum ſeorſim Ulm. anno 1669. 4°. B. THOMAS. 1676. 4°.

EJUSDEM *Quercetanus redivivus* Francof. 1648. 4°. Non vidi.

§. DV. *Michael Rupert Besler.*

Michaelis Ruperti BESLERI, Reipublicæ Noribergenſis phyſici ordinarii, *Gazophylacium rerum e regno vegetabili*, animali & minerali *deſumtarum*, *nunquam in lucem editarum* Noriberg. anno 1642. fol. *. Plantarum habet aliquas icones, Gentianæ punctatæ & flavæ, Scabioſarum duarum, Jaceæ lanuginoſæ, & Raguſinæ, Achilleæ Matricariæ folio, Lychnidis Been anguſtis foliis, floribus plenis, denique fructuum aliquot exoticorum.

Rariora Muſei, quæ olim BASILIUS & M. *Rupertus* BESLERUS evulgaverant, *commentariolo illuſtrata* a J. *Henrico* LOCHNER Nuremberg. (Francof. Lipſ.) anno 1716. fol.* & Lipſiæ 1733. fol. abſque deſcriptione prodierunt. Opus a priori diverſum, fructus aliquos delineatos habet, qui huc faciunt, ramosque fructiferos. Conf. p. 414.

EJUSDEM *mantiſſa ad viretum ſtirpium fruticum & plantarum in diverſis peregrinis telluris partibus ſponte repullulantium*, *Eyſtettenſe admirandum celeberrimum Beslerianum* 1648. fol. M.S. ap. TREW. Noriberg. 1646. fol. HIRSCH.

§. DVI. *J. Nardius.*

J. NARDII Florentini *de Rore diſquiſitio*, *qua agitur de melle*, *manna*, *ſaccharo*, *Margaritis* Florent. anno 1642. 4°.*. Mannam rorem eſſe defendit, tamen ut ejus partem ex arbore ſudare non diffiteatur. Ex theoria fere, neque ſuis uſus experimentis.

Inter ejusdem *Noctes geniales*, pertinet hactenus ad plantas Nox V. An vinum alat.

EJUSDEM *De China China* l. Bonon. anno 1655. SEGUIER.

§. DVII. *Jac. Bontius.*

Jacobi BONTII, qui Bataviæ Javanæ medicinam fecit, *de medicina Indorum* Leidæ anno 1642. 12°. Paris anno 1646. 4°. FALC. Liber recuſus eſt

cum

Digitized by Google

cum G. PISONIS *India* Amſterdam anno 1658. fol. *, præfixo titulo *Hiſtoria naturalis & medica Indiæ Orientalis.* Anglice *account of the diſeaſes natural hiſtory and medicines of the Eaſtindies* Lond. 1769. 8°. Ob materiam medicamentariam Indicam huc referri poſſit, quam ubique ad curandos morbos adhibet. Ad rem præterea herbariam pertinet liber IV. quo adnotationes continentur in *Garciam* ab ORTA. Plantas medicatas, ad proprias adnotationes, paſſim melius deſcribit, ut tamen potiſſimum ad vires medicatas reſpiciat. Deinde liber VI. de plantis & aromatibus fuſe agit, BONTIO proprius, cum iconibus non rudiſſimis. Hic Theæ primam, neque malam, iconem videas, & Betel, Arecæ, Tamarindorum, Myrobalani, Curcumæ, Garciniæ, Cardamomorum figuras. Sed etiam multæ icones fructiferarum arborum orientalis Indiæ hic occurrunt, & Malvæ, ut videtur, Acetoſæ. Cavendum eſt, ne generum nomina vera eſſe credas, quæ ex aliqua habitus adfinitate plantis Indicis tribuit. Ita Periplocam Phaſeolum vocat.

Adnotationes in Garciam ab ORTA & *libri de Indorum medicina* ſeorſim Amſtelodami anno 1694. 8°. Belgice recuſi ſunt.

§. DVIII. *Joh. Sperling.*

Joh. SPERLING *De uva, muſto & vino diſputatio* Witteberg. anno 1642. 4°. BURCKH.

EJUSDEM *De traductione formarum in plantis* Witteberg. anno 1648. 4°. SEG.

EJUSDEM *Carpologia phyſico medica* (poſthuma a KIRCHMAYERO edita) Witteberg. anno 1669. 8°.* (SEGUIER. anno 1661. 12°.) Compilatio de fructibus, de horæis nonnullis, & de Cucurbitis, ex TRAGO, TABERNÆMONTANO & vulgaribus fontibus.

Ottonis SPERLING Horti Regii Præfecti *hortus Chriſtianus ſ. catalogus plantarum quibus* CHRISTIANI IV. *Viridarium Hafnienſe* anno 1642. adornatum erat Hafn. anno 1642. 12°. recuſus in S. PAULI viridariis.

EJUSDEM *Catalogus ſtirpium Daniæ indigenarum, quas in horto aluit* anno 1645. In Ciſta medica BARTHOLINI. Nomina ſimplicia, absque ſynonymis. In nominibus cauto opus eſt. Ita vix putem Adiantum Filicis folio in Dania provenire. Sed Orchis anthropophora Danica pariter obſcura eſt. Helianthemum paluſtre liniphillon flore aureo punctato videtur eſſe Geum autumnale BREYNII. Viciola præcox perennis poſſit eſſe montana, nuper ab OEDERO depicta.

§. DIX. *Varii.*

Peregrini PITTORI Caſeronienſis *Balſami romani cenſura cum appendice contra Caſtellum pro theriacis Venetis* Venet. anno 1642. 12°. B. THOMAS.

Petri BARBA *vera praxis de curatione tertianæ* Sevilla 1642. 4°. Pro Cortice Peruviano.

Digitized by Google

Daniel BECKER *Nüzliche Hausapothecke, oder Beſchreibung des Wachholders*, aus MART. BLOCHWIZ *Tractat ins Deutſche überſetzt* Königsberg anno 1642. 8°. 1650. 8°. RIV. Gieſſen 1665. 8°. RIV. Leipzig 1685. 8°. cum variis tractatibus *Henrici* BARSTEN & J. A. GRABEN.

EJUSDEM *de pipere & opio* Regiomont. 1642. 4°.

Balthaſar SCHNURR v. LANDSIDEL *Kunſt- und Wunderbüchlein* Frankfurt 1643. 8°. ſæpe recuſum.

Michael Petri MARIÆ *theriacæ & mithridatii accurata ſtructura* Patavii 1642. 4°. B. THOMAS.

Inter ZACUTI opera anno 1642. Lugduni fol. * edita ſunt Quæſtiones pluſculæ totæ pharmaceuticæ. Multa de Rheo, Caſſia, Tamarindis, Aloë, Senna. In *obſervationum* L. II. laudat conſervam Bryoniæ, & lignum nephriticum.

Victoris PALLU *Quæſtiones medicæ ſ. methodus curandi per* ετυμεριαν a GALENO *propoſitarum &c. An dentium dolori tabacum* Turonibus 1642. 8°. le TELLIER.

EJUSDEM *Non ergo catarrhos vinum album movet* Paris 1644.

Placidi TRUGLIO pharmacopolæ, *Antidotarium ſpeciale magni Hoſpitalis Meſſanæ* Venet. anno 1642. 4°.

Paulus GULDENIUS, Pharmacopola Thorunienſis, ſcripſit *Onomaſticum trilingue latino-germanico polonicum rerum & verborum ad artem pharmaceuticam ſpectantium* Regiomont. 1642. 4°. SEG.

Johannis MEURSII, viri doctiſſimi, *Arboretum ſacrum, ſive de arborum, fructuum & herbarum conſervatione, proprietate, uſu & qualitate* L. III. Leidæ anno 1642. 8°. PL. & cum RAPINO Amſterdam anno 1668. 12°. SEGUIER, & Ultrajecti anno 1672. 8°. SEGUIER. Ad philologiam.

EJUSDEM *Lectiones theophraſteæ* excuſæ ſunt in Vol. X. *theſauri Græci Gronoviani*. Loca aliqua emendat. De Acona pontica, & althea urbe, de cepa varia, radicula &c.

Catalogus plantarum horti Gymnaſii Patavini anni 1642. Inter viridaria S. PAULI. Sola nomina: Multæ Creticæ.

§. DX. *Nicolaus Oelhafen.*

Nicolai OELHAFEN *Elenchus plantarum circa Gedanum naſcentium* Gedan. anno 1643. 4°. *. Catalogus alphabeticus cum ſynonymis & brevi indicio virium medicarum. Raras aliquas habet, ut Eryngium montanum amethyſtinum, Aſterem montanum luteum. Acetoſam recte Lapathum vocat acetoſum.

Digitized by Google

ſum. Admiſcet plantas non dubie peregrinas, ut Alceam venetam. De Lychnide calyculis ſtriatis dubites, deque Stœbe Salmantica.

Laurentius EICHSTADIUS hunc Elenchum recudi fecit Gedani anno 1656. 8°.* & plantas utique addidit, ſuſpectas aliquas, ut Alceam cannabinam, Cicutariam latifoliam fœtidam, Geranium tuberoſum, Hyoſcyamum album, tunicam ut puto. Veras alias, Callam, Calceolum, Scordium. Icones etiam adjecit Trientalis, Pulmonariæ Gallicæ integrifoliæ, Ranunculi faſciati, & proliferi.

§. DXI. *Tulipomania.*

Eerſte tzamenſpraak, tuſſchen Waermondt en Gaargoed nopens de opkomſt en ondergang van flora Amſterdam anno 1643. 12°.*. Epidemicus in rariores potiſſimum Tuliparum flores furor Batavos invaſerat, & etiam potiſſimum Haarlemenſes, ut inſano pretio 5400. 4400. 4200. & 3000. florenorum unicus bulbus veniret: non ſine fraude varia: ad pondus enim bulbi vendebantur. Tandem cum unica Tulipa minori fuiſſet vendita, quam prius ſolebat, fiducia imaginariarum divitiarum ita ſubito collapſa eſt, ut publica auctoritate *contractus* ſublati fuerint, qui circa Tulipas nondum eſſent ære præſente ſoluti.

§. DXII. *Dominicus Panarolus. Santorellus.*

Dominici PANAROLI *Prælusium de neceſſitate botanices; & plantarum amphitheatralium catalogus*, prodierunt Hanoviæ anno 1654. 4°.* & prius ex MERKLINO Romæ anno 1643. 4°. Catalogus breviſſimorum nominum eſt, ut ſpecies ægre adgnoſcas, aliquorum tamen generum multas habet ſpecies.

EJUSDEM *Polycarponia ſ. variorum fructuum labores* Rom. 1647. 12°.

Antonii SANTORELLI *De ſanitate tuenda* libri XXIV. Neapoli anno 1643. fol. *. Eorum quatuor poſtremi ſunt diætetici, ad ſcholarum guſtum ſcripti.

§. DXIII. *J. Georgius Volcamer ſen.*

Johannis Georgii VOLCAMER, viri nobilis & Præſidis Acad. nat. Cur. *Opobalſamum orientale* Noriberg. anno 1644. 16°. Collectio eſt totius litis, quæ MANFREDUM inter & aromatarios romanos geſta fuerat. Habentur hic F. PERLÆ de tota lite relatio, ſcripta Aromatariorum Romanorum, ad varios, etiam ad P. CASTELLUM, L. GISLENI opuſculum, & adverſus BALDUM aliosque reſponſio, COLLICOLÆ contra MANFREDOS denuntiatio, *Pauli* ZACCHIÆ balſami MANFREDIANI defenſio, tum *Balthaſaris* BONANNI & *Baldi* BALDI propugnationes, J. VESLINGII epiſtolæ duæ, & *Æmilii* PARISANI, & J. NARDII.

EJUSDEM Scorzonera montana alexipharmaca *Ephem. Nat. Cur.* Dec. II. anno I. n. 181. noſtra Rupenſis, MURALTO teſte in *Paradis Helvet.*

Digitized by Google

§. DXIV. *Varii.*

Petri Pauli PISANI *Antidotarium ſpeciale domus M. hoſpitalis urbis Meſſanenſe* anno 1644. editum, & Venet. 1646. 4°. MONG. Plenum eſſe barbariſmis BARTHOLINUS *de peregrin.*

Aviti MAGNI *Herbarium* Suecica lingua ſcriptum Upſal. anno 1644. 8°. SCHÆFFER. idem puto l. qui ARVIDI MANSON p. 442.

Georgii WIONII *Botanotrophium ſeu Hortus medicus Petri* RICARTI pharmacopœi Lillenſis; *additæ plantæ*, *quæ prope Lillam naſcuntur* Lillæ anno 1644. 12°. BURETTE.

Pierre FORMI *Traité de l'Adianton ou Cheveu de Venus* Montpelier anno 1644. 8°. cum figuris BURETTE.

Claudii Barthol. MORISOTI *Peruviana* Paris 1644. 4°. d'ETR.

Gilbert PUYLON *An tuberum quam fungorum uſus tertior* Paris 1644.

De Nicotiana Collectio. EVERARTUS, NEANDER, Miſocoapnus ſeu de abuſu Tabaci Luſus Regius (JACOBI I.): *Raphaelis* THORII Hymnus Tabaci: Epiſtolæ & judicia clariſſimorum medicorum de Tabaco Ultraject. anno 1644. 12°.*.

Michael MARTINEZ y LEACHE *De vera & legitima Aloës electione juxta* MESVES *textum in duas ſectiones diviſa* Pompejopoli anno 1644. 12°. SEG.

EJUSDEM *Pharmacopales aonde ſe explican las preparaciones y elecciones de Meſves* Pompejopoli anno 1650. 4°. N. ANT. Ejusdem forte operis editio Hiſpanica.

Joachimi SCHANER *De abuſu Tabaci ex operibus* JACOBI I. Regis Roſtoch. anno 1644. 12°. SEGUIER.

Vincenzo TANARO *Economia del cittadino in villa* L. VII. *il pane e il vino le viti e le api: il cortico*, *giardini*, *la terra*, *il ſole* &c. Bologn. 1644. 4°. edit. opt. 1648. 4°. THUAN. 1651. 4°. ZOCHA. Venez. 1648. SEG. 1651. SEG. 1665. 4°. TREW. 1687. 4°.* 1700. 4°. SEG. 1731. 4°. Meas de TANARA notas caſu omniſi, ut judicium nullum poſſim de hoc libro ferre. Plenam villæ hiſtoriam tradit. Libro I. de pane & vino, cum variis ex utroque præparatis, ſolet enim culinæ opera addere cujusque rei naturalis hiſtoriæ. L. II. vites & apes tradit. L. III. cortinam cum plurimis dapibus ex ea paratis. L. IV. hortum oleraceum. L. V. hortum coronarium, & arbores fructiferas L. VII. furges, & arbores ſylvaticas. L. VIII. ſolem lunamque, ſed potiſſimum coquinariam.

§. DXV.

Digitized by Google

§. DXV. *Wolfg. J. Dumler.*

Wolfgang Jacob DUMLER *Erneuerter und vermehrter Obſtgarten* Nürnberg 1644. 8°. 1651. 8°. 1661. 8°. * 1664. 8°. SEG. Magna pars operis collectanea eſt : & præter arbores fructiferas etiam ſylvaticas tradit, demumque exoticas, & inter eas quam fuſiſſime papirum, tam Ægyptiam, quam noſtram ex lineis pannis confectam. Icones etiam, ſed parvas addit. Ziziphum vulgo Noribergæ in hortis provenire, minus exſpectares. Multa habet ſuperſtitioſa.

IDEM edidit Noribergæ anno 1651. epitomen libri hortenſium *Danielis* KNABEN, quod ipſum opuſculum huic eſt pro fundamento.

Inſerit denique libro ſuo *Petri* HARSDÖRFER de arboribus fructiferis anno 1562. datam *kurze Baumgärtnerey*, de qua ignoro, num ſuo ævo publica fuerit.

§. DXVI. *Varii.*

Joſephi GALEANI, Panormitani, docti medici, *Smilacis aſperæ & Sarſaparillæ cauſa* Panorm. anno 1645. 4°. MONGIT. 1654. 4°. SEG.

EJUSDEM *del conſervar la ſanità libri ſei del Galeno* Panorm. 1650. 8°.

Il Caffé con piu diligenza eſaminato in ordine al conſervamente della ſalute dei corpi umani Palerm. anno 1674. 4°. MONGIT.

EJUSDEM cum nomine *Bruni* CIBALDI *del vero metodo di conſervar la ſanità col ſolo uſo dell' acquavita* Panorm. 1662. 12°. MONG.

Salomonis GUBERT V. D. Miniſtri *Stratagema œconomicum, oder Ackerſtudent, den jungen Ackersleuten in Liefland zum Unterrichte vermittelſt vieljähriger Obſervationen dargeſtellt* Riga anno 1645. & 1649. 1688.

Louis FERRANT, Bituricis, *traité du Tabac en ſternutatoire* Bourges anno 1645. 4°. SEGUIER.

J. *Jacobi* CUFFARI *I biaſimi de Tobaco overo l'uſo pernicioſo deſſo diſcorſo* Panorm. anno 1645. 4°. MONGIT.

Phil. HARDUINI *Pharmacopæa Pariſienſis ſ. codex medicamentarius* Paris 1645.

Petri BERIGARDI *epigrammata in imagines horti medici Piſani* Utini 1645. 8°. GUNZ. ſi huc faciunt.

Thomas del CASTILLO OCHOA Granatenſis *de venenis* Granatæ 1645. N. ANT.

HAYS *of all food animal and vegetable* London 1645. *Hauvater.*

Nicol. HELOT *Eſtne vinum alimentum optimum* Paris 1665.

§. DXVII. *Henricus Munting.*

Henrici MUNTING *Hortus & Gazophylacium materiæ medicæ* Groning. anno 1646. 12°. * & inter *viridaria* S. PAULI. Exoticæ fere plantæ & varietates, ſpontaneæ vix ullæ, nomina paſſim ignota. In editione Groningenſi accedit *nomenclator medicamentorum ſimplicium.*

§. DXVIII. *Levinus Fiſcher.*

Levini FISCHER *Methodus nova herbaria plantarum ad VII. ſumma genera redactarum* Brunsvic. anno 1646. 8°. *. Septem illa genera ſecundum plantas dividuntur, ut oleracea Jovi, legumina Mercurio ſubjecta ſint, & quæ reliqua; icones parvæ, æneæ, deſcriptio nulla, ſed multum virtutum medicatarum. Nomina Apulejana, neque ulla claſſis caſta.

§. DXIX. *Varii.*

Hiſtorica relacion del Regno de Chile por Alonſo de OVALLE S. I. Rom. anno 1646. fol. BUR. FALC. THOV.

J. BROUAUT *Traité de l'eau de vie ou anatomie théorique & pratique du vin* Paris anno 1646. 4°. BURETTE, niſi chemici eſt generis.

J. *Simon* WOLLIMHAUS *De occultis medicamentorum ſimplicium facultatibus* Upſal. anno 1646. 4°. SEG.

Mich. HEYLAND *de ſignaturis plantarum* Lipſiæ 1646. 4°.

Johan. SNAPPENDAEL *Catalogus horti Amſtelodamenſis* Amſterdam. anno 1646. LINN.

J. *Nicolai* ELBING *De pane* Gedan. anno 1646. 4°. SEG.

Thomas BROWN *Enquiries in the vulgar errors* London 1646. fol. 1650. fol. MARSH. 1658. 4°. 1664. 4°. 1666. 4°. 1672. 4°. FOLK. Opera omnia Lond. 1666. fol. 1686. fol. Germanice cum notis *Chriſt.* PEGANII Francofurti & Lipſiæ 1680. 4°. Belgice *Dwaalingen des Volks* Amſterdam 1668. 8°. HOTTON. Gallice *Eſſai ſur les erreurs populaires* Paris anno 1733. 12°. 2. Vol. Varia ad rem herbariam pertinent; in L. II. de plantis lapidoſis: De opinionibus variis, quæ de plantis circumferuntur: De aromatum natura: De viſco, Roſa Hierichuntina, Hippocrepide, Amygdalis amaris, variis ſeminibus plantarum dorſiferarum, Camphora, Rore ſolis.

Hoc anno facultas Medica Pariſina primum Profeſſorem botanices conſtituit.

§. DXX. *Collectio itinerum Belgicorum.*

Begin ende voortgang van de nederlandſe Oſtindiſche Compagnie vervattende de voornaemſte reyzen by de inwoonderen derſelven provincien gedaen met Caarten &

Digitized by Google

& *Copperplaten* Amſterdam anno 1646. 4°. 2. Vol. CARLSON, & cum titulo *Recueil des voyages faits pour l'établiſſement de la Compagnie des Indes* Amſterdam anno 1701. 12°. & ſeqq. 10. Volum. Rouen anno 1725. 12°. 10. Vol.*, edente CONSTANTINO, eodem, ni fallor, qui carceris Pariſienſis hiſtoriam dedit. In editione Belgica 21. itinera continentur RIV. Alia pridem fere ſcripta itinera intercedunt, tamen aliqua ſcopi noſtri, ut itinera quidem dudum dicta annorum 1594. 1598. & aliud *Sebaldi* de WEERT anno 1598. per Fretum Magellanicum, & OLIVERII de NOORD per idem fretum, & P. *van* CAARDEN prius iter, anni 1600. *Johannis* von NEEK Commentarii varii de rebus Indicis, etiam botanicis. *Stephani van der* HAAGEN iter primum anni 1599. Aliud iter Achimenſe anni 1600. & *Wolferdi* HERMANSON anni 1601.

Porro SPILBERGII iter, quod & ipſum exſtat in collectione J. *Theodorici* de BRY & anno 1601. incepit, tum *Wibrandi* van WARWYCK anni 1602. Iter *Stephani* vander HAGEN anni 1603. in Japoniam, tum *Pauli* van SOLT anni 1605. & *Cornelii* MATELIEF junioris anni 1605. *Pauli* v. CAARDEN anni 1606. Iter anni 1607. VERHOEVII: iter Japonicum anni 1609. De Banda commentarius & de Borneo, Amboina, Moluccis, Solor & Timor. Porro *Petri* VANDERBROECK Iter Africanum & orientale anni 1606. ejusdem viri, qui Bataviæ novæ nomen dedit. Ibi prima mentio Coffeæ a Batavis potæ habetur, totumque iter eſt ex utilioribus. Aliud iter SPILBERGII anni 1614. Iter Magellanicum *Jacobi* le MAIRE anni 1615. Infauſtum iter *Guilielmi* BONTEKOE anni 1618. Iter *Jacobi* l'HERMITE in mare pacificum anni 1623. Iter SEGGERI v. RECHTERN cum deſcriptione Formoſæ anni 1628. *Henrici* HAGENAAR iter in Japoniam anni 1631. ejus imperii deſcriptio, auctore *Franciſco* CARON, & jactura Formoſæ. Paſſim hic aromata aliaque memorabilia ex genere ſtirpium cujusque regionis admiſcentur.

§. DXXI. *Varii.*

Danielis FABRANI *Il Perſico innocente diſcorſo* Ceſena anno 1647. 12°. SEG.

L. B. *Le Jardinage des Oeillets* Paris anno 1647. 8°. BURETTE.

Chriſt. LINDNER *de charta* Lipſiæ 1647. 4°.

Jac. ZIEGLER *fermentatio generationis & corruptionis cauſa, wie ein jedes Ding natürlich vergehen, und ein anders daraus entſtehen könne* Baſil. 1647. 4°.* An idem p. 424.

Magnus Nicol. CELSIUS *de plantis* Upſal. 1647. 4°.

Andreæ MACKY *Antidotarium privatum* Coburg. 1647. 8°. LIND.

J. *Eraſmi* BLOCH; *Horticultura Danica* Hafn. anno 1647. 4°. BARTH.

§. DXXII.

Digitized by Google

§. DXXII. *Ad. Olearius.*

Adami OLEARII *Moſcovitiſche und Perſianiſche Reiſebeſchreibung* Slesvic. anno 1647. fol. RIV. 1655. fol. RIV. 1656. fol. Hamburg. anno 1696. fol. * Itinerarium Gallice redditum a Cel. WICQUEFORTIO cum titulo *Relation du voyage en Moſcovie, Tartarie & Perſe* Paris anno 1679. 4°. *. video etiam 1656. 4°. 1659. 4°. forte vitioſe, porro Leidæ 1719. fol. Amſterdam 1727. fol. Anglice London 1669. fol. OLEARIUS legato a Duce Holſatiæ anno 1633. in Perſiam miſſæ fuit a manu, vir curioſus & linguarum Orientalium gnarus, multum commercio & familiaritate doctorum virorum ejus regionis uſus. Iter factum per Ruſſiam, Iſpahanum usque, reditus terreſtri itinere ſecundum maris Caſpii litora, ut anno 1639. abſolveretur. Mores regendique imperii modum accurate tradidit, hiſtoriam naturalem non undique neglexit, rei quidem herbariæ ignarus. Cahvæ potus paſſim meminit (*p*), & ex Poeta Perſico eum potum ante Tamerlanem innotuiſſe confirmat (*q*). Alhennæ ad ungues tingendos (*r*) uſum vidit. Circa Aſtracan Capparidem reperit, & Angelicam brachii craſſitie, & Eſulam hominis ſtaturam æquantem (*s*). In *Muſæo* aliqua huc pertinent.

§. DXXIII. *Joh. Alb. v. Mandelsloh.*

Johannes Albertus v. MANDELSLOH nobilis Hanoveranus, OLEARII comes, Perſia relicta Indiam petiit, per Gomeronum Agram uſque profectus. Rerum naturalium minus curioſus fuit. Ejus viri, quem juvenem mors abripuit, hiſtoria fere cum OLEARII itinere excuſa eſt, qui adnotationes adjecit Schleswig. 1645. fol. 1647. fol. 1658. fol. 1696. fol. Gallice Leid. 1719. fol. Amſterdam. 1727. fol. Belgice Amſterdam 1651. 4°.

§. DXXIV. *Carolus Stengel.*

Caroli STENGEL Abbatis *Hortenſius & Dea Flora cum Pomona topologice & anagogice deſcripti* Aug. Vindelic. anno 1647. 8°. HUTH. Sed coram eſt *Hortorum florum & arborum hiſtoria in II. Tomos diſtributa: editio altera auctior* Auguſt. Vind. anno 1650. 16°.* in calce notatur annus 1647. ut idem forte opus ſit. Primus liber mei operis eſt hortorum per univerſam Europam celebriorum catalogus, plantarum edulium & coronariarum hiſtoria; cum appendice de floribus Granadillæ. Hortorum notitia non ingrata, neque vulgaris, potiſſimum Neapolitanorum & Hiſpanicorum. Plantarum hiſtoria myſtica potius eſt, ut ea, quæ in plantis adparent, ad res theologicas transferantur. Intercurrunt etiam fabuloſa aliqua. Alter liber eſt arborum cum appendice.

§. DXXV.

(p) p. 469 382. 598.
(q) p. 598.
(r) p. 484 845.
(s) p. 384 385.
(t) p. 42.

Digitized by Google

§. DXXV. *Varii.*

Olai Unonii GEW *De plantis* Upſal. anno 1647. 4°. *.

J. *Erici* STRENGNESS (ſi verum nomen) *Diſputatio de plantis* Dorpat. anno 1647. 4°. *.

Johannis BROSTERHUYS *Catalogus plantarum horti medici Illuſtris Scholæ Auriacæ, quæ Bredæ eſt* Breda anno 1647. 12°.

Anatomia & Phyſiognomia ſimplicium — von der Signatur aller Erdgewächſe, wie man aus ihrem Geruch, Geſchmack und Geſtalt judiciren ſoll Nürnberg anno 1647. 12°. SEGUIER.

§. DXXVI. *J. B. v. Helmont.*

J. B. HELMONTII Opera obiter botanicen adtigerunt. Exſtant tamen in operibus omnibus Amſtelodami anno 1652. 4°. * & 1685. 4°. LIND. editis quatuor libelli de *tartaro vini*, & alius cum titulo *in herbis, verbis & lapidibus magna eſt poteſtas.* In tractatu *de lithiaſi* laudatur ſuccus Betulæ: in *Jure duumviratus* ſeminis hyoſcyami noxas emetico medicamento ſublatas fuiſſe narratur.

Bodæi a STAPEL magni momenti opus diximus.

§. DXXVII. *Guil. Piſo.*

Guilielmi PISONIS & *Georgii* MARCGRAVII *hiſtoria naturalis Braſiliæ* Amſterdam. anno 1648. fol. *Guilielmus* PISO, M. D. Leidenſis, hic agit de medicina Braſilienſi libris IV. Eorum huc facit pars exigua libri III. de venenis & antidotis. Braſiliam adiverat comes MAURITII NASSOVICI. Inter plantas venenatas hic reperias ſuccum Manihoc, & fructus Ahoay; inter antidotos Mimoſas. Liber IV. de facultatibus ſimplicium totus eſt hujus argumenti. Fabricam Sacchari, raſionem Manyocæ, arbores medicas varias habet: inter eas dicitur Copaiba, Urucu, Caapia Ipecacoanhæ adfinis, Caapeba ad calculos utilis, Batata, Arum Tajaoba, Ipecacoanha vera, Mimoſa, aliæque. Capita ſunt 104. & pleræque plantæ delineantur, non quidem cum characteribus; cæterum non male.

EJUSDEM Capita de Arundine ſaccharifera & radice Mandihoca exſtant in libro BARLÆI de rebus in Braſilia a J. MAURITIO NASSOVICO geſtis Amſterdam. 1647. fol. Cliviæ anno 1661. 8°. *.

Georgius MARCGRAF Lipſtadienſis, ut intelligo vocem *de Liebſtad*, Mathematum cultor, domeſticus Piſonis, *hiſtoriam naturalem Braſiliæ* octo libris deſcripſit, quorum tres priores ſunt de plantis. Cum vero in Africam trajeciſſet, opere neque perfecto, neque edito, morte eſt præventus. Succeſſit labori *Johannes* de LAET, & in ordinem chartas viri optimi redegit occultis notis inſcriptas, notulasque addidit. In nova regione plurimas omnino plan-

Digitized by Google

tas detexit, propria manu delineavit, nomina indigenarum, quæ ab ipſis didicerat, adjecit. Ingens theſaurus eſt, figuræ 204. plantæ multo plures: aliquæ eædem, & iisdem figuris expreſſæ, quas PISO adhibuerat (t): aliæ a Cl. viro omiſſæ, qui certe omnino videtur MARCGRAFIANAS plantas & icones, ut ei videbantur magis mereri, in ſuum opus tranſtuliſſe.

Johannis de LAET *Adnotationes* non contemnendæ ſunt, & uſui eſſe poſſunt ad conciliandas MARCGRAFIANAS plantas cum CLUSIANIS & aliis Hiſpanorum ſtirpibus. Saracenam habet, Indigoferam, lignum Braſſilicum verum, Coccos varios, pluresque plantas, quarum aliæ nuperis temporibus celebritatem ſunt adſecutæ, aliæ etiam nunc non ſatis notæ ſunt.

Deinde mutatum opus prodiit Amſtelodami anno 1658. fol.* cum titulo *Guilielmi* PISONIS *de utriusque Indiæ hiſtoria naturali & medica Libri XIV.* Eorum quinque ſunt libri PISONIS, quibus hiſtoria naturalis & medica Indiæ occidentalis traditur. Liber IV. agit de plantis, & continet MARCGRAFIANA nunc cum PISONIANIS in unum librum confuſa, omiſſis, quæ PISONI obſcuriora viderentur. Icones ſunt 185. & acceſſerunt aliquæ in priori opere deſideratæ.

Accedit autem hic *Guilielmi* PISONIS *Mantiſſa aromatica, ſeu de aromatibus cardinalibus quatuor, & de plantis aliquot Indicis, in medicinam receptis, relatio nova.* Ex vetere Orbe hic exſtat Canellæ hiſtoria & nova icon, & Moſchatæ nucis, & Piperis, & Arundinis Mambu, & Rotang, Zingiberis, Ninſin, quæ mala eſt icon. CLUTII etiam de nuce medica libellus hic recuditur.

BONTIANA, quæ addita ſunt, ſuo loco diximus.

G. PISONIS opus inſerviit auctori libri *Ooſt en weſtindiſche warende bevattende alduer de leef en genees konſt* Amſterdam anno 1694. 8°. *.

§. DXXVIII. *Hortus Oxonienſis.*

Catalogus plantarum horti medici Oxonienſis Oxonii anno 1648. 8°. *. Exemplo meo, quod debeo amicitiæ J. *Jacobi* DILLENII, adſcripſerat ſummus botanicus, pro auctore hujus libri haberi *Robertum* BOBARTUM (u) ſeniorem, hortulanum. Hortum illum non valde dudum Comes DANBY condiderat. Nomina nuda ſunt, Anglica & latina, absque ſynonymis: Primo in catalogo præcedunt latina nomina, in ſecundo Anglica. Plantæ ſunt fere 1600. & inter eas pluſculæ Canadenſes. Recuſus eſt inter viridaria S. PAULI.

Catalogus horti botanici Oxonienſis alphabetice digeſtus, priore duplo auctior, cui acceſſerunt plantæ minimum ſexaginta, quæ nullibi, niſi in hoc opuſculo, memorantur. Cura & opera ſocia Philippi STEPHANI M. D. & *Guilielmi* BROUNEI A. M. *adhibitis in conſilio* D. BOBARTO *hortulano Academico ejusque filio* Oxon. anno

(t) PISONEM plagiarium vocat auctor vitæ G. MARCGRAF.
(u) Ei a RIVINO tribuitur.

Digitized by Google

anno 1658. 8°.*. Nomina nunc GERARDI, PARKINSONI & BAUHINI hic reperiuntur. Quæ plantæ pro *non deſcriptis* aſteriſco deſignantur, earum pleræque varietates ſunt; aliæ, de quibus dubium eſt, num vere novæ ſint, ut Carduus eriocephalus altiſſimus; aliæ tamen eo ævo parum cognitæ fuerant, ut Onagra, Oxys Indica erecta lutea. Notulæ aliquæ ad etymologiam pertinent.

§. DXXIX. *Varia.*

Joh. PALMBERG *Serta Floræ Suecanæ* Suecica lingua prodierunt Strengnäſs anno 1648. 8°. Stokholm. anno 1733. 8°. SEGUIER. 1738. 8°. *med Steenmejers tilökning.* Iconum compilatio.

Chriſtiani GUIENS *Vitis hiſtoria* Hall. anno 1648. 12°. SEG.

Pontii Franciſci PURPANII *Codex medicamentorum, ſeu pharmacopœa Toloſana* Toloſ. anno 1648. 4°. MERKL.

Philibert MORISOT & *Arm. Joh.* de MAUVILLAIN *E. thea chinenſium menti confert* Paris 1648.

§. DXXX. *Joh. Chryſoſtomus Magnenus.*

Joh. Chryſoſtomi MAGNENI *De Tabaco exercitationes* XIV. Ticini 1648. 4°.* Haagæ 1658. 12°.* SEGUIER. Amſtelodami anno 1669. 12°. *. Auctor Burgundus, profeſſor Ticinenſis, nunquam fumum Tabaci hauſerat, ſed ne ſpecies quidem recte diſtinxerat: neque quidquam habet proprii aut chemici experimenti, aut practici, etſi plurima chemica, & pharmaceutica medicamenta profert, quæ ex Tabaco parantur, plurimasque ei herbæ adverſus varios morbos facultates tribuit.

EJUSDEM *Liber de Manna* Ticin: anno 1648. 8°. SEGUIER. Haag, ut puto, anno 1658. 12°.* cum priori. Refutat *Donatum Antonium* de ALTOMARI, qui Mannam recte docuerat, eſſe ſudorem coactum Fraxini. Noſter vult ex aëre advenire, & quintuplici materie conſtare; Cera primigenia, melle primigenio, halitu humido pingui, Sale nitroſo, & Ammoniaco. Ceræ Mannam vult adfinem eſſe, & ſeculo demum XIV. medicis innotuiſſe. Mannam de foliis ſudantem meliorem eſſe, in officinis vero vix haberi, niſi quæ de trunco ſudat. Doſin eſſe quatuor unciarum.

§. DXXXI. *Johannes Royer.*

Johannis ROYER *Beſchreibung des F. Gartens zu Heſſen — auch Specification aller Simplicien, ſo von anno 1607. bis anno 1647. darinn gezeugt worden* Halberſtatt anno 1648. 4°.*, & multo auctius Brunſvic. anno 1653. 4°.* 1658. SEGUIER. Continet ornamenta horti, conſilia ad cultum arborum pomifera-

miſerarum & olerum; catalogum plantarum, denique plantas rariores circa Heſſem ſponte naſcentes, numeroſas, & raras aliquas, ut Helianthemum flore albo, Gramen plumoſum, Iridem anguſtifoliam, Gentianellam, Globulariam, Aſclepiadem nigram, Hyacinthos varios, Blattariam purpuream, Altheam Thuringiacam, Peucedanum. Sed etiam Bructeri Montis plantas habet. Eæ forte fuerint *plantæ Bructeri Montis & viciniæ*, quas Brunsvici anno 1653. 4°. ſeorſim prodiiſſe SEGUIER auctor eſt.

§. DXXXII. *Jacobus Antonius Clavenna.*

Jacobi Antonii CLAVENNÆ, Canonici Tarviſini, *Clavis Clavennæ aperiens naturæ theſauros, ejusque theſauros depromens* Tarviſii anno 1648. fol.* ſpiſſum volumen, natum ex Lugdunenſi hiſtoria, cujus ſtirpes citavit, deinde ex veteribus. Vires plantarum in ea hiſtoria recenſas decerpit CLAVENNA, & ordine alphabetico recenſet, ſecundum morbos, quibus creduntur mederi.

§. DXXXIII. *Thomas Gage.*

Thomas GAGE *Survey of the Weſtindies* London anno 1648. fol. ann. 1655. BODL. 1677. OSB. Germanice Leipzig 1693. 4°. UPP. Sed ego verſionem Gallicam Paris 1676. 12°. Amſterdam 1695. 8°. legi. Monachus Anglus, qui ad meliorem religionem tranſiit, diuque vixit. Mexici & in Guatimala fructus earum regionum non ex arte, tamen ad populares uſus bene deſcripſit, potiſſimum etiam Chocolate & Cacao.

§. DXXXIV. *Carolus Avantius.*

Carolus AVANTIUS *Rhodiginus notas* addidit ad J. *Baptiſtæ* FIERÆ *Cœnam* Patavii anno 1649. 4°.* excuſas. Rem herbariam amaverat & lectionem ſimplicium, anno 1638. ambierat, quam VESLINGIUS (x) obtinuit. Hoc opuſculum moriens reliquit, dum majus opus botanici argumenti parabat. Philologicæ ſunt, etiam botanicæ notæ, cum iconibus nonnullarum ſtirpium, ut Luffæ, Lapidis fungiferi, lapideorum Fungorum maris rubri &c. Nucis moſchatæ initia viderat, in horto ſatæ. Edidit *Jacobus* AVANTIUS frater.

§. DXXXV. *M. A. Severinus.*

Marcus Aurelius SEVERINUS Efficacis & Græcanicæ Chirurgiæ reſtitutor, hactenus rem herbariam adtigit. Folii Tunæ Sceleton ante RUYSCHIUM paravit (y). Deinde cum AVANTIANA editione cœnæ J. *Baptiſtæ* FIERÆ duas epiſtolas edidit, *De lapide fungifero* primam; polyporo nempe, qui ex gleba irrigata edulis repullulat, qua occaſione de Tuberibus fuſe agit. Negat pedunculum ejus fungi lapideſcere, quem deſcribit. Eumdem igne ſubjecto torſit, liquo-

(x) TOMASIN *gymnaſ.* p. 457.
(y) *Zootom. Democr.* p. 63. ſqq. & WORM. muſ. p. 148. 149.

Digitized by Google

liquorem Guajacino ſimilem ex eo obtinuit, & ſimile oleum, & ſalem acerrimum.

Lapis fungimappa fiſtulas habet convexo pileo terminatas, ad aliquam Fungorum ſimilitudinem. Opuſcula data ſunt annis 1642. & 1644.

Has SEVERINI Epiſtolas F. G. BRUKMANN Wolfenbuttelæ anno 1728. 4°.* recudi fecit.

In *chirurgia trimembri* Francofurti 1653. 4°. materia medica chirurgica continetur.

§. DXXXVI. *Varii.*

J. *Wilhelmi* a KEMPIS *De conſervatione ſanitatis* Antverp. anno 1649. 8°. FALCONET.

Walter BLITH *The engliſh improver, diſcovering that ſome land both arable and paſture may be advanced double or treble and ſome five and tenfold* &c. London anno 1649. 4°. 1652. 4°. SEG. J. EVELYN citat W. B. *of husbandry* London anno 1649. 4°.

EJUSDEM *The Engliſh improver improved or the ſurvey of husbandry ſurveyd* London anno 1652. 4°. Contra HARTLIEBIUM.

M. Antonii ROSSI *proteo legato* L. IV. *ove pur de fiori diſcorre con gli effetti in eſſi dalla figura celeſte cagionati — e la commuta de fiori mediante la ſeminata* Bergamo 1649.

Joh. Jac. SCHARANDÆI L *de ratione conſervandæ ſanitatis* Amſtelodami 1649. 8°. ſi huc facit.

Nicolai CULPEPER *A phyſical directory or the translation of the London diſpenſatory made by the college of phyſicians* London anno 1649. 4°. Tractat etiam de herbarum virtutibus.

IDEM *Enlarged with 369. medicines made of Engliſh herbs* London anno 1683. 8°. 1695. 8°. 1698. 8°. SEGUIER. Habet etiam tempus cujusque plantæ, modum ſiccandi, conſervandi ſucci, &c.

EJUSDEM *the Engliſh phyſician.*

EJUSDEM *the ſupplement to the Engliſh phyſician containing a deſcription of all medicinal plants.* London 1674. 8°.

Pierre BOREL *Antiquités raretés, plantes, mineraux & autres choſes conſidérables de Caſtres, avec le Catalogue des choſes rares de l'auteur* Caſtres anno 1649. 8°. BURETTE.

IDEM *in obſervationibus microſcopicis* Haag. 1654. 4°. * excuſis agit de germine in plantæ ſemine conſpicuo, de polline ex prunis efflorefcente, foliis nonnullis, fere leviter.

IDEM in *hiſtoriis & obſervationibus medico phyſicis*, quarum centuriæ IV. Francofurti anno 1670. 8°.* prodierunt, plurima habet botanica, motum quaſi ſentientis Jaceæ aromaticæ a ſe inventum, motum elaſticum in particulis filicis, ciſtos foliis proliferis, etiam repetito: Coffeæ uſum in febre maligna, mortem a croci vapore, clandeſtinæ laudes adverſus ſterilitatem. Vana aliqua, ut tuberum radices, plantam haemagogam.

EJUSDEM *hortus ſ. armamentarium ſimplicium* mineralium *plantarum* & animalium *ad artem medicam utilium* Caſtris 1668. 8°.*. Materia medica ex tribus naturæ regnis ordine alphabetico diſpoſita. Deſcriptiones breves, hiſtoriæ virium medicatarum fuſiores.

§. DXXXVII. *Joachim Burſer.*

Joachimus BURSER Camentza Luſatus, diſcipulus *Caſpari* BAUHINI, Profeſſor inde Soranus, in magna Europæ parte, & potiſſimum etiam in Alpibus diligenter & feliciter plantas legit, multasque in horto ſicco ſervavit, quæ Soræ primum, nunc Upſaliæ triginta voluminibus adglutinatæ ſuperſunt. Earum, quibus aut nullum ſynonymum adjectum erat, aut quæ alioquin rariores viderentur, catalogum *Petrus* MARTIN in *Actis Literariis Suecicis* anni 1724. dedit, non facilem quidem intellectu, ob deſcriptionum brevitatem, plantarum raritatem; ſed ob plurimas novas ſtirpes memorabilem, quarum aut locos natales novos BURSERUS detexit, aut quas omnino primus vidit.

Eum Catalogum LINNÆUS recenſuit, reſpondente ROLANDO MARTINI filio, & cum titulo *plantarum* MARTINOBURSERIANARUM anno 1745. Upſaliæ edidit, atque plerisque ſua nupera nomina adjecit, & paſſim deſcriptionem aliquam.

An huc faciat *De venenatorum natura & qualitatibus* diſp. Lipſiæ anno 1625. 8°. MERKL?

§. DXXXVIII. *Antonius Deuſing.*

Antonii DEUSING, Profeſſoris Groningenſis, *Canticum Avicennæ* Groning. anno 1649. 12°.* diximus.

EJUSDEM *De Mandragoræ pomis* diſp. Groning. anno 1659. 12°.* recuſa cum *faſciculo* diſputationum anno 1660. 12°.* Mandragoras non eſſe Dudaim, qui melones ſint.

EJUSDEM *De Manna & Saccharo* Groningæ anno 1659. 12°. & in collectione anni 1660. 12°.*. Minime indoctus vir, ad naturam minus prope acceſſit. Saccharum Arabum & veterum, & ſiccum & liquidum a noſtro differre. De Manna Terenjabin & Chirakoſt. Adjectus eſt in *faſciculo tr. de agno vegetabili* Groning. 1660. 12°.*

§. DXXXIX.

Digitized by Google

§. DXXXIX. *Chriſtian Menzel.*

Chriſtiani (z), MENZEL viri eruditi *Centuria plantarum circa nobile Gedanum ſponte naſcentium* Dantiſci anno 1650. 4°. *. Addit auctor appendicis loco OELHAFII catalogo ſe ſuam centuriam ſubjeciſſe, nempe ad priorem editionem. Plantæ partim vulgares, partim raræ, ſi vera ſunt nomina, aliquæ vix probabiles, ut Campanula Citrii folio, Gentiana major flore pallido punctato, aliæ denique manifeſto exoticæ, ut Nicotiana minor.

Recuſum nuper dedit Cl. RAYGERUS.

Demum ejusdem *Archiatri Brandenburgici*, qui & peregrinationes non contemnendas ſuſcepit, & ipſam Chinenſium linguam ſibi propriam fecit, & magni plantarum collectoris, *Index nominum plantarum multilinguis* Berolin. anno 1682. * fol. prodiit, recuſus cum titulo *Lexicon plantarum polyglotton univerſale* Berolin. anno 1696. fol. & 1715. fol. *. Lexicon ipſum Pinacis ſpecies eſt, & nomina continet ſcriptorum C. BAUHINO vetuſtiorum, etiam nuperiorum; tum Germanica, Belgica, Gallica, Hiſpanica, Danica, Bohemica, Polonica, Hungarica, Arabica, cum aliquo virium medicatarum compendio. *Corollarium* in nova editione acceſſit.

Conjunctus prodiit *Pugillus plantarum rariorum, tum hortenſium, tum Italicarum & Tyrolienſium, quas ipſe in alpibus, inque Apennino Monte legit.* Icones etiam addidit, partim novarum, partim varietatum, quas pro novis habuerit; tum Hypopitydis, Anagallidaſtri, Plantaginellæ, Saponariæ filiformis, Orobanches, Tozziæ, Ophridis minimæ. In poſteriori editione acceſſerunt duæ tabulæ plantarum hortenſium.

In *Ephemeridibus naturæ curioſorum* paſſim aliqua botanici argumenti edidit, ut *Dec.* II. *ann.* 2. n. 10. De Bedeguar & veſpa roſiſeca.

Ann. 3. n. 31. De Coralliis & Fucis.

Ann. 5. n. 39. De Ginſeng.

In VALENTINI India *litterata* aliquæ ejus ſun Epiſtolæ.

Reliquit 4. ſpiſſa volumina plantarum, & rerum naturalium Comitis J. MAURITII NASSOVICI, quæ in *Bibliotheca Reg. Berolinenſi* ſuperſunt. Tum *Floram Japonicam*, duo nempe volumina plantarum Japoniæ ab indigenis depictarum, eodem loco adſervata.

Lego etiam ſcripſiſſe geographiam botanicam ſ. orbem terrarum in climata diviſum pro plantis.

§. DXL.

(z) Non ALBERTI ut Cl. viro elapſum eſt.

Digitized by Google

§. DXL. *Guilielmus How.*

Guilielmi How *Phytographia Britannica; natales exhibens indigenarum ſtirpium ſponte emergentium* Londin. anno 1650. 8°. *. Auctor idem, qui LOBELII illuſtrationes edidit. Ordo alphabeticus, adjecta loca natalia, aliqua etiam Scotica. Plantæ paſſim parum notæ, ut Abſinthium umbellatum Walliæ, Alſine Cochleatæ facie, Alſine minima non deſcripta, Carduus Mariæ hirſutus N. D. Ceraſus ſylveſtris minima. Aliæ elegantes ſunt varietates, ut Agrifolium baccis luteis, Bugula flore luteo (hæc aliena fide), Ficaria flore pleno. Aliæ perpulchræ & raræ, ut Anemone tuberoſa, Caryophyllus plumarius minor, Bupleurum minimum, Campanula Cymbalariæ folio, Cardamine Bellidis folio, Doronicum Romanum &c. Negant ubique iis locis plantas reperiri, quas Cl. vir indicat.

§. DXLI. *Varii.*

Henrici REGII *Hortus Academicus Ultrajectinus* Ultraject. anno 1650. 8°.*. Nomina absque ſynonymis, varietatum hortenſium multum, & ichnographia horti.

Petri MORELLI *Syſtema materiæ medicæ, cum methodo præſcribendi formulas* Genevæ anno 1650. 8°.* editum, omnino huc pertinet. Habet enim medicamenta ſimplicia ſecundum indicationes & facultates recenſa, præcipuorum medicaminum electionem, qualitates, & doſes.

Antonii VITALIANI *De abuſu Tabaci* Rom. anno 1650. 12°.

Nicolai CATANUTI *Iſagogica ſ. facilis introductio ad univerſam artis pharmaceuticæ praxin* Catana 1650. 4°. MONGIT.

Julii Cæſaris LAMPUGNANO, Mediolanenſis, *levis punctura Tabaci* 1650. de ejus abuſu.

Pieter de MAREES *Beſchryving van de Kuſt van Guinea* Amſterdam 1650. 4°. plantas etiam habet.

Pharmacopæa Amſtelodamenſis Amſterdam 1650. 8°. WACHEND.

Le confiturier françois Paris 1650. 8°. d'ETR.

§. DXLII. *Melchior Sebiz.*

Melchioris SEBIZ, docti medici & longævi, *de alimentorum facultatibus libri V. ex optimorum auctorum monumentis* Argentorati anno 1650. 4°. Grande opus, libro I. quidem claſſes plantarum & aliqua in univerſum eo ſpectantia tradit. Secundus l. plantarum eſculentarum fuſam deſcriptionem, ſpecies, utilitates varias œconomicas & medicas habet. Commodum opus, in quo pleraque collecta reperias, quæ veteres de plantis edulibus reliquerunt. Paſſim tamen etiam aliqua ſua adnotat. Libro IV. potulenta tradit, & libro V. quæſtiones aliquas miſcellaneas.

GALENI

Digitized by Google

Galeni quinque priores libros *de ſimplicium medicamentorum facultatibus* in XVI. *diſputationes reſolutos* jam diximus. Commentarios ſuos Sebizius addidit, ſed pertinent fere ad univerſalia, & parum ad rem herbariam faciunt.

In diſputationibus M. Sebizii ab anno 1620. excuſis, & quibus inſcriptum eſt *de purgatione*, aliqua peculiariter ad rem botanicam ſpectant, cum pleraque practici ſint argumenti. Huc ergo De Rhapontico, de Rhabarbaro & de Sena aliqua.

Idem Tragum auctiorem edidit.

J. Ludwig Gottfrid *neue Welt und americaniſche Hiſtorien* Frankfurt 1650. fol. Trew. 1655. fol.* & alibi. Fructus regionum paſſim nominat, opus compilatum.

Roberti Pernel *Medicamen miſeris or an help for the poor being a collection of medicines* London anno 1650. 8°. Bodl.

Ejusdem *Treatiſe of the nature and qualities of ſimple medicines* London anno 1652. 4°. Bodl. Hotton.

§. DXLIII. *Martinus Bernhardus a Berniz.*

Martini Bernhardi de Berniz *Catalogus plantarum tam exoticarum, quam indigenarum, quæ anno 1651. in hortis Regiis Warſaviæ naſci obſervatæ ſunt*, prodiit Gedani anno 1652. 12°. Burette, & Hafniæ anno 1653. 16°. * cum viridariis S. Pauli. Ut plerique ejusmodi catalogi nomina habet absque ſynonymis, & varietates. Alicujus momenti fuerit appendix; in qua plantæ continentur, quæ ex Hungaria anno 1650. in hortum translatæ ſunt; inter eas enim multæ rariores, ſi vere ſpontaneæ ſunt, utique continentur, aliquæ, quas vix intelligas, ut Bardana cærulea, Elleborus niger flore cæruleo. Plantarum indigenarum & circa Warſaviam naſcentium catalogus continet Allium alpinum, Ariam Theophraſti, Ariſarum anguſtifolium, Aſclepiadem nigram, Barbam Jovis, Momordicam, plurimas alias plantas, quas ſponte eo ſub cælo naſci improbabile eſt.

Idem *in Ephemeridibus naturæ curioſorum* obſervationes aliquas edidit, ut de herba Kna turcarum inter remedia antipodagrica Dec. I. ann. II. append.

Orchidum ſpurias figuras Dec. I. Ann. II. obſ. 41.

De Napelli Polonici innocentia obſ. 42. quem locum de Aconito Lycoctono cæruleo intelligo;

De muſco pulmonario monſtroſo obſ. 41.

De Lycopodio monſtroſo (vero Lycopodio) obſ. 52.

De Muſco cranii humani obſ. 53.

Digitized by Google

Et de Lichenagarico MICHELI in alveario invento obſ. 54.

De utilitate Cocci Polonici obſ. 104. anni III.

§. DXLIV. *Petrus Morin.*

Pierre MORIN *Catalogue de quelques plantes à fleurs, Anemones, Tulipes, Renoncules & Iris, qui ſont au Jardin* de *Pierre* MORIN. Paris anno 1651. 4°. SEGUIER. FALCONET, & anno 1653. 8°. FALCONET. 1658. HOTTON.

EJUSDEM *Remarques néceſſaires, pour la culture des fleurs diligemment obſervées avec un catalogue des plantes rares, qui ſe trouvent dans ſon Jardin* Paris anno 1658. 8°. BURETTE. Rouen anno 1665. 8°. SEGUIER. Paris anno 1674. * 1678. 12°. *. Incipit ab operibus menſtruis: dat inde catalogos plantarum tenerrimarum, tenerarum, vivacium, variam terram amantium, odoriferarum, ſempervirentium, arborearum, fruticoſarum, aliarum, etiam ad varia ornamenta utilium. Porro catalogos ſtirpium, quas alebat, varietatum Anemones, Ranunculorum Tripolitanorum, Tuliparum, Iridum: denique proprium libellum de tunicarum cultu.

EJUSDEM *Inſtruction facile pour connoitre & cultiver toute ſorte d'Orangers & de Citronniers, avec un traité de la taille des arbres* Paris anno 1674. 12°. BURETTE.

§. DXLV. *Samuel Hartlib. Alii.*

Samuel HARTLIB Germani, qui Londini vixit, & medicamenta vendebat, ad quem etiam rei ruſticæ nova inventa ſolebant communicari, viri ab Anglis ſæpe citati *Diſcourſe of husbandry uſed in Braband, and Flandres ſhewing wonderfull improvements of land there* Lond. anno 1650. 4°. 1652. 4°.

EJUSDEM *Legacy or an enlargement on the diſcourſe of husbandry uſed in Braband and Flanders* London anno 1651. 4°. 1652. 4°. 1655. 4°. Varia rei ruſticæ compendia, ex agricultura Belgica mutuo ſumta, Anglis ſuis commendat.

EJUSDEM *An appendix to the legacie of husbandry or a ſeed plot of annotations upon the legacy with an interrogative relating more particularly to the husbandry and natural hiſtory of Ireland* Lond. anno 1652. 4°. SEGUIER.

EJUSDEM *Eſſay for the advancements of husbandry and learning with propoſitions for creating a college of husbandry and taking in apprentices* London anno 1651. 4°. SEGUIER.

EJUSDEM *Reformed husbandman or the error of Engliſh husbandry in plowing and ſaving for corn* London anno 1651. 4°.

EJUSDEM *a diſcovery for diviſion or ſetting out of land as to the beſt form for the direction of advanturers and planters in the fens and other vaſt places in England and Ireland* &c. London anno 1653. 4°. SEGUIER.

EJUS-

Digitized by Google

EJUSDEM *A deſign for plaintie by an univerſal planting of trees tenderd by ſome welwishers to the publik* London anno 1654. 4°. SEGUIER.

EJUSDEM *The compleat husbandman or a diſcourſe of husbandry both foreign and domeſtik where in many rare ſecrets and experiments are laid open — and a particular diſcourſe of the natural hiſtory and husbandry of Ireland* London. anno 1659. 4°.

Georgii KIRSTENII *Exercitatio philologica de Colocynthide & Cocco* Stettin anno 1651. 4°.

Henrici NICOLAI *De pane, ejus natura, uſu, affectionibus, operationibus & varietatibus*, edit ſecunda Gedan. anno 1651. 4°. BURETTE. FALCONET.

Thomæ CORBEJI *pharmacia ſimplicium & compoſitorum bipartita* Francof. 1651. 4°. OSB. 1656. 4°. ANDERSON.

Michael KERSTEN'S *Gartenluſt* Hamburg 1651. fol.

André MOLLET *Le Jardin de plaiſir — avec pluſieurs déſſeins de jardinage* Stokholm. anno 1651. 8°. Anglice *The garden of pleaſure* London anno 1670. fol.

EJUSDEM *Manière pour élever les Melons* anno 1659. 4°.

La VARENNE *Le cuiſinier françois* Paris 1651. 8°. d'ETR.

Les Maiſons de plaiſance Jardins & forets de france Paris 1651. 8°. ZOCHA. ſi huc facit.

A. KERNER *vom vegetabiliſchen oder ſchwefelbalſam, ſo zu vielen Krankheiten nüzlich zu gebrauchen* Caſſel 1651. GRAU.

Auguſtinus THONER *in epiſtolar.* L. VI. Ulm. 1651. 4°. * de manna ſtiriaca torrido cælo in arbores deſcendente agit. In *appendice epiſt.* Ulm. 1653. 4°. * quærit, utrum pruna dyſenteriam inducant.

In CAMILLI de PEREGRINIS *laudibus Campaniæ felicis* Napoli 1651. 4°. in *theſ.* GRÆV-BURM. T. IX. recuſis agitur de roſis ſpontaneis centifoliis campaniæ: de meliloto ſ. ſertula campana, de ceraſis, piris falernis, perſicis, cucumeribus, ficubus, vitibus falernis, uvis peculiaribus, vinis generoſioribus & fuſe de falerno, de oleo campano, frugibus, Zea, tritico, trago.

Pharmacopœa Valentianenſis Valent. 1651. 4°.

Relation véritable de l'Isle de Madagaſcar & du Breſil — trois relations d'Egypte & une de Perſe. Paris 1651. 4°. B. B. Auctor *Franciſcus* CAUCHE Madagaſcariam adiit, non malus homo & verax, anno 1638. ex patria profectus, redux in patriam anno 1644. Arborem Draconis papilionaceam dixit, & plantas non male deſcribit, potiſſimum arbores, quas in notis M. MERISOT

Digitized by Google

cum PISONE & LINSCHOTANO comparat. Reliqua una impreſſa itinera huc non faciunt.

J. de MAY *Commentarii phyſicæ ſacræ ſ. expoſitio aliquot locorum pentateuchi moſaici in quibus agitur de naturalibus rebus* Middelberg. 1651. 4°. 1661. 4°.

§. DXLVI. *Varii.*

Gerard BOATE medici *Irelands natural hiſtory publiſhed by* S. HARTLIB. Londin. anno 1652. 8°. *. Poſthumum opus editori a fratre ARNOLDO ſuppeditatum, qui ſibi pleraque vindicat. Non multum ad rem noſtram habet, niſi margæ, calcis, & arenæ maritimæ utilitates ad fecundandum agrum velis. In nova editione aliqua ex *Phil. Tranſactionibus* ſumta adduntur Dublin. anno 1726. 4°. *. Gallice prodiit Paris anno 1666. 12°. I. *Sav.*

Catalogus aller Galeniſchen und chymiſchen Arzneyen, ſo in der Hofapotheck zu Dreſden præparirt und zu finden ſind, durch Georg MARCHEN *zu Druck gegeben* Dreſden 1652. 4°.

Joh. de BOURGES *Ergo vinum Belnenſe potuum ut ſuaviſſimus ſic ſaluberrimus* Paris 1652.

Antidotarium Gandavenſe ſ. medicamentorum a pharmacopæis Gandavenſibus componendorum obſervata methodus Gandavi 1652. 4°. BUR. alii 1656. 4°.

Nic. Balthaſar MERZ *Oenopolium polypharmacum* Herbipol. 1652. 4°.

Index plantarum horti Falkenburgici Lyon anno 1652. Annon potius Leidæ?

Agoſtino MANDIROLA *Manuale di giardinieri* 1. *il modo di connoſcere e coltivare li fiori di bulbi piu rari,* 2. *la cultura delli fiori de radiche piu rigardevoli* 3. *il modo di cultivare gli agrumi* Vicenz. anno 1652. 12°. *. Macerata anno 1658. 12°. Roveredo 1733. 12°. *Germanice Blumengarten* Nürnberg 1670. 12. Florum & Heſperidum cultum deſcribit. Gallice etiam prodiiſſe lego, cum titulo M. C. L. FRAUDI *Manuel du Jardinier* Paris 1765. 12°.

Silas TAYLOR *Common good or the improvement of commons foreſts and chaſes by incloſure* Lond. anno 1652. 4°. HARL. Conſilia dedit, quæ nuper vehementer urgentur.

§. DXLVII. *Herman Conring.*

Herm. CONRING *De habitu Germanorum ejusque cauſis* Helmſtad. anno 1652. 4°. * recuſ. Francofurti anno 1727. 8°. *. Ad diætam veterum pertinentia habet.

EJUS-

EJUSDEM *Introductio ad artem medicam*, capit. 8. & ſeq. etiam botanica conſilia comprehendit Helmſtad. ann. 1654. 4°.* Francofurti 1687. 4°. Hall. 1726. 8°.* &c. Reperias ibi hortorum hiſtoriam, qui ad plantarum cognoſcendarum ſcopo ſunt conditi. Figurarum botanicarum numerum. De plantis RAUWOLFII ſiccis. De addiſcendis viribus plantarum.

J. *Henrici* MEIBOM, viri eruditiſſimi, *de mithridatio & theriaca diſcurſus* Lubec. 1652. 4°. BURCK. & 1659. 4°. 1669. 8°. alibi.

EJUSDEM *de cereviſiis* tr. Helmſtatt 1668. 4°.*. Vinum hordeaceum, & alios potus ex vite non repetitos, a prima antiquitate perſequitur, litterator potius quam botanicus. Addit & reliqua præter potulenta inebriamina.

Recenſio plantarum, quæ in horto Johannis HERMANNIDÆ *pharmacopæi excoluntur* Bruxell. anno 1652. 4°.* & *appendix plantarum* anni 1653.* Sola nomina. Intercurrunt plantæ raræ & Alpinæ, quæ raro hortos ſubeunt: admiſtæ etiam ſunt ſpontaneæ.

§. DXLVIII. *Claudius Mollet.*

Claude MOLLET, premier Jardinier du Roi, *Theatre des plants & jardinages, contenant des ſecrets & inventions inconnues jusques à préſent* Paris anno 1652. 4°.

EJUSDEM *Théatre des Jardinages, concernant une méthode facile pour faire des pépiniéres, planter, elever, enter, gréffer & cultiver toute ſorte d'arbres &c. avec les fleurs, qu'il faut mettre dans les parterres* Paris anno 1660. 12°. 1678. 12°.*. Olitoris opus, quo plantarum & arborum vulgatiorum, fructiferarum, aut ſylveſtrium, cultum, & inoculationem tradit: inde Oeconomica, tum vitis & bombycum curam, ſimpliciter ut ab artifice. Lunæ multum tribuit.

§. DXLIX. *Le Gendre.*

LE GENDRE, Curé de Henouville, *Maniére de cultiver les arbres fruitiers ou il eſt traité des pepinieres, des eſpaliers, des contreſpaliers, des arbres en buiſſons & a haute tige* Paris anno 1652. BURETTE, quæ ſecunda eſt editio, inde anno 1653. 8°. BARBEIR. 1655. 12°. 1684. 12°. Verum nomen auctoris eſſe ILL. viri *du Pont chateau de Camboust de Coaslin* auctor eſt Cl. SEGUIER. Legi Belgice editum, vertente J. COMMELINO, cum titulo *Oeffening der vruytboomen* Amſterdam anno 1687. 12°.*, Germanice Hanover. anno 1703. 8°. Exſtat etiam Anglice *The Manner of ordering fruit trees* London anno 1660. 8°. Seminarium tradit, inoculationem in plantas factam ex ſemine natas; terræ varia diſcrimina & perficiendi artes; apricationes cujusque arboris, ejus ad murum formationem, putationem inprimis æſtivam, diſtantias convenientes, cultum, morbos docet. COMMELYNUS aliqua ſuæ patriæ adaptavit; inſecta aliqua noxia deſcripſit.

Digitized by Google

§. DL. *Joh. Zwelfer.*

Johannis ZWELFER, M. D. Palatini, *Animadverſiones in Pharmacopœam Auguſtanam* Vienn. anno 1652. fol. 1667. fol. Goudæ anno 1653. 8°. Roterdam. anno 1653. 8°. MERKL. Noribergæ anno 1657. fol. 1667. fol. vel 1668. fol. 1675. fol. 1693. 4°. 1714. 4°. cum Pharmacopœa Dordrecht anno 1672. 4°.* cum reliquis Auctoris operibus. Multa in pharmacopolarum vulgari ratione plantarum vires extrahendi & contrahendi emendat, vires etiam earum repetit, & ſubinde minus vulgaria medicamenta laudat, ut Oxymel helleboratum. Adjecta eſt ad has animadverſiones in poſterioribus editionibus *appendix*, & propria ZWELFERI *Pharmacopæja Regia*. Sic Noriberg. 1668. fol. 1669. fol. PL. Cæterum vera vitia officinarum, aquas & ſyrupos inutiles, & formulas nimis compoſitas vix tangit.

Solum diſpenſatorium abſque eriſticis *Königliche Apotheck* Nürnb. 1692. 4°.

In editione Viennenſi 1675. fol. Noriberg. 1678. fol. continentur Mantiſſa, & appendix, & Diſcurſus apologeticus adverſus HIPP. Chemicum TACHENII.

§. DLI. *J. Chemniz.*

Johannis CHEMNIZ *Index plantarum circa Brunsvigam naſcentium, cum appendice iconum* Brunsvig. anno 1652. 4°.*. Rariores aliquas ſtirpes continet, ut Daucum illum pratenſem Millefolii paluſtris folio, quem & depinxit: paſſim etiam aliqua non inutilia adnotavit, Filicum femina refutavit, Gramen Mannæ verum (quod anatum) primus deſcripſit. Icones octo.

§. DLII. *Jac. Zanoni.*

Jacobi ZANONI, hortulani & cuſtodis horti Bononienſis, pingendi periti, *Obſervationes aliquæ circa plantas novas & non vulgares in Bononienſi agro naſcentes* Bonon. anno 1652. fol. Italice SEGUIER titulum facit *Indice delle piante portate nell anno 1652. nel viaggio di Caſtiglione ed altri monti di Bologna.*

EJUSDEM *Iſtoria botanica* Bonon. anno 1675. fol.* & multo melius edente *Cajetano* MONTIO Bonon. anno 1742. fol. *. Studium COLUMNÆ hic fere auctor noviſſimus urſit, ut nempe plantas reperiret, quæ veterum nominibus reſponderent: in quo ſtudio multum laboravit, ut hactenus perite plantas calidarum regionum pro veterum plantis indicaret. Hortenſes pleræque ſunt, aliquæ etiam alpinæ, montanæve Italiæ & Helvetiæ Inſubricæ cives; Indicas a P. *Matthæo* de S. JOSEPHO habuit, eæque icones deteriores ſunt.

Editio nova tabulas habet 185. & permultas plantas rariores Italicas, ex poſthumis Cl. viri anno 1682. demortui ſchedis decerptas. MONTIUS latine ſcripſit,

Digitized by Google

ſcripſit, ordinem emendavit, & nomina, & deſcriptiones; lites de veterum nominibus amputavit.

Ejusdem *Deſcrizzione d'alcune piante nuove trovate de Giacomo* Zanoni Seguier, parvus libellus paginarum duarum, figurarum quinque, qui procul dubio in novam editionem tranſiit.

§. DLIII. *Joh. Loeſel.*

Johannis Loeselii patris, Profeſſoris Regiomontani, *plantas in Boruſſia ſponte naſcentes* ex codice paterno edidit J. Loesel filius, Regiomonti anno 1654. 4°.* minime contemnendum catalogum. Etſi enim pluſculæ earum, quas I. L. charactere ſignatas videas, omnino dudum notæ fuerant, intercedunt tamen non paucæ raræ ſtirpes, quas ab eo climate vix exſpectares, alias quas hocce ipſum clima ſibi proprias producit. Inter eas ſunt Stellaria apice biſecto, Muſci pluſculi, Epipactides rariſſimæ, Ranunculus Caſſubicus, Anagallidaſtrum, Angelica hirſuta, Eryſimum hirſutum, Fungi rariores, novique pluſculi, & in univerſum omnino 70. Gramina interque ex rariora, ut Hierochloë, Scheuchzeria, Carices peculiares: tum Potamogetones, Plantaginella. Icones etiam plerasque perpulchras paraverat: quæ cum codicibus M.S. partim adfinitatis quodam jure, partim ex Regia liberalitate, ad *Johannem* Gottsched, profeſſorem Regiomontanum, pervenerunt. Is codices priores multum auxit, potiſſimum medicatis plantarum viribus, paſſim etiam deſcriptionibus. Ita nata eſt *Flora Pruſſica*, *ſeu Plantæ in Regno Pruſſiæ ſponte naſcentes* Regiomont. anno 1703. 4°. *, quod opus inter meliores rei herbariæ fontes eſt. Aliud habet Gramen Mannæ & a dactylo & ab anatino diverſum. Muſci numeroſi ſetis fere deſtituuntur. Plantæ ſunt 761. icones 85.

Dicitur etiam edidiſſe *Citrium pragnans* Regiomont. anno 1645. 4°. & librum *de theriaca Andromachi* anno 1655. 4°. Merkl. 1654. 4°. Osb.

§. DLIV. *Varii.*

Wolfgang Ambroſii Fabricii *ἀποσημα βοτανικον de ſignatura plantarum* Noriberg. anno 1653. 4°.

La Boulaye le Gouz *Voyages & obſervations* Paris anno 1653. 4°. Europæ magnam partem adiit, inde Conſtantinopolin, Perſiam, Indoſtaniam petiit, & per Balſoram & Aleppum in patriam rediit. Satis leviter in re naturali verſatus, tamen celebriores plantas adtigit, aliquas etiam ruditer depinxit, Triſtem, Rhizophoram, Muſam.

J. B.

Digitized by Google

J. B. DRU *Catalogue des plantes & des Tulipes de ſon Jardin* Lyon anno 1653. 8°. BURETTE.

Jacobi TAPPE *Oratio de Tabaco* Helmſtad. anno 1653. 4°. MERKL. anno 1673. 4°. MERKL. anno 1689. 4°. *. Contra abuſum Tabaci.

R. TRIQUET *Inſtruction pour les arbres fruitiers* Paris anno 1653. 8°. 1658. 8°.

Franciſci MARTINEZ *arte de cocina paſteleria, vizcocheria y conſerveria* Madrid 1653. 8°. ZOCHA.

Nicolo SERPETRO *Il mercato delle maraviglie della Iſtoria naturale* Venez. anno 1653. 4°. d'ETREES.

Abelis BRUNYER, archiatri GASTONIS, *Hortus Regius Bleſenſis* Paris. anno 1653. fol. BURETTE.

Michael CRUGNER *chymiſcher Gartenbau*, oder *Beſchreibung* 34. *Gewächſe und Kräuter nach hermetiſcher Anleitung, welche ſich aus der Putrefaction und Transplantation generiren* Nürnberg 1653. 4°. GRAU. TREW. ſi huc pertinet.

EJUSDEM *chymiſcher Tannenbaum, oder Beſchreibung des Tannenbaums Natur und Würkung nach hermetiſcher Philoſophie erklärt* Dreſden 1650. 4°.

EJUSDEM *chymiſcher Frühling* Nürnberg 1654. 4°.

EJUSDEM *chymiſcher Sommer* 1656. 4°.

S. HAFENREFFER *officina pharmaceutica* Ulm. 1653. 8°. HOTTON.

Hermannus vander HEYDE in *Synopſi diſcurſuum latinitate donatorum* Londin. anno 1653. 12°. vires medicas aceti extollit.

§. DLV. *Varii.*

Charles de MONSTEREUIL Sieur de la CHESNEE *Le Floriſte François traitant des Tulipes, avec un catalogue* Caen. anno 1654. BUR. FALC.

Guilielmi PUTEANI *De occultis pharmacorum purgantium facultatibus, deque veris ipſarum cauſis.* L. II. acceſſit *Jac.* CUSINOTI *appendicula de purgantium medicamentorum facultate* Lugduni anno 1654. 8°. BURETTE. An alius a G. PUTEANO p. 312.

Andreæ RIVINI *quæſtiones philoſophicas* huc pono, inter quas agitur *de ſignaturis plantarum, melle ſine fumo &c.* Lipſ. 1654. 4°. le TELL.

J. PRÆTORII *reſutationes civiles de tetraphyllo ſ. cytiſo quadrifoliaceo* Lipſ. 1654. 4°. *.

EJUSDEM *Diſputat. XXI. de plantis* inter meletemata eſt metaphyſica Hallæ 1677. 4°.

EBER-

EBERHARDT *Beſchreibung, wie eines gemeinen Landmanns Haushaltung auf die 12. Monate anzuſtellen* 1654. 8°. HAUSVATER.

The countrymans recreation or the art of planting, grafting, gardening Lond. 1654. 4°. MARSH.

F. A. *Le grand potager, ou la manière de ſemer & planter* Lyon anno 1654. 12°. FALCONET.

§. DLVI. *T. Pancov.*

Thomæ PANCOVII *Herbarium, oder Kräuter- und Gewächsbuch* prodiit Ulmæ anno 1654. 4°. deinde auctum a *Bartholomæo* ZORN Coloniæ ad ſpream (Berolini) anno 1673. 4°.*. *Pancovius*, medicus Aulæ Brandenburgicæ, formas ligneas iconum *Leonhardi* THURNEISER ſibi comparaverat, eas in ordinem redegerat, ſynonyma & vires medicas addiderat, nomina tamen, quæ paſſim THURNEISERUS addere neglexerat, & ipſe non poterat expedire. Parvæ ſunt, non malæ tamen icones. Earum aliquas nominibus declaravit poſterior editor ZORNIUS, addidit etiam ultra 170. figuras, utilitates denique medicas locupletavit. Ita auctæ figuræ ſunt 1536. multæ compilatæ, aliæ etiam propriæ. Ita Alſine muſcoſa videtur Centunculus eſſe, Conyza thyrſoides prima eſt icon Erigerontis Virginiani. Cardamine ſicula hic adparet; aliquæ etiam plantæ expediri poſſent, quæ anonymæ hic occurrunt, ut Orchis bifolia n. 680.

Denique ex hoc opere nata eſt *Botanologia medica, oder Kurze Anweiſung, wie die Kräuter, welche in der Arzney gebräuchlich, zur Erhaltung guter Geſundheit angewendet werden können* Berlin anno 1714. 4°.*. In hac editione *Bartholomæus* ZORN detraxit de PANCOVII ope plantas, quarum in medicina uſus eſt. Earum vires multo fuſius hic expoſuit: addidit paucas icones æneas, aut ex PANCOVIO deſcriptas, aut paſſim imitatas. Recuſum eſt hoc opus cum titulo *Petri* HOTTON *theſaurus phytologicus* Germanice, Noribergæ 1738. 4°.*.

Herbarium portatile PANCOVII nuper recuſum eſt Germanice cum ligneis iconibus Lipſ. 1756. 4°. Vita *Bartholomæi* ZORN ab *Andr.* SCHMIDT deſcripta eſt Berlin 1717. 4°.*

§. DLVII. *Varii.*

M. R. T. I. D. S. M. *Inſtruction pour les arbres fruitiers la Haye* anno 1655. 16°.* Paris 1664. 12°. FALC. 1676. 12°. BUR. Ex Bibliotheca eſſe Archiatri VAUTIER. Cultum arborum continet, ſive naturæ permittantur, ſive muro adfigantur, plantationem, inſitionem, putationem, lætamina. Catalogus varietatum hortenſium, plantarum fructus edules ferentium.

Digitized by Google

Antimus CONYGIUS *Pulveris Peruviani febrifugi defenſor repulſus a Melippo* PROTIMO (*Vopiſco Fortunato* PLEMPIO) anno 1655. Lovanii ut videtur, cum CHIFLETI libello excuſus, parvus libellus. Ex uſu corticis relapſos eſſe in febres continuas; quartanam inde duplicatam eſſe; ſaporem eſſe intolerabilem. Hæc omnia contra *Honoratum* FABRUM.

IDEM in l. *de togatorum valetudine tuenda* Bruſſell. 1679. 4°.* de vino cerevifia, ſicera, pane docte agit.

J. MARIA SUAREZ in *Præneſte antiqua* Rom. 1655. & in *Theſ. Græv.* de nucibus Prænestinis agit.

J. *Georgii* MACASII, medici Zwickavienſis, *Promptuarium materiæ medicæ* a J. *Matthia* NESTER Francofurti anno 1655. & Lipſiæ anno 1677. 12°.* UFF. 1678. editum. In eo nomina ſimplicium medicamentorum, magis tamen compoſitiones citantur.

Jean PREVOST *Catalogue des plantes, qui croiſſent en Bearn, Navarre, Bigorre, & ès cotes de la mer des Basques, depuis Bayonne jusqu'à Fontarabie & St. Sebaſtien* Pau anno 1655. 8°. BURETTE.

François TOULOUSE *Livre des Bouquets* Paris anno 1655. fol.

Andrea VETERANI *amuſſis medicamentaria ad uſum pharmacopolarum* Panormi 1655. 4°. MONGIT.

Petri de BAURAINS & *Phil.* CHARTIERE *oleum butyro ſalubrius* Paris 1655.

A. P. F. B. *Artificia hominum & miracula naturæ in Sina & Europa* Francofurti anno 1655. 12°. 2. Vol. BURETTE. Verſionem legi Germanicam, cum titulo *Abentheuer von allerhand Mineralien, Wurzeln, Kräutern, Stauden, Blumen, Thieren, Vögeln, Fiſchen, Bergen, Brünnen, Flüſſen, Gebäuden und Sitten* Francofurti anno 1656. 4°. (a). Eadem fere auctori ſcribendi cauſa fuit, quæ PLINIO, ut ea colligeret, quæ novitate ſua admirationem moverent. Plantas bene multas, noſtras & peregrinas, deſcribit. Noſtras fere res cum Chinenſibus comparat, ejus regionis plantæ ornatius exponit. Collectanea mera & nihil proprii. Nomen auctori PLEYER.

Jacobi THOMASII *De Mandragora* diſputatio Lipſiæ anno 1655. 4°. Hall. anno 1739. 4°. Philologus, oſtendit eſſe Dudaim MOSIS.

§. DLVIII. *Honoratus Faber.*

Antimi KONYGII (*Honorati* FABRI) *Pulvis Peruvianus febrifugus vindicatus* Rom. anno 1655. 8°. MERKL.

EJUSDEM

(a) SEGUIER. anno 1696. 4°. errore, ut puto, typographi.

Ejusdem *De plantis* L. IV. Paris anno 1666. 4°.* Noriberg. anno 1677. 4°.* Jeſuita, vanus homo, qui non erubuerit ſibi inventum ſanguinis circuitum tribuere, etiam ad plantarum hiſtoriam adſpirare auſus eſt. Aliquas habet in univerſum eo ſpectantes theorias. Agit de plantarum partibus, nutritione, propagatione, de plantis paraſitis, de ſuccis plantarum.

§. DLIX. *Thomas Muffett.*

Thomas Muffett *Healths improvement or the nature, method, and manner of preparing all manner of food uſed in this nation, corrected and enlarged by Chriſtopher* Bennet London anno 1655. 4°.* & nuper 1746. 8°. Major pars eſt de carneo victu: plantas tamen etiam recenſet, earumque utilitatem, noxamve exponit, fructuum primo horæorum: inde herbarum edulium, cucurbitaceorum fructuum, baccarum, radicum: hinc condimenta, cerealia, legumina, aromata, artem coquinariam. Dictio excitata, neque bonæ frugis nihil.

§. DLX. *Olaus Worm.*

Muſæum Wormianum, *ſeu Hiſtoria rerum rariorum naturalium & exoticarum, quæ in ædibus Olai* Wormii *olim Profeſſoris adſervantur* Leidæ anno 1655. fol.*. Nitidiſſimi operis L. II. totus herbarii eſt argumenti: in eo rariores, aut monſtroſæ plantæ Europeæ & exoticæ, earumve partes deſcribuntur, etiam depinguntur, ut tamen icones bene multæ ad Pisonis opus pertineant, Tunæ etiam folium Severini opera in ſceletum redactum delineatur. Obierat vir Cl. anno 1654.

In *Epiſtolis* diu a morte Cl. viri Hafniæ anno 1751. 8°. 2. Vol.* editis, multa ſunt botanici argumenti, de Cochlearia duplici, fuco abietiformi, Helianthо tuberoſo, Caffee, qua faba anno 1610. a Paludano donatus ſit.

Catalogum Muſæi Wormiani Georgius Seger Hafniæ anno 1642. & 1645. 16°. tum anno 1653. 4°.* edidit. Nomina ſunt rariorum plantarum, fructuum, radicum, quas Wormius poſſidebat. Inter ea eſt pila ſtagnalis, tum cortices permulti Indici, marina varia.

§. DLXI. *Joh. Tradeſcant. J. Pfauz.*

John. Tradescant *Muſeum Tradeſcantianum or a collection of rarities preſerved at ſouth Lambeth near London* London anno 1656. 8°. min.*. Accedit catalogus plantarum horti *Johannis* Tradescant. Multum varietatum, plantæ Indicæ aliquæ. Non poteſt anno 1586. prodiiſſe, cum plurimæ plantæ noviter detectæ hic recenſeantur, quæ anno 1586. ignorabantur.

Johannis Pfauz *Deſcriptio Graminis medici plenior* Ulm. anno 1656. 4°.*. Gramen primo caninum deſcribit, ejusque laudat vires medicatas: deinde Ampelopraſum Camerarii, verbis Bauhini uſus.

Digitized by Google

§. DLXII. *Varii.*

Michaelis BOYM S. J. *Flora Sinenſis flores fructusque porrigens* Vindobon. anno 1656. fol. recuſa Pariſiis in collectione THEVENOTI *. Non magnus liber. Arbores fere ſunt fructiferæ Sinarum, ex ejus gentis libris deſcriptæ, nominibus indigenarum additis. Malæ figuræ & deſcriptiones.

Dionyſii Salvagnii BOESSII *ſeptem miracula Delphinatus Greunble* anno 1656. 8°. *. Eſt inter ea Manna cum Larice hic deſcripta, & thora. Minime indoctum opus.

Lodovico MOSCARDO *note overo memorie del Muſeo di* L. M. Padoua anno 1656. fol. Veron. 1672. fol.*. In L. III. agitur de coralliis & fructibus GRONOV.

Joh. ITTIG *de anima vegetante* Lipſiæ 1656. 4°. reſpondente *Paulo* AMMANNO.

J. BERNTSEN's *Dannemark og Norges frugtbare herlighed* Hafniæ 1656. 4°.

J. Rod. GLAUBER *Proſperitas Germaniæ in qua de vini frumenti & ligni uſu agitur* Amſterdam 1656. 8°. d'ETR. & alii in vegetabilibus labores. Germanice *vom Gebrauche und Nuzen des Weines* Amſterdam 1686. 8°.

Pierre de LUNE *le nouveau cuiſinier ou il eſt traité de la veritable methode, pour apreter toute ſorte de viandes* Paris 1656. 8°. 2. Vol. B. THOMAS.

Adrian vander DONK *Beſchryvinge van nieuw Nederland* Amſterdam 1656. 8°. HOTTON.

In J. ANTONIDÆ van der LINDEN *ſelectis medicis* Leidæ anno 1656. 4°.* editis pertinet huc tractatus de omni varietate vinorum: cum titulo vini pleni Londini 1660. recuſus BODL.

In libro *de ſcriptis medicis* præivit nobis & magni laboris fecit compendium.

Eliæ Rud. CAMERARII *Theoria phyſica de plantis* Tubing. anno 1656. 4°.*.

W. COLES *The art of ſimpling or an introduction to the knowledge and gathering of plants* Lond. anno 1656. 12°. *. Theologus, ſignaturarum patronus, nimis cupidus αυταρκειας patriæ ſuæ, qui Rheum nihilo Tartarico deterius ajat in Britannia naſci. Diſcrimina vireſque medicas ſtirpium perſequitur.

Video etiam citari EJUSDEM *Adam in Eden* ſive de plantis hortenſibus & floribus.

WILLEM OU LITHG 19*jaarige landreyſe na Europa, Aſia en Africa* Amſterdam 1656. 4°. CARS. ſi huc facit.

J. *Caſp.* FAUSIUS *de venenis* Heidelberg. 1656. 4°. PL.

§. DLXIII.

§. DLXIII. *J. Theodorus Schenck.*

J. *Theodori* SCHENCK, Profeſſoris Jenenſis, & *Zachar.* ENNICHMAN *Hiſtoria plantarum generalis in ſynopſin redacta* Jen. anno 1656. 4°. *.

EJUSDEM *Catalogus horti medici Jenenſis, earumque plantarum, quæ in vicinia proveniunt* Jenæ anno 1659. 12°. B. RIV.

EJUSDEM *de cinnamomo* Jenæ 1661. 4°.

EJUSDEM *triga medicamentorum illuſtrium fermentantium, ſiccativorum & præcipitantium* Jen. 1671. 4°. RIV.

EJUSDEM *Marathrologia* Jen. anno 1665. 8°.

§. DLXIV. *Joachimus Jung.*

Joachimus JUNG, Helmſtadienſis Profeſſor, inde Rector Scholæ Hamburgenſis, obiit anno 1657. ad Rami modum acutus notionum diſſector.

EJUS *Doxoſcopiæ phyſicæ minores* (b) primum prodierunt Hamburgi anno 1662. 4°. deinde cum titulo *Præcipuarum opinionum phyſicarum* anno 1679. 4°.* cura *Martini* FOGEL. Partis II. Sectio III. eſt de plantis, agitque de legibus conſtituendarum ſpecierum. Oſtendit primus, ut puto, per exempla, arbores a reliquis ſtirpibus non bene divelli. Refutat diſcrimina a colore, ſapore & odore ſumta, præfert ea, quæ repetuntur a foliis. De nominibus critice agit, & multa eorum præcepit, quæ LINNÆUS repetiit. Recte ſeparat cognomines plantas, quarum fabrica diverſa eſt, & in eo ſtudio plurimum laborat, quo tempore nemo de his ſubtilitatibus quærebat. Ita Acetoſam ab Oxy, Chriſtophorianam & Helleborum uniflorum ab Aconito vero, Alſinen a Veronica ſeparat. Bellidem majorem intelligit Chryſanthemo adfinem eſſe. Herbam Cervi vocat, non Chamædryn, quæ nunc Dryas dicitur. Eupatorium accurate deſcribit. Gramen leucanthemon ſenſit Alſinen eſſe. Millefolium purpuriflorum ſeparat ab Achillea, quod pinnis illud ſit alternis, hoc conjugatis. Butomum a Junco, Galegam & Rutam caninam a Ruta vera, Sium falcatum ab Eryngio, Sennam a Colutea divellit. Ranunculo quinque petala adſignat. Chryſoſplenium alternifolium perite ab oppoſitifolio ſeparat, & utrumque, genere toto a Saxifraga diſtinguit, & Scabioſam quadrifido flore a quinquefida Globularia. Phyſalidi folia conjugata eſſe adnotat, & Tiliam marem Ulmum eſſe. Contra Anthoram ad Aconitum refert. Inde adnotationes dat varias, ſibi proprias. Ricini florem deſcribit. Plurimas plantas ſemen habere monet, quæ eo carere dicuntur, ut de Salice demonſtrat, & etiam in iis plantis ſperari poſſe, ſemen inventum iri, in quibus nondum innotuerit.

Inde primum anno 1679. 4°.*, curante *Johanne* VAGETIO poſthuma prodiit *Iſagoge phytoſcopica*, nuper Coburgi recuſa anno 1747. 4°. *. Pleno, etſi

Qqq 3 brevi

(b) *Iſagogiam Phyſicam Doxoſcopicam* habes in Bibl. HOTTONIANA Hamburgi 1662. 4. excuſam.

brevi compendio, novas dat definitiones partium plantæ, & diſcrimina in quaque parte, ut in folio accurate definit, tum in caule, calyce. Flores nudos diſtinguit ab iis, quibus calyx eſt. In flore accuratior eſt, & pleraſque naturales nuperorum claſſes prævidit, ſtamina, ante JUNGIUM neglecta accurate ſecundum dotes ſuas omnes contemplatus: ſed neque numerum neglexit. Plerosque flores iſoſtemones eſſe vidit, diploſtemones non ignoravit, neque ſyngeneſiam; ſic in tubæ, ſeu *ſtyli*, numero, fabricam, cornubus curioſus eſt: flores fructui inſidentes & circumpoſitos, gymnomonoſpermos aut ſexu diſtinctos minime prætervidit. Meritis ergo ſuis laudes debet (*c*), quæ paſſim in eum profunduntur, etiam ex Britannia, in qua plurimum definitionibus JUNGIANIS RAJUS uſus eſt.

Vitam viri dat BOEHMERUS in *vitis Prof. Helmſt.*

§. DLXV. *Varii.*

J. *Henr.* HEIDEGGER theologi *De Ficu a Chriſto maledicta* Amſterdam. anno 1657. 1671. alias.

De cultura arborum fructiferarum Oxon. anno 1657. 4°. SEGUIER. Nonne AUSTEN.

Joh. TILEMANN *Praxis botanica, hoc eſt Methodus cognitionis & culturæ plantarum* Herbipoli anno 1657. 8°. BURETTE. Alium puto ab eo cognomine viro qui p. 407. dictus eſt.

Joachimi STEEGII *Beſchreibung des Lindenbaums* Witteberg 1657. 4°.

Franciſcus Oswaldus GREMBS in ſua *arbore integra & ruinoſa hominis* etiam agit de vegetabilibus Francofurti 1657. 4°.*

Jacobi BALDI *ſatyra contra abuſum tabaci* Monach. 1657. 12°.

J. RHODIUS, vir eruditus, cum ſtirpibus docendis deſtinaretur, conditionem repudavit (*d*). In *obſ. poſterioribus* in ACT. HAFNIENS. IV. n. 28. excuſis aliqua botanica ſunt. Sonchus cichorio præfertur. Jasminum in geniſtam inſertum comprehendiſſe. SCRIBONII editionem diximus.

Gualth. RUMSEY *organum ſalutis, or experiments of the virtue of Coffee and tabaco* London 1657. 8°. BODL. 1659. 12°.

Abraham THEVART *Ergo confert curandæ acthritidi The ſinenſium* Paris 1657.

Edmundi CASTELLI *Oratio* ſuper L. II. AVICENNÆ *qua via præſtruitur ex ſcriptoribus orientalibus clarius enarrandi Botanologiam ſ. ſcripturæ* London 1657. 4°.

Hilarii

(c) BIRCH. *hiſtor of the Royal Soc.* II. p. 242.
(d) TOMASIN *Gymnaſ.* p. 98.

Digitized by Google

Hilarii FRESBAUCH Diſputationes *de eſculentis & potulentis: de caſei ſtupendis laudibus*, &c. Gratianopoli anno 1657. 4°. FALCONET: Videtur ad ludicra pertinere.

J. HEINZELMANN & J. *Chriſtiani* THURENII *Diſputatio phyſica* XXIV. *de arboribus* Berolin. anno 1657. 8°.*. Enumeratio eſt claſſium, generum, ſpecierum, varietatum, cum viribus medicis & diæteticis; adjecta ſunt Gramina & Junci.

§. DLXVI. *Hyac. Ambroſinus.*

Hyacinthi AMBROSINI, Simplicium præfecti Bononienſis, *hortus ſtudioſorum* Bonon. anno 1657. 4°.* plantæ nempe, quas eo anno in horto colebat. Nomina absque ſynonymis. Ad finem adjectæ ſunt icones novarum plantarum, hactenus non ſculptarum, ruditer ligno inciſæ, non peſſime tamen delineatæ. Pleræque varietates ſunt, aliquæ novæ, ut Alſine ſpinoſa, pulchrum Quinquefolium alpinum foliis ternis tricuſpidibus. Convolvulus, ut videtur, foliis ternatis, Italicus: Acetoſa, ut puto, Eboracenſis: Roſa ſpinoſiſſima non optime definita.

EJUSDEM *Phytologiæ, ſeu de plantis, Partis primæ Tomus primus* Bonon. anno 1666. fol.*, altera pars, quæ de arboribus agebat, nunquam prodiit. Nomina etymologica: icones prioris operis, & aliæ pluſculæ plantarum etiam alpinarum, aut alioquin rariorum figuræ.

§. DLXVII. *Richardus Ligon.*

Richard LIGON *Natural hiſtory of Barbados* London anno 1657. fol. min.* Vixerat ab anno 1647. in ea florentiſſima Inſula, villæque præfectus fuerat, coquus & auceps, Geometriæ peritus: neque in obſervanda natura indiligens. Librum in carcere ſcripſit. Sacchari potiſſimum fabricam accurate exponit: fructus etiam in re culinaria & œconomica utiles recenſet, & non optime depingit, certus cæterum auctor, & autoptes. Gallice prodiit in collectione itinerum Africanorum & Americanorum Paris anno 1674. 4°. d'ETR.

§. DLXVIII. *J. Beale.*

J. B. (J. BEALE) *The Hereford orchards a pattern for whole England* London anno 1657. 12°. 1724. 8°.* huic enim viro tribuit J. EVELYN. Malorum cultum & genera ad ſiceram coquendam apta docet. In deteriori ſolo meliora mala naſci. Inſitionem, etiam in eamdem ſpeciem, poma mitiora reddere: debere vero arbores ſiceræ deſtinatas in ſylveſtres malos inſeri: poma ſylvatica ſola optimam dare ſiceram.

EJUSDEM *General advertiſement concerning cyder*, breve & optimi viri opuſculum prodiit, cum EVELYNI ejusdem argumenti libello.

EJUSDEM

EJUSDEM De ſucci plantarum motu experimenta. Succum a radice adſcendere docet, coqui, coctumque in radicem redire. In *Phil. Tranſ.* n. 43. anno 1668.

EJUSDEM Exempla in quibus, cum medulla in arbore defeciſſet, etiam ſemina imperfecta manſerunt, argumento ſuccum nutricium a cortice ſeminis, materiem a medulla venire n. 46. anno 1669.

EJUSDEM De modo arctiori, quo poteſt dici, ſuccum plantarum circumire: & de pomorum cultu n. 71. anno 1671. Fibras, quæ radicem, truncos, ramosque efficiunt, etiam in fructum propagari vidit, & ab eo G. DERHAM.

EJUSDEM in vinetum EVELYNI Britannicum notæ n. 124. & varia de Sicera viniſque artificialibus.

EJUSDEM De prelis ad ſiceram. Commendatio hortorum oleaceorum n. 134.

A treatiſe on fruit trees showing their manners of grafting planting pruning and ordering of them, of cider, and perry, of vineyards in England, &c. 2. edition Oxford. anno 1657. 4°.*, prior editio eſt anni 1653. 4°. SEGUIER, & tertia anni 1665. 12°. Auctor eſt *Radulphus* AUSTEN. Simpliciter & veraciter, egit potiſſimum de inſerendi artificiis, de translatione ex ſeminario, de putatione, de morbis arborum, de utilitate fructuum varia: & monita dat ad meliorem arborum & fructuum proventum obtinendum; denique de arborum ſylveſtrium cultu.

EJUSDEM *Obſervations upon ſome part of F.* BACONS *natural hiſtory as it concernes fruittrees, fruits and flowers* Oxford anno 1658. 4°.* & cum priori opere Oxford anno 1665. 12°. SEGUIER. Multa bene & utiliter monuit. Contra macerationem ſeminum. Non retardari roſas, dum prima florum germina decerpuntur, neque roſas in umbroſis proficere. Lapidibus ad radices arborum poſitis minus bene incremento proſpici, quam fimo. Flores pauciores meliores dare fructus. Ita porro ſummi viri in umbra muſæi natas adfirmationes, & promiſſas arborum, fructuumve & florum emendationes, per experimenta corrigit, ut egregium ſit breve quidem opuſculum.

Index deſcriptarum plantarum Ducis Aurelianenſium (GASTONIS) *juſſu & largitione, in Gallia conquiſitarum ab anno* 1648. ad 1657. exſtat in *Bibliotheca Regia Pariſ.* n. 6824. Exſtat etiam ibid. n. 6825. Catalogus ſimplicium Indicorum.

Alexandrum BALAMIUM Britannum in Italiam miſerat, unde Tingi ſe contulit ZANONI præfat.

§. DLXIX. *E. de Flacourt.*

E. de FLACOURT *Relation de Madagaſcar* Paris anno 1658. 4°. Troyes anno 1661. 4°.*. Director Coloniæ, quam Galli aliquamdiu in hac Inſula aluerunt,

Digitized by Google

aluerunt, vir non quidem rei naturalis peritus, minime tamen incurioſus. Operis pars maxima occupatur in bellis litibusque Gallorum cum indigenis, & ſe ipſis. Habet tamen etiam hiſtoriam plantarum edulium, plantasque bene multas, quas deſcribit, icones etiam, ſed ſolorum foliorum dat. Inter 151. ſpecies multæ ſunt aut novæ, aut non ſatis certe cognitæ. Dedit etiam catalogum plantarum, quas Madagaſcaria cum Europa communes habet, Portulacam, Sinapi, Anethum, Sonchum, Chamæpityn, Rorem ſolis. Noſtra editio aliquanto plenior eſt.

§. DLXX. *Varii.*

Joſephi FAULISI *De viribus Salapæ, quod non ſit venenoſa, neque hepati cordi ventriculo inimica, neque nimis laxativa* Panorm. anno 1658. 8°. MONGIT.

Martin SCHOOK *de turfis ſ. ceſpitibus bituminoſis* Groning. 1658. 12°. * 1668. 12°. Collectanea etiam alio ſpectantia eſt — De turfis ſatis obiter. Deſcribit ex radiculis factas: arbores paſſim inter torfas jacentes. Inſtrumenta dicit quibus effodiuntur.

De cereviſia Groning. 1661. 12°.

De lino ib. 1664. 12°.

De tulipis ib. 1684. 4°.

Paſchaſii SPILIMBENII *Tractatus de balſamo* Burgos anno 1658. 8°. SEGUIER.

Diſpenſatorium Hafnienſe a Medicis urbanis & aulicis concinnatum Hafniæ 1658. 4°. Pars VII. eſt PAULI MOTHII.

Le Cuiſinier methodique Paris 1658. 8°. d'ETREES.

Balthaſar KINDERMAN *Lobgeſang des Zerbſterbieres* Wittenberg. 1657. 4°. B. THOM.

Alfabetto delle materie ſpettanti all' arte de ſpeziale Bologna 1658.

§. DLXXI. *Dionyſius Jonquet.*

Dionyſii JONQUET *Hortus, ſeu Index plantarum, quas colebat annis* 1658. & 1659. *Acceſſit ſtirpium obſcurius denominatarum per* C. BAUHINUM *explicatio* Paris anno 1659. 4°. *. Horti proprii, a tribus tantum annis culti, nimiæ pene divitiæ (e); ſola tamen fere nomina; & eorum multa hic reperias, quæ certus ſim, ad nullam unquam veram ſtirpem pertinuiſſe, ſed verarum ſtirpium eſſe repetitiones ex C. BAUHINO ſumtas. Raræ intercedunt ſtirpes Gallicæ a BERARDO miſſæ.

In *appendice* JONQUETUS ex BAUHINO ſynonyma dat ad veterum nomina, aut peregrina.

§. DLXXII.

(e) Laudat parcus laudator G. PATINUS in *epiſtolis* T. I.

Digitized by Google

§. DLXXII. *Robertus Lowell.*

Roberti LOWELL *παμβοτανολογια or a compleat herbal*, &c. Oxford anno 1659. 12°.* 1665. SEGUIER. Juvenis, neque medici, animoſum tentamen. Pars I. eſt Iſagoge ad medicinam herbariam, in qua plantarum qualitates primæ, ſecundæ, tertiæ, ſidera, quæ cuique plantæ præſunt, remedia ex plantis deſumta. II. Lexicon herbarum, fere medicatarum, fuſe & nimis liberaliter laudatarum, ad Anglica GERARDI nomina. III. Catalogus plantarum utriusque Indiæ, quæ in medicina adhibentur. IV. Catalogus plantarum Anglicarum aliarumve, quæ in horti Oxonienſis catalogo non recenſentur. V. Catalogus morborum, cum ſubjectis plantis, quæ cuique medeantur. Collectitia omnia.

§. DLXXIII. *Varia.*

Joh. GUDRII *Anatomia & Phyſiognomia ſimplicium*, *oder Zwey Tractaten von den Signaturen aller Gewächſe* Stutgard anno 1659. 8°. HOTT.

D. M. *Gardiners labyrinth or a new art of gardening* Lond. anno 1659. 4°.

Exoticophylacium Weickmannianum, *oder Verzeichniß unterſchiedlicher Vogel, Thier*, *Fiſch*, *Gewächs*, *Erz - und Bergarten*, *ſo in* C. WEICKMANS *Kunſt - und Natural - Cammer in Ulm zu ſehen* Ulm 1659. 12°. HUTH.

In ſuo tr. de generatione Lond. 1659. 12°. HIGHMORUS adfirmat, ſocerum ſuum palingeneſiam in decocto plantarum vidiſſe.

Gaſpar FESQUET in tertia XII. quæſtionem Monſpel. 1659. defendit, Guajaco tutius quam argento vivo luem veneream ſanari.

De conſanguinitate auri ſacchari & ſpiritus vini Gieſſ. 1659. 8°. ANDERS.

Pharmacopæa Hagienſis Haag. anno 1659. 4°. & 12°. anno 1670. 4°.

Iſaac RENAUDOT & *Ant.* de CAEN *Ergo vinum hiſpanicum ſenibus confert* Paris 1659.

§. DLXXIV. *Rolandus Sturmius.*

Rolandi STURMII *Corticis Chinæ*, *ejusque virium & virtutum deſcriptio* Antverp. anno 1659. 12°. Haag. anno 1681. 12°.*. Cum *Honoratus* FABER pro Peruviano cortice, contra eum CHIFLETIUS & PLEMPIUS ſcripſiſſent, auctor noſter & ipſe tutelam corticis ſuſcepit, inque prima operis parte, ex ſuis experimentis, ſalubrem ejus vim confirmavit; in ſecunda theoriam addidit, & utilitatem ejus medicamenti, adverſus febres, ad reſolutionem retulit. Bonum opuſculum, vix tamen ad botanica pertinet.

§. DLXXV.

Digitized by Google

§. DLXXV. *Phil. Douté.*

Philippi Doute', Medici, De ſucco Cyrenaico diatriba ad *Bertinum* Deuxivoye. Accedit antichreticus in quo ſingula apologetici capita diſquiruntur & alexipharmacorum & purgantium vires in totius ſubſtantiæ proprietate poſitæ vindicantur Paris 1659. 4°. Duo ſunt libelli. I. Diatriba, ut videtur recuſa, acris omnino & eriſtica. Jam Plinii ævo plantam ſuccum cyrenaicum ſuppeditantem intercidiſſe; ſuccumque adeo ante Galeni tempora defeciſſe.

Alter libellus eſt adverſus Bertinianæ appendicis defenſionem. Per ſingula adverſarium perſequitur, nihil tamen, qui ejus ſeculi infeliciſſimus mos fuit, ad declarandam aut plantam, aut ejus lacrymam, lucis adtulit. Sub finem Bertinum inter antimonii patronos fuiſſe, inde recantaſſe, & paulo poſt in priorem hæreſin relapſum eſſe criminatur.

§. DLXXVI. *Bertinus Deuxivoye.*

Bertini Deuxivoye, *Ergo febri quartanæ Peruvianus Cortex* Paris 1658.

Ejusdem *Appendix de ſucco Cyrenaico adverſus Philippum* Doute' Paris anno 1659. 4°. Seguier.

Ejusdem Appendicis *de ſucco Cyrenaico defenſio adverſus — Philippi* Doute' *de ſucco Cyrenaico diatriben* Paris 1659. 4°. *. Bertinus in theſibus de cortice peruviano aliqua de ſucco Cyrenaico ſcripſerat, Galeni tempore valde recepto, negaveratque plantam eo tempore deſideratam fuiſſe aut intercidiſſe. Contra eum paragraphum *Philippus* Doute' ſcripſerat. Reſpondet Bertinus. Douteum aliena opera uſum eſſe. Incertum fuiſſe in adſignanda ſilphii planta. Galenum eam non cognoviſſe. Alendo eum ſuccum inidoneum eſſe, & alexipharmacas vires ob caliditatem & tenuitatem partium poſſidere. Galenum verum ſuccum Cyrenaicum poſſediſſe. Doutei diatriben eſſe compilatitiam.

Digitized by Google

LIB. VIII.

A RAJO AD TOURNEFORTIUM.

Bellis compoſitis, Academiis conſtitutis, hortis publicis numeroſis & cultioribus conditis, peregrinatoribus plantarum peritis undique in Indiam utramque emiſſis, perfecta methodo, lætiora nunc incrementa cepit res herbaria.

§. DLXXVII. *Johannes Rajus.*

Multa pars horum incrementorum debetur *Johanni* WRAY, qui poſterioribus annis (*f*) maluit RAY audire. Vir pius & modeſtus, V. D. M. maximus ab hominum memoria botanicus, ea felicitate uſus eſt, ut totos quinquaginta annos dilecto ſtudio ei licuerit impendere. Ruri tamen fere vixit; neque cura rei familiaris unquam liber fuit. Moribus autem cum foret facilibus, cumque famam non exiguam eſſet adſecutus, undique a ſua gente, & ab exteris ipſis, ſubmiſſis plantis eſt adjutus. Libros alienos excerpere, & comparare aptiſſimus, in rure & Anglico & Wallico, & in Gallia, Helvetia & Italia ad ipſam usque Melitam rariores ſtirpes collegit. Methodum paulatim perpolivit, ut a laxiori inciperet, denique fere in TOURNEFORTII & HERMANNI methodum tranſiret. In deſcriptionibus & ſpeciebus definiendis plerumque *Johannem* BAUHINUM ſecutus eſt.

Anonymus primum edidit *catalogum plantarum circa Cantabrigiam naſcentium* Cantabrig. anno 1660. 8°. *. Alphabeti ordinem retinuit. Selecta aliqua de varia ſtirpium utilitate medica & œconomica adſperſit: de fabrica floris, de varietatibus: plantas aliquas paſſim accuratius deſcripſit, ut in Chara, Epipacti longifolia paluſtri, Hieracio Cichorei folio, Orchide lilifolia, Batrachite, congeſta, Potamogitonis aliquot ſpeciebus, Rapiſtris duobus, quorum alterum eſt Sinapi, Salice, Stellaria foliis oblongis, Trifolio glomerato, Trifolio pratenſi hirſuto majori albo ſulfureo, quod nos nuper cum Cl. la CHENAL accuratius definivimus &c. Adjectus eſt Catalogus ſecundum loca: & lexicon etymologicum; & *terminorum*, ut vocant, technicorum interpretatio. *Appendix* ad hunc catalogum continens addenda & emendanda Cantabrigiæ prodiit anno 1663. 12°. SEGUIER. & appendix altera anno 1685. 18°. OSB.

EJUS-

(*f*) Ab anno 1670. Epiſt. p. 72.

Digitized by Google

Ejusdem *Catalogus plantarum Angliæ & Inſularum adjacentium, tum indigenas, tum in agris cultas comprehendens* Londini anno 1670. 8°. *. Editio altera Londin. anno 1677. 8°. *. Catalogus plantarum Cantabrigienſium fundamentum eſt hujus operis, etſi in latiori regione natum, & per varia itinera auctum eſt. Studioſe cavit auctor, ne plantas temere a prioribus inter cives receptas pro veris reciperet. Addidit præter editionem anni 1670. novas ſtirpes 46. & deſcripſit Myoſotin viſcoſam, Montiam, Sibthorpiam, Cardaminen hirſutam, Caucalidem tenuifoliam humilem, Centaurium luteum paluſtre minimum, Ceraſum ſeptentrionalem parum notam, Cratæogonon Weſtmorlandicum (Stæheliniam noſtram), Euphraſiam luteam paluſtrem, Filiculam floridam, Fucos & Fungos aliquos, inter iſtos Phallum, Gramina pluſcula, Plantaginem unifloram, Alſinen minimam tetrapetalam, Muſcos, Hydrocharin flore pleno, Pentaphyllum Eboracenſe, Pinguiculam carneam, Sedum alpinum luteum minus, Sideritin arvenſem glabram, Sium minimum, Lunariam contortam, Typham mediam. Icones aliquas habet.

Ejusdem *Faſciculus ſtirpium Britannicarum poſt editum plantarum Angliæ catalogum obſervatarum* Londin. anno 1688. 8°. *. Rariores aliquas plantas alpinas potiſſimum continet, tum occidentales & marinas, Fucos, Fungos, Gramina, Liguſticum Scoticum, Acetoſam Eboracenſem. Linum perenne. In utroque opere etiam criticam faciem adhibet, ad detegendos priorum ſcriptorum errores, & ſpecies certo definiendas.

Inde mutato titulo nata eſt *Synopſis methodica ſtirpium Britannicarum* Londin. anno 1690. 8°. *. Cum hactenus alphabeti literas ſecutus eſſet, Rajus nunc ad methodum ſuam plantas diſponit in *claſſes naturales* pluſculas. Totus etiam catalogus multo opulentior eſt, additis ad ducentas & quinquaginta ſtirpibus, quarum rariores & difficiliores paſſim breviter deſcribit. Adjectus eſt ex *Hans* Sloane catalogus plantarum Europæarum, quæ in Jamaica proveniunt. Alias aliquas icones habet, utraſque in poſterioribus editionibus omiſſas..

Succeſſit editio ſecunda Londini anno 1696. 8°. *, iterum adjuvantibus amicis aucta, potiſſimum in Muſcis, a *Samuele* Doody, *Jacobo* Petiver & *Guilielmo* Vernon, in aliis plantis a *Samuele* Dale, *Tancredo* Robinson. Magna nunc penus adeſt Muſcorum, Fucorum, Fungorumque. Totus catalogus multum auctus eſt, ut tamen paſſim varietates una increverint.

Immenſum aucta eſt *tertia editio*, Londini anno 1724. 8°. *, quam *Jacobus* Dillenius curavit. Præter auctores, quos laudavimus, Cl. Buddle in Muſcis & plantis difficilibus, tum *Guilielmus* Sherard in novis, aut rarioribus, floridis ſtirpibus Rajum adjuverat. Adjectas plantas numerat Editor ad 450. ut tamen omnino noluerit falcem criticam nimis acriter exercere; & plurimas utique varietates inter veras ſpecies reliquerit. Numeroſas interim ſtirpes rariores accurate definivit, 24. etiam tabulas proprias adjecit: methodum emendavit.

Digitized by Google

davit, plantas flore conſpicuo carentes de integro elaboravit, earum hic diſtiſſimum catalogum dedit, plantis etiam, quas pro novis RAJUS dederat, ſynonyma veterum adjecit.

Idem opus *Johannes* HILL in methodum LINNÆANAM diſpoſuit, & cum nomine *Flora Britannica* edidit Londini anno 1760. 8°. *. Characteres generum LINNÆANOS præmiſit, & ſpecierum ex eodem fonte nomina, tabulas aliquas de ſuo adjecit; difficiliores ſpecies, neque a LINNÆO repetitas, tangere non ſuſtinuit. Novæ plantæ, quantum video, nullæ acceſſerunt, neque evitari potuit (*g*), quin ſubinde in ſynonymis erraretur.

EJUSDEM RAJI *Topographical moral and phyſiological obſervations made in a journy through the low countries Germany, Italy and France*, &c. London anno 1673. 8°. *. Ab anno 1663. ad finem anni 1665. cum *Franciſco* WILLOUGHBY, & duobus aliis nobilibus juvenibus, peregrinatione minime inutili Galliam quidem Belgium & Germaniam leviter adtigit, Helvetiam paulo uberius, ut Genevæ ſex menſes triverit; deinde Italiam, Siciliam & Melitam adiit. Ubique mores populorum, & modum quo reguntur, & varia ad hiſtoriam naturalem pertinentia adnotavit, plantas etiam potiſſimum, quarum bene multæ aut raræ ſunt, aut novæ. Ita novum eſt Arabidis genus foliis laurinis aſperis, Sedum purpureum ſtellatum, Ptarmica Matricariæ folio, hæ Helveticæ, tum Italicæ & Siculæ plures.

Ad finem operis adjectus eſt *Catalogus ſtirpium in exteris regionibus ab auctore obſervatarum, quæ vel nondum, vel parce in Anglia ſponte proveniunt.* Hæ ſtirpes in opere ipſo ſuis locis occurrunt, hic autem ad alphabeti ordinem enarrantur, addito etiam uſu medico, aut œconomico, & ſynonymis. Hunc catalogum ſeorſim anno 1672. 8°. editum BURETTE recenſet. Hunc eumdem porro catalogum RAJUS anno 1694. 8°. * auctiorem reddidit, adjectis CLUSII, COMMELINI, BAUHINI, COLUMNÆ, HOFMANNI, BOCCONII, MAGNOLII ſtirpibus, ex Cl. virorum operibus decerptis, ordine ſemper literarum alphabeti ſervato, & critica falce paſſim adhibita. Titulum fecit *Sylloges plantarum extra Britanniam naſcentium.* Sequuntur *catalogi plantarum varii*, lectarum ab AUCTORE in itinere, quod diximus, ſecundum locos natales nunc diſpoſitarum: deinde catalogus ſtirpium Sicularum *Pauli* BOCCONE, Helveticarum WAGNERI, Romanarum ROGERII, Venetarum DONATI, Pariſinarum CORNUTI, Baldenſium PONÆ, Hiſpanicarum CLUSII, Pyrenaicarum TOURNEFORTII, Luſitanicarum GRISLEY, iterum Helveticarum SHERARDI, tum Orientalium, Ægyptiarum, & Creticarum.

EJUSDEM *Methodus plantarum nova ſynoptica in tabulis exhibita* Londini anno 1682. 8°. *. Horto deſtitutus RAJUS timidius methodum plantarum molitus eſt, neque diffitetur, uſum ſe eſſe MORISONI obſervationibus, cujus claſſem bacciferarum & pomiferarum retinuit, arborumque ab herbis humilioribus

(*g*) *Götting. Anzeig.* 1762. p. 935.

ribus ſeparationem. Foliis fere uſus eſt, & fructu, florem pene neglexit. Claſſes proponit naturales, flore & ſemine carentium, dorſiferarum, ſtaminoſarum, plantarum flore compoſito, planipetalarum, diſcifloraruin, radiatarum, capitatarum, umbellatarum, verticillatarum, aſperifoliarum, ſtellatarum, multiſiliquarum, cruciatarum, papilionacearum, pentapetaloidum, vaſculiferarum, cerealium, graminum, graminearum, liliacearum, Orchidearum. Aliquæ tamen claſſes pentapetalarum & pentapetaloidearum, & monoſpermarum, & anomalarum, omnino non ſunt naturales. Subjungit ſynopſin methodo Cæsalpini. In præfatione egit de cotyledonibus & de prima plantarum origine.

In *præfatione ad ſyllogen ſtirpium externarum de methodo* egerat, & vitia oſtenderat Rivinianæ methodi, atque Hermannianæ, a fructus loculamentis ſumtæ. Staminum aliquam dignitatem eſſe demonſtraverat.

Inde ad Cl. Q. Rivinum *epiſtolam reſponſoriam* anno *1696.* 8°.* edidit, in qua agit de nova Tournefortii methodo. Defendit arborum a plantis reliquis ſeparationem: numerum non poſſe claſſes regere per varia exempla oſtendit, apetalarum claſſem tuetur, & claſſes inferiores flore compoſito. In Rivini methodum aliqua monet.

Poſt eam epiſtolam eodem tamen anno *1696.* edidit 8°.* *diſſertationem brevem de variis plantarum methodis.* Ut paulatim natæ ſint claſſes, & genera. Habitum non poſſe excludi, cum multæ plantæ raro aut nunquam floreant, multæque ſtirpes flore diverſæ ab habitu conjungantur, uti viciſſim putat flore congeneres ſeparari a foliis, quorum illud nuperi critici admittunt, negant iſtud. Petaloideum florem definit, & ab apetalo ſemovet. Fructus non bonos characteres dare expertus monet; Sed neque florem, bulboſarum exemplo. Ad Tournefortii notationes reſpondet, ut poteſt, ignarus fere fabricæ floris. Tournefortii methodum viciſſim examini ſubjicit, flores infundibuliformes, & hypocrateriformes, & caryophylleos oſtendit non certa habere diſcrimina, & paſſim ſuos proprios characteres a ſummo viro neglectos eſſe.

Inde ſeptuagenario nunc major anno 1703. Londini, (vel Leidæ potius (*h*) 8°.* edidit *Methodum plantarum emendatam & auctam; methodumque Graminum juncorum & cyperorum ſpecialem.* In præfatione iterum pro methodo naturali pugnat, eamque contra Rivinum, Tournefortium & Hermannum tuetur, & oſtendit, ob unam notam aliter ſe habentem, non poſſe plantam a ſua tribu divelli: ſibique ſummum ponit finem, ut plantæ ſimiles ſibi vicinæ ſint, diſſimiles ſeparentur. Negat vero ullius partis in plantarum eam eſſe dignitatem, ut ob eam ſolam vel conjungi debeant toto habitu diverſæ, vel ſeparari, cætera ſimiles. Claſſes ergo naturales conſtituit fere, quas diximus, ut tamen his claſſibus paſſim anomalas aliquas ſubjungat, & denique ex deſperatione aliqua claſſem integram anomalam ſubjiciat. In characteres generum

(h) Vita Raji a Derhamo ſcripta p. 76.

Digitized by Google

rum folia, colores, ſapores, odores, magnitudinem recipit. Graminum ſpecies in genera aliqua ſuperiora & inferiora diſponit. Ad minutiorum plantarum flores parcius ſe dimiſit, PRESTONIque erroneos characteres nimia cum fiducia recepit. Recuſa eſt hæc methodus Amſtelodami anno 1710. 8°. & Tubingæ anno 1733. 8°.

Porro immenſum opus ſuſcepit, *hiſtoriam plantarum generalem*, cujus tria volumina in folio edidit. Primis duobus ambitum plantarum hactenus cognitarum abſolvit. Tomus primus prodiit Londini anno 1693. fol. *. BAUHINORUM laboribus ſtuduit addere, quæ nuperior induſtria F. HERNANDEZ, G. PISONIS, G. MARGGRAVII, J. BONTII, *Jacobi* ZANONI, R. MORISON, *Jacobi* BREYNE, C. MENZELII, P. BOCCONE, MUNTINGII & auctorum operis Malabarici prioribus addidiſſent. Adjutus eſt in Anglia *Edwardi* HULSE, *Tancredi* ROBINSON, *Hans* SLOANE, *Samuelis* DALE & aliorum opera. Præmiſit vocabulorum ad artem pertinentium lexicon, & definitiones: deinde de planta ejusque anatome & vita libellum, & de partium varietate, multum hic uſus J. JUNGIO, & de methodo cogitationes. Eam fere methodum hic ſecutus eſt, qualem anno 1682. expoſuerat. Plantarum nomina pauca dedit, deſcriptiones plerumque ſuis ex auctoribus, rarius proprias. Quas non vidiſſet ipſe, utiliter aſteriſco diſtinxit: vix ullam neglexit, etiam in magnis generibus, quarum plurimæ ſpecies priſcis dictæ, noſtro ævo diſtingui nequeunt: ita numeroſiſſimas unius generis ſpecies collegit. Utilitatem cujusque ſtirpius variam breviter compilatam ſubjecit. Difficilioribus tamen nonnullis auctoribus vix eſt uſus, ut THALIO, CORDO, CÆSALPINO. Mireris, niſi maximus artis ambitus excuſationi foret, non rariſſimas aliquas plantas jam tunc minime ignotas, RAJI oculos fugiſſe, ut Muttellinam in alpinis paſcuis vulgatiſſimam. In arborum hiſtoria multo fuſior fuit & copioſior. *Addenda* non contemnenda operi ſubjecit, tum catalogos plantarum Indicarum ZANONI, rariores BREYNII: *Franciſci* HERNANDEZ Mexicanas in compendium contractas.

Tomus III. *ſeu Supplementum præcedentium continens ſpecies omiſſas vel nuper editas & novas innumeras* ſecutus eſt anno 1704. fol. *, cum interim res herbaria magna incrementa cepiſſet, & poſteriora ſex volumina *horti Malabarici*, PAULI HERMAN, *Caroli* PLUMIER, *Pauli* BOCCONE, *Leonhardi* PLUKNET, JOH. & C. COMMELINI, F. CUPANI, & aliorum opera novis ſtirpibus ditiſſima in lucem prodiiſſent, quæ omnia in hanc collectionem tranſierunt. Muſcorum potiſſimum, Fungorum & Fucorum maxima hic facta eſt acceſſio. Hoc ſupplementum incipit ab arboribus, contra quam ipſam opus; & tranſit ad plantas humiliores. Adjectus eſt *Georgii Joſephi* CAMELLI inſignis ſtirpium rariorum Inſulæ Luçon faſciculus, quarum quidem plantarum multas putes in opere Malabarico latere: tum corollaria plantarum in Oriente noviter detectarum TOURNEFORTII. Catalogus plantarum a G. DAMPIER in terris auſtralibus, a *Friderico* MARTENS in Spizberga collectarum: & Orientalium COMMELYNI ex *præludiis*, Madraſpatanarum *Samuelis* BROWN, rariorum & novarum *Jacobi* PETIVER cenſus.

Tomos

Digitized by Google

Tomos III. conjunctos prodiiſſe anno 1716. fol. SEGUIER, & certe optandum foret, ut editor tertium tomum & addenda varia ſuo loco inſeruiſſet.

Sunt & alia RAJI opera, alterius argumenti, quæ tamen hactenus ad rem herbariam pertinent. Ita in EJUS *Wisdom of God manifeſted in the works of the Creation*, quod opus primum anno 1691. 8°. octava vero vice Lond. anno 1722. 8°.* prodiit, pertinet huc, non longum equidem, caput de plantis in univerſum, earum partibus harumque uſu, de mira complicatione plantulæ ſeminalis, aliisque ſtirpium miraculis.

Cum *collectione itinerum* L. RAUWOLFII, & excerptorum ex P. BELON, VERNON, SMITH, SPON & aliorum itineribus, RAJUS editor tres catalogos dedit plantarum, quæ in Oriente proveniunt Londin. anno 1693. 8°.*. Titulus eſt *A collection of travels and voyages.*

Poſt mortem induſtrii viri *Guilielmus* DERHAM edidit anno 1718. 8°.* *Philoſophical letters between the late M. Raj and ſeveral of his Correſpondents.* Prima epiſtola eſt anni 1658. ultima anni 1705. quo auctor de vita exceſſit. Miſcellanea quidem ſunt, quæ ad univerſam naturam ſpectant: plurima tamen continent ad rem herbariam facientia, etiam recondita, etiam integros catalogos plantarum in hoc illove itinere decerptarum, judicia de variis plantis minus cognitis, & rariorum deſcriptiones. Magnus inter eas eſt catalogus plantarum rariorum, lectarum a *Thoma* LAWSON, multa *Tancredi* ROBINSON; *Leonhardi* PLUKNETII in RAJI ſynopſin animadverſiones, & EJUSDEM ad aliquas RAJI in ſua notationes, reſponſiones: P. PRESTON adnotationes botanicæ, non accurati hominis, qui Herniariæ nomine Radiolam ſatis quidem bene deſcripſerit, & plantas nonnullas minimi floris rariores. Memoria dignius inter eas eſt epiſtolas libellus RAJI de variis cauſis, quæ varietates plantarum producunt, quo loco ſpecies novas naſci negat. Idem redit in BIRCHII hiſtoria, tum experimenta ab ipſo RAJO in vulnerandis arboribus cepta, quæ ſuccum plorarent.

EJUSDEM *Select remains with the life of J. Ray written by W.* DERHAM Lond. anno 1760. 8°.*. Itinera tria per Angliam & aliquam Scotiæ partem ſuſcepta hic deſcribuntur, ipſumque datur auctoris diarium, cum plantis rarioribus, quas quóque loco legit. Subjectæ ſunt epiſtolæ aliquæ, & minora opuſcula RAJI, etiam ad pietatem pertinentia. In Cornubia pluſculæ plantæ regionum calidarum naſcuntur.

EJUSDEM *Nomenclator claſſicus* Lond. anno 1672. editus, ut ex vita Cl. viri video, pertinet etiam ad plantarum nomina.

Experimenta de ſucco arborum vulneratarum dedit cum *Philoſ. Tranſ.* n. 68. In n. 230. diſſ. de herba venenata, de Cicutæ, ut videtur, genere; in n. 238. de funeſtis effectibus comeſtæ Oenanthes viroſæ.

Digitized by Google

In *Thomæ* BIRCH *hiſtoria Societatis Regiæ* inque T. III. docet, ſemina plantarum annuarum in cibum cedere, quæ teneriora ſint. De difficili diſcrimine ſpecierum & varietatum agit.

Quid eſt J. RAJI *dictionarium botanicum* London 1728. 8°. 2. Volum. LAMBERGEN.

Omnium botanicorum plurima opera edidit, uno LINNÆO excepto.

§. DLXXVIII. *T. Bartholinus.*

Vir doctiſſimus, philologus, anatomicus, & polygraphus, in aliis equidem artibus magis excelluit.

In *Ciſta* tamen *medica Hafnienſi* Hafniæ anno 1662. 8°.* excuſa, præter FUIRENII & SPERLINGII catalogos, huc pertinet de Napello cenſura, qui etiam in ſeptentrione, & merito, pro atroci veneno habetur.

In *hiſtoriis anatomicis* iconem & hiſtoriam Corticis Chinæ dat Cent. V. hiſt. 50.

EJUSDEM *Epiſtolarum medicinalium a doctis, vel ad doctos ſcriptarum* Centuria I. & II. Hafniæ anno 1663. 8°.*. Grata eſt in hac collectione varietas. Pleraque ex itineribus primum BARTHOLINI, tunc diſcipulorum nata, ut STENONII, & BORRICHII. Caſſiam Americanam, non bene quidem, negatur alvum ducere. De fructibus exoticis. Hortus Regius Monſpelienſis neglectus. De Manna Fraxinea Neapolitana. Plantarum Ætnearum catalogus. Goſſypium Melitæum, Arundines ſacchariferæ Siculæ. KIRCHERI de Heliotropio adſeveratio per experimentum refutata. Sceletos Tunæ, de Hyſſopo Palæſtino & de Calamo.

Centuria II. Pro cortice Peruviano experimentum. De Conciculo MARCELLI Empirici.

Centuria III. Hafniæ anno 1667. 8°.* Jalapæ doſis ad drachmam unam innocua: infuſa cum Jalapa aqua gratum medicamentum. Citrium prægnans, Opii correctio & vires veneficæ. De Punicis malis. Dauci ſemen ad calculum.

Centuria IV. ib. anno 1667. 8°.*. De pane veterum; de ſpiritu terebinthinæ, certo adverſus lumbricos præſidio.

EJUSDEM *De medicina Danorum domeſtica* Hafniæ anno 1666. 8°.*. Bonum opus, plurimum habet frugis botanicæ. Demonſtrare ſuſcipit auctor, Daniam ſibi ſufficere, tantumque producere medicamentorum, ut ſuos morbos iis curare poſſit; in eo nimius; quid enim in ſeptentrione par, aut ſimile naſci poſſit aromatibus, cortici Chinæ Chinæ? Plurimas autem utilitates plantarum collegit, medicas potiſſimum. Ita aqua cum Lichene Islandico decocta eſt inter purgantia,

Digitized by Google

gantia. Coluteam ipſe feliciter Sennæ ſubſtituit. Tamariſco lupulorum loco Cimbros uti, Chamæmoro ſcorbutum & febres ſanari, rapis aſthma. Urticam laudat, & braſſicam. De Petroſelini ſalubritate dubitat. Potiſſimum huc pertinent diſſertationes V. VI. & VII. pharmacopœa nempe, cibus & potus Danorum.

IDEM anno 1667. 8°. edidit LISETTI BENANCII *declarationem fraudium & errorum apud Pharmacopæos* tum 1671. 8°. & aliquo addidit Conf. p. 318.

EJUSDEM *De peregrinatione medica* Hafn. anno 1674. 4°. * 1676. fol. Paſſim aliqua cuique regioni peculiaria tangit, ut Mannam, Saccharum Siculum, dolia ex ligno Ceraſi facta.

In *Actis Hafnienſibus*, quæ ab anno 1670. prodierunt, multa ſunt botanici argumenti, BORRICHII potiſſimum, etiam KYLLINGII, WILLII, KÖLICHENI, SYENI, TH. ARNGRIMI, GRIMMII, CLEYERI. Aliqua ad ipſum *Thomam* BARTHOLINUM pertinent, ut in Tom. I. de balſamo experimenta: cereviſia ex Betulæ ſucco: plantæ faſciatæ: Hyperici florum adverſus lumbricos efficacia, & ſpiritus Naſturtii ſylveſtris adverſus ſcorbutum.

In volumine II. anni 1675. Ericæ duæ, Thymbra, Laurus, Cannacorus, Eupatorium (Bidens), Verbena, Ficoides, Sideritis, cum iconibus, aliæque plantæ; etiam noctu odoratæ & lucentes, Gramen oſſifragum duplex, quorum primum, ut videtur, Oenanthe eſt crocata, alterum Anthericum.

Vol. IV. anno 1677. editum. Napus Gothlandicus, Raphanus ad calculum utilis, Moxa, Malva monſtroſa.

Vol. V. anno 1680. De radice Niſi (Ginſing) cum icone.

EJUSDEM *De theriaca* in officina J. G. BECKER diſpenſata diſſ. II. Hafniæ anno 1671. 4°.*. Percurrit ſimplicia medicamenta, quæ theriacam ſubeunt, eorumque bonas notas. De lite Romana ob balſamum Orientale exorta agit, de veri balſami ſignis, aliiſque reſinis.

EJUSDEM *de confectione alkermes quam Hafniæ* JOH. BECKER *diſpenſare conſtituit* Hafniæ 1672. 4°.

EJUSDEM *De ſimplicium medicamentorum inquilinorum facultatibus cognoſcendis* Francofurti anno 1671. * 8°. cum *Hermanni* GRUBE ejuſdem tituli libello editum. Plantas indigenas laudat, ſignaturas hactenus tuetur, exoticis ſubſtituit noſtratia. Infuſa folia ſambuci blande alvum ducunt.

§. DLXXIX. *Mauritius Hofmann.*

Mauritii HOFMANNI *Caſp. F. Deliciæ hortenſes ſ. Catalogus plantarum horti medici, quibus auctior eſt* anno 1660. Altdorf. anno 1660. 4°.* Nomina ſola, numerus non exiguus. Ipſe hortum condiderat, qui primus inter hortos Germaniæ academicos fuit. Auctior recuſus eſt anno 1677. 4°.*, & acceſſit appendix planta-

Digitized by Google

rum nuper acceptarum anno 1688. 4°. *, & anno 1691. 4°. *, quæ in titulo non audit *altera*, & unici eſt folii.

EJUSDEM *Floræ Altdorfinæ deliciæ ſylveſtres, ſeu catalogus plantarum in agro Altdorfino ſponte naſcentium* Altdorf. anno 1662. 4°. *. Plantæ partim inexſpectatæ intercedunt, ut Acetoſa βουκεφαλοφορος, Draba hirta, Chamæbuxus, Tunica calyce pelviformi, Cicutaria fœtida (hæc valde paradoxa), Erica juniperifolia Narbonenſis. Orchis anthropophora Oreades, Polygonum minus caryophyllatum (Gypſophila), Palmata odoratiſſima, Vicia monantha maxima foliis Piſi majoribus, Fungi numeroſi, inter eos Clavaria, Erinaceus gelatinoſus, Agaricum ſubtus violaceum, alii; ſic Muſci & Lichenes. Quæ auctior dicitur editio anni 1677. 4°. * ea nihil differt.

EJUSDEM *Montis Mauritiani in agro Leimburgenſium eminentis ejusque viciniæ deſcriptio botanica* Altdorf. anno 1694. 4°. *. Ad modum montis Baldi, niſi quod plantæ in humiliori monte vulgatiores ſunt. Inter rariores eſt Calceolus, Palmata odoratiſſima, Monorchis, Linagroſtis, Schœnolagurus.

EJUSDEM *Tabulæ loca & menſes exhibentes, quibus plantæ in cælo Norico florere ſolent* Altdorf. anno 1676. 4°. *.

EJUSDEM *Botanotheca Laurembergiana, ſeu methodus conficiendi herbarium vivum ad Societatis medicæ Altdorfinæ uſum accommodata* ibid. anno 1693. 4°. *, & prius, ut SEGUIER, anno 1662. 4°.

Aliqua habet in *Miſcellan. Nat. Cur.* ut Chryſanthemum faſciatum Dec. III. ann. 3. n. 67.

§. DLXXX. *Varii.*

Aviti MARCELLI *Hortus plantarum Patavinus* Patav. anno 1660. 8°. SEG.

MAY *acomplishd Cook* 1660. 8°. OSB.

Gothofredi MOEBII *Anatome Camphoræ* Jen. anno 1660. 4°. *. Hiſtoria Camphoræ, quales eo ævo ſcribebantur. Calidam eſſe oſtenditur. Præparationes Camphoræ variæ, formulæ, & vires medicæ. Collectitia omnia. In *Epitome Inſtitutionum* Jen. 1663. 4°. habet alimenta ex frugibus, leguminibus, oleribus & fructibus.

Michael & Johannes LIEBENTANZ *De Rachelis deliciis Dudaim* Witteberg. anno 1660. 4°. ſæpe recuſa diſp. etiam anno 1719. 4°. *. Opiniones aliorum refutat, neque quidquam definit.

Ex adnotationibus *Manuelis* de ALMEYDA *Bernardus* TELLEZ excerpſit *hiſtoriam generalem de Æthiopia alta* Conimbra anno 1660. fol. Plantas etiam adtigit, ut video ex *Phil. Tranſ.* Redit in collectione THEVENOTI.

Catalogus plantarum ſcholæ botanicæ horti Regis Pariſini Paris anno 1660. 12°. SEGUIER.

Planta-

Digitized by Google

Plantarum Index, &c. ibid. anno 1661. 24°.

Robert SHARROK *the hiſtory of the propagatim and improvement of vegetables by the concurrence of art and nature* Oxford 1660. 8°. HOTTON. 1672. 8°. ib. OSB. De varia multiplicatione plantarum. In K. DIGBY miracula. Editio 1627. vix poteſt admitti.

Georg Caſpar KIRCHMAYER *de raris & admirandis arboribus quibusdam* Witteberg. anno 1660. 4°.

EJUSDEM *de corallio opobalſamo & ſaccharo* ib. 1661. 4°.

EJUSDEM *de papyro veterum* anno 1666. 4°.

EJUSDEM *de tribulis potiſſimum aquaticis* a THEOPHRASTO, DIOSCORIDE & PLINIO dictis ib. 1692. 4°.

EJUSDEM *de coronis* 1693. 4°.

J. L. a FRUNEK *de elixire arboris vitæ* (WACHENDORF) 1660. Haag. 8°. ſi huc facit.

J. C. FROMMANN *de uva & muſto* Coburg. 1660. 4°.

Petrus Maria CANEPARIUS Cremenſis, medicus Venetus in L. V. *De atramentis cujuscunque generis* London 1660. 4°. * de plantis tinctoriis agit, de Indico, de Cyani ſucco, & Iridis, & Rhamni, Braſilici ligni, baccis Ebuli, Myrti, Viola, Henna, Opuntia, Lacca, &c.

Claude St. ETIENNE monachi *Nouvelle inſtruction, pour connoitre les bons fruits, ſelon les mois de l'année* Paris anno 1660. 12°. 1687. 12°. SEGUIER.

EJUSDEM *abrégé des bons fruits avec la maniere de les connoitre & de cultiver les arbres* Paris 1675. 8°. d'ETR. forte idem l.

EJUSDEM *le jardinier royal* Par. 1677. 8°. HAUSVATER.

§. DLXXXI. *Nicolaus le Fevre.*

Nicolai le FEVRE *traité de la Chymie* Paris 1660. 8°. 2. Tom. HOTTON. Anglice 1664. 4°. OSB. & nuper a Cl. du MOUTIER (in *Gall. litt.* nominant LENGLET du FRESNOY) multum auctus & emendatus, Paris 1751. 12°. 5. Vol. * Tom. I. habet præparationes varias vegetabilium, aquas, ſales, ſirupos, hydromel, aquam Regiam, etiam ſingulares plantarum præparationes. Tomus II. radicum præparationes, julapia, conſervas, feculas, cortices, ligna, vinum, alcohol, reſinas, gummi reſinas, camphoram, aquas ſtillititias. T. III. theriacam, varia remedia, Cinchonam. Tomi IV. & V. ſunt collectitii, neque ſpectant ad N. le FEVRE, & T. IV. quidem aquas & alia medicamenta ex plantis præparata. T. V. perinde, & longum excerptum locum de veronica. Homo cæterum vanus, neque certæ fidei.

Digitized by Google

§. DLXXXII. *Georgius Grisley.*

Georgius GRISLEY ſcripſit *Viridarium Luſitanicum, in quo arborum, fructuum & herbarum differentiæ — quas ager Ulyſſiponenſis ultra citraque Tagum ad trigeſimum uſque lapidem profert.* Ulyſſip. anno 1661. 8°. FALC. Duas habeo editiones, nitidam, absque loco & anno editam 8. tum Veronenſem anni 1749. 8°. quam vir ILL. J. F. SEGUIER curavit. In *Sylloge ſtirpium externarum* RAJI etiam continetur. Auctor Chymiatrum & botanicum ſe nominat. Catalogus eſt commiſtarum cum peregrinis indigenarum, ſolorum nominum; ſed innumerabiles plantas habet, quas *non deſcriptarum* nomine auctor inſignit. De multis ſpes eſt vere novas eſſe, in climate calido, & regione parum hactenus ſpoliata: videtur autem, vel Orchidem teſtimonio, multas pro ſpeciebus varietates acceſſiſſe. Pluſculis nomina TOURNEFORTIANA Cl. SEGUIER adpoſuit, tum RAJI notulas: denique catalogum plantarum Luſitanicarum, variis ex ſcriptoribus decerptum.

§. DLXXXIII. *Hobius vander Worm.*

Hobii vander WORM, medici & Rectoris Gymnaſii Naardenſis, *Atriplex ſalſum vulgo Soutenelle* Amſterdam anno 1661. 12°.*. Cum juvenis in Zeelandia plantas quæreret, hanc invenit, quam putat ex vulgari ſpecie per adſperginem marinam eſſe immutatam, ut folia crenata in integra, caulis herbaceus in fruticoſam naturam mutaretur. Eumdem Atriplicem magnum adverſus ſcorbutum præſidium vocat. Latine & argute ſcribit.

§. DLXXXIV. *Kenelmus Digby.*

Kenelmus DIGBY Eques, peregrinator, miraculorum ſtudioſus, & credulus, die 23. Januarii 1661. peroravit in Collegio Greshamenſi *de plantarum vegetatione.* Oratio prodiit Londini anno 1661. 12°. cum titulo *a diſcourſe concerning the vegetation of plants.* Ex Anglico ſermone in latinum converſa rediit Amſtelodami anno 1661. 12°. SEGUIER. anno 1663. 12°.* 1678. 12°. BURCKARD, & Gallice Paris anno 1667. 12°. SEGUIER. Fabæ vegetationem contemplatur, & fermentationi nova plantæ augmenta tribuit. In rore nitrum eſſe, ab eo ſale fecunditatem pendere: hordei granum in nitri muria maceratum culmos dediſſe 249. grana 10000. Inde palingeneſiam tuetur, etiam ex proprio experimento, etiam in animalibus.

EJUSDEM *ſecrets & remedes* Paris 1669. 8°. BUR. 1684. 12°. & Haag. anno 1700. 8°. TREW. 1715. 8°. Germanice Francofurti 1684. 8°. Anglice London 1668. 8°. BURETTE. De aquis ſtillatitiis, ſpiritibus, ſuffimentis &c.

§. DLXXXV.

§. DLXXXV. *Gaud. Brunaclus.*

Gaudentii BRUNACLI *De Cina Cina ſ. pulvere ad febres ſyntagma phyſicologicum* Venet. anno 1661. 8°. *. Totus ſcholaſticus, inculto ſtylo, ex GALENO utilitatem corticis Peruviani defendere ſatagit. Adducit proprium in ſe ipſo experimentum, ſanatamque in cachectico corpore febrem tertianam: inde exempla producit ægrorum in noſocomio S. Spiritus ſanatorum. Calidum ſiccumque eſſe corticem, ſecundo gradu; tamen etiam propriam ſubſtantiam febres depellere. Ex vino vult ſanari, non ex aqua vel infuſa, vel decocta.

§. DLXXXVI. *Varii.*

Hermanni CORNELII *Catalogus plantarum horti Amſtelodamenſis* Amſterdami anno 1661. 8°. BURCKHARDT.

Michaelis GSELLII *ara gratitudinis in laudem horti medici intra mœnia academiæ* Lipſienſis *conſiti*, opera LEONH. URSINI. Lipſ. 1661. 4°. TREW.

In CASPARI a REYES *Elyſio jucundarum quæſtionum campo* Bruxell. 1661. fol. aliqua huc faciunt.

Pharmacia Antverpienſis Antverp. anno 1661. 4°. 1665.

Michael DUPONT *an ſalubris uſus Chocolatæ* Paris 1661.

Joh. Herman de MYDENBERG *Lieſländiſcher Landmann* Riga 1661. 8°. SEG.

Friderici MULLER LOEWENSTEINII *Lexicon medicogalenicopharmaceuticum continens vocabulorum in medica facultate uſualium* 18000. *explicationes* Francof. 1661. fol. SCHULZ. & latine, & iterum germanice.

N. STEVENSON *The* 12. *monets or a pleaſant and profitable book of labours and recreations for every monet* London anno 1661. 4°. SEGUIER. HARL.

§. DLXXXVII. *Petrus van Aengelen. Alii.*

Petri van AENGELEN *verſtandige Gardinier* Amſterdam 1663. 4°. Leuwaarden 1666. 4°. LAMB. Germanice verſus a GEORGIO GRÆFLINGER *verſtändiger Gärtner auf die zwölf Monate des Jahres* &c. ſæpiſſime excuſus Hamburg 1663. 1666. Wolfenbüttel 1667. 1695. 8°. * Francofurti 1684. 12°. Hanover 1667. 1673. 1678. 1692. MÖLLER. ſemper 8°. Lego etiam 1655. prodiiſſe, ut aliam antiquiorem editionem belgicam præceſſiſſe neceſſe ſit. Video etiam citari ejus *herbarius of kruyt en bloemhof* Amſterdam 1663. 8°. 2. Vol. HOTT.

Prius opus præter opera menſtrua etiam catalogum plantarum medicatarum & edulium cum facultatibus & cultu continet.

Le

Digitized by Google

Le Jardinier Royal, qui enſeigne l'art de planter & cultiver toute ſorte d'arbres Paris anno 1661. 12°. 1671. 1677. 12°. SEGUIER. An idem p. 509.

Le Jardinier fleuriſte Paris 1661. 8°.

Oſſervazioni intorno la manna medicinale prodotta o raccolta in Italia absque anno & loco CIN. Temere huc pono.

§. DLXXXVIII. *Phil. Jac. Sachs.*

Philippi Jacobi SACHS *Ampelographia* Lipſ. anno 1661. 8°. Ex primis Collegis Societatis naturæ curioſorum. Vitis ſpecies & fabricam breviter, vini, aceti, tartari hiſtoriam, vires medicatas, præparationes fuſe tractat.

Aliqua etiam botanici argumenti in *Ephemeroidibus naturæ curioſorum* edidit, ut in Anno I. n. 78. de herba Oſſifraga: in n. 48. de Rapo monſtroſo: in n. 90. 91. de Aloe Sileſiaca & Salitſiana, cum icone: in n. 131. de auro vegetabili.

In Anno II. n. 112. De ſpica hordei ſingulari: in n. 182. De Hellebori albi uſu medico periculi pleno.

§. DLXXXIX. *J. Fridericus Helvetius.*

J. *Friderici* HELVETII, Alchemiſtæ, *Xyſtus herbarum, oder luſtiger Spaziergang der Kräuter* Heydelberg anno 1661. 8°. *. Signaturas ſequitur, & ſecundum eas herbarum dat catalogos, quæ caput, capillos, oculos, aures, fauces, dentes, cor, pulmones, alias partes corporis humani, etiam noxia animalia referunt, adque ea mala valere creduntur, quorum fontes repræſentant. Subjicit alias claſſes, quas credit anomalas eſſe, & florem ferre absque fructu, aut neque florem, neque fructum, & alia id genus; deinde quæ plantæ procumbant, ſerpant, ſe contrahant, ſolem ſequantur, dormiant, quæ rubrum colorem, quæ flavum, cæruleum, nigrum dent, quæ noctu luceant.

EJUSDEM *Beryllus medicus, ein Edelſtein der Arzney* &c. Heidelberg anno 1661. 8°. *. Catalogus plantarum primus eſt ſecundum menſes: alter ſecundum foliorum numerum, ſerras, diviſiones, ſecundum umbellas, petiolos, verticillos, nervos, aliaque adtributa.

EJUSDEM *Amphitheatrum phyſiognomiæ medicum, oder Schauplatz der arzeneyiſchen Geſichtkunſt* Heidelberg anno 1660. 8°. *. Plantarum etiam hic habet catalogos, ſecundum habitum.

§. DXC. *C. Victor Schneider.*

In eruditiſſimo opere *Conradi Victoris* SCHNEIDER *de catarrhis*, liber 4. Wittebergæ annó 1661. 4°. * editus, magnam partem materiæ medicæ continet, narcotica medicamenta, & incidentia, alia, etiam rariſſima, Mexicana.

Sic

Digitized by Google

Sic liber V. anno 1661. ib. excuſus, cibum potumque, & de ſingulis fere cibi & condimenti generibus auctoris judicium continet. Plurima ubique eruditio. In diſſ. de capite II. fuſe de Uſnea.

§. DXCI. *Abraham Cowley.*

Abrahami COWLEY, celebris & ingenioſi poëtæ, *carmina* Londini anno 1662. 8°. BODL. Inter ea puto eſſe Poëmata latina, in quibus continentur *ſex libri plantarum*, qui Londini anno 1668. 8°.* recuſi ſunt. Juſtum volumen eſt elegantium carminum, quibus ſingulas pene plantas collaudavit, fabuliſque adlitis originem impertivit nobiliorem.

§. DXCII. *Henricus Stubbe.*

Henrici STUBBE, qui aliquamdiu in Jamaica vixit, *The Indian nectar or Chocolate* London anno 1662. 8°.

EJUSDEM *Obſervationes in itinere ſuo nata* in Phil. Tranſ. n. 27. & 35. 36. Arbores & plantas etiam adtingunt.

EJUSDEM *Specimen of ſome animadverſiones upon the hiſtory of the R. ſociety* Lond. 1674. 4°.*

§. DXCIII. *Renatus Rapin.*

Renati RAPIN *Hortorum libri IV.* cum *diſputatione de cultura hortenſi* Paris anno 1661. 4°. SEGUIER. anno 1665. 4°. FALCONET, 8°. SEGUIER. Leidæ anno 1666. 12°. 1668. 12°.*. 1672. 12°. SEGUIER. Utrecht. anno 1672. 8°. cum ANGELI POLITIANI *ruſtico*, LAZARI BONAMICI *carmine de vita ruſtica* & J. MEURSII *arboreto.* Venetiis anno 1733. 12°. SEGUIER. Anglice a *Jacobo* GARDINER redditi Londini anno 1673. 1706. 8°. SEGUIER. Librum II. EVELYNUS, *Johannis* filius, Anglicis verſibus expreſſit. RAPINUS innutritus veterum pulcherrimis fontibus, & ſagaciter uſus, vix minorem, quam veteres, laudem ſua poëſi eſt adſecutus. Elegantes de lilio verſus, *dulce rudimentum meditantis Lilia quondam Natura dum ſeſe opera ad majora parabat*, apud PLINIUM præparatos inveni.

§. DXCIV. *Georgius a Turre.*

Georgius a TURRE ab anno 1649. (*i*) poſt VESLINGIUM profeſſor fuit ſimplicium Patavinus. EJUS exſtat *Catalogus plantarum horti Patavini novo incremento locupletior* Patav. anno 1662. 16°.*, Amator mathematum (*k*). In Creta ipſa plantas legit, & in hoc catalogo plantas ſpontaneas cum exteris con-

(i) THOMASIN *gymnaſ. Patav.* p. 306.
(k) PATIN.

Digitized by Google

conjunxit. Nomina ſola dat, fere BAUHINIANA, aliave vulgata, abſque ſynonymis aut adnotatione aliqua. Numerus circa bis mille. Exemplum meum manu auctoris variis nominibus ditatum eſt.

EJUSDEM *Dryadum Hamadryadumque triumphus, ubi univerſa plantarum natura ſpectatur*, Patav. anno 1685. fol. * lego etiam anno 1655. prodiiſſe. Magnum opus. Generalia varia præmittit, & fuſe de venenis & plantis agit, aut venenatis, aut alexipharmacis. Deinde ſingulo generi, ut Caſſiæ, Roſis, ſuum dat caput, & ex veteribus de quoque diſquirit, viresque medicatas docet. Ad ipſam naturam vix ſe demittit.

§. DXCV. *Varii.*

Simon Friderich FRENZEL *De ſuaviſſimo fragariæ fructu frago* Witteberg. anno 1662. 4°.

Andreas KINDERLING *de corpore animato vegetabili* Helmſtätt 1662. 4°.

Flor. BAUMGARTNER'S *Garten-Memorial* Nürnberg 1662. 8°. TREW.

Pharmacopœa Londinenſis Londin. 1662. 24°.

J. Friderici STAPPEL'S *Tulpanen-Geheimniß* Lübeck anno 1662. 12°. RIV. 1663. 12°. Scriptum videtur ſemitheologicum.

Delices de la Campagne ou eſt enſeigné a préparer pour l'uſage de la vie tout ce qui croit ſur la terre & dans les eaux Paris 1662. 8°. BARBEIR.

Thomæ BELLUCCII *Index plantarum horti Piſani*, Florent. anno 1662. 12°. B. RIV. Una prodiit DONNINII *catalogus plantarum Florentinos hortos ornantium*, ſed nimis brevis uterque.

Joſchua CHILDREY *Britannia baconica or the natural rareties of England, Scotland and Wales* London 1662. 8°. BURCK. (1661. OSBORNE.) Gallice, *Hiſtoire des ſingularités naturelles d'Angleterre* &c. Paris 1662. 12°. *Journ. des Savans.* Eccleſiaſticus: etiam arbores adtingit & plantas.

§. DXCVI. *Carolus Schæffer.*

Caroli SCHÆFFER, medici Ruthenici, *Deliciæ botanicæ Hallenſes, ſeu Catalogus plantarum indigenarum, quæ circa Halam Saxonum proveniunt* Hall. anno 1662. 12°. *. Brevis catalogus, varietates multæ, etiam pulchriores, nomina paſſim falſa. Neque enim After Atticus alpinus circa Halam provenerit, neque Orchis rotundus, neque Limodorum, neque aliæ pluſculæ.

§. DXCVII.

Digitized by Google

§. DXCVII. *Carolus de Rochefort.*

Caroli de ROCHEFORT *Hiſtoire naturelle & morale des Iles Antilles*, Belgice lego prodiiſſe a DULLAART verſum, Roterodami anno 1658. 4°. 1662. 4°. RIV. Mea editio Gallica eſt, & Secunda, & Roterdami excuſa anno 1665. 4°.*. Addit Cl. SEGUIER editionem anni 1639. 4°. vix admittendam, tum Roterdamenſam anno 1681. 4°. Lyon anno 1667. 12°. 2. Vol. Genéve anno 1668. 12°. Germanice Francfurt 1668. 12°. UFF. Anglice 1666. fol. Brevi tempore in Inſula vixit, neque hiſtoriæ naturalis peritus fuit, neque certæ fidei *(l)*, & fabuloſam Apalachinorum hiſtoriam tradit; & alieniſſima paſſim admiſcet, etiam de Grœnlandia. Malas plantarum icones dedit, LAETIUM, du TERTRE & PISONEM compilavit.

EJUSDEM *Relation de l'Isle de Tabago ou de la nouvelle Walcre* Paris anno 1666. 12°. BUR. Finis ſcribenti fuiſſe videtur, Inſulæ Tabago laudes canere, in quam colonia eo tempore ducebatur.

§. DXCVIII. *Thevenoti Collectio.*

THEVENOTUS, alius ut puto a peregrinatore, edidit raram collectionem, ſed alterius fere ſcopi. *Receuil de divers voyages curieux, qui n'ont point été publiés, ou qui ont été traduits de* PURCHAS, *ou d'autres voyageurs*, &c. Pars I. Paris anno 1663. fol.*. Huc poſſit pertinere iter *Eduardi* TERRY in aulam Imperatoris Indoſtaniæ anno 1615. ſuſceptum, deinde *Coſmæ Indicopleuſtæ* fragmentum de Pipere & Coco.

Pars II. anno 1664.* continet G. PELSAART Mémoire ſur les moyens d'avancer le commerce; & agit de mercibus Indicis.

Pars III. anno 1666.* edita habet iter Chinenſe legati Belgici: MARTINII atlantem Chinenſem cum nonnullis, ſed parum fidis, ad hiſtoriam naturalem pertinentibus; quis enim credat, aqua ex rivo cærulea pannos tingi poſſe?

Pars IV. anno 1672. fol.* habet iter Æthiopicum, ALMEIDÆ in quo fabuloſa aliqua de plantarum miraculis Conf. p. 508. Neque melius eſt iter Æthiopicum *Hieronymi* de LOBO circa annum 1636. ſuſceptum, ubi de Palmis agitur.

Redierunt conjuncta itinera Paris anno 1696. fol. 4. Vol.

§. DXCIX. *J. Joachim Beccher.*

J. Joachim BECCHER *Parnaſſus medicinalis illuſtratus, oder neues Thier- Kräuter- und Bergbuch* Ulm anno 1663. fol.*. Chemicus, excitati & ad inveniendum apti ingenii homo. Dat plantarum in officinas receptarum hiſtoriam, cum iconibus, quibus CAMERARIUS in epitome uſus fuerat. Plantarum ei mediocris

Ttt 2

(l) BIXETI IV, p. 380.

mediocris fuit peritia. Ut primum enim librum aperio, video Möhren, quod Carotæ ſeu Dauci nomen eſt, iconemque Dauci, cum nomine & hiſtoria Siſeris proponi, Populaginem pingi cum nomine Huflattich, Dracunculum majorem cum Dracunculo confundi, qui ſpecies eſt Artemiſiæ. Multas etiam icones ſibi non intellectas, absque interpretatione auctor relinquit, ut Eryſimum corniculatum, alia. Pars IV. eſt *Schola ſalernitana*, verſiculis germanicis reddita, & commentarius ad cibos vegetabiles & naturales.

Genealogiam botanicam dicitur poſthumam reliquiſſe, ſex mille plantarum, fere ex C. Bauhino concinnatam, cum Indice Synonymorum B. Riv.

Ejusdem citatur *der kluge Hauvater* Lipſ. 1698. 12°. 1709. 12°. 1747. Seguier. 1764. 12°. leve opus, cum quo una edita eſt *die verſtändige Hausmutter* Lipſ. 1747. 1764. 4°.

§. DC. *J. Sigismund Elsholz.*

J. *Sigismundi* Elsholz, archiatri, *Flora Marchica, ſeu catalogus plantarum, quæ paſſim in hortis, & partim ſua ſponte paſſim proveniunt* Berolini anno 1663. 8°.*. Paucas plantas ſpontaneas habet, & ne eas quidem, quas Menzelius in ſuo pugillo exhibet. Aliquas non puto in Marchia ſponte naſci, ut Acarnam, Aſphodelum. Varietates habet aliquas, & pauciſſimas adnotationes, ut de Secalis & Hordei diverſitate.

Ejusdem *Neu angelegter Gartenbau, oder Unterricht von der Gärtnerey, auf das Clima der Mark Brandenburg gerichtet, in VI. Bücher verfaßt, Cölln an der Spree* (Berlin) anno 1666. 4°.* 1672. 4°. Trew. 1684. 4°. Trew. Lipſ. anno 1715. fol. Primo libro inſtrumentum hortenſe, & alia communia hortorum tradit. Secundo flores ſecundum aliquas claſſes, catalogo adjecto plantarum cujusque claſſis, quæ eo pertinent, cum ſingularum cultu. Tertio olera perinde cum catalogis & cultu cujusque. Quarto arbores cum cenſu earum & methodo inſitionis: tam hortenſes teneras, quam ſylveſtres & ſpontaneas. Quinto vinetum. Sexto plantæ medicatæ recenſentur, iterum in varios cenſus diſtributæ, & ſpontaneæ Marchiæ. De viribus breviter, ſimplex & bonus ſcriptor. Icones paucæ, fere ad inſtrumentum.

Ejusdem *Diæteticon, oder neues Tiſchbuch, Cölln an der Spree* anno 1682. 4°.* Lipſ. 1715. fol.*. Liber I. eſt de cibis vegetabilibus, quos in claſſes diviſit auctor, viresque medicas adjecit, & paſſim etiam icones. L. V. Aromata & condimenta traduntur. L. VI. De potu agitur. Appendix eſt magirica.

Ejusdem *Deſtillatoria curioſa* Nürnberg 1683. 12°. etiam huc pertinet.

In *Ephemeridibus naturæ curioſorum* egit Dec. I. anno 6. 7. n. 17. de Equiſeto ſubterraneo: n. 59. de Badjani Ruſſorum, ſeu Aniſo ſtellato: n. 127. de ſemine Cinæ.

Anno IX. X. n. 86. de Mimoſa luxuriante.

In

In HOOKII *collectione quarta* arcana ſua indicat in perficiendo vino, & eſſentias vegetabilium docet parare &c.

Adornavit etiam icones plantarum pro appendice horti Eyſtettenſis, quarum 29. tabulas Cl. MOEHSEN recenſet, in Bibliotheca Regia Berolinenſes ſuperſtites (m); tum Tuliparum theatrum (n). Denique codicem M.S. plantarum officinalium 440. cum adglutinatis ſiccis ſpeciminibus (o).

EJUS vitam ſ. *Ehrengedächtniß* dedit *Joh.* BOEDIKER Berlin 1688. fol. BURCK.

§. DCI. *Robertus Boyle.*

Robertus BOYLE nobiliſſima hibernica ſtirpe natus, pius, ſolers, benignus, in experimentis chemicis & phyſicis ſuo tempore princeps, non magna parte operum rem herbariam adtigit. In *Chemiſta Sceptico* Oxon. 1661. London 1662. 8°.* experimentum reperitur peponis ſola aqua nutriti, ut nihil ponderi terræ decederet, in quam ſatus fuerat. In nicotiana ſalem fixum cryſtallinum fere nitri ſimili reperit.

EJUS *Conſiderations upon the uſefulneß of experimental natural philoſophy* quarum T. I. Oxford. anno 1663. 1664. 4°.* & T. II. anno 1664. OSB. 1671. 4°. prodiit: quod idem opus latine redditum, cum titulo, *Exercitatio de utilitate philoſophiæ naturalis* Lindaviæ editum eſt anno 1692. 4°.*. Vires plantarum varias minus vulgatas continet, ut Perſicariæ ad calculum, Laudani, ſucci de Juglande, de Betula ſtillantis. Porro de Caſſava ejusque, poſt eductum ſuccum, innocentia, de variis vinis artificialibus, de cereviſia ex Dauco, de conſervatione fructuum, de ſaccharo, de ſucco Nicotianæ, de appenſis & amuletis agit, quibus nimium tribuit, & de exprimenda fuliginis ope plantarum imagine.

EJUSDEM *Experiments concerning colours* Oxon. anno 1663. 4°. ſive London 1664. 8°. HOTTON. *Experimenta & conſiderationes de coloribus* Londin. anno 1665. 12°.*. De ſuccorum cæruleorum in rubrum & viridem colorem mutatione per ſales aut acidos aut lixivos, novum eo ævo experimentum. De mutatione colorum in Roſis, Jaſmino, Galantho, Primula, Ruta, Mororum ſucco, decocto malorum punicorum. De laccis faciendis, etiam ex inſolitis herbis, & de tinctorum artificiis.

EJUSDEM *Origine of forms and qualities* Oxon. anno 1664. 8°. ſeu *Origo formarum & qualitatum* Oxon. anno 1669. 12°.*; paſſim aliqua habet huc facientia, de Corallio, de maturatione fructuum, de plantarum vi ad ſuccos a terra acceptos mutandos & perficiendos.

In *Tentaminibus phyſicis* BOYLEUS de incerto eventu in præparatione pilarum iſatidis queritur.

(m) Epiſt. II. p. 71.
(n) p. 72.
(o) p. 80.

In *diſſ. phyſicis — Oeconomia corporum in plantis* deſcribitur Haag. 1672. 12°. &c.

Ejusdem *Exercitationes de atmoſphæris corporum conſiſtentium, deque mira ſubtilitate & vi determinata effluviorum* Londin. anno 1673. 8°. Leidæ anno 1676. 12°. *. De exiguo pondere, quod Aſa fœtida fœtendo amittit, ut tamen ſuſpiceris, in locum exhalantium particularum aliquid ex aere ſubire. De odoratis effluviis Abſinthii, quæ una guſtum adficiant. De odoribus narcoticis, noxiis arborum umbris, antipathia adverſus nonnullos odores &c.

Cum *tractatu de remediorum ſpecificorum concordia cum Philoſophia corpuſculari* Londini anno 1686. 12°. * prodiit — *Parænefis ad uſum ſimplicium medicamentorum.* De vi gummi arabici ad urinæ ardores, de pulegii ſucco adverſus tuſſim. Laudat veronicam rutæ folio, hederam terreſtrem, terebinthinam, alia parabilia. Anglice prodierat *of the reconciliableneſs of ſpecifik madicines to the corpuſcular philoſophy with a diſcourſe about the advantages of ſimple medicines* London 1685. 8°. B. Boehm.

Ejusdem *Medicinal experiments or a collection of choice and ſafe remedies* London anno 1696. 12°. *, quæ tertia eſt editio. Medicamenta pleraque ſunt ſimplicia, ut ad vires plantarum omnino pertineant. Varia, nova, antiqua, vera, nimia continet: de iſtis ſolebat Boerhaavius nos monere, Boyleo ſplendido viro, ægrotos, quibus medicamenta commendabat, nimis faventes eventus retuliſſe. Reliqua omitto.

§. DCII. *Paulus Amman.*

Pauli Amman, celebris medici, Lipſienſis Profeſſoris, *antiquartarii Peruviani hiſtoria* Lipſ. anno 1663. 4°.

Ejusdem *hominem eſſe plantam inverſam* Lipſiæ 1667. 4°.

Ejusdem *Supellex botanica, ſeu enumeratio plantarum, quæ in horto medico Academiæ, & in aliis viridariis pratis & ſylvis progerminare ſolent* Lipſiæ anno 1675. 8°. *. Nomina mera, cum ſynonymis ſuis propriis locis repetitis.

Ejusdem *Manuductio ad materiam medicam* una prodiit. Collectanea, cum adnotationibus criticis.

Ejusdem *Character plantarum naturalis a fructificatione deſumtus* Lipſ. anno 1685. 12°. * Morisoni methodum & 1271. nomina ſpecierum, 220. vero nomina generum & claſſium habet, plantas ubique ad genera ejus viri revocat, paſſim adnotat aliqua; famam de Thoræ atroci veneno refutat.

Ejusdem *curæ ſecundæ, quibus character plantarum naturalis anno 1685. auctior & correctior redditus fuit* Lipſiæ 1686. 12°.

Auctiorem

Digitized by Google

Auctiorem libellum reddidit *Daniel* NEBEL Lipſiæ anno 1700. 12°. ut 1476. nunc ſpecies, nomina generum & claſſium ſint 226. Id incrementum partim ad AMMANNUM pertinet, partim ad NEBELIUM, ex nuperioribus ſcriptoribus natum, TOURNEFORTIO & HERMANNO.

EJUSDEM *Hortus boſianus quoad exotica deſcriptus* Lipſiæ anno 1686. 4°. *. Brevis Catalogus, continet tamen etiam deſcriptiones aliquas, ut Amygdalæ nanæ, rariorum Aſterum, Aſtragali, Caprifolii Virginici, Ephemeri MATTHIOLI, Stapeliæ, Filicis ſenſitivæ, Geranii triſtis, Leonuri, Melianthi, Juglandis Virginianæ, Origani M. Sipyli, Pentaphylloidis fruticoſi, Phylli CLUS. utriusque, Quamoclit pennati, Caſſidæ Americanæ, Cotyledonis Æthiopicæ, Solani Ceylanici, Thlaſpi Halimi folio, Tragacanthæ, Trifolii ſubterranei, Hæmanthi, Bidentis Voſacan.

EJUSDEM de Bandura obſ. Eph. Nat. Cur. Dec. I. anno I. obſ. 23.

EJUSDEM de Tabaco Braſilico adnotatio in *Nov. Lit. Mar. Balth.* anno 1704. M. Maj.

EJUSDEM diſp. *de remediis ſtomachicis* Lipſiæ 1689. 4°.

§. DCIII. *Sebaſtianus Badus.*

Sebaſtiani BADI, prius BALDI, *Anaſtaſis corticis peruviani, ſeu Chinæ defenſio* Genua anno 1663. 4°. *. Eximius liber, quem equidem in practicis pro meritis laudabimus. Pridem anonymum contra PLEMPIUM libellum in eumdem ſenſum ediderat, quem non vidi. Romæ medicinam fecerat & in familia Cardinalis de LUGO. Hiſtoriam corticis dat ex notis M.S. *Antonii* BOLLI mercatoris Genuenſis: arborem deſcribit, non optime, folia cum Prunis, flores cum Punicis comparat. Ab Hiſpano aliquo Comitiſſæ de CINCHON primum fuiſſe exhibitum, inde a Comite ejus marito anno 1632. in Europam adportatum, anno 1649. per Cardinalem, quem diximus, in Italiam adlatum. De qualitate ſapienter deſperat, cum de bono effectu certus ſit. A quartana primus in tertianam ſalubre medicamentum traduxit. Vim a cortice eſſe non a vino. Reliqua in practicis.

§. DCIV. *Varii.*

J. Paul KNOLLE *Klein Viticulturbüchlein, oder Unterricht des Weinbaues im Meiniſchen Kreiſe* Dreſden anno 1663. 8°. RIV.

Charles PATIN viri eruditiſſimi tr. *des tourbes combuſtibles* Paris 1663. 4°.

G. E. OELLINGER *deſignatio medicamentorum in ſua officina pharmaceutica proeſtantium* Noribergæ 1663. 12°.

Do-

DOMENICO AUDA de Lantoſca, *maraviglioſi ſecreti* Venez. 1663. 12°. ASTR. 1668. 12°. 1686. 12°. etiam 1660. 8°.

EJUSDEM *pratica de ſpeziali* Venet. 1686. 8°. 1736. 8°.

Laurentii STRAUS *oratio de Roſa* Gieſſæ 1663. 4°. RIV.

EJUSDEM *de Coffea* 1666. 4°. Anglice 1685. 12°.

Cum CASPARI CALDERI de HEREDIA *tribunali medico* exſtat *l. aureus de facile parabilibus* Antverp. 1663. fol. TREW.

Abrahami Achatii HAGER *Aloë Chora Salitſiana* (quæ nempe in horto ejus nominis floruit) Alteburg. anno 1663. 4°.

Samuelis BOCHART eruditiſſimum *Hierozoicum* Londin. anno 1663. fol. 2. Vol. aliqua parte plantas adtingit, ut corallia.

Joh. LIPPAY S. I. *Hortus Poſonienſis* Poſen anno 1664. Ungarice.

EJUSDEM *De inſitione & ſeminatione* Poſon. anno 1663.

EJUSDEM *De fructibus diverſiſſimis producendis* anno 1666.

Ferdinand GRUYWAART *van de doſen der purgantien vomitorien en opiaten* Middelburg 1663. 8°.

Samuel STRANGEHOPES *books of knowledge in* 3. *parts . . . aſtrology, phyſik and husbandry* London 1663. 8°. BODL.

§. DCV. *Georg Gräflinger. Alii.*

GEORG GRÆFLINGER, Notarius Hamburgenſis, cum PETRI *van* AENGELEN opus hortenſe converteret, alia etiam vertit, ut *der franzöſiſche Küchengärtner, welcher unterweiſet, wie Küchen-Kräuter und andere rare Gewächſe aufzubringen und zu bereiten* Hamburg 1664. MULLER. Hanover 1666. Minden 1677. 12°. Wolfenbüttel 1695. 12°. Quem ſcriptorum converterit, ignoro.

EJUSDEM *der franzöſiſche Baum- und Stauden-Gärtner* Hamburg 1677. 8°. Hanover 1666. 12°. & Minden 1677. 12°. cum priori, tum Wolfenbüttel 1695. 12°.*

In oleraceo horto cura & cultus melonum traditur, & cinaræ, braſſicæ, tragopogonis, lactucæ, cichoreii leguminum, plantarum porracearum.

In pomario variæ formæ arborum, earum cultus, ſeminarium, plantatio, inſitio: arbores fructiferæ ſeorſim: earum catalogus & morbi.

Antoine BIET ſacerdos, qui Guianam cum infelice colonia adiit, *Voyage de la France équinoxiale en l'Isle de Cayenne, entrepris* en 1612. Paris anno 1664. 4°.*. Liber tertius huc facit, hominis tamen non indiligentis. Fructus edules, cultos & ſpontaneos, breviter deſcribit. Santalum in Cayenna reperit, Sarſamparillam, Ebenum, alia.

Adriani

Adriani COCQUII, Eccleſiaſtis Vliſſingani, *hiſtoria ac contemplatio ſacra plantarum, arborum & herbarum, quarum fit mentio in Scriptura ſacra* Vliſſing. anno 1664. 4°. *. Exigua pars plantarum ſacrarum hic tractatur: deſcriptiones AUCTOR dat ex botanicis decerptas, tunc multam philologiam, Judaicam & Chriſtianam, & emblematica atque parabolica varia. Dudaim per mala aurea interpretatur.

In *Henrici* POWER *Experimental philoſophy* Lond. anno 1664. 4°. * in parte prima ſeu microſcopica, ſeminum, & pollinis Antherarum, Urticarum & Atriplicum ſpectacula traduntur, & Filicum anuli elaſtici.

§. DCVI. *Johannes Evelyn.*

John EVELYN *Sylva or a diſcourſe of foreſttrees deliverd in the Royal ſociety* anno 1662. London anno 1664. fol. OSB. 1669. fol. 1679. fol. OSB. 1706. 1729. fol. *. Sylvarum cultum multum commendat, quæ in Anglia fere totæ exſtinctæ ſint. Artes docet, quibus ſylvæ conſerantur & conſerventur. Deinde ſingulas arbores contemplatur, earumque cultum dat, & œconomicas utilitates, uſumque medicum. Plenum hoc & inſigne opus.

EJUSDEM *Terra or a philoſophical diſcourſe on earth relating to the improvement for vegetation and propagation of plants, preſented to the Royal Society* 29. April anno 1675. Poſſet etiam ad foſſilium hiſtoriam referri. AUCTOR ſollicite terrarum genera contemplatus, etiam microſcopium ad earum cognitionem adhibuit. Video de fimo fuſe ſcripſiſſe; in ovillo ſtramina mucilagine conjungi, & ſabulo adſpergi. Equinum mera ſtramina eſſe & fœnum. Prodiit cum priori anno 1679. fol. 1706. fol. 1729. fol. *

EJUSDEM *Pomona or an appendix concerning fruit trees in relation to Cyder;* Malorum ad Siceram utilium ſpecies, cultum uſumque parandi potus docet. Multum laudat Siceram Turgovicam, & aliorum etiam auctorum labores cum ſuis conjungit, *Johannis* BEALE, *Pauli* NEILE, J. NEWBURGH, *Silæ* TAYLOR, *Danielis* COLWALL, COOKII, aliorum. London anno 1699. 1729. fol. *

EJUSDEM *Acetaria*, plantarum nempe, quæ ad acetaria quoque modo inferviunt, catalogus, & virium enumeratio. Anglice *of ſallets* London 1699. 8°. OSB.

EJUSDEM *Calendarium hortenſe, or gardeners almanach* London anno 1664. 8°. 1669. 8°. 1676. 8°. OSB. 1706. 8°. OSB. ſeu opera ruſtica, horti, arboreti, per menſes diviſa.

Johannis de la QUINTINIE *Traité des Melons* interpretatus eſt & edidit anno 1693. Eruditus cæterum ſcriptor, neque rei naturalis imperitus.

Ex eadem, ut puto, lingua etiam convertit *the French gardener* 1672. 8°. OSB. 1675. 8°.

Uuu EJUS-

Digitized by Google

EJUSDEM De Sembradore, celebri noſtro ævo inſtrumento, commentarius Phil. Tranſ. n. 60.

Opera omnia Londin. 1706. fol. 1729. fol. *

§. DCVII. *Varii.*

Bern. SWALWE *querelæ ventriculi* Amſterdam 1664. 12°.* continet etiam diæteticen & leguminum indolem.

Pharmacopæa Ultrajectina Utrecht. 1664. 24°. BUR.

J. Chriſt. HIEBNER's *Horti cultura, oder Catalogus aller Simplicien, welche bekannt, und guten theils hier zu finden* Brieg 1664. 8°. ZOCHA. Leipzig 1671. 8°. RIV. 1675. 8°. RIV.

HELF. JUST. WINKKELMANN *der Americaniſchen neuen Welt Beſchreibung &c.* Oldenburg 1664. 4°. RIV.

Car. SCHROETER *de vita & ſanitate plantarum* Jena 1664. 4°. HEFTER.

Stephen BLAKE *the complete gardening practice* London 1664. 4°.

J. Gottfried OLEARII (Oelſchlager) *Specimen floræ Hallenſis ſ. deſignatio plantarum hortuli ſui* Hall. 1664. 12°.

EJUSDEM *Hyacinthen Betrachtung* Leipzig 1665. 12°.

P. SCHNEIDER's *Kellermeiſterey* Nürnberg 1664. 8°.

Hoc anno HIERONYMUS BAUHINUS, CASPARI nepos, edidit J. T. TABERNÆMONTANI *neu vollkommen Kräuterbuch.* fol. Baſil.*

Pierre BOUCHER *Hiſtoire naturelle de la nouvelle France dite le Canada* Paris anno 1664. 12°. BURETTE. FALC.

Robert TURNER *The British phyſician or the nature and virtue of english plants* London anno 1664. 8°. 1687. 8°.

Edward MAYNWARING *Tutela ſanitatis, ſeu vita protracta* Londin. anno 1664. 8°. Anglice anno 1683. 8°. cum titulo *Method of enjoying health and vigour.*

EJUSDEM *Diſcourſe that tobaco is the cauſe of ſcurvy* ibid. anno 1672. 4°.

§. DCVIII. *Melchiſedeck de Thevenot.*

Melchiſedec de THEVENOT *Voyages en Europe, Aſie & Afrique* Paris anno 1664. 4°. 1674. 4°. BURETTE, & poſteriora volumina ſeu Indica anno 1682. 8°. 1683. fol. 1684. 4°. OSB. 1689. 8°. OSB. ANDERS. BURETTE, & in Belgio, cum titulo Paris anno 1689. 8°.*. Anglice *voy. to the Levant* Lond.

Digitized by Google

Lond. 1687. fol. Germanice Francofurti anno 1693. 4°. Auctor nobilis Lotharingus, mores quidem potiſſimum, & facilius ſub oculos cadentia, adnotavit, ad rem tamen herbariam hactenus animum adplicuit, ut quinque volumina ſtirpium ſiccarum collegerit, aliquas etiam plantas paſſim adnotaverit, uti ſponte ad vias naſcuntur, nonnullas deſcripſerit, Apocynum denique arboreum venenatiſſimum depinxerit. Scammonium Smyrnæ docet ex convolvulo parari arvenſis minoris ſimili, foliis hirſutioribus & majoribus, minus bene inciſis, quam Scammonium Syriacum (*p*). Semen Sumach cum aqua conquaſſatum gratum & ſalubrem potum præſtare (*q*), Livas ſeu Ribes veterum gratiſſimo eſſe acore (*r*). Gummi Arabicum ex Acacia ſpinoſa parari &c. Maſſiliæ Coffeæ potus prius notus fuerat, THEVENOTUS tamen potiſſimum eum in Galliam introduxit (*s*): ubi anno 1671. publice coffeæ decoctum vendi cepit (*t*), aut anno 1669 (*u*). Primum iter ſuſcepit anno 1652. nondum viginti annos natus, quo Italiam, Aſiam Turcicam, Ægyptum, & Palæſtinam adiit. Altero, anno 1663. ſuſcepto, adiit Perſiam, Indoſtaniam, quam iterato nonnullis terreſtribus itineribus percurrit, & in eo itinere anno 1667. Miamæ in Perſia obiit. Malles ea ſola deſcripſiſſet, quæ ipſe vidiſſet; ſed plurima aliena inmiſcuit, ut ea paſſim auditu perceperat.

EBN BAITHARIS opus, quod deſtinabat, edere non potuit, morte præventus.

§. DCIX. *Varii.*

F. Mariæ BRANCACCIO Cardinalis *de uſu & potu Chocolatæ diatribe* Rom. anno 1664. 4°. alii 1665. 4°. 1666. 4°. SEGUIER. 1673. fol. & inter *octo diſſertationes* 1672. fol.

GUSTAV. LAHNMAN *De horti cultura* Upſal. anno 1664. 4°. SEGUIER.

J. FORSTER *Englands happyneſs increaſed by a plantation of potatoes* Lond. anno 1664. 4°.

Phytologia ſacra ou diſcours moral ſur les plantes de la Ste Ecriture Angers anno 1664. 4°. SEGUIER.

The fruit trees ſecrets London 1664. 4°. HAUSVAT.

Jonathan GODDARD *ſome obſervations concerning the nature and ſimilar parts of a tree* &c. cum EVELYNO London 1664. fol.

(p) II. p. 120.
(q) p. 3. L. I. c. 13.
(r) T. III. ad fin.
(s) *Traité hiſtorique du Caffé* p. 369.
(t) *Traité de l'origine du Caffé* p. 313.
(u) p. 373.

Digitized by Google

IDEM *in diſſ. de medicina* agit de erroribus pharmacopolarum.

Caſpar SCHOTT J. S. *phyſica & technica curioſa* &c. Herbipoli 1664. & 1667. 4°. In *Phyſica curioſa*, quæ Herbipoli anno 1667. 4°. * prodiit, *Appendix* eſt botanici argumenti de vaſtis arboribus aliisque Indiæ arboribus admirationem merentibus, & de palingeneſia.

Hermanni GRUBE *de vita & ſanitate plantarum* Jena 1664. 4°. MERKL.

EJUSDEM *Analyſis mali citici compendioſa* Hafn. 1668. 8°. * Vires medicata tradit.

EJUSDEM *de facultatibus ſimplicium medicamentorum cognoſcendi* Francofurti 1669. 8°. * Eas facultates ex colore & ſignaturis non innoteſcere, ſed ex odore, ſapore, experimento vel caſu nato, vel de induſtria facto. Contra nimias aliquas vires, quæ nonnullis medicamentis imputantur. Generalia fere, & absque proprio experimento.

§. DCX. *Varii.*

Hieronymi NIGRISOLI *Progymnaſmata 6. quorum 2. eſt de ſucci Citri, & Limonum viribus & uſu in febricitantibus & puerperis. 6. Alcannam Arabum non eſſe Caſſiam, & quid ſit?* Guaſtallæ anno 1665. 4°. BURETTE.

Promiſit ſe editurum anatomen plantarum GREWII cum ſuis obſerv.

Laurentius BELLINUS in ſuo *de guſtus organo* tractatu ſalium vegetabilium varias figuras definivit, endiriæ, cucurbitæ, colocynthidis, hellebori albi, acetoſæ, meliſſæ, cichorei, parietariæ, abſinthii.

Caſpar MARCHIUS *programmate ad præparationem theriacæ Andromachi* invitavit Kiel 1665. 4°.

J. *Thomas* RIOLLET *Remarques curieuſes ſur la thériaque avec un excellent traité ſur l'orvietan* Bourdeaux anno 1665. 8°. BURETTE.

W. G. *A true Gentlewoman's deligth wherein is containd all manner of Cookery* London 1665. GUNZ.

La manière de cultiver les arbres fruitiers Paris anno 1665. 12°.

Huc refero *Richardi* LOWER curationem, quæ fit Avenæ decocto, Germanice anno 1722. 8°. cum titulo *Die Habercur* recuſam, & alias, cujus primam editionem ignoro.

J. *Arnoldi* FRIDERICI Jenenſis *Diſputatio de Guajacan* Jen. anno 1665. 4°.*.

De Tabaco anno 1667. 4°.*.

De Pæonia anno 1670. 4°.*.

Rutgeri

Rutgeri HERMANNIDÆ *Hortulus Velavicus* Hadervic. anno 1665. 8°. *. Orationes botanici argumenti.

§. DCXI. *Hortus Regius Pariſinus.*

Hortus Regius Pariſinus anno 1665. fol. *. In dedicatione nominatur *Antonius* VALOT Archiatrorum comes, auctor autem eſt *Dionyſius* JONQUET. Prima pars eſt totius horti catalogus, nempe plantarum 4000. quarum equidem pars major eſt varietatum, non paucæ tamen Canadenſes, Narbonenſes & Alpinæ intercedunt. Acceſſit appendix unius folii.

§. DCXII. *Balthaſar Monconis.*

Balthazaris MONCONIS de LIERGUES Judex Lugdunenſis, mira curioſitate motus arcanorum diſcendorum, ipſius etiam alchemiæ & Magiæ ſuis oculis uſurpandæ, tria itinera ſuſcepit, Luſitanicum; Ægyptium, Smyrnæum & Conſtantinopolitanum; Anglicum, Belgicum, Germanicum & Italicum, Hiſpanicum, hoc antiquius. In iis multas plantarum parum notas facultates paſſim collegit, ſæpiuſcule vanas. De caprificatione egit, Muſamque ſub dio in Luſitania florentem depinxit. Prodiit ejus *Journal des voyages* de M. de M. T. I. II. III. Lyon anno 1665. 4°. *. Denuo Paris anno 1695. 12°. 4. Vol. *. & in Belgio. Germanice Augſpurg 1697. 4°. VATER. In Tomo IV. varia arcana & medicamenta dicuntur, quæ paſſim ad herbas pertinent. In itinere Italico aliquas plantas horti Piſani recenſit.

§. DCXIII. *Robertus Hooke.*

Roberti HOOKE, aliquamdiu Societati Regiæ a manu, *Micrographia or ſome phyſiological deſcriptions of minute bodies made by magnifying glaſſes with obſervations and inquiries* London anno 1665. fol. *. Induſtrius vir, melancholicus, totus deditus labori, & in experimentis ſolers, valde augentibus vitris uſus eſt. Huc fabrica ſuberis. De mimoſa experimenta, quæ a colore & aliquibus erodentibus, aliisque cauſis folia contrahit. Mucor & Embolus, Bryum. Marinæ plantæ elegans reticulum. Rete in folio Roris marini cum cryptis. Urticæ aculeus. Ariſta hordei. Semina ſpeculi veneris, Thymi, Papaveris, Portulacæ.

Compendium ſplendidi operis anno 1745. Londini fol. * prodiit, conſervatis tabulis, ſermone contracto, rejectis ratiociniis HOOKII.

EJUSDEM *Philoſophical experiments and obſervations publiſhed by W.* DERHAM London anno 1726. 8°. *. Pauca huc pertinent. De herba narcotica Bangue, Cannabis ſpecie, absque noxa inebriante. De Noſtoch & liquamine, in quod diſſolvitur. Queritur PHILIPPUM la HIRE ſua de poroſitate ligni inventa expilaſſe, & alioquin Gallos accuſat aliena ſibi tribuentes (x).

(x) Poſth. p. 447.

Digitized by Google

Ab eo tempore microſcopia ad intimam fabricam plantarum cognoſcendam frequenter adhibita, MALPIGHIO, GREWIO, LEEUENHOECKIO auctoribus, eam hactenus ignotam, & ſua ipſa in ſimplicitate latentem anatomen revelaverunt.

§. DCXIV. *Johannes Rea.*

John REA *Flora or a compleat florilege with all requiſites belonging to a floriſt in III. books* London anno 1665. fol. *, auctius anno 1676. fol. Ipſe flores coluit. L. I. continet florum cultum, ex proprio, ut de ſe ipſo teſtatur, experimento, natum, & florum catalogum cum deſcriptionibus, etiam indigenarum. In *Cerere* iterum plantas deſcribit, ſed vulgares, tum coronarias. *Pomona* ad arbores ſpectat hortenſes, etiam ad ſylveſtres aliquas, cum varietatibus.

§. DCXV. *J. Daniel Major.*

J. *Daniel* MAJOR, Vratiſlavienſis, in nova Kilonienſi Cimbrorum Academia anatomes & botanices profeſſor, *de planta monſtroſa Gottorpienſi*, *&* *de coaleſcentia ſtirpium*, *&* *circulatione ſucci nutritii* ſcripſit Slesvicæ anno 1665. 4°.*. Helianthi varietatem deſcribit, flore monſtroſo, caule ex duobus connato. Deinde Chamæmelum faſciato caule.

EJUSDEM *Rei herbariæ cupidis* Kiel anno 1667. 4°.*. Catalogus plantarum in agro Germanico hortisque vulgo naſcentium, ſecundum menſes & loca natalia, idem, quem KENTMANNUS Gieſſæ anno 1609. & Wittebergæ anno 1629. ediderat.

EJUSDEM *Americaniſche beym Schloſſe Gottorf blühende Aloë* Slesvic anno 1668. 4°.*. Hiſtorice potius & medice, non adeo botanice de hac Aloë Americana agit, quæ in horto ſcapum florigerum exſeruerat.

EJUSDEM *de myrrha & locuſtis* Kiel 1668. 4°. Exſtat in collectione Leidenſi 1732. fol.

EJUSDEM *Memoria initiati horti medici* Kiel anno 1669. fol. Breviter etiam aliorum hortorum Europæ hiſtoriam tradit.

In *Memoriali* Kiel 1669. 4°. de vegetabilibus littoris holſatici, algis, fucisque aliqua habet.

EJUSDEM *Catalogus plantarum quorum mentio fit in* W. ROLFINK *l. 2. de vegetabilibus in gratiam prælectionum* Kiel 1673. 4°.

In *Collegio medico curioſo*, inque ſpecimine I. agit de dilatatione Roſæ Hierichuntinæ in aqua.

Muſæi Cimbrici aditum 1. *&* 2. video prodiiſſe anno 1689. 4°. cujus aliquam catalogum dant in Nov. Lit. Mar. Balth. Plantas etiam rariores continebat.

In

Digitized by Google

In Ephemeridibus Natur. Cur. Dec. I. ann. 3. obſ. 241. habet Citrium prægnans. Ann. VIII. De cera Roſarum, & tubulis roridis Roſarum n. 6. & 7.

§. DCXVI. *Academiæ. Societas. Regia Britannica.*

Aliquæ hoc tempore jam Academiæ fuerant, quæ ad rem naturalem ſcrutandam ſpectabant, Lyncea potiſſimum. Verum nihil iſta ediderat, quod ad rem herbariam ſpectet. Nunc vero menſe hujus anni 1665. (y) februario prima prodiit Scheda *Societatis Regiæ Britannicæ.* Ea *Johanne* WILKINS Epiſcopo potiſſimum auctore, ex privata Societate Oxonienſi ab anno 1645. paulatim coaluit, & Regia denique auctoritate 15. Julii anno 1662. confirmata eſt, aque eo tempore ſupereſt. Nullo publico beneficio unquam adjuta, diu ex ſodalium contributione ſe ſuſtentavit, atque paſſim in non exiguas difficultates incidit (z), cum primus ardor deferbuiſſet. Libera etiam voluntariis ſolum laboribus ſociorum ſua diaria continuavit. Adoptionum olim liberalior fuit, & ad plurimos ſe extendit, quas adoptiones alibi Princeps ad viros fere ſelectos coercet. Prima tamen lex fuerat, ſapienter lata, ut ſodales experimentis incumbant, de theoria ſecuri. In gente opulenta, & ſtudioſa, nunquam non fuerunt viri, publici boni & veritatis illuſtrandæ cupidi, qui ſua ſymbola literaria conferrent. Regnante JACOBO II. equidem aliquamdiu languit, ut annis 1688. 1689. & 1690. nulli numeri prodirent, convaluit tamen imperante GUILIELMO, & ad noſtra usque tempora pergit ſuos commentarios edere, quos vocat *Philoſophical Tranſactions*, ut ab anno 1679. ad annum 1682. ſeptem intercederent *Philoſophical collections* & Lectiones CUTLERIANÆ a *Roberto* HOOKE editæ, poſt quas omnia in priorem ordinem redierunt, & *Tranſactionum Phil.* Tomus LIX. nuper prodierit. Numeri fuerunt 497. nunc ab anno 1751. deſitum eſt numeros addere.

In primis voluminibus multi cenſebantur libri, & mera literarum undique conquiſita commercia partem magnam efficiebant operis. Nunc fere totum inpenditur ipſis ſcriptis Cl. virorum, & de univerſa re naturali, & de mathematibus, & denique de re literaria agentibus.

Inde cum amplum opus magno ſumtu coemeretur, & ne divitibus quidem emtu facile eſſet, compendia nata ſunt varia, in quæ præcipua rerum momenta ſunt contracta. Ejusmodi eſt compendium *Johannis* LOWTHORP, quod numeros ad annum uſque 1700. editos continet Londini editum, & Italice recuſum Venez. 1733. 4°. 5. Vol. Neapoli 1723. 4°. 3. Vol.

Inde BENJAMIN MOTTE ad annum 1720. compendium continuavit, duobus voluminibus 4°.*.

Aliud Cl. JONES, REIDIUS & GRAJUS ad annum 1732. protraxerunt. Aliud ab anno 1719. ad 1733. J. EAMES & JOH. MARTIN, deinde MARTINUS ab

(y) In reliqua Europa eſt annus 1666.
(z) BIRCH. *hiſt.* T. IV. anno 1681. 1687.

Digitized by Google

ab anno 1733. ad 1744. Alia eſt continuatio cujus BADDAM 10. Vol. 8°. anno 1745. edidit. Omnes iſti epitomatores, dum ſumtus minuere ſtudent, in multis utilitati publicæ defuerunt. Icones parvæ & ſæpe infra omnem dignitatem contractæ. Omiſſa paſſim, quæ maximi uſus eſſent, ut S. BROWN plantæ, tum BROWNII & PETIVERII, & BLAIRII Elephanti anatome. Quare conandum eſt, ut ipſum opus habeatur. Exiguo uſui fuerit volumina quinque priora redimere, quæ Lipſiæ anno 1675. 4°.*, aut ſex volumina numerique 68. qui Amſtelodami in 12°.* prodierunt, utraque latine verſa, ut tamen de infideli interpretatione Societas Regia conqueſta ſit. Sed etiam Cl. BREMOND quinque annos ab anno 1731. ad 1735. Cl. vero DEMOURS ſex alios annos ab anno 1737. ad 1743. gallice vertit & ſplendide edidit, non ſine auctariis. Verum & id inſtitutum perennitate caruit.

Quæ botanici argumenti non pauca his voluminibus continentur, ea dicam cum ſuis auctoribus.

Conjungi vero debet cum hoc opere aliud, quo res geſtæ Societatis Regiæ, a primis initiis, ad annum 1687. ex faſtis recenſentur, & paſſim, ſed breviora aliqua rerum momenta ſupplentur, quorum nulla in magno opere mentio eſt, *Thomæ* nempe BIRCH *hiſtory of the Royal Society*, cujus IV. Tomi anno 1756. & 1757. prodierunt. De circulatione ſucci arborum, de ficus ſucco ad colores temperandos optimo, & alia botanici argumenti hic reperias.

In T. IV. ſolanum tuberoſum hydropem generare, ſuccum arborum nutritium per corticem deſcendere; nam remoto anulo corticis arbuſculam ſuperne craſſeſcere, inferne gracilem eſſe.

Alius ſcopus eſt *Thomæ* SPRATT Epiſcopi, qui anno 1667. 4°. tum ter aliis annis, & nuper anno 1734. 4°.* recuſam dedit *Hiſtory of the Royal Society for the improvement of natural Knowledge.* Prima initia, laudes & apologiam Societatis ſcribit. Habet aliqua ad artem tinctoriam facientia.

§. DCXVII. *Journal des Savans.*

Eodem fere tempore & paulo prius, Januario menſe anni 1665. prodiit primum volumen adfinis diarii, *Journal des Savans,* quod etiam nunc poſt abſolutum ſeculum porro continuatur. In principio idem fere, qui alteri, operi ſcopus erat, novos libros recenſere, addere rariorum phænomenorum adnotationes; tum ex Londinenſibus Tranſactionibus, Diario Italico, quod proxime dicemus, Ephemeridibus Germanicis; tum ex Academiæ Pariſinæ inventis ſumtas, quæ ad annum 1699. fere omnia hic primum edita comparent. Eæ adnotationes rerum que naturalium hiſtoriæ poſteriori ævo fere omiſſæ fuerunt, ut nunc quidem cenſura fere librorum ejus diarii præcipuus ſcopus ſit. Primus auctor fuit Senator *Denis* de VALLO D. de HEDOUVILLE: Ei anno 1666. ſucceſſit Abbas GALLOIS; anno 1675. M. la ROQUE; anno 1687. præſes in Curia Pariſina COUSIN. Idem Diarium anno 1701. curæ Cancellarii Regni ſubjectum fuit, &

Digitized by Google

& anno 1702. collegium doctorum virorum conſtitutum, quibus cenſuræ librorum committerentur, qui iidem apud BIGNONIUM convenirent. Primi cenſores fuerunt DUPIN, ANDRY, FONTENELLE & VERTOT. Ab anno 1707. cepit hoc diarium intervallis menſtruis prodire, prius hebdomadario diario ſimilius. Pergit Pariſiis 4ta forma excudi, Amſtelodami 12ma, immenſum Diarium: cum ſatis fuſa cuique libro cenſura detur.

§. DCXVIII. *Robertus Murray.*

Roberti MURRAY De propagatione Mororum in Virginia Phil. Tranſ. n. 12.

EJUSDEM De Cereviſiæ in Scotia coctione n. 141.

In *Thomæ* BIRCH collectione T. II. anno 1671. plantam laudat adverſus canis rabidi morſum, quæ T. IV. pro lychnide viſcoſa habetur.

§. DCXIX. *J. Michaël Fehr.*

J. *Michaelis* FEHR, Swinfurtenſis medici, qui inter primos fuit Academiæ naturæ curioſorum ſtatores, & ejusdem alter Præſes, *Anchora ſacra, vel Scorzonera* Jenæ anno 1666. 8°.*. Commune inſtitutum his *Curioſis* fuit, plantam deſcribere, de qua erant acturi, tum ſpecies reliquas, aut homonymas; inde præparationes medicas, viresque medicatas, demum formulas addere, quas quæque plantæ ſubiiſſet. Noſter præterea catalogum dat plantarum circa patriam civitatem naſcentium, inter quas rariores variæ, Botrys, Draba ſtrictiſſima, Hypochœris Coſta, Chamæpitys Auſtriaca, Gentiana punctata, Linaria cærulea, Adonis perennis, Caryophyllata alpina lutea, Iris tenuifolia, Fraxinella, aliæ.

EJUSDEM *Hiera picra, ſeu de Abſinthio analecta* Lipſiæ anno 1667. 8°. *. Forma eadem: inter Abſinthia locus datus umbellifero CLAVENNÆ, cæterum pauciſſimæ ſpecies dictæ. Præterea plurima alia, etiam vermium hiſtoriæ tæniæque, & de rore, & nebula aliqua admiſta.

EJUSDEM De Arnica lapſorum panacea in Eph. nat. cur. Dec. I. ann. IX. X. n. 2.

De Chryſanthemo monſtroſo & maliformi Citro ib. n. 3.

Dec. II. Ann. I. n. 4. de uva verſicolore.

§. DCXX. *Olaus Rudbek pater. Terzago.*

Olai RUDBEK patris, cui gloriam inventorum vaſorum lymphaticorum alibi tribuimus, viri vaſti ingenii, & in magnis operibus pertinaciter laborioſi, aliqua pars curarum ad rem herbariam pertinuit. Obiit anno 1703.

Delicias vallis Jacobeæ D. de la GARDIE anno 1664. 12°. editas non vidi. Sed habet LINNÆUS.

Digitized by Google

Hortus botanicus (Upſalienſis) primum anno 1658. 12°. editus. Ej. Auctarium noviſſimum prodiit Upſal. 1666. 12°. & *hortus ipſe variis exoticis indigenisque plantis instructus* Upſaliæ anno 1685. 8°.*. Induſtrie ſcriptus catalogus, etſi merorum nominum, habet cenſum plantarum ſpontanearum Sueciæ, inter quas Aconitum lycoctonum cæruleum, Ciſtus Ledon Oelandicus, Fragaria Suecorum fruticans, Orchis Lapponum, Vicia minima *noſtras* purpurea biflora.

Ejusdem & Filii cognominis magnum opus, *Campi Elyſii*, pene totum in Upſalienſi incendio periit, cum numeroſiſſimis, quas continebat, iconibus ligneis ad 10000. vel 11000. Diſpoſuerat ad Bauhini ordinem, partim undique collatitias, partim & proprias plantas, cum ſolis nominibus, forma quæ a folio grandi dicitur. Ejus operis exigua pars ſuperfuit. Libri quidem I. quo Gramina continentur, tria exempla dicuntur reliqua eſſe, quæ nunquam mihi contigit vidiſſe. Sed Librum ſecundum poſſideo, & ipſum rarum, cura *Olai* Rudbekii patris & filii & nepotis, cognominum omnium, Upſaliæ anno 1701. editum, quem (*a*) bonus ſenex orſus erat. Uſus erat etiam ſiccis Burseri plantis, quas Coyetus olim *Thomæ* Bartholino deſtinaverat, nunc ex ejusdem Coyeti dono Academia Upſalienſis poſſidebat. Liliaceæ ſtirpes & Orchideæ bulboſæ hoc Tomo continentur, copioſiſſimæ, cum varietatibus ſuis, multisque ejusdem plantæ repetitionibus, inter Orchides vel potiſſimum. Hic primum Orchis Laponum delineatur, quæ Calceoli ſpecies eſt, & Corallorrhiza. Intercedunt alienæ Orobancheæ & Squamaria.

In rariſſima *Atlantide* etiam de plantis Sueciæ aliqua reperiri perſuadeor, neque enim ad manus habeo. Tomi III. fol. ſunt, Upſaliæ annis 1675. 1689. & 1698. editi, cujus operis reliqua interierunt.

Carolo Maria Terzagi *Muſeo e Galleria del S. Manfredo* Settala, ac creſciuto da *Pietro Franciſco* Scarabelli Tortona anno 1666. 4°.*. Inter alia rariora habet lignum Aloes verum, & ſpurium; L. Rhodium: balſama varia: Cacao: Calambi lignum: Cannas Indicas: Cannellam: Chartam Chinenſem & Japonenſem: Cocci genera: Corallia: Ebeni ſpecies: Fructus exoticos varios: gummata: lignorum magnam varietatem: olea varia.

Idem P. M. Terzagi ſcripſit de diſtantia ad quam orizæ agros oportet a civitatibus removere Mazzuchelli *muſ.*

§. DCXXI. *Franciſcus Redi.*

Franciſci Redi, nobilis Aretini, viri ingenioſi, Poëtæ, inſectorum & animalium minorum ſcrutatoris, multa ſunt opera, quæ aliqua parte ad rem herbariam pertinent.

Ejus

(a) *Act. Lit. Mar. Balth.* 1701. p. 17.

Digitized by Google

Ejus *Notizie intornò alle Palme* Firenz. anno 1666. editæ dicuntur Seguier, neque tamen videntur tunc ex prelo prodiiſſe. Repetuntur in *Giornale di letter* T. 32. multumque habent Arabi. um literarum, quas *Chogia* Abul-Gaith cum Redo communicaverat; redeunt etiam in editione Veneta operum omnium inque T. VI. Negat Redus neceſſitatem fecundationis florum femininorum, etſi mares neſcio quid conferre fatetur. De melle dactylorum, eorumque varietatibus, & cerebello Palmæ.

Ejus epiſtola de potu Coffeæ in *Giorn. de Letter Suppl.* III.

De ſalibus factitiis T. II. opp. p. 99.

Ejusdem *Eſperienze intorno a diverſe coſe naturali e particularmente a quella che ci ſon portate dell' India* Firenz anno 1671. & 1686. 4°. *. & latine Amſterdam 1675. 12°. De fructu Araticui, Braſilico, grati ſaporis. De Pimiento di Ciapa ſeu Amomo: De Badjani: De radice J. *Lopez* Pineiro, radice *Queijo*, *radice della Manique*: Venenatiſſima vis olei Tabaci experimento hic confirmatur.

Ejusdem *Etymologia Italiana* Genev. anno 1685. fol. & in operibus omnibus, parvum eſt lexicon, in quo plantæ etiam variæ, earumve partes docte exponuntur.

Ejusdem *Bacco in Toſcana Ditirambo con le annotazioni* Firenze anno 1685. 4°. 1691. 4°. Falconet. Brunduſii 1763. 12°. Poëma dithyrambicum de laudibus vini in Hetruria naſcentis, nobile & pindaricum opus. In adnotationibus plurima ſunt botanici argumenti propria, & de Chocolata poëma.

In *epiſtolis* paſſim botanicæ rei aliqua intercurrunt, de reſina Jalapæ, Raphano rubro, Thea, Vallonea, Patatas Africana, & glandibus edulibus ejus regionis. In tractatu de ſalibus factitiis pondera definit cinerum & ſalis, quæ ex multis herbis obtinuit.

Opera omnia prodierunt Napoli anno 1687. 8°. Burette. Venet. anno 1711. & 1712. 8°. maj. 3. Vol. 1728. 1742. 8°. maj. 7. Vol. *.

§. DCXXII. *Academia Regia Scientiarum Pariſina.*

Hoc anno altera princeps Academia in Gallia condita fuit, cujus ſumma ſunt in rem herbariam merita. Dudum apud Mersennum primum, inde apud Thevenotium, & Monmortium viri docti conveniebant, ut de rebus naturalibus ſermones miſcerent. Deinde duæ Academiæ coaluerant, Phyſicorum altera, altera mathematicorum. Eas Colberti ſuaſu Ludovicus XIV. die 22. Decembr. anni 1666. in unam *Scientiarum Academiam* convenire juſſit, quæ porro ſatis libera, & Anglicæ ſimilis, ſub Regia tamen tutela, ad annum 1699. ſuperfuit.

Digitized by Google

Hujus Academiæ res geſtas J. B. du HAMEL in hiſtoria Academiæ Regiæ Scientiarum deſcripſit, quæ Pariſiis anno 1698. 4°. * & 1702. 4°. * auctior prodiit, præcipua etiam momenta novorum inventorum in compendium contracta recenſuit. Deinde poſtquam annorum 1692. & 1693. *Mémoires de mathématique & de phyſique* Pariſiis iis annis in 4°. prodierant, in Belgio recuſi, omnes Commentarii hujus prioris Academiæ ab anno 1730. Pariſiis conjuncti prodierunt Vol. XI. 4°. *. Inter eos Commentarios multa ſunt PERRALTI, MARCHANTII, DODARTII, TOURNEFORTII, quæ ſuis locis recenſebimus.

§. DCXXIII. *Claudius Perrault.*

Prior *Claudius* PERRAULT anni jam 1667. menſe Januario, deinde anno 1668. ſuam de circulatione ſucci plantarum ſententiam dixit, quæ deinde cum reliquis *Eſſays de Phyſique* Pariſiis anno 1680. excuſa proſtat. Plantas corde poſſe carere putat, & ſucci in circulum iter demonſtrari ex vitio partis unicæ, ad omnes propagato: ex morte arborum, quibus verno tempore folia detrahuntur, aut ſtolones ab animalibus eroſi fuerunt: ex vita plantæ de terra evulſæ, cui ſola coma in aquam inmergitur, quam reſorbet, ex eorum adeo foliorum ad alendas radices neceſſitate; ex vegetatione hinc per radices, inde per ramos. Habere plantas & ductus ad radicem ducentes, & a radice ſurſum. Ex radicibus truncatis ſuccum crudum ſuperne reſorbtum prodire. A relapſu ſucci fieri, ut ligatæ plantæ ſupra vinculum intumeſcant. Denique docet ſuccum inutilem ex radice adſcendere, & coctum in eamdem redire. Germinationem Cucurbitæ deſcribit; ſemen finditur & ex una parte radix, ab altera caulis prodit, unaque ſemen incrementa capit. In plantis ferulaceis apparere ductus lactiferos, diſtinctos a ſpongioſa ſubſtantia, in qua ſuccus eſt aqueus.

Inde cum Cl. *Samuel* COTEREAU du CLOS aliqua contra ſententiam Cl. viri propoſuiſſet, reſpondet PERRALTUS, motum ſucci plantarum ab aere pendere, & a fermentatione ſucci nutritii. Belgice hæc tentamina prodierunt anno 1721. 4°.

Egit etiam in Journal des Savans anni 1675. n. 14. de Piris folia & flores ex fructu producentibus. Recuſa ſunt in Mem. de l'année 1692.

§. DCXXIV. *Chriſtophorus Helwig.* *Alii.*

Chriſtophorus HELWIG, Profeſſor Griphiswaldenſis, cum MURALTO, Helvetiæ & Rhætiæ montes peragravit, Italiam, Galliam Narbonenſem, Angliam, & Apenninos montes vidit; non minimum plantarum collectarum numerum reliquit (*b*). Orationem *de ſtudii botanici nobilitate* Baſileæ edidit anno 1666. 4°.

EJUSDEM *Programmata* ad excurſiones botanicas anno 1669. 1677. & alias prodierunt.

Franciſci

(*b*) SCHEFFER. p. 193. Plantarum fuit 4000.

Digitized by Google

Franciſci PETERSEN *De potu Coffée* Francofurti anno 1666. 4°. SEGUIER. Idem eſt opuſculum, quæ diſp. præſide *Laur.* STRAUSS Gieſſæ eodem anno defenſa, cum programmate Pariſino. Conf. p. 520.

J. SCULTET *plantarum cultura oratione exculta* Noriberg. anno 1666.

De BOURGES *Voyage de l'Evêque de Bérite par la Turquie, la Perſe, les Indes*, Paris, ut videtur anno 1666. (*Phil. Tranſ.*) Habet aliqua de fructibus & cerealibus ejus regionis.

Joſ. BLAGRAVE *Supplement to Nicol.* CULPEPERS *engliſh phyſician, containing a deſcription of all ſorts of plants who grow in England and are omitted in the Engliſh phyſician* London anno 1666. 8°. 1674. 8°. SEGUIER.

Cum CHIMENTELII *marmore piſano* prodierunt epiſtolæ de muſcis odoriferis Piſanis Oxon. 1666. 4°. SEG.

J. SCHLEMM de Φυλλοβολια *ſ. diſperſione foliorum, frondium, termitum virentium, florum, ſertorum, qua uſi veteres* Jena 1666. 4°. LEHM.

Joh. Erneſt. HERING *de uva* Witteberg. 1666. 4°. HEFTER.

EJUSDEM *œconomiſcher Wegweiſer* Jena 1680. 8°.

Georg Andreas BOEKLER *Haus- und Feldſchule* Frankfurt 1666. 4°. 2. Vol. Nürnberg 1683. 4°. Frankfurt und Leipzig 1699. 4°. Inter alia huc facientia, etiam arbores ex foliis docuit educare.

Caroli v. MANDER poëma *de pulvere tabaci* Hafniæ 1666. 4°.

Samuel SORBIERE *voyage en Angleterre* Cologne 1666. 12°. an huc facientia continent, non ſatis novi.

Viaggi orientali ne' quali ſi deſcrivono— animali, alberi, *piante, frutti* Rom. 1666.

Les Merveilles d'Egypte traduit de l'Arabe de MURTADY fils de GAPHIPHI, par M. VATTIER Paris 1666. 12°.

Jac. GAVOIS *An æſtate fugacium fructuum uſus innoxius* Lutet. 1666. PL.

§. DCXXV. *Olaus Borrichius.*

Olaus BORRICHIUS vir undique eruditiſſimus, peregrinatione ſua curioſiſſime uſus, Academiam Hafnienſem condito Collegio auxit, Chemiam quidem impenſius amavit, nullam tamen partem hiſtoriæ naturalis neglexit, ſed neque botanicen. Obiit anno 1690.

Ejus eruditæ varii argumenti Epiſtolæ plurimæ exſtant inter BARTHOLINIANAS.

EJUSDEM *Liber de ortu & progreſſu chemiæ* Hafniæ anno 1668. 4°. * auctior rediit; cum titulo *Hermetica Ægyptiorum & chemicorum ſapientia* ab H.

Digitized by Google

CONRING *animadverſionibus vindicata* Hafniæ 1674. 4°. *, in qua de plantis Ægyptiorum integrum & erudititiſſimum eſt caput 4. Fuſe pro palingeneſia.

EJUSDEM *Lingua pharmacopæorum, ſeu de accurata vocabulorum in pharmacopoliis uſitatorum pronuntiatione* Hafn. anno 1670. 4°.*. Etſi de ſyllaba tantum longa videtur quærere, & brevi, doctum tamen eſt opus, cum verſus antiquorum poetarum in teſtimonium adducat. Paſſim etiam utilia adnotat, ut vocum græcarum apud AVICENNAM corruptionem.

EJUSDEM *De ſomno & ſomniferis maxime papaveraceis* diſſ. Hafniæ anno 1683. 4°.*. Papaveris antiquitates. Inde analyſes: vim Opii eſſe in morandis motubus animalium.

EJUSDEM *De uſu plantarum indigenarum in medicina: & de clyſſo plantarum, & Thee ſpecifico enchiridion* Hafn. anno 1688. 8°.* 1690. 4°. HEFTER. Ad quemque morbum, & ad medicatarum virium claſſes, dat catalogos plantarum indigenarum. Clyſſum vocat aquam ſtillatitiam plantæ recentis, neque fermentationem paſſæ, per balneum Mariæ correctam, cum reſiduo ſiccato expreſſam. Theiformes inde dat formulas. Germanice prodiit *kurzer Bericht vom Gebrauche der einländiſchen Pflanzen* Hamburg 1696. 8°. MEIS.

Inter diſſertationes, ſeu orationes, Academicas a *Samuele* LINTHRUP Hafniæ anno 1715. 8°.* editas, prima eſt de experimentis botanicis, anni 1675. Inter alia tellurem Braſilianam a *Mauritio* NASSOVIO advectam primo innumeras plantas Braſilicas reddidiſſe, inde ſenſim Batavas. Inter medicatas plantas laudat etiam Belladonnæ externum ad cancrum uſum. Diſſertatio V. eſt de venenis. Laudat eorum vires medicatas, Aconiti ad lepram, Cicutæ internum uſum ad febres malignas. Taxi umbram negat nocere. In diſſertatione *de qualitatibus occultis* aliqua de plantis ſunt, ut Hellebori globulum in *fonticulum* brachii immiſſum vehementer alvum ducere.

In Tomo II. Diſſertatio de natura dulcedinis hactenus huc facit.

Multa ejus ſunt in *actis Hafnienſibus.* In Vol. I. n. 59. de plantis in planis ſilicibus natis, de Alga Saccharifera.

N. 60. Orchis hebræa & tetrorchis.

N. 61. Hyoſcyami radix ſpiralis.

N. 62. Chamæmelum & Hieracium contortuplicatum.

N. 63. Ranunculus, Cotula, Heſperis, Chamæmelum, petiolus Ceraſi, faſciata omnia.

N. 64. Ophiogloſſum, Plantago ſpica bifida.

N. 65. Kali, Ranunculus punctata.

N. 66. Muſcus catharticus Islandiæ.

N. 67.

Digitized by Google

N. 67. Flos Caryophylleus prolifer.

N. 69. Acidus liquor Gallii lutei.

Volum. II. n. 57. Ex fructu fagi febris lipyria.

N. 58. An Empetri fructus vere noceat?

N. 59. Geranium, Corona Imperialis, Hyſſopus, Martagon, faſciata omnia.

N. 60. Pirum piro innatum.

N. 62. Abſinthii ſapor in lacte vaccæ ea herba paſtæ.

N. 63. Succum Betæ nocere.

N. 64. Ab Aloës nimio uſu excrementa cruenta.

N. 65. Scabioſa prolifera.

N. 66. Malus bifera.

N. 70. Figura ſalis Serpylli.

Vol. IV. n. 56. Iterum de Alga ſaccharifera.

N. 58. Rorellam nocere ovibus, & ſolis.

N. 68. Grana Siliginis & Sinapi in vinum producta.

Vol. 124. Analyſis chemica ſeminis papaveris; olei varia genera multum fumantia. Inde Opii analyſis & oleum ſtillatitium. Hujus in fele venenata poteſtas: unde deduxit AUCTOR, narcoſin eſſe in oleo, cujus particulæ ſint tenuiores, quam in aliis oleis.

§. DCXXVI. *Chriſtophorus Merret.*

Chriſtophori MERRET M. D. *Pinax rerum naturalium britannicarum continens vegetabilia, animalia & foſſilia* Londin. anno 1667. 8°. **. Pluſculas plantas primus in patria detexit, plures varietates addidit. Montiam habet a D. GOODYER inventam; Dantiam, ni fallor, Cyathum, alioſque Fungos & Pezizas, Carices & Gramina non optime definita, Lactucam minimam, Melanoſchœnum, Muſcos aliquos, Sedum minimum ſtellatum purpuraſcens, Sium foliis variis; addit claſſes plantarum naturales & catalogos varios.

Brevem etiam *expoſitionem* ſcripſit *fraudium, & abuſuum, qui a Pharmacopolis reſpectu ægrorum & medicorum committuntur.* Titulus verus eſt *Frauds and abuſes committed by Apothecaries* London 1667. 8°. * BUR. 1670. 4°. BODL.

In *Philoſophicis Tranſactionibus* habet experimentum reſecti corticis adaptati & convaleſcentis; aliqua de corrigenda ſterilitate Ceraſorum; de Aloës ſuſpenſæ

Digitized by Google

ſuſpenſæ decrementis in pondere, dum nova folia ſubnaſcebantur, hæc omnia n. 25.

In n. 223. Aliqua de plantis rarioribus Lincolniæ.

§. DCXXVII. *Varii.*

Leonhardi URSINI *Deſcriptio Tulipæ de Aleppo* Lipſiæ anno 1667. 4°. quam non vidi.

EJUSDEM *Viridarium Lipſienſe.*

J. *Henrici* URSINI, Ratisbonenſis, theologi, eſt *arboretum biblicum* Noribergæ anno 1668. 8°. *B. Tig.* anno 1685. 8°. *.

EJUSDEM *Continuatio hiſtoriæ plantarum biblicæ, ſeu de ſacra phytologia, herbarius ſacer, & hortus aromaticus* S. II. eodem anno.*

Sylva theologiæ biblicæ perinde.* Loca collecta habet ad philologiam ſacram pertinentia, ex veteribus ſcriptoribus, & Itinerariis deſumta. Icones etiam addidit.

Valentini Henrici VOGLER *Diæteticorum Commentarius in D. Liddelii aliqua capita* Helmſtad. anno 1667. 4°.

EJUSDEM *De rebus naturalibus & medicis, quarum in ſacris Commentariis fit mentio* Helmſtad. 1673. 4°. LIND. anno 1682. 4°. LIND. 1683. 4°. CHION.

EJUSDEM *de venenis diſputatio* Helmſtatt 1661. 4°. LEHMAN.

Daniel ANGELUS *de compoſitione medicamentorum* Gedan. 1667. 8°. RAST.

Antonii de GOBBIS *nuovo ed univerſale theatro farmaceutico* Venet. 1667. fol. UFF.

Conſtantin. ZIEGRA *de Zoophytis* Witteberg. 1667. 4°.

J. *Georg* GREENIUS *de ruſticatione & villis veterum* Lipſ. 1667. 12°.

Nicol. CAPPON & *Claud.* BERGERON *E. vinum vitæ & ſtaturæ detrahit* Paris 1667.

N. LAURENCEAU *Ergo vinum Rhemenſe omnium ſaluberrimum* Rheims 1667. 4°. SEG.

Car. de GOGLER *Haus- und Feldapothek* Frankfurt 1667. fol.

Lamberti v. BOS *oude en nieuw ontdekte weerelt &c.* continet etiam Plantas Amſterdam 1667. 12°. RIV.

ALESSANDRO VITRIOLO vertit COLMENERI l. *della Cioccolata* & notulas addidit Rom. 1667. 12°.

Petri

Digitized by Google

Petri BRAHE *Oeconomia eller hushold bok* Wyſingborg 1667. 4°. ANDERS.

Hoc anno Academia *Cimentina* ſuos commentarios edere cepit Firenze 1667. fol. *. Primarii auctores fuerunt VIVIANUS, BORELLUS. Botanica vix tangunt. Anno 1657. fundatam fuiſſe NELLIUS (*c*).

Pierre BARRA *Les abus de la thériaque, & de la confection d'Hyacinthe. On y a joint une déſcription de cette confection reformée par le même* Lyon anno 1667. 12°. BURETTE.

§. DCXXVIII. *Guerner Rolfink.*

Guerner ROLFINK vir eruditus, per multa itinera doctior, Arabicæ linguæ cultor, primus in Germania Chemiæ profeſſor, Theatri anatomici & horti medici (*d*) Jenenſis conditor, ad rem botanicam hactenus contulit. Ejus liber de *purgantibus vegetabilibus Sectionibus XV. abſolutus* Jenæ anno 1667. 4°.* & 1684. 4°. MOLLER. RIV. editus eſt. Doctum opus: ſingula medicamenta, quæ alvum ducunt, ex Græcis & Arabicis fontibus deſcribit, præparationes & formulas congerit, quas quodque ſimplex medicamentum ingreditur, viresque medicatas exponit. Naturam non totam neglexit, vitio tamen ſeculi ſui hanc curam minoris fecit.

EJUSDEM *De vegetabilibus plantis, ſuffruticibus, & arboribus in genere* L. II. Jenæ anno 1670. 4°.*. Occaſione conditi & renovati horti Jenenſis. Libro I. fere laudes tradit rei herbariæ, horti Patavini præfectos recenſet, eorumque vitas a BONAFIDIO ad G. a TURRE. DOMINICI HORATII itineraria M. *Summani*, Baldi, & Corſicæ laudat. Altero vita, & propagatio plantarum ad veterum morem dicitur; demum qualitates, uſus & ſtirpium indagandarum modus. Signaturas non rejicit. Methodi breviſſime expoſitæ.

Inter diſſertationes chemicas prima eſt *de Tartaro* Jen. 1619. 4°.

Reliquit ineditam Orationem *de utilitate ſtudii botanici*, qua hortum Jenenſem anno 1631. initiatus eſt MOLLER. tum herbarium vivum 10. Voluminum a SCHELHAMMERO laudatum *Catal. hort. ſui.*

§. DCXXIX. *J. Baptiſta du Tertre.*

J. *Baptiſtæ du* TERTRE, monachi Dominicani, *Hiſtoire générale des Antilles habitées par les François*, primum prodiit Paris anno 1654. inde T. I. & II. Pariſiis anno 1667.* T. III. & IV. anno 1671. 4°. *. Diu in illis Inſulis habitavit, ſtudioſius tamen bella Gallorum cum Anglis, & rixas Gallorum inter ſe ipſos agitatas, adnotavit. Non tamen neglexit rem herbariam, quantum ejus ab homine harum rerum imperito exſpectari poteſt. In parte II. Tractatus III. eſt de plantis, quæ nempe vel ad medicinam, vel

 ad

(c) *Stor. letter.* p 99.
(d) Anno 1629.

Digitized by Google

ad victum alioſque uſus œconomicos pertinent. Eas earumque cultum, & præparationem viresque medicas non male deſcribit, ut αυτοπτης; ut tamen characteres plantarum a viro botanices imperito non exſpectes. Icones aliquas adjecit, non optimas, nonnullas etiam valde malas, ut Indici. Ex hoc tamen fonte ROCHEFORT, & LABAT, & POMET, & alii potiſſimum hauſerunt.

§. DCXXX. *Johannes Merlet.*

Jean MERLET *Abrégé des bons fruits avec la maniere de les connoitre, & de cultiver les arbres* Paris 1667. 12°. 1675. 12°.* 1690. 12°. BUR. 1740. 12°. Amſterdam 1667. 12°. HOTTON. Non diſplicet hominis practici 40. annorum opuſculum. Arborum etiam fragorum, & groſſulariæ varietates innumerabiles recenſet, cum laudibus cujusque fructus & cultu. Ficum cultum reſpuere. Pirum ſemel in anno neque frequentius debere putari. Optime inſeri raras pirii ſpecies in magnas & robuſtas piros. Ad finem habet arbores vulgo non cultas.

§. DCXXXI. *Eraſmus Franciſci.*

Eraſmi Franciſci (nominis ficti) verires *Franciſci* FINX, *Oſt- und Weſtindiſcher Luſt- und Staats- Garten* Nuremberg anno 1668. fol. *. Continet etiam plantas Indiæ earumque icones.

EJUSDEM *Guineiſcher und Americaniſcher Blumenbuſch, nebſt Michael* HAMMERSTAINS *Guineiſch- und Weſtindianiſcher Reiſebeſchreibung* Nuremberg anno 1669. 8°. (1661. 8°. UFF.)

§. DCXXXII. *Johannes Nieuwhof.*

Johannis NIEUWHOF *Legatio Batava ad M. Chanum Sungti* (anni 1655.) Amſterdam anno 1666. fol. *, & Gallice anno 1665. fol. Germanice anno 1666. fol. Belgice anno 1665. fol. 1693. fol. *Tweede en derde Gezandtſchap na China* Amſterdam 1665. fol. HOTT. 1675. fol. Germ. Tertium tamen iter DAPPERO debetur. Continet aliquot icones plantarum rariorum.

EJUSDEM *gedenkwaerdige Braſiliaanſche Zee en Landreiſe* Amſterd. 1682. fol. Laudatur a LOCHNERO *pareir, brava.*

§. DCXXXIII. *Varii.*

Edme BAILLART *Diſcours du Tabac, où il eſt traité particuliérement du tabac en poudre* Paris anno 1668. 12°. 1693. 12°. BURETTE. Laudat hujus pulveris uſum, & negat in cerebrum venire.

Godofredi VOIGT *Curioſitates phyſicæ* Guſtrow. anno 1668. 8°.*. Contra plantarum reſuſcitationem.

Jean GALLE (ut intelligo) *Diſcours contenant la maniére de nourrir les vers à ſoie, & la tirer* Paris anno 1668. fol. long. BURETTE.

Petri

Petri GONTIER *exercitationes hygiaſticæ ſ. de ſanitate tuenda & vita producenda* Lugduni 1668. 4°. ſi huc facit. BUR.

Franciſci LIBERATI *il perfetto maeſtro di caſa* Rom. 1668. 8°. ſi huc pertinet.

Petri YVELIN *an fructuum uſus inſalubris* Paris 1668. PLAT.

In *Cornelis vander* VOORDE *Lichtende Fakkel der Chirurgia* Amſterdam anno 1668. 4°. * continetur *diſpenſatorium* pro chirurgis navalibus, cum ſimplicium medicamentorum facultate & doſi.

§. DCXXXIV. *Paulus Boccone.*

Pauli BOCCONE Panormitani, ex Savona liguſtica oriundi, qui, cum inter monachos ſe contuliſſet, SYLVIUS dictus eſt, non incurioſi hominis, qui in Corſica, Sicilia, Melita, Anglia, Belgio Germania plantas collegit, & M. D. Etruriæ botanici, multa in rem herbariam merita ſunt. Figuratos etiam lapides, aliaque rariora, etiam formulas medicas & chemicas, non ſatis in ſingulis diligens corraſit, ut tamen multa omnino primus viderit. Primum prodiit *de abrotano mare monitum* Catanæ anno 1668. SEGUIER.

Deinde pluſcula opera ſunt botanici argumenti. *Manifeſtum botanicum de plantis Siculis. Catanea* anno 1668. 4°., quo eruditis viris modico pretio ſemina offert. SEGUIER.

Earum plantarum faſciculum R. MORISON edi curavit Oxonii anno 1674. 4°.*, cum titulo *Icones & deſcriptiones rariorum plantarum Siciliæ, Melitæ, Galliæ & Italiæ.* Plantæ pulchræ multæque novæ, icones exiguæ, & ſæpe malæ: neque plantæ ſemper novæ ſunt, quas Vir Cl. pro novis recenſet, vel Rubiæ quadrifoliæ exemplo. Tabulæ ſunt 52.

EJUSDEM *Recherches & obſervations naturelles* Paris anno 1671. 12°. ASTR. & auctius Amſtelodami anno 1674. 8°. * Belgice Amſterdam 1744. 8°. *Natuurkundige Naſpeuringen en uytvoerige navorſſing van het groey der planten.* Epiſtolæ ſunt ad varios viros eruditos Galliæ, & Angliæ & Italiæ, de creticis plantis & marinis, etiam maritimis datæ. De tuberibus, Loti tetragonolobæ, aliarumque plantarum, bulbis plantas ſuas reparantibus: cum FAGONI epiſtola ejusdem argumenti. DHUISSE de propagatione plantarum. MORAN de iisdem tuberibus, N. STENONII de Aſtroite. J. SWAMMERDAM duæ epiſtolæ de Coralliis. Porro Catalogus plantarum Siciliæ, inter quas Papirus eſt & Opuntia; *Matthæi* SLADI epiſtola de Camphora, de Alcyonii ſpecie. Corallium BOCCONI pro mero habet lapide.

EJUSDEM Epiſtola cum NATIO prodiit.

EJUSDEM *Oſſervazioni naturali ove ſi contengono materie medico fiſiche e di botanica* Bologna anno 1684. 16°. *. Obſervationes 26. totidem auctoris amicis dicatæ. In obſ. VII. plantas rariores delle pieve di Quero dominii Veneti

Digitized by Google

neti recenſet. Multum laudat Tetrahit & thalictrum ad ignotos aliquos infantum morbos, tum Cyclamen ad ſcrophulas, Ariſtolochiam ad icterum, Verbaſcum ad inflammationes. In obſ. XII. Helleborum ſetacei modo adhibitum in morbis animalium commendat. In obſ. XIV. plantas aliquas agri Bononienſis recenſet. In obſ. XVIII. de Bupleuro gramineo agit, foliis caulinis cordiformibus perfoliatis. Obſ. XXI. de cauſa perpetui viroris in nonnullis plantis. Obſ. XXII. de eadem re, & de nonnullis plantis marinis. Pleraque in poſterioribus operibus redeunt.

Ejusdem, nunc monachi Ciſtercienſis & Sylvii nomine induti, *Muſeo di fiſica e di eſperienze decorato di oſſervazioni naturali* Venet. anno 1697. 4°. *. Opus varium utique & miſti generis. Obſervationes primo loco ſunt, ad Magnates datæ. Inter eas XII. eſt de Fungo Melitenſi (Cynomorio), ejusque vi vulneraria. Obſ. XIV. & XV. de Manna. Obſ. XXI. de vi medica Lapathi acuti. Obſ. XXV. XXVI. varia de plantis, miras quasdam proprietates habentibus, Tragio imprimis & Coriaria. Obſ. XXXI. de oleo Juniperi. Obſ. XXXIV. de medicata variarum plantarum vi. Obſ. XXXVI. de vi medica plantarum vulgatiorum. Obſ. XL. XLI. de Corallio & plantis marinis, ſatis copioſe, cum iconibus. Obſ. XLII. de Serpentaria Virginiana & Contrayerva. Obſ. XLIV. de Piſtaciis. Obſ. XLV. de Plantis marinis & Lithophytis. Obſ. XLVI. de Fungis & plantis funginis, cum iconibus. Non contemnenda collectio, admiſtæ etiam plantæ aliæ raræ. Tenere oportet, credulum fuiſſe virum, & in viribus medicis plantarum liberalem.

Germanice prodiit cum titulo *Anmerkungen über natürliche Dinge, aus ſeinem Muſæo experimentali phyſico zuſammengezogen* Frankfurt und Leipzig anno 1697. 12°. editum.

Princeps viri opus eodem anno prodiit, *Muſeo di piante rare* Venet. anno 1697. 4°. *, Tabulæ 131. ſunt plantarum plerarumque ſpontanearum, quarum equidem non undique eadem eſt elegantia, pleræque tamen, ut absque charactere fieri poteſt, bonæ. Ad Barrelerium (e) & Cupanum (f) non paucas pertinere facile eſt obſervatu. Ut ſunt, cum brevibus ſuis deſcriptionibus, pertinent tamen ad fontes rei herbariæ, & potiſſimum etiam alpinæ. Index harum iconum ſeorſim proſtat. *Appendicem ad Muſæum*, de plantis Siculis agentem, cum nonnullis obſervationibus habet Rivinus in Bibl. editum Venet. anno 1702. 8°.

In Journal des Savans anni *1676*. Paulus habet iconem Ferulæ Opopanacis, cujus gummi in Sicilia pro ſummo adverſus vulnera remedio habetur.

In *Miſcellaneis Nat. Cur.* Dec. III. ann. IV. app. n. 9. aliqua habet de plantarum marinarum origine, Fungorum, Confervæ, Fucorum, Corallinarum, Zoophytorum.

§. DCXXXV.

(e) Non diffitente Boccone.
(f) Præf. ad hort. Catholic.

§. DCXXXV. *Flor. Schuyl.*

Florentii SCHUYL *Catalogus plantarum horti Lugduno batavi* Leidæ anno 1668. 8°.* Heidelberg. anno 1672. 8°.*. Nomina ſola. In catalogo plantarum circa Leidam ſponte naſcentium, Calla recenſetur, Cepæa marina, Kakile, Lunaria botrytis, inexſpectata in humili ſolo herbula. Plantas Capenſes & alias raras habet a BEVERNINGIO. Recuſus eſt a J. HAUKEN Darmſtat. anno 1679. 12°.* & a *Jacobo* GOTTSCHALK Plön. anno 1697. 8°.* Leid. anno 1718. 8°.

§. DCXXXVI. *J. vander Groen.*

Jan vander GROEN Hortulani principis Auriaci *den nederlandzen hovenier* Amſterdam anno 1668. 4°.*. Gallice *le jardinier du païs bas* Bruxelles 1672. 4°. BUR. Amſterdam 1670. 4°. Gallice & Germanice *Neuer Gärtner* Amſterdam 1669. 4°. VOGT. Alia tamen præceſſit editio. Continet delineationes hortorum Magnatum, arbores, earumque cultum; deinde flores & plantas coronarias: inde bulboſas: variasque in hortis obvias, etiam vulgares & ſylveſtres.

EJUSDEM *Den verſtandigen Hovenier.* Amſterdam eodem anno. Sunt opera hortenſia, ſecundum menſes, ſimpliciter omnia. Vires medicas addidit *Petrus* NYLAND medicus, cujus nomen præfigitur in editione Amſterdam 1686. Germanice idem eſt, ni fallor, *Der ſorgfältige Hausvater, oder gründliche Anleitung zum Gartenbau, nach den* 12. *Monaten des Jahrs* Oſnabrügg anno 1674. 4°. Video alium titulum *Den wyze jaar beſchryver ontdecking van het werking der natuer eigenſchappen van heeſteren kruyden.* 4°. & ejus partem tertiam ſ. *den eeraaraen landbouwer.* 4°.

Idem v. d. GROEN conjunctim cum priori opere edidit *De Medicyn winkel of ervaren huyshouder.* Amſt. eodem anno. Medicamenta vulgaria ſecundum morbos. Gallice etiam prodierunt, cum Jardinier du Païs bas, *la boutique à remédes pour les animaux, & le traité des Abeilles.* Bruxelles anno 1672. 4°. BURETTE. Amſterdam 1670. 4°.

Idem *Petrus* NYLAND Amſterdam anno 1670. 4°.* 1679. WACH. 1680. 12°. CARLS. ſubjunxit *De Neederlandze herbarius of Kruytboeck*, Plantæ vulgatæ, ſecundum alphabeti literas, cum icunculis, deſcriptione & medicatis viribus. Germanice *rares medicinaliſches Kräuterbuch* Oſnabrügg 1678. 4°.

EJUSDEM *het vermaakelyke landtleeven* Amſterdam 1669. 4°.*

§. DCXXXVII. *Moyſe Charas.*

Moyſe CHARAS *Hiſtoire naturelle des plantes, des animaux & des mineraux, qui entrent dans la compoſition de la thériaque* Paris anno 1668. 12°. (*Journal des Savans*) anno 1685. 12°.* & 1691. 12°., cum titulo *Thériaque d'Andromachus,*

machum, avec une deſcription, &c. Carmine Sapphico theriacam deſcribit, inde percurrit medicamenta, quæ eam longiſſimam Antidoton ingrediuntur: eas deſcribit, & ſigna addit bonæ notæ. Opii habet præparationem & analyſin, ſic Glycyrrhizæ, Hypociſtidis. Rhaponticum, ex Lapathi genere, ipſe legit in Monte Genevre; Nardum Celticam bene deſcribit. Carpit in hoc auctore Cl. JUSSIEU (*g*), quod non ſatis certos plantarum characteres dederit, neque venena diſtinxerit, ad quæ theriaca prodeſſet. Germanice *Beſchreibung der Viper und des Theriaks* Frankfurt 1679. 8°. Latine Genev. 1684. 4°.

EJUSDEM *Pharmacopée Royale, Galénique & Chymique* Paris anno 1672. 8°. FALCONET, anno 1676. 4°. FALCONET, anno 1681. 8°. *Journal des ſavans;* Paris anno 1692. 4°. Lyon 1693. 4°. ASTR. & 1753. 4°. *augmentée par L. M. avec les formules & un traité des eaux minerales.* Latine Genev. anno 1684. 4°. BURETTE. Materia medica ejusque elaboratio in uſus clinicos, tum Galenica, tum chemica. Multi analyſin dedit, & in vinum & acetum degenerationem deſcripſit. Miſerum vitæ finem fecit. In Hiſpaniam enim cum ſe contuliſſet, in carceres Inquiſitionis ob religionem conjectus eſt, & denique jam ſenex fidem abjuravit (*h*).

§. DCXXXVIII. *Diarium Tinaſſi.*

Hoc anno, tum ſequentibus, ad annum uſque 1675. prodiit Romæ apud *Nicolaum Angelum* TINASSI *Il giornale de letterati* 4°. opera *Franciſci* NAZARI. Non eſt verſio Pariſini *Journal des Savans*, ut vulgo dicitur; adjecta ſunt enim, quæ in Italia prodierunt, & paſſim etiam obſervationes, ut vocant, peculiares, deinde ad finem excerptum diarii Gallici. Ab anno 1675. duo ſunt diaria hujus tituli. Prius ejusdem NAZARI, apud *Benedictum* CARRARA, ad annum uſque 1679. continuatum: alterum ab anno 1675. ad annum 1679. apud TINASSUM, J. CIAMPINI & L. A. PORZII cura, ut anno 1675. 1676. 1677. titulum NAZARI retineret. Ab anno 1679. ad 81. ſolius TINASSI nomen ſupereſt CLEM.

§. DCXXXIX. *Ezreel Tongue.*

Ezreel TONGUE De ſucco plantarum experimenta dedit in Tranſ. Phil. n. 43. Adſcendere unice, neque deſcendere ſuccum.

IDEM n. 44. Inſitos in radices ramos comprehendere; arbores radicibus in aere ſuſpenſis vivere.

IDEM n. 46. Conſilia varia ad experimenta ſuſcipienda, ex quibus natura vegetationis declaretur. Succi aceris ad cereviſiam coquendam utilitas.

IDEM n. 57. Etiam calidiori tempeſtate fluere ſuccum aceris, ceſſare frigidiori etiam juglandem n. 58.

§. DCXL.

(g) De la thériaque pref.
(h) *Hiſt. lit. du Régne de Louis* XIV. p. 162.

Digitized by Google

§. DCXL. *Robertus Moriſon.*

Roberti MORISON *Hortus Bleſenſis auctus, acceſſit Index plantarum in horto contentarum, nemini ſcriptarum, & obſervationes generaliores, ſeu* PRÆLUDIORUM *pars prior* Londin. anno 1669. 8°.* GASTONI primum Aurelianenſi ſerviit, qui Bleſis hortum condiderat: inde Profeſſor botanicus Oxonii fuit: vir in horto eruditus, in quo plantas ſub oculis haberet, earumque fructus commode inſpiceret. Ita factum eſt, ut ab ea plantæ parte methodum ſenſim deſumſerit, (cujus cum hoc libro dat primas lineas, arborum & fruticum, quas nunquam in magno opere elaboravit, deinde plantarum humiliorum). Ita *hallucinationes* C. BAUHINI natæ ſunt, invidioſum opus, quod cum horto Bleſenſi prodiit. Laborat fere in plantis C. BAUHINI in ordinem cogendis, quas ſolet transferre ad eas plantas, cum quibus proxime conſentiunt: plerumque bene, ut a poſteris MORISONI conſilium adoptatum ſit. Puriores paulatim claſſes præparat, male conjunctas ut Lyſimachias priorum, divellit. Genera paſſim conſtituit, ex ſiliqua biloculari Aſtragalum, ex craſſo fructu Cachryn; paſſim etiam plantas aliquas deſcribit, ut Myoſuro adfinem foliis diviſis.

Animadverſiones in III. Tomos hiſtoriæ plantarum J. BAUHINI. Ejusdem generis & ſcopi ſunt, plerumque veræ.

Dialogus inter ſocium Collegii Regii Londinenſis & botanographum regium. Genera docet ex characteres conſtituere, ut Ranunculum, rejectis notis a ſapore, vi medica, foliis ſerratis. Omnes plantas ex ſemine provenire defendit.

Catalogus ipſe eſt ex BRUNYERO, ſed auctior. Ei ſubjicit MORISONUS catalogum plantarum nemini ſcriptarum, quarum bene multæ quidem dudum innotuerunt, ut Myrrhis aurea, Bellis Tanaceti folio, Brunella alpina, Conyza acris annua alba, Ranunculus ceratophyllus. Plurimæ aliæ meræ ſunt varietates; intercedunt tamen raræ vel novæ, ut Spergula ſemine foliaceo, Dantia, Ranunculus arvenſis minimus: Sium ferulaceum, Trifolium, ut puto p. 314., pratenſe majus album, Vicia præcox minima. Multas in Gallia potiſſimum legit, in qua diu vixit, aliæ ſunt exoticæ originis.

EJUSDEM *Plantarum umbelliferarum diſtributio nova per tabulas cognationis, ex libro naturæ detecta* Oxon. anno 1672. fol. *. Specimen eſt magni operis. Umbelliferas nempe auctor ex ſeminibus diſponit, exque habitu, quarum icones exhibet, elegantes, plantarum vero deſcriptiones breves. Subjungit umbellatas, improprie ſic dictas, Valerianam, Thalictrum, eminus certe umbelliferarum diſſimile, Pimpinellam, Filipendulam. Inde ſequuntur umbelliferæ, quas novas putat, aut ab aliis male locatas. EJUSDEM iterum *hallucinationes* C. BAUHINI. Denique perpulchræ figuræ foliorum, etiam ramorum, plantarum umbellatarum vel adfinium. Novus titulus anno 1715. præfectus eſt, opus non mutatum.

EJUSDEM *Plantarum hiſtoria univerſalis Oxonienſis, ſeu herbarum diſtributio nova per tabulas cognitionis, ex naturæ libro detecta* Oxon. anno 1678. fol. & mutato

Digitized by Google

mutato titulo anno 1715. fol. *. Arbores nunquam prodierunt, quæ pars I. ſutura erat operis, etſi SCHELHAMMERUS ſe totum MORISONI opus apud Auctorem perfectum ſe vidiſſe teſtis eſt (*i*): initium adeo ab *altera* parte ſumitur. Tabulæ ſunt inſignibus *donatorum* ornatæ, & referunt ſpecies plantarum, modo melius ſculptas, modo minus bene; deſcriptiones breves, neque ejusmodi ut ſatisfaciant: critica adhibita eſt non optima, ut perſæpe eadem planta repetito occurrat. Habet tamen etiam ſibi propria. Methodus ex fructu & habitu compoſita. Ad Partem II. pertinent I. Bacciferæ, confuſa claſſis: altera fuſa ſcandentium, ubi cucumeraceæ miſtæ cum convolvulis, & Lupulo. Sect. II. eſt Leguminoſarum, ubi confuſæ, poſt Trifolia, Potentillæ, Alchemilla, Sinapiſtra, aliæ. Sectio III. eſt Cruciatarum, cum ſubjectis Veronicis. Sect. IV. Liliaceæ. Admiſtæ Caryophyllatæ, Anemonæ, Ranunculi. Sect. V. eſt farrago tricapſularium, unicapſularium, bicapſularium, quadricapſularium, quinquelocularium, flore regulari, irregulari, nullo, apetalarum, monoſpermarum, diſpermarum, triſpermarum.

Tomus III. a *Jacobo* BOBART filio hortulano (*k*) a morte auctoris, ex ſchedis imperfectis paucisque tabulis editus fuit anno 1699. fol. & 1715. fol. *. MORISONUS enim immaturo fato anno 1683. abreptus fuerat. Sectio VI. eſt plantarum flore compoſito, ubi commiſtæ diſcoideæ, radiatæ, dipſaceæ. Sectione VII. continentur Planipetalæ, & admiſtæ aliæ, corymbiferæ, pappoſæ, & Valerianæ, iterumque in eadem ſectione radiatæ & capitatæ, cum Eryngio, Dipſaco, Cacto. Sectio VIII. Graminum eſt, quorum magnus eſt numerus, icones vero, quam reliquæ, pulchriores: ſubjectæ aliquæ plantæ liliaceæ, Plantagines & Pimpinellæ. Sectio IX. eſt umbelliferarum, & ſtellatarum. Sectio X. Tithymalorum & Ricinorum. Sectio XI. Verticillatarum cum aſperifoliis, inter quas intruſum eſt Heliotropium tricoccum. Sect. XII. iterum farrago eſt ex multiſiliquis, Saxifragis, Aretiis, Gentianis, Chryſoſplenio, Pirola, Trientali, Orchidibus. Sectio XIII. farrago bacciferarum non fruteſcentium. Sectio XIV. Filicum. Sectio XV. Muſcorum, Lichenum & Fungorum, quibus præpoſitæ ſunt plantæ floridæ, de quibus locandis auctor deſperaverat, Limonium, Statice, Acanthus, Plantaginella, Xanthium, aliæ. Muſci & marinæ plantæ numero excellunt. Adparet, methodum vix ullam ab AUCTORE ſervatam eſſe: icones tamen numeroſæ, & ſæpe propriæ, utilitate non carent. Judicium de viro meum idem fere fuerit, quod RAJI.

§. DCXLI. *Johannes Swammerdam.*

Johannes SWAMMERDAM, Inſectorum eximius obſervator, exigua parte plantas adtigit. In *algemeene ontleeding van bloedelooze diertjes*, quæ Ultrajecti

(*i*) *Additam. ad* CONRING.
(*k*) UFFENBACH Reis. III. p. 163. 164.

Digitized by Google

jecti anno 1669. 4°.*. Latine vero anno 168:. 4°.*, cum nomine *Hiſtoria generalis inſectorum* prodiit, vegetatio continetur Ti[illegible]icæ. In *bibliis* vero *naturæ poſthumis*, Leidæ anno 1736. fol. excuſis, continetur fabrica ſeminum Filicum, & anulorum elaſticorum, quibus pollen continetur.

§. DCXLII. *Benedictus Stella.*

D. *Benedetto* STELLA, de Civita Caſtellana, *Il Tabacco, opera nelle quale ſi tratta dell origine, hiſtoria, coltura e preparazione, qualita, natura, virtu, ed uſo in fumo, in polvere, in foglia, in lambitivo, ed in medicina della planta detta Tabacco* Rom. anno 1669. 8°. *. . Nominis ortus, ſpecies tres — non provenire in Gallia, Germania, frigidis regionibus. Neapoli ſempervirere, & aliquot annis ſupereſſe. Succum in America cum vino Hiſpanico coqui, addi Aniſum, Zingiber, & folia in eo ſucco macerata ſuſpendi, ſiccari. Succum curare vulnera, tineam. Fumum ductum prodeſſe hominibus phlegmaticis, militibus. Primos Anglos fumum in Europa traxiſſe. Romam novum morem adduxiſſe *Virginium* URSINUM. Utique cerebrum ab eo fumo denigrari: & ab ipſo etiam pulvere cerebrum fædari. Italicum optimum eſſe. Electarium Nicotianæ ad varia prodeſſe; Succum ad ſcrophulas. Calculum ſe de urethra expuliſſe fomento, in quo Tabacum cum aqua & vino coctum erat. Multa contra MAGNENUM.

§. DCXLIII. *Georgius Chriſtophorus Petri.*

Georgii Chriſtophori PETRI *Aſylum languentium, ſeu Carduus vulgo benedictus* Jenæ anno 1669. 8°.*. Florum odorem eſſe, qui pirorum moſchatellinorum. Farraginem formularum tradit, quas hæc herba ingreditur, viresque pene ad omnes morbos extollit.

EJUSDEM diſp. *de pane & vino* Erford. 1698. 4°. PL.

§. DCXLIV. *Joh. Worlidge.*

Joh. WORLIDGE *Syſtema agriculturæ* (Horti culturæ ut puto) *Of the ſeveral ways of tilling planting ſowing manuring of all ſort of gardens, Orchards, &c.* London anno 1669. fol. 1677. 8°. SEGUIER. tum anno 1716. 8°. cum inſtrumentorum deſcriptione.

EJUSDEM *Of husbandry* London 1675. fol. EVEL. idem forte opus.

EJUSDEM *Vinetum Britannicum or a treatiſe of Cyder and other drinks, extracted from fruits growing in the Kingdom, with the arts of propagating all ſorts of vinous fruitlees* &c. London anno 1678. 8°. 1691. 8°. SEGUIER; & ſeorſim *The moſt eaſy method of making Cyder* anno 1687. 4°. 1691. 8°. OSB.

Num hic de melle plantarum, ex earum exhalatione egerit? non novi, certe hujus viri de ea re adnotationes laudari video. Judicium viri laudat Cl. MILLS Vegetabilia omnia aqua nutriri negavit.

EJUSDEM *The art of gardening* London anno 1700. 8°. OSB.

Digitized by Google

§. DCXLV. *Timotheus a Roll. Alii.*

Timothei a ROLL *Neues Blumenbüchlein, wie alle Blumen gepflanzt werden müſſen, &c.* Coſtanz anno 1669. 16°. *. Zug anno 1687. 16°. * (*l*), a GREFLINGERO recuſum Francofurti 1684. 12°. Hanover 1692. 8°. Lego etiam J. G. SPENGLER's *Blumenbüchlein* Coſtanz 1693. 12°. & 1691. 12°.; an diverſum? Poſthumum opuſculum. Horti ſitus, ſepes, inſtrumenta terræ: florum per claſſes cultus: & peculiariter Tuberoſæ, Tunicæ, Tulipæ, Anemones, aliquot aliorum florum. De oleribus aliqua, ſimpliciter, & absque fuco.

JURGEN ANDERSEN und VOLQUARD YVERSEN *Orientaliſche Reiſebeſchreibungen* Schlesvic 1669. fol. ſi huc faciunt.

NICOLAS VILLAULT de BELLEFOND *Relation des cotes d'Afrique apelées Guinée* Paris 1669. 12°. BUR. 1749. 12°. - Anglice verſa London 1670. 8°. BODL. Continet etiam fructus regionis. Adierat anno 1666. 1667.

TARDUCCIO SALVI *il chirurgo* Rom. 1669. 4°. L. VIII. agit de natura ſimplicium, ad alphabeti ordinem, cum aliqua deſcriptione & uſu, breviter & ſimpliciter B. B.

BENEDETTO CASTELLO *Alcuni opuſculi filoſofici.* Inter ea eſt l. de conſervandis granis Bonon. 1669. 4°. CLEM.

J. FLAVELL *husbandry ſpiritualized or the heavenly uſe of earthly things* London 1669. 4°. BODL.

Recueil de remedes & ſecrets tirés des memoires du Chev. DIGBY *avec plusieurs autres ſecrets & parfums trés experimentés par* J. MALBEC de TREVEL Paris 1669. 8°. WASSENAAR. Conf. p. 510.

De verſtandige Kock Amſterdam 1669. 4°.

Robert de BERQUEN *les merveilles des Indes orientales & occidentales* Paris 1669. 4°.

Le Jardinier univerſel ou les delices innocentes de la culture des Jardins par le S. GABRIEL Montbelier 1669. 8°. HOTT. EJUSDEM *allgemeiner Gärtner* Stuttgard 1671. 8°. Eslingen 1673. 8°. ex Gallico verſus a J. G. SCHARFENSTEIN.

An differt *Peter* GABRIEL's *Kunſterfahrner Blumen - Küchen - und Baumgärtner* Stutgard 1682. 12°. Tübingen 1756. 8°. 1767. 8°.

Der Reichsgärtner Stutgard 1682. 12°. zum vierten mahl aufgelegt.

LESEURRE *de la* BELLERIE *Deſcription du vignoble de Garanbaud*, & diſcours ſur la crapule Lyon anno 1669. 8°. FALCONET.

Georg.

(l) Titulum reperio *der Schweizeriſche Botanicus.*

Digitized by Google

Georg. ILMER *de Tilia* Lipſiæ anno 1669. 4°.

Valentin KAPFER'S *Unterricht, wie die Maulbeerbäume in Deutſchland zu Erziehung der Seidenwürmer zu cultiviren* Wien 1669. 8°.

Chriſtophori FAHRENHOLZ *officina pharmaceutica Brandenburgica ſ. catalogus medicamentorum quibus officina Aulica* anno 1669. *inſtructa fuit* Berlin 4°. TREW.

§. DCXLVI. *Petrus Lambecius.*

Petri LAMBECII, Hamburgenſis, Bibliothecarii Cæſarei, *commentarii de Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi* multa habent huc facientia. In L. II. Viennæ 1669. fol.* edito fuſiſſime agit de codice celeberrimo DIOSCORIDIS, juſſu JULIANÆ ANICIÆ ſexto ſeculo depicto: tum de aliis codicibus DIOSCORIDIS, deque CRATEVA & aliis herbariis.

In L. VI. ib. 1674. fol.*. Medici græci traduntur, & de EUTECHNII ad NICANDRUM ſcholiis, deque codicibus DIOSCORIDEIS.

Habet etiam aliqua de frumento pervetuſto.

§. DCXLVII. *Johannes de la Quintinie.*

Jean de la QUINTINIE Pictavus, celebris Hortulanus Regius de cultu Melonum Phil. Tranſ. n. 45. 46.

EJUSDEM *Inſtruction pour les Jardins fruitiers & potagers* Paris anno 1690. 4°. 2. Vol. FALCONET. anno 1695. 4°. 1760. 4°. 2. Vol. cum tractatu de cultu florum; ſic Amſterdam anno 1692. 4°. HOTTON. 1697. 4°.* auctus libello de Melonum cultu. Porro Paris anno 1715. 4°. 2. Vol. anno 1730. 4°. 2. Vol. 1746. 4°. 2. Vol. 1756. 4°. 2. Vol. cum titulo *parfait jardinier*. Anglice converſus a *Johanne* EVELYN Lond. anno 1693. fol. Italice *Trattato delli alberi fruttiferi* Baſſano anno 1697. 8°. Venet. anno 1704. fol. Belgice *nieuwe Nederlandze heſperiden*, & iterum *ſnoei konſt der ooſt boomen door Godhals* & denuo *de nieuwe naauwkeurige Nederlandze hovenier*. In compendium redactus, cum additamentis *Georgii* LONDON & *Henrici* WISE London anno 1699. 8°. OSB. 1701. 8°. quæ editio tertia eſt. Hæc ex Cl. SEGUIER. Primum hic occurrit lexicon, quo inſtrumentum ruſticum declaratur. Tunc de terra hortenſi, de foſſione, ſtercoratione, uno verbo de laboribus hortenſibus. Peculiariter de arboribus muro adfixis, nanis, & ſoli permiſſis, de earum putatione &c. quam potiſſimum horticulturæ partem perfecit ſubtilius quam le GENDRE. Arbores docuit decapitare; incrementa earum moderari, & vix quidquam prætervidit (*m*). Varietates fructuum horæorum, earum ſelectus, compoſitio &

(m) *On fruitrees.*

Digitized by Google

& ordo, fuſius quam apud priores ſcriptores omnes ab eo tractantur. De plantatione, ſeminariis, putatione, in qua multa mutavit, de conſervatione fructuum, de inſitione. Sequitur hortus oleraceus: olerum & herbarum edulium catalogus, ſecundum alphabeti literas diſpoſitus. Opera menſtrua. Terra cuique oleri apta. Inde heſperidum cura, & cuſtodia hiberna, educatio & ornatus. Tunc adnotationes variæ, per experimenta natæ, de plantarum vita, ſucco, fructu. Multum a gnaris viris laudatur, ut a Cl. d'ARDENNES in l. *année champetre*; carpitur a R. SCHABOL. Reliqua hujus collectionis non ſunt ejuſdem auctoris.

§. DCXLVIII. *J. L. Bauſch, & Academia Naturæ curioſorum.*

J. *Laurentius* BAUSCH, medicus Suinfurtenſis, Calendis Januariis anni 1652. novam ſocietatem ad commoda publica convocare ceperat, ex medicis potiſſimum Germanicis compoſitam. Scopus erat colligere in communem theſaurum, quæ quisque utilia adnotaverat. Inde anno 1665. novæ ſocietatis PRÆSES cepit edere, ad formam, quam ea ſibi præſcribebat, duos libellos de *Aetite* & *Hæmatite*. Anno vero 1670. primum volumen *miſcellaneorum Academiæ naturæ curioſorum*, *ſeu Ephemeridum medicophyſicarum* Lipſiæ prodiit 4°., cujus porro *tres decades*; inde *Centuriæ decem*; denuo *Volumina* X., & nuper *quatuor Volumina novorum actorum* prodierunt. Major pars operis tradit adnotationes ſodalium ſolitarias. In *appendice* ſæpe integra opera, ſæpe etiam vitæ ſodalium reperiuntur. Imperatoris auctoritas anno 1677. ad novum inſtitutum acceſſit. Majora privilegia impertita ſunt anno 1687. Acta, ſeu Ephemerides, de quibus potiſſimum nobis ſermo eſt, ſub prima initia ſaporem retinebant ſeculi, ut ad miracula augenda, monſtrificasque fabricas plantarum ornandas, multi inter auctores reſpicerent, icones etiam diu rudiuſculæ prodierunt. Paulatim autem his vitiis eſt proſpectum, & DILLENIORUM, TREWIORUM egregiæ adnotationes, & integra opuſcula, acta Academica ornaverunt. Nos cum ſuis auctoribus, quæ melioris uſus videntur, decerpta recenſebimus; multa omiſſuri, ne in immenſum opus excreſcat. Cum denique non una fuerit magni operis editio, conſtandum eſt, ut primæ potius, quam nuperæ, ad manus ſint.

Germanice verſæ nuper prodire ceperunt, a pluſculi tomi editi ſunt, paſſim etiam emendati.

Hujus Academiæ *hiſtoriam* edidit vir ILL. *Andreas Elias* BUCHNER Hall. anno 1755. 4°.* poſt priora fragmenta G. *Wolfgang* WEDELII & *Michaelis Bernhardi* VALENTINI.

§. DCXLIX. *Georgius Seger. G. Hier. Welſch.*

Georg. SEGER Thorunienſis in Miſcellaneorum curioſorum anno I. n. 8. De Polygono coccigero Polonico obiter egit. In anni II. n. 55. Fungus anthorpo-

thorpomorphus, pictoria icon. Nux Indica cercopithecum referens eſt anni VI. VII. n. 129. De radicum Althææ acrimonia anni IX. X. n. 100.

Joachim. Georg. ELSNER De Vincetoxici utilitate ad ſcrophulas Eph. Nat. Cur. Dec. I. ann. I. n. 57.

Joh. JAENIS Bugloſſum faſciatum n. 102.

Georg. Hieronymus WELSCH vir eruditiſſimus in eodem I. anno egit n. 151. de Xylaloe. In n. 152. oſtendit, quod vulgo dicitur lignum Saſſafras, radicem eſſe, non lignum. In n. 159. de fructibus Americanis non deſcriptis, tribus, cælato, cardioide, triaſtere radiato. Anno 1672. n. 31. de lacruma Opuntiana: n. 33. de Myrobolano VI. BONTII: n. 34. de Fungillo minimo. Anno 1677. n. 44. de fungillis in radice Citri natis.

Epiſtolam dedit ad J. *Mathiam* FABRUM de Toxicorum Arabicis antiquitatibus & Romanis.

EJUSDEM *Mictomimematum* Centuriæ III., in *Miſcellaneis Nat. Cur.* Anni IV. & V. excuſa, multas plantarum medicatarum minus notas facultates continent.

EJUS *Hecatoſteæ II.* obſervationum phyſico medicarum prodierunt Auguſtæ Vindel. anno 1675. 4°.*. Pluſcula ad rem herbariam faciunt. Nuclei Pinei Moluccenſes cathartici: virtutes Chamæpityos ad podagram, Pneumonanthes ad aſthma. Fructus Halicacabi a tactu amareſcunt. Cortex aromaticus Kerf Arabum, inter medicamenta merito revocandus. Plantæ aliquæ marinæ. Anthophylli non deſcripti. Lignum Nucis aromaticæ, & fructus Americani non dicti. Anatome ſeminis Convolvuli. Filum marinum. Anthora Arabum. Excrementa Quercus. Abutilon. Terebinthina ex Chryſanthemo peruviano & gummi. Pilulæ Salignæ. Conyza Hippoc. Varia gummata nova. Gilſenech alatum. Lycoperſica ad dyſenteriam. Gallæ Salviæ, Chamæleontis, Betulæ. Gummi Imperatoriæ, Sileris, Peucedani.

EJUSDEM *De medicis & medicamentis* Germanorum Lipſiæ anno 1688. 4°.

§. DCL. *Varii.*

In *Franciſci* BERNIER *itineribus* Paris anno 1670. 12°. & alias editis, & Amſterdam anno 1724. 8°.* multa bona, vix tamen ad rem herbariam pertinentia occurrunt; aliqua de potu narcotico Pouſt, qui magnatibus pro ſupplicio eſt.

J. *Rud.* SALZMAN & ROSA *de Roſa* Argentor. anno 1670. 4°.

J. GREFE *De coronis epularibus* Lipſiæ 1670. 4°. B. BOEHM.

Gabriel G. ARNOLDI *de zoophytis* Lipſ. 1670. 4°.

Digitized by Google

Chriſt. HOFMAN *ficus arbor philologice conſiderata* Jen. 1670. 4°. BURCKH.

Chriſtoph. CALDENBACH *de lauro* Tubing. 1670. 4°.

EJUSDEM *de olea* ib. 1679. 4°. EJUSD. *de palma* ib. 1679. 4°. *de vite* 1683. 4°. RIV.

Chriſtian GRUBEL κηπολογια *ſ. conſideratio horti* 1670. 4°. SEG.

J. STRAUCH *de vinolentia* 1670. recuſ. 1722. 4°.

Hoſeas BACCUET, Genevenſis pharmacopœus. EJUS *apoticaire charitable* Genev. 1670. 8°. de alimentis & medicamentis vulgo uſitatis.

Chriſt. HEINSIUS *de Mannæ noſtræ cum Manna Iſraëlitarum convenientia* Francf. Viad. 1670. 4°.

J. Michael WANSLEBEN *relatio de ſtatu præſente Ægypto* 1670. 12°. etiam vegetabilia tangit.

Nicolai CHESNEAU Cel. clinici, *pharmacie theorique* Paris 1670. 4°. & *nouvelle edition* Paris anno 1682. 4°. BUR.

In *obſervationibus* vires peculiares nonnullarum plantarum laudatas reperias, ut Ranunculi flammei.

J. Hiskiæ CARDILUCII *Stadt- und Landapotheker* Frankfurt 1670. 8°. Nürnberg 1677. 8°. ZOCH.

EJUSDEM *arzneyiſche Waſſer und Signaturkunſt* Nürnberg 1680. 8°. 1725. 8°.

EJUSDEM *Diætbüchlein, oder Speis, Trank und Lebensordnung in Geſundheit und Krankheit.*

EJUSDEM *Evangeliſche Kunſt der Natur. Frühling* Sulzbach 1685. 8°. *Sommer* ib. 1688. *Herbſt* ib. 1697. *Winter* ib. 1702. 8°.

IDEM edidit *Bartholomæi* CARRICHTER *Buch von der Harmonie, Sympathie und Antipathie der Kräuter und ihrer vier erſten Materien* Nürnberg 1686. 8°. & appendicem addidit. Alchemiſta, & homo heteroclitus.

Fr. Henriq. DEVILLACORTA Archiatri Caroli II. *de alimentorum facultatibus, de iisdem in particulari, de venenis*, in III. Tomo operum Lyon 1670. fol.

Chriſt. WINKELMANN *medicamenta officinalia præcipua* Witteberg. 1670. fol.

Nicolai GERVASII *ſecundanea* Panorm. 1670. 4°. MONGIT.

EJUSDEM *Bizarrie botaniche d' alcuni ſempliciſti di Sicilia publicatee dichiarate* Neapoli 1673. 4°. MONGIT.

EJUSDEM *Norma tironum pharmacopolarum Galeno ſpagirica* Neapoli 1673. 4°. MONG.

EJUS-

EJUSDEM *Antidotarium Panormitanum Pharmaco chymicum* Panorm. 1670. 4°.* & a filio auctoris cognomine correctum & locupletatum. Panorm. 1700. 4°.

Andreas GLORETZ *Haus- und Landbibliothek* Ratisbon. 1670. fol. Leipzig 1701. fol. Nürnberg 1719. fol. 2. Vol. *Continuation der Landbibliothek* Augſpurg 1701. fol. 4. Partes. Non laudat MUNCHHUSIUS.

Simon COTEREAU DUCLOS De plantarum analyſii & principiis, & de coloribus alcali & acidum indicantibus *Mem. avant.* 1699. anno 1670. 1671.

Hoc etiam anno analyſes plantarum BOURDELINUS moliri cepit.

Franciſci SYLVII de le BOE *De Opii natura & uſu medico* Leidæ anno 1670. 4°. & in operibus.

Guilielmi HUGHES *The compleat vineyeard or the way of planting of vines and advancing engliſh wines* London anno 1670. 8°. OSB.

EJUSDEM *Flowergarden, how moſt flowers are orderd, increaſed*, &c. anno 1672.

EJUSDEM *American phyſician or a treatiſe of the roots plants trees &c. growing in the English plantations — with a diſcourſe on the cacao tree — and the ways of making Chocolate* London anno 1672. 12°. SEGUIER.

Gabriel REEVE *Directions for the improvement of barren and heathy land* London anno 1670. 4°. lego & 1674. 4°.

§. DCLI. *Aug. Quirinus. Rivinus.*

Q. Septimius Florens RIVINUS & *Auguſtus Quirinus* RIVINUS *An plantarum vires ex figura & colore cognoſci poſſint* Lipſiæ anno 1670. 4°.*? Aliquam tamen ſignaturarum vim eſſe. Tanquam Q. SEPTIMII FLORENTIS opus citat Cl. SEGUIER.

Inde A. Q. RIVINUS, vir alioquin aliquantum paradoxus, magnum opus ſuſcepit, novam nempe ſtirpium methodum, & univerſarum plantarum icones. Edidit ergo Lipſiæ anno 1690. fol. 1696. 12°.* & 1720. 12°.* *Introductionem generalem in rem herbariam.* Methodum ſimpliciſſimam a floris fabrica ſumere tentavit, ut quisque flos ſimplex, aut in duo, tria, plura petala diviſus foret: addidit autem numero diviſionum regularem fabricam, in qua ambitus floris undique a centro æque diſtaret, omniaque ſegmenta ſui forent ſimilia: aut irregularium, ubi partes neque undique ſui ſimiles, neque ſimiliter diſpoſitæ eſſent; ſeparabat autem flores uniformes a regularibus, irregulares a difformibus. Nomina etiam breviſſima reddidit, ut vel unica voce continerentur, vel duabus, omnino cujusmodi nunc ſunt nomina trivialia LINNÆI.

Ea

Ea nomina exploſit, quæ integram phraſin replerent. Arbores cum herbis utiliter conjunxit.

In libello, quem dixi, animadvertit in RAJUM & MORISONUM.

In editione III. adverſus DILLENIUM ſe tuetur, juvenem herbarum jam peritum, quem honoratus ſenex miraretur aliquid contra ſe audere, & aſperrime, potiſſimum ad finem, reſpondet.

IDEM *ad* J. RAJUM *epiſtolam* dedit Lipſiæ anno 1694. 4°. Londini anno 1696. 8°.* excuſam, cum RAJANÆ *ſynopſeos editione II.* Contra arborum a plantis reliquis ſeparationem. Contra claſſes naturales, & pro numeri dignitate in ſeparandis generibus.

Porro tabulas *plantarum flore difformi*, quas ſuo ſumtu curaverat, cepit edere. In iis ad flores potiſſimum reſpexerat, quare ſummas ſæpe partes plantæ ſolas exprimit. In univerſum icones egregiæ ſunt: in poſterioribus exemplis auctæ nonnullis plantis rarioribus. Facile vero videas virum ſplendidum hortis potiſſimum uſum, minusque fuiſſe peritum earum, quas natura ipſa ſponte ſua, ſed rarius produceret. *Ordo* adeo *plantarum*, quæ ſunt *flore irregulari monopetalo*, prodiit Lipſiæ anno 1690. fol.* Valerianæ ſunt, & aſperifoliæ, & verticillatæ, deinde difformes varii generis, loculorum numero diverſæ, etiam bacciferæ, & ex liliaceis, & ſpathaceis aliquæ. Genera ſolebat facile dividere, etiam ne pharmacopœorum linguam turbaret: characteres generum breves dedit.

Secutus eſt anno 1691. *ordo plantarum, quæ ſunt flore irregulari tetrapetalo* *; papilionaceæ: deinde variæ, Tithymali ob fructum pendulum, Thlaſpidium, Balſamine, Veſicaria.

Anno 1699. edidit *ordinem plantarum, quæ ſunt flore irregulari pentapetalo* *. Hic omnes umbelliferas collegit, etiam quæ petalis ſunt æqualibus & ſimilibus, ſufficiebat enim ad diſcrimen RIVINO, quod non unicum in medio centro ſtylum habeant. Incommodum eſt ſubinde, quod ima folia deſint, quæ a ſupremis differunt. Subjunxit Gerania, Violas, Hippocaſtanum, multiſiliquas aliquas & Pirolas, quarum aliquæ, etiam in RIVINI methodo, flore ſunt regulari.

Sumtibus exhauſtus non multum ultra hos ordines progreſſus eſt. Tabulas tamen *hexapetalarum irregularium* paraverat, ſæpe a RUPPIO citatas. Eas diu ab ILL. VIRI morte LUDWIGIUS edidit, nullo ſermone addito. Orchides ſunt, & Melianthus. Species hic, ut paſſim in opere nimis multæ, confuſæ, miſtæ etiam cum palmatis bulboſæ. Splendidiſſimum cæterum opus, & quod a paucis ſuperetur, ſi omnia reputaveris.

EJUSDEM *Cenſura medicamentorum officinalium*, Lipſiæ prodiit anno 1701. 4°.*. Ad ſtirpes querelæ pertinent de ſpuriis plantis, paſſim alieno cum nomine, venalibus. Multa etiam ex plantis ita præparari queritur & ſervari, ut inutilia fiant.

Digitized by Google

fiant. Redit in Cl. viri diſputationibus medicis, in unum faſciculum collectis, quæ Lipſiæ anno 1710. 4°. * prodierunt. Inter eas hactenus etiam ad plantas pertinent diſputationes de medicamentorum proprietatibus, & de medicamentorum dubio effectu.

EJUSDEM *de remediis antepilepticis* Lipſiæ 1692. 4°. RIV.

Bibliothecam botanicam, auctorum, qui botanicen per 2000. *annos tractarunt, imagines vitas & ſcripta cum figuris aneis* 200. inedita reliquit.

§. DCLII. *J. B. du Hamel.*

J. Baptiſta du HAMEL, viri diſerti, & Academiæ Pariſinæ a manu, *de corporum adfectionibus manifeſtis & occultis* Paris anno 1670. 12°. *. Vires etiam medicamentorum & venenorum tangit.

In *conſenſu veteris & novæ philoſophiæ* Pariſ. anno 1678. 4°. & Noribergæ anno 1681. 4°.* & London 1685. 8°. excuſo CHION, etiam fabrica plantarum ad GREWII & MALPIGHII ſenſum deſcribitur.

Sic in *Philoſophia vetere & nova* Paris anno 1681. 12°. 6. Vol. de viribus occultis medicamentorum.

§. DCLIII. *Daniel Ludovici.*

Danielis LUDOVICI, Medici Gothani, qui multum in materie medica laboravit & in pharmacia, exſtat in *Eph. Nat. Cur.* Dec. I. Ann. IV. V. n. 199. diſſ. qua Dudaim eſſe tubera contendit.

N. 200. De ſpiritu conorum abiegnorum.

N. 201. De vino & cereviſia perficiendis.

Ann. IX. X. n. 35. De Cinnamomi decocto adverſus menſium profluvium.

EJUSDEM *Pharmacia moderno ſeculo adplicanda* diſſ. III. Gothæ anno 1671. 12°. 1685. 8°. Amſterdam. (Hamburgi alii) anno 1688. 8°. Hamburg. 1728. 8°. Hafniæ 1693. 8°. & in operibus omnibus Francofurti anno 1712. 4°.* & Gallice, *Traité du bon choix des médicamens, commenté par* ETTMULLER Lyon anno 1710. 8°. 2. Vol. diſſertationes III. Germanice verſæ a J. HEIMREICH 1714. Eximius liber, etſi dictio contortuplicata & parentheſibus ſupra omnem modum intricata eſt. Scopus viro fere fuit, medicamenta inutilia rejicere; quæ bona ſunt, ea ita præparare, ut optimum effectum edant. Multa vero hic de plantarum viribus, & de arte earum virium conſervandarum, utiliter dicta occurrunt.

Theſaurus Ludovicianus ſ. compendium materiæ medicæ noſter WOLFGANG CHRISTEN concinnavit Bern. 1707. 12°. Noriberg. & Altorf. 1720. 4°. long. HUTH.

Digitized by Google

§. DCLIV. *Arnoldus Montanus.*

Arnoldi MONTANI *Beſchryving van America en t' Zuydland* Amſterdam anno 1671. fol. *. Collatitium opus, in quo topographia Americæ, cum perpulchris iconibus continetur, etiam cum aliqua hiſtoria naturali, & arborum iconibus. Germanice vertente *Pet.* v. ZESEN auctius Amſterdam 1672. fol. *.

EJUSDEM *denkwürdige Gezandtſchaften der oſtindiſchen Geſellſchaft nach Japan* Amſterdam 1670. fol. UFF. vertente P. v. ZESEN.

EJUSDEM *Ambaſſades des Hollandois vers les Empereurs des Indes* Amſterdam anno 1680. fol. BURETTE, FALCONIER.

§. DCLV. *Dominico Magri & F. Nairon.*

Dominico MAGRI *Virtu del Caffè bevanda introdutta nuovamente nell' Italia* Rom. anno 1671. 4°.

EJUSDEM *Epiſtola de Coffea* exſtat apud du FOUR.

Hoc ipſo anno 1671. Coffeæ potus Romam penetraverat. Non bene pro ſpecie Cacao habet. Laudat adverſus plurima mala.

Fauſti Naironi BANESII *De potione ſaluberrima Cahve ſive Cafe* Rom. anno 1671. 24°. 1675. 12°. Hiſtoria primum in Arabia adhibiti potus, ex fabis facti, quas pro Bun AVICENNÆ AUCTOR habet. Reperitur in *Conferences de* DENYS anno 1673. 12°.* Italice Rom. 1671. 12°. Milan. 1673. 12°. Fabuloſum eſſe ZANICHELLI *de Caffea.*

§. DCLVI. *J. Ferdinandus Hertodt.*

J. Ferdinandi HERTODT *Crocologia ſeu curioſa Croci enucleatio* Jen. anno 1671. 8°. *. Varietates aliquæ cum iconibus; cultus, ex aliis, vires medicæ & præparationes variæ, visque formularum ad morbos pene omnes.

Wenceslai Maximiliani ARDENSBACH *Tartaro clypeus excipiens tartaro maſtigem* HERTODII *cum diſſertatione in ejus Crocologiam* Prag. anno 1671. 8°.

J. *Claudii* RISING *De cultu agrorum, omnique re ruſtica* Aroſiæ anno 1671. 4°.

In *Caſpar* RAMIREZ de SOBRAMONTE *reſolutionibus* Coloniæ anno 1671. 4°.* editis, aliqua huc faciunt, ut diſſertatio de qualitatibus, quarum gradus defendit.

FLORIANI (nominis ficti) *doppelte Gartenluſt* Königsberg 1671. 12°. SEG.

Georg. Nicol. SCHURZ *Materialkammer*, d. i. *Beſchreibung aller fürnehmſten Materialien und Specereyen* Nürnberg 1671. fol. 1673. fol. TREW.

Andrea

Andreæ KEMPE *Anatomicerade gran.* Holm. anno 1671. 12°. Abietis hiſtoria. In ea oſtendit, omnes gentes in patria ſua propria medicamenta & alimenta habere. Alibi lego Hamburgi anno 1672. 12°. prodiiſſe, & Germanice 1688. 12°. MÖLLER.

Richard REED De optima Sicera & arbore, ex qua ſperari poſſit: de arborum transplantatione. In *Philoſophicis tranſactionibus* hujus anni.

Eraſmi BARTHOLINI Planta ſubterranea Eph. Nat. Cur. Dec. I. ann. I. obſ. 170. ſunt radices Lichenagarici palmati.

EJUSDEM Teſtimonium pro utilitate Corticis Chinæ Chinæ adverſus quartanam febrem in Dania adhibiti Vol. V. n. 112.

J. Georg HUTTEN *de potu felleo, & acetoſo, Chriſto porrecto* Guben 1671. 4°.

Valentin. LOEBER *Anchora Sanitatis & tr. de venenis & eorum antidotis* Francofurti 1671. 8°. UFF.

J. Ulrich OEHLER *Vincetoxicum Chimicum* Augſpurg 1671. 8°. BOECLER.

Michael de la VIGNE *diæta ſanorum ſ. ars ſanitatis* Paris 1671. 12°. BUR.

ALBO *introduction generale pour la teinture & manufacture des laines de toute couleur & pour la culture des drogues qu'on y employe* Paris 1671. fol. Rouen 1699. 12°.

Jac. THEVARD *An Pariſinis ſpumæ cerevisiæ fermentatæ uſus ſalubris* Paris 1671. A Magiſtratu quærebatur an cum fermento cereviſiæ ſalubris panis fiat. Plerique reſponderunt eſſe inſalubrem. Contra PERRALTUS. Noſter & ipſe in fermentum invectus eſt, & publice proſcriptum fuit. Sed mos obtinuit.

Philippi a S. TRINITATE *Orientaliſche Reiſebeſchreibung* Frankfurt 1671. 8°. plantas etiam continet. RIV.

§. DCLVII. *Matth. Tiling.*

Matthiæ TILING *Anchora ſalutis, de Laudano opiato* Francof. anno 1671. 8°.

EJUSDEM *Lilium curioſum* Francofurti 1683. 8°.*. Collatitium opuſculum, quale eo tempore ſcribebatur.

EJUSDEM *Rhabarbarologia curioſa* Francofurti anno 1679. 4°.

EJUSDEM *Opiologia nova* Francofurti anno 1679. 12°.

EJUSDEM De Trifolio fibrino in *Miſcell. Nat. Cur.* II. ann. 2. obſ. 74. multa de ejus varia utilitate. In Dec. I. ann. 2. obſ. 66. de plantis & arboribus, in lapide expreſſis.

Digitized by Google

§. DCLVIII. *Martinus Liſter.*

Martinus LISTER, vir celeberrimus, inſectorum & conchyliorum cognitione inclaruit, etiam medica praxi, ut paulum paradoxas opiniones amaret. Ad plantas pauca faciunt. De ſucci nutritii in plantis motu. Fluere eum ex vulnere terebræ, quoties frigus acceſſerit, ſolaque hieme, æſtate nunquam *Phil. Tranſ.* n. 68. ann. 1671.

IDEM n. 70. Solum acer aquam ſtillare, & parcius Juglandem. Aliqua pro ſucci in plantis circuitu. Cataputiam ligatam & ſupra vinculum ſuccum dediſſe & infra. De ejus ſucci ad ignem effluxu.

EJUSDEM n. 75. & 76. De gallis & earum ex inſectis ortu.

EJUSDEM n. 79. De venis plantarum peculiares aliquos ſuccos vehentibus.

EJUSDEM n. 89. De fervidiſſimi ſaporis Fungo (piperato albo J. B.)

EJUSDEM n. 90. De venis plantarum fibrarum comitibus.

EJUSDEM n. 110. De ſeminali pulviſculo nonnullorum Fungorum.

EJUSDEM n. 117. De plantis, quas Inſula Barbados cum Europa communes habet.

EJUSDEM n. 223. Memorabilis libellus de lacte variarum plantarum, Lactucæ ſpinoſæ, Hieracii, Campanulæ, Tithymali, Convolvuli, Chelidonii, Centaurii lutei: de Gummi Rorellæ, Pinguiculæ, Alni, Quercus, Pruni: de Viſco Aquifolii: de ſucco oleoſo Helenii, Cicutæ, Verbaſci, ſeminum Hellebori: de ſucco rubro Hyperici: de ſucco manante de Betula, Salice, Acere &c.

N. 225. Commendat ad uſus œconomicos, cultum Viciæ dumetorum, deinde leguminoſas & varias alias ſtirpes.

EJUSDEM *A Journy to Paris* London anno 1698. & 1699. 8°.*. Germanice Schwabach 1753. 8°. Lutetiam poſt longum bellum adiit, ubi doctis viris innotuit. Eorum molimina laudat, ut TOURNEFORTII 8000. plantas ſiccas; PLUMERII inſecta, & plantas, quarum 10. Volumina parata habebat Hortum Medicum Pariſinum ait 3000. plantas continere, earum aliquas rariores citat: tum hortulanorum privatorum artificia, hortumque in Trianon. Inde cibos & potus Pariſienſium recenſet, minute utroſque, & de oleribus & leguminibus judicat, deque vinis. *Vin brun* cujus fermentatio ſuppreſſa fuit. Vinum paſſum Languedociæ fieri ex uvis, quarum petiolus intorquetur. Aliqua de plantis veſcis Languedociæ.

In Libro *de hydrope* anno 1694. 8°. edito laudat Elaterium, ſuccum Iridis, Ebulum.

Digitized by Google

§. DCLIX. *Franciſcus Willughby.*

Franciſci WILLUGHBY, diſcipuli & amici RAJI, & itinerum Socii (*n*), experimenta de ſucci in arboribus effluxu. Confirmat LISTERIANA *Phil. Tranſ.* n. 57. 58. 71.

EJUSDEM *Iter Hiſpanicum* prodiit cum RAJI obſervationibus topographicis Lond. anno 1673. 8°. *. Plantas novas adnotat. Deſcribit piſcationem Coralliorum, ſacchariferam arundinem, vina dulcia, & coctionem Sacchari.

In Epiſtolis RAJANIS multa ſunt botanici argumenti, quæ ad hunc auctorem pertinent.

§. DCLX. *G. Wolfg. Wedel.*

Georgii Wolfgang WEDEL, avunculi uxoris meæ, viri eruditi, & qui per quinquaginta annos Jenæ floruit, plurima ſunt ad rem herbariam ſpectantia, quatenus ea fere ad materiam medicam pertinet. In *Miſcellaneis Naturæ Curioſor.* anni 1671. Dec. I. ann. II. n. 128. 129. 130. & 131. agit de terra Catechu novo ejus ævi remedio, ejusque utilitate varia.

Ann. 1672. obſ. 15. de utilitate Lycopodii.

N. 21. De noxio effectu Hyoſcyami.

N. 79. Oſtendit ex Ocimo non naſci Scorpios.

N. 142. 143. Varii rami faſciati.

Ann. VI. & VII. n. 1. Raphanus monſtroſus — cum ornata a pictore icone.

Dec. II. ann. I. n. 6. Moxa Germanica.

Ann. VI. n. 89. De uſu Lepidii adverſus ſcorbutum.

EJUSDEM *Pharmacia in artis formam redacta* Jenæ anno 1677. 4°. * 1693. 4°. hactenus huc pertinet, quod vires medicatas de plantis educere doceat, & aceti, balſamorum, aquarum deſtillatarum, eſſentiarum, oleorum ætherreorum, ſuccorum rationem tradat. Ex octo diſputationibus coaluit.

EJUSDEM *De medicamentorum facultatibus* L. II. Jena ann. 1678. 4°. * 1696. 4°. Ex ſeptem pariter diſputationibus natum opus, ut pluſcula alia WEDELII opera. Habet generalia de cognoſcendis plantarum viribus, de qualitatibus primis, ſecundis, tertiis & quartis, de plantis, quæ eas qualitates poſſident, de medicamentis purgantibus ſecurioribus, aliisque.

EJUSDEM *Opiologia* Jen. anno 1682. 4°.* & prius, ut videtur, ex dedicatione, anno 1674. 4°. De Papavere, de natura Opii. Analyſis aliqua, ex qua vis narcotica ſulfuri imputatur. Correctio Opii varia, extracta varia,

(*n*) BIRCH III. p. 66.

Digitized by Google

medicamenta, quæ ingreditur, vis medica, ubi mireris, pro ſpecifico remedio Pleuritidis dari. Denique de Maslach Turcarum, quod ex Bangue ſeu Cannabi parari putat.

EJUSDEM *De ſale volatili plantarum Experimentum chemicum novum* Jenæ anno 1682. 12°. *, nempe ex Iſatide poſt fermentationem ad tinctorios uſus nato, ut ſine igne obtineatur.

ALIUS de eodem experimento libellus eodem anno ibid. 12°. * prodiit *ſpecimen experimenti novi chemici, de ſale volatili plantarum.* Hic de eo ſale in univerſum agitur, ut variis modis ex plantis obtineatur. Promittit hic experimentum, ſed Iſatidem nondum nominat.

Exſtat utrumque diximus, quod opuſculum in appendice *Miſc. Nat. curioſ.* ann. IV. V.

EJUSDEM *Amœnitates materiæ medicæ* Jen. anno 1684. 4°. *, ex diſputationibus 14. coalitæ. Multa habent ſimilia libro de medicamentorum facultatibus, & capita eadem, ſed fuſius eſt opus. Amabat vir Clar. terrea, medicamina & bezoardica. Ad finem ſyllabum dedit materiæ medicæ ſelectioris, ſed ex quo multa merito expungas.

EJUSDEM *Pharmacia acroamatica* Jen. anno 1684. 4°. *. Ex 15. diſputationibus nata, priori pharmaciæ ſimilis, & amplior.

EJUSDEM *De medicamentorum compoſitione extemporanea* Jen. anno 1678. 1691. 4°. * minus huc ſpectat, & formularum medicarum ſcribendarum potius artem tradit.

EJUSDEM *tabulæ ſynopticæ de compoſitione medicamentorum extemporanea* Jenæ 1677. fol. TREW.

EJUSDEM *Syllabus materiæ medicæ ſelectioris* Jen. 1735. 4°.

EJUSDEM *Theoria ſaporum medica* ib. 1703. 4°. *.

Numeroſas vir IDEM diſputationes edidit, cum totis quinquaginta annis in populoſa Academia docuerit.

De *opio* anno 1667. ut lego.

EJUSDEM de *diureticis* Jen. 1667. 4°. *

EJUSDEM de *elæoſaccharis, mulſa, præcipitatis* Jen. 1677. 4°. VAT.

De *Jalapa* anno 1678. 4°. * 1715. 4°. RIV.

De *venenis & bezoardicis* anno 1682. 4°. *

De *aromaticorum natura, uſu & abuſu* anno 1695. *

De *oleis deſtillatis* anno 1696. 4°. *

De

Digitized by Google

De *Camphora* anno 1697. 4°.*

De *oleoſorum natura*, *uſu & abuſu* 1697. 4°. VAT.

De *ſpiritu vini* anno 1697. 4°.*

De *terebinthina* anno 1700.* variæ ſpecies & præparationes.

De *Aro* anno 1701. 4°.* ad vires medicas.

De *Muſco terreſtri clavato* anno 1702.* Multiplices vires medicæ: laudat etiam ad urinæ dolores, ad vulnera, adque plicam.

De *Maro* anno 1703.* Collectitia.

De *Ipecacoamba Germanica & Americana* anno 1705.* Ipecacoanham ſpeciem eſſe Dentariæ bacciferæ, ſapore convenire: ad grana 12. datam alvum ducere. In dyſenteria ubique utiliter datam eſſe.

EJUSDEM & TEICHMEYERI *de Cubebis* anno 1707.* Potiſſimum utilitates medicæ.

EJUSDEM *de Sabina* anno 1707.* Deſcriptio, vires, producta.

EJUSDEM *de Thea* anno 1707.*

EJUSDEM *de Salvia* anno 1707.* Hiſtoria plantæ, producta & laudes medicæ.

EJUSDEM *de Cinnamomo* anno 1707.*

EJUSDEM & *Chriſtoph Ludwig* GOCKEL *de Serpentaria Virginiana* anno 1710.* Hiſtoria ex variis ſcriptoribus collecta, & vires medicæ. Rediit in VALENTINI *Mantiſſa*.

EJUSDEM *de Contrayerva* anno 1712.* Ea HERNANDEZ & MUNTINGIO, non bona deſcriptio. Reliqua collectitia.

EJUSDEM *de Plantagine* anno 1712.* Analyſis aliqua, nimiæque vires.

EJUSDEM *de Centaurio minori* anno 1713.*

EJUSDEM *de Salvia* anno 1715.* Vires medicæ.

EJUSDEM & BILHARD *de Cuſcuta* anno 1715.* Integer libellus, collectitius.

EJUSDEM *de Hyoſcyamo* (*n*) anno 1715.* De vario uſu, etiam interno, ſeminis totiusve plantæ. Spiritum foliorum acidum eſſe absque vi narcotica.

EJUSDEM *de Scordio* anno 1716.*

EJUS-

(n) Non eſt J. ADOLPHI.

Digitized by Google

EJUSDEM *de Hyperico* anno 1716.* Alii anno 1705. Species Hyperici. Vis adverſus dæmones; & olei efficacia in morbis renum calculoſis. Olei ſtillatitii aliquantum cum aqua adſcendit.

EJUSDEM *de Glycyrrhiza* anno 1717.* Microſcopio inſpexit radicem Franconicam & Hiſpanicam, & iſtam plus ſucci reperit habere. Circellos eſſe particulas, in quibus dulcedo habitat.

EJUSDEM *de Viola martia purpurea* anno 1717.*

EJUSDEM *de Allio* anno 1718.*

EJUSDEM *de Colchico, veneno & alexipharmaco* anno 1719. 8°.*. Pro venenata vi citat ex DANIELE LUDOVICI occiſos ex radice pueros. De vi amuleti adverſus peſtem, febreſque malignas, & proprio experimento.

EJUSDEM *de Sambuco* anno 1720.* vires potiſſimum medicæ, etiam fabuloſæ, Sambuci.

EJUSDEM *de Verbena* anno 1721.*

EJUSDEM & LOEW. *de Polypodio* anno 1699. & 1721.* Aquam acidam & oleum empyreumaticum ex Polypodio adſcendere.

Porro numeroſa *programmata* botanici argumenti ſcripſit, ſæpe paradoxa.*

De *Hyperico myſtico* anno 1686. 4°. RIV. Vires medicæ Hyperici; ut fuga dæmonum dici meruerit.

De *Amello Virgilii* anno 1686.* Eſſe Melilotum flore luteo, non Aſterem Atticum.

De *uſu Cucumeris innoxio* anno 1686.*

De *unguento Nardino* anno 1687.*

De *Tetragono Hippocratis* anno 1688.* Eſſe Helleborum album.

De *Anil Indico* 1688. 4°.* Eſſe Glaſtum, non bene.

De *herbis Germanis Ovidii* anno 1689.* Rubiam, Serratulam, Luteolam, ſed imprimis Iſatidem hoc nomine intelligi.

De *Sinapi S. Scripturæ* anno 1690.*

De *herba Solſtitiali* 1690. 4°.* Quid non ſit?

EJUSDEM *de nectare & Ambroſia* Jen. 1691. 4°.* B. THOMAS.

De *radice amara Homeri* anno 1692. 4°.* Eſſe Gentianam.

De *Nepenthe Homeri* anno 1692. 4°.* ſeu Opio.

De *Hyſſopo* tria programmata 1692. 4°.* Non differre a noſtro.

EJUS-

Digitized by Google

EJUSDEM *de vini dulcis plenis* Jen. 1692. 4°.

De *Fæcula Coa* anno 1693. Ex Eruca eſſe paratam muſtardam, vel ex Sinapi.

De *Maza* HIPP. 1693.*

De *ligno Aloes.* 1693.*

De *Corchoro* THEOPHRASTI anno 1695.* Mercurialem eſſe.

De *decimatione olerum* Jen. 1695. 4°. HEFT.

De *Corona Chriſti Spinea* I. II. anno 1696. Spinam eam roſam fuiſſe.

De *Cirſio* DIOSCORIDIS anno 1700. Carduus, ut puto, caule criſpo.

De *vino medico* anno 1698. 4°. RIV.

De *reſina Ægyptia* anno 1700. Maſtichen eſſe.

De *pane Dyrrachino Jul. Cæſaris* anno 1700. Eſſe radicem Ari.

De *Bulbo veterum* anno 1700. Colocaſiam eſſe.

De *Lilio agri.* Martagon flore reflexo.

De *Lignis Thyinis Apocalypſeos* anno 1707. Eſſe Algummim, arborem vitæ, &c.

De *Sabina Scripturæ* anno 1707. Noſtram eſſe, quæ כרת S. S.

De *Thyo Homeri* anno 1707. Etiam iſtam plantam Sabinam eſſe.

De *menſis Citriis.* Etiam eam arborem Sabinam eſſe.

De *Rhabarbari origine, genere, differentiis & virtute* anno 1708.

De *Theſio Theophraſti Ereſii* anno 1708. Eſſe Rhabarbarum.

De *Calamo aromatico.* Eſſe noſtrum.

De *Lilio Convallium Salomonis* anno 1710. Eſſe Lilium album.

De *Oenanthe* THEOPHRASTI anno 1710. Eſſe Lilium convallium.

De *Moly Homeri in genere* anno 1713. II. *in ſpecie* 1713. & *Mythologia Moly Homerici* 1713. Eſſe Nymphæam.

De *Zytho Scripturæ* anno 1715.

De *Holocontide Hippocratis.* I. II. anno 1715. Myrrhidem eſſe bulboſa radice.

Hæc programmata cum aliis conjuncta edidit WEDELIUS, & vocavit *Centuriam Exercitationum medicophilologicarum* Jen. anno 1701. & 1702. 4°.*

Centuriæ II. tantum 50. *Exercitationes* prodierunt, ab anno 1704. ad annum 1720. prius excuſæ.

Digitized by Google

§. DCLXI. *Philippus Gruling.*

Philippi GRULING *De triplici in medicina univerſalis evacuationis genere* P. III. *De Sudoriferis & diureticis* Lipſiæ anno 1671. 4°. *& de purgatione, quæ in medicina fit* Lipſiæ anno 1668. 4°. MER.

EJUSDEM *Florilegium hippocratico Galenicochymicum in quo medicamentorum — e vegetabilibus conficiendorum ratio virtus uſus & doſis docetur* Lipſiæ 1665. 4°.* 1680. 4°. & alias: integram continent *Pharmacopæam* ex vegetabilibus.

§. DCLXII. *Nehemias Grew.*

Nehemiæ GREW *The anatomy of vegetables begun* London anno 1671. 12°. & in operibus omnibus. Vir ingenioſus & accurate inſtrumentis viſum adjuvantibus uſus, in anatome plantarum novam ſibi viam paravit, & eximium hic ſui laboris compendium dedit. Vegetationem retrorſum a ſemine perſequitur; fabam diſſecat, plantulam, radiculam, plumulam, cotyledones, parenchyma exponit. Tunc partes caulis, epidermidem, corticem, medullam, fibras ligneas, poros diverſorum generum, qui oſtendunt lignum meris fieri vaſis. De via, per quam ſuccus adſcendit. Porro de germine & ramo, quorum fabrica eadem eſt, quæ trunci. Plicæ, pili, ſpinulæ, globuli folii. Flos, ejusque calyx, petalon, ſtamina. Inde fructus ejusque ſpecies, non omiſſa parte petroſa pirorum; denique novum ſemen. Vita & fecundatio plantæ. Naturam femininam ovi, maſculam ſtaminum non ignoravit.

Hoc opuſculum gallice vertit le VASSEUR, & alienis adſutis edidit Paris anno 1674. 12°. 1679. 12°.* 1682. 12°. cum titulo *Anatomie des plantes*, tum Leidæ anno 1685. 12°. 1691. 12°. Recuſum eſt latine in *Zod. Med. Gall.* T. IV. M. May, & in *Miſcell. Nat. Cur.* Dec. I. anni VIII. app.

EJUSDEM *An idea of a phytological hiſtory of roots — with a continuation of the anatomy of vegetables proſecuted upon roots* London anno 1673. 8°.* & in operibus omnibus. Commendat anatomen vegetabilium: deſcribit vaſa, ſuccos, colores, ſapores, odores, vires medicas, analyſin variam: elementa, vitam. De radicibus; earum deſcenſus in bulboſis frequens, partes variæ, cutis, cortex, valde poroſus, parenchymate factus & vaſis faſciculatis & aquoſis, & ſuccum proprium vehentibus, absque valvulis: ipſa natura radicis, partim lignea, partim parenchymacea: vaſa aerea, medulla parenchymacea cum fibris. Ita anatome: Sequitur phyſiologia: ſucci reſorbtio, præparatio, ſuccorum varietas, aëris efficacia, ſuccorum ad figuram vitamque radicis definiendam poteſtas, colorum origo ex reſolutione ſulfuris (olei) per aërem. Succi eum facit circuitum, ut a radice adſcendat per corticem, per fibras vero ſucculentas deſcendat. Vires claſſium conſtantes eſſe, ut leguminoſarum. Flavos flores neque ab acido neque ab alcali mutari, cæruleos ab acido in rubros abire, ab alcali in virides. De adfinitatibus plantarum, fragi, quinquefolii

Digitized by Google

queſolii, tormentillæ, caryophyllatæ: leguminum. Latine verſa hæc anatome prodiit in *app. ad ann.* IX. X. Dec. I. *Miſcell. Nat. Cur.*

EJUSDEM *The anatomy of trunks with an account of their vegetation grounded therepon* London anno 1675. 8°. & in operibus omnibus, ubi eſt L. III. De diſcriminibus trunci in variis plantis. Fabrica corticis microſcopica: parenchyma, vaſa aquoſa, vaſa reſinifera, vaſa lactifera. Lignum, vaſa aërea. Medulla, ejus parenchyma. Inde Phyſiologia, de motu ſucci, & aeris, de ſuccorum generatione, &c. Latine prodiit cum priori, ſed Cl. AUCTOR de ea verſione conqueſtus eſt.

Hi ſunt tres primi libri operis majoris *The anatomy of plants with an Idea of a philoſophical hiſtory of plants* editi London anno 1682. fol. *. In præfatione cavet, ne MALPIGHIANA ſuis antiquiora videantur. Partem Libri I. Præſidi Societatis Regiæ dedit prælegendam anno 1670. & anno 1671. 11. Maj; licentiam vero imprimendi obtinuit Menſ. Octobri, & totum opus Menſ. Dec. anno 1671. Societati tradidit. Eodem die Societas Regia Codicem MALPIGHII 1. Novembri anni 1671. datum accepit. MALPIGHIUS ſua anno 1671. demum excudit: GREWIUS ſua de trunco & radicibus inter annum 1672. & 1674. coram Societate Regia prælegit, quæ vero ſequuntur de foliis, floribus & fructu, ea annis 1676. 1677. prælecta fuerunt.

Liber IV. continet anatomen folii, floris, fructusque. Folia ob fibras laxas per parenchyma diſperſas, ſuccum adtrahere nutritium. Sententia D. MILLINGTON de ſexu plantarum: ut tamen GREWIUS ſtamina potius habeat pro vaſculis excretoriis. Calycem nullum eſſe, quoties flos ipſe robuſtus eſt. Involutionem variam foliorum deſcribit. Hic videas floſculos, ſtamina, tubas eſſe delineatas. Anno 1676. nov. 9. primum antheras pro maſculo ſexu deſcripſit. Staminum numerum ſæpiſſime eumdem eſſe, qui partium floris, alias duplicem. Antheræ cavæ, pulviſculo plenæ ſunt, plerumque duplici capſula, tamen & ſimplici. Ad methodum aliqua; a figura, & numero petalorum, & ſtaminibus repetenda. Pollinem ſæpe globulis fieri, tamen & ovales dari, & cubicas, & echinatas particulas. De fructu & ſeminibus multus eſt & curioſus. Semen verum ab involucris rite ſeparat. Aperiri fructus ob vaſa aërea per certam ſedem vaſculi ducta, quæ parenchyma ſiccant, ut ſiccatum findatur. Numeroſiſſimæ & optimæ icones. Non ignoravit ſeminales capſulas Filicum. Theoriæ paulum indulſit. Incrementum & figuram partium ab imaginariis ſalium figuris derivat; colorem rubrum ab acido ſale, viridem & cæruleum a ſale lixivo, flavum & conſtantiorem ab aëre. De ſaporibus etiam plus ſibi permiſit. De proportione ſalium in plantis, & de ſale in plantis eſſentiali & marino, per experimenta. Hæc in adjectis libellis. Digniſſimus liber.

EJUSDEM *Muſæum Regalis Societatis or a catalogue and deſcription of the natural and artificial rarities, preſerved al Greſham's Colledge* London anno 1681. fol.* Pars II. eſt de plantis. Ligna rara, ut Aloës, ſuo cum gummi, arboris

 fœtidæ.

Digitized by Google

fœtidæ. Lignum, quod abſque cortice increvit. Fructus varii, medicati & alii. Partes variæ fruticum rariorum. Muſci, Fuci, marina.

§. DCLXIII. *Philippus Sylveſtris du Four.*

Philippe Sylveſtre du FOUR, Pharmacopœi Lugdunenſis, *Traités nouveaux & curieux du Cafe, du Thé & du Chocolat* Lyon anno 1671. 12°. BURETTE, anno 1675. ut ex JOURNAL des SAVANS videtur, anno 1688. 12°. * (o), a la Haye anno 1685. 12°.* 1693. 12°. cum St. DISDIER *methode de faire de l'excellent Chocolat.* Latine Genevæ anno 1685. 12°.* vertente *Jacobo* SPONIO. Germanice *Beſchreibung des Coffee, Thees, Chocolates und Tabaks* Hamburg anno 1684. 12°. & ut puto T. P. M. C. *überſezte tr. von Caffee, Thee und Chocolate* Budiſſin 1686. 8°. TREW. 1701. 8°. HEISTER.

Primum *Fauſti* NAIRONI libellum gallice vertit, & edidit: tunc ipſe ad opus acceſſit, & libello de Coffea alios de Thea & Chocolata adjecit. Coffeæ brevem dat hiſtoriam, præparationem fuſe, virtutes fuſiſſime. Analyſin addit aliquam; phlegma, vapores in liquorem rufum condenſatos, oleum etiam magis rubrum. Olei ex libra drachmæ 21. In capite mortuo libræ unius ſalis fixi alcalini drachma. Adjectus eſt dialogus *Bartholomæi* MARRADON *de Chocolata*, à FOURIO gallice redactus.

Libelli *de Thea & Chocolata* fere aliunde ſunt deſumti ex GASP. COLMENERA, NIEUHOFIO & de RHODES. Formulam Chocolatæ dat, quam ingrediuntur Piper Mexicanum, Aniſum, Achiotl.

Eadem Libellus *de Coffea* ſolus cum titulo *Bevanda aſiatica, phyſiologia potus Caffé*, cum titulo *Jacobi* SPONII & notis D. MANGET iconibusque fabæ, & arboris anno 1705. 4°.* recuſa eſt, abſque loci mentione.

§. DCLXIV. *Abraham Munting.*

Abrahami MUNTING, *Henrici* filii, *Waare oeffening der planten* Amſterdam anno 1672. 4°.* & Leeuwaarde anno 1682. 4°.* quæ editio 4. paginis plenior eſt. Planetas obſervabat ſuperſtitioſus, cujus alias fidem a gnaris viris laudatam novi, in rebus ad horti cultum pertinentibus. Libri ſunt tres, arborum, florum & herbarum. Quisque liber eſt enumeratio generum, quibus ſpecies ſubjectæ: cum cultu cujusque & varietatibus, ſæpe cum additis figuris, quarum aliquæ omnino ſuſpectæ ſunt, ut Ferrum equinum volubile quod Granadilla videtur eſſe, flore male picto; aliquæ omnino malæ, ut Geniſta latifolia, Barba Jovis.

EJUS-

(o) B. GUNZ anno 1668. 12. puto per errorem.

Digitized by Google

Ejusdem *De vera herba Britannica diſſ. hiſtorico medica* Amſterdami anno 1681. 4°. Seguier. anno 1698. 4°. *. Præter hiſtorica multa, Lapathorum hic hiſtoria traditur, & icones, ita tamen, ut non facillimum ſit, vel ipſam Britannicam Cl. viri adgnoſcere. Poſthumum cætera opus, nam vir Cl. obiit anno 1683.

Ad hoc idem opus *Henricus* Cannegieter *notas atque obſervationes* addidit Haag. anno 1734. 4°. *. Facile oſtendit, paſſim contra fidem hiſtoriæ Muntingium peccaſſe, Ejus Britannicam Lapathum eſſe, paulum diverſum a Lapatho magno aquatico (cubitali). Valde dubium eſſe, num ſit veterum Britannica herba. Nihil debere corrigi in deſcriptione Dioſcoridis. Ipſe Editor capite IV. diſſertationis de Brittenburgo, matribus Britannicis &c., de herba Britannica dixerat, non fuiſſe Cochleariam, cujus flores apud Plinium nomen ferant, quod calycem roſarum exprimat: Folia ſola fuiſſe Lapathi.

Ejusdem Muntingii *Aloidarium* ſeu Aloës Americanæ mucronato folio, aliarumque ejusdem ſpeciei hiſtoria, prodiit cum libro de herba Britannica. Pleræque icones absque floribus ſunt, aliæ ſuſpectæ, ut fol. 13.

Ejusdem *Naauwkeurige beſchryving der Aardgewaſſen* Leid. ann. 1696. fol. Poſt mortem Cl. viri prodiit. Sermo eſt operis, quod primo loco dixi. Icones ſolæ 244. cum nominibus, cura *Franciſco* Kiggelaar editæ ſunt Amſtelodami anno 1702. fol. Uff. 1713. fol. 1727. fol. * cum titulo *Phytographia curioſa*. Redeunt hic, quæ in prioribus operibus, mole auctæ, tum aliæ multæ, etiam Alpinæ, ut Chamæmeſpilus minus bene picta, Alchemilla argentea, Ruyſchiana. Multæ nitidæ, aliquæ fabuloſæ, ut Sidereon, aut ſuſpectæ, ut Macer antiquorum. Multum etiam varietatum.

Annon ejusdem eſt Muntingii *Græninger hof almanak* Groning. anno 1687. 8°. Hott.

§. DCLXV. *Varii.*

Francis Drope *A ſhort and ſure guide in the practice of raiſing and ordering of fruit trees* Oxford anno 1672. Satio plantarum, ſeminarium, opera inſititia, & aliæ plantarum propagandarum artes.

Eduardi Bolnest *methodus præparandi — vegetabilia ad uſu medicos* Londin. 1672. 8°. Chemicus.

J. Michael Schwimmer *curioſitates ex phyſica ſecretiori diſſertationibus XIV. enucleata* Jen. 1672. 4°. ſi huc faciunt, ut puto Lehman.

Ejusdem *quædam naturæ miracula circa vegetabilia* Jen. 1673. 8°.

Ejusdem *Phyſicaliſche Ergözlichkeiten: Phyſicaliſche Gartenluſt und phyſicaliſche Himmels-Betrachtung und Gartenluſt* Erford. anno 1701. 8°. Francf. & Leipz. anno

anno 1705. 8°. 1716. 8°.* Obſcuri alicujus ſeculi putares, cum ſignis & planetis omnia tribuat, ſuoque planetæ quamque plantam ſubjiciat. Florum tamen, etiam olerum, per ſingula cultum docet, eorum varietates hortenſes recenſet.

EJUSDEM *Phyſicaliſcher Luſtgarten* Rudelſtatt 1690. 12°.

J. Georg GREISEL in *Miſc. Nat. Cur.* Dec. I. ann. II. obſ. 78. dat catalogum plantarum circa Joachimsthal, non ſatis certarum, thymi exemplo. Recudit in *Itinerario* TOLLIUS.

HERMAN de LAUNAY *non ergo panis ſatietas peſſima* Paris 1672.

DENYS *Deſcription des Côtes de l'Amérique Septentrionale avec l'hiſtoire naturelle de ce païs* Paris anno 1672. 12°.*. Plantas etiam Gaſpeſiæ tradit.

Philippi BALDÆI V. D. M. *Beſchryving van Malabar Coromandel, en Ceylan* Amſterdam anno 1672. fol. Germanice etiam ib. 1672. fol. UFF. Verſatur potiſſimum in mythologia harum gentium, tamen ut nobiliores plantas non negligat, Indici cultum, & ad artem tinctoriam præparationem doceat, de Thea agat &c.

Georg. Nicolaus LANGHEINRICH *De ſenſu plantarum* Lipſ. anno 1672. 4°.

In *Conferences de M.* DENYS Paris anno 1672.* & ſeqq. editis, & recuſis nuper cum ſupplemento ad diarium eruditorum, de vegetatione plantarum diſſertatio reperitur. Porro F. *Naronii* BANOISII de Caffea libellus, & aliqua ex BALDEO de Pipere, de Eſſaye (Chaye) Malabarica, ſcarlatini coloris radice, de maceratione ſeminum ad fertilitatem utili.

Chriſt. ARNOLD *wahrhafte Beſchreibung der Konigreiche Japan, Siam und China, mit J. Jac.* MERKLEIN's *oſtindiſcher Reiſe* Nürnberg 1672.

SCHMUZII *vera & rationalis veteris Auguſtani diſpenſatorii reſtitutio contra* I. ZWELFER 1672. 8°. *& Apologiæ* SCHMUZIANÆ *pars altera* 1672. 8°. B. THOM.

Jac. Gerard de BERGERIES, Prof. Lauſannenſis, *le Gouvernement de la ſanté* Geneve 1672. 8°. Ej. *l'apoticaire charitable* Geneve 1673. 8°. SCHEUCHZ. Conf. eumdem forte librum p. 550.

Vincenzo Maria di S. CATHARINA *viaggio nelle Indie orientale . . . colla deſcrizzione degli animali quadrupedi, ſerpenti, uccelli e pianti di qual mondo nuovo* Rom. 1672. fol. QUADRIO.

J. Jac. SAAR's *funfzehnjährige oſtindiſche Kriegsdienſte, und Beſchreibung, was in ſolcher Zeit vornemlich auf der Inſel Ceylan ſich begeben* Nürnb. 1672. fol. mit *Daniel* WÜLFERS Anmerkungen.

AZARETE Biſcayi (Cantabri) *relation des voyages dans la riviere de la Plate & de la par terre au Perou* Paris 1672. fol. Vanus & ſuperſtitioſus homo, cæterum plantas etiam habet & animalia. *J. David*

Digitized by Google

J. David PORTZ *vini rhenani imprimis baccaracenſis anatomia chymica* Heidelberg. 1672. 12°. Artificia habet vini conſervandi, reſtaurandi, vix analyſin.

EJUSDEM *bacchus enucleatus, ſ. examen vini rhenani* Leovard 1673. 12°. *

§. DCLXVI. *Nicolaus Pechlin.*

J. Nicolai PECHLIN *De purgantium medicamentorum facultatibus Exerc.* Leid. anno 1672. 8°. Amſterdam. anno 1702. 8°. Etſi alius ei finis eſt, percurrit tamen vir Cl. purgantia medicamenta, & de eorum potiſſimum vi purgante, ejusque moderamentis aut incitamentis agit, latiniſſimus, & doctus ſcriptor. Arum & alia purgantia medicamenta cum aceto miteſcere docet.

In l. *de aëris & alimenti defectu* Kiel 1676. 8°.* nutritionem plantarum fere aëri tribuit.

EJUSDEM *Theophilus bibaculus* Francof. anno 1684. 4°.*. De Theæ dotibus, quibus ſe ab aliis potubus medicatis diſtinguit; ejus vires medicatas varias laudat & extollit. Partitas autem vires eſſe aquæ calidæ, & ipſius herbæ.

In *obſervationibus medicis* Hamburgi anno 1691. 4°. * excuſis, potiſſimum in L. II. multa, neque parvi momenti, ad plantas ſpectantia reperiuntur, ut de nitro plantarum. De ſede virium laxantium, de Scammoneo, Mechoacanna, &c.

§. DCLXVII. *Robertus Talbor. Alii.*

Roberti TALBOR, qui ſe *pyretjatrum* dicit, *πυρετολογια or the caſe and cure of agues* London anno 1672. 12°.*. Certe lego in meo exemplo TALBOR, plerique vocant TALBOT & annum 1672. quartamque formam nominant. Medicamentum ſuum tamen hic non aperit, & valde monet, corticem Chinæ pernicioſum eſſe, niſi rite præparetur. Præmittit emeticum.

ARISTOTE *Inſtruction pour le jardin potager* Paris anno 1672. & 1678. 12°. BURETTE, FALCONET.

EJUSDEM *Inſtruction ou l'art de cultiver toutes ſortes de fleurs avec des inſtructions pour cultiver & greffer les arbres fruitiers* anno 1677. 12°. & una *Obſervations ſur le livre du Curé d'Henouville.*

John. JOSSELYN *New England rareties* London anno 1672. 8°. Plantas indigenas deſcribit.

EJUSDEM *Relation of two voyages to New England* London anno 1674. 12°.*. Prius anni eſt 1638. Alterum anni 1663. Non incurioſus hiſtoriæ naturalis, plantas ſponte naſcentes medicatas recenſet & utilitatem adjicit. Multos tamen errores commiſiſſe DOUGLAS II. p. 71.

Simon

Digitized by Google

Simon de MOLINARIIS *Ambroſia Aſiatica ſeu de virtute & uſu Thea ſeu Cia* Genuæ anno 1672. 12°. *. Aliqua habuit a P. INTORCETTA. Florem recte cum Roſa comparat, non bene vero docet folia tanto majoris fieri, quo ampliora ſint. Recte contra *Simonem* PAULI oſtendit, Theam a Gale differre. A Tartaris Theam primum ad uſus diæteticos adhibitam, ſeculo XIII. ad Chinenſes veniſſe. Genuæ abſque noxa bibi, memoriæ prodeſſe, & quæ alia amor plantæ ei ſuaſit, ut effunderet.

§. DCLXVIII. *O. Dapper. Alii.*

O. DAPPER M. D. pro bibliopolis pluſculas compilationes hiſtoriæ naturalis & Civilis variarum regionum ſcripſit. Huc *Beſchryving van't Aſien, en't van den grooten Mogol* Amſterdam anno 1672. fol.

EJUSDEM *Gedenkwaardig Bedryf der Nederlandſche ooſtindiſche Mantſchappy op de Kuſte en in t' Keyzerryck van Taiſing or Sina en Formoſa* &c. cum legatione Sienſi ſecunda & tertia. Conf. p. 538.

Beſchreibung America und der Sudlander Amſterdam anno 1673. fol. Anglice ab OGILBY verſum Lond. ann. 1671. fol.

Beſchryving der Africaniſchen Geweſten van Egypten, Barbaryen &c. ibid. anno 1676. fol. ZOCH. & Germanice anno 1670. fol. RINK. 1671. fol. *. Gallice anno 1686. fol. BURETTE.

EJUSDEM *Beſchryving der Africaanſchen Eylanden* ibid. 1676. fol.

Beſchryving van Syrien en Palæſtinen Amſterdam 1677. fol. & Germanice anno 1681. fol.

Beſchryving van Aſien, Meſopotamien. Babylon, Aſſyrien Belgice Amſterdam 1680. fol. Germanice Nürnberg 1681. fol.

Naauwkeurige Beſchryving van Aſia, Indien, Perſien, Georgien, Mingrelien, Amſt.

Beſchryving van de Archipel anno 1688. fol. & Gallice anno 1703. fol.*. Ubique ſolet aliqua de plantis adſpergere, etiam icones.

EJUSDEM *Beſchryvinge van Sirien en het Golf van Venetien* Amſterdam 1688. fol. CHION.

Conjunctim prodiit DAPPERUS *exoticus curioſus*, d. i. ODVARDI DAPPER *Africaniſche, Americaniſche und Aſiatiſche Curioſitæten aufs kürzeſte zuſammen getragen durch* M. J. C. MAENNLING Frankf. und Leipzig 1717. 1718. 2. Vol.

Huc etiam *Deliciæ Orientales, d. i. die Merkwürdigkeiten des Morgenlandes* von D. O. D. M. D. Nürnberg. 1712. fol. 2. Vol.

Otto KEYENS *Kurzer Entwurf von Guajana* Lipſiæ anno 1672. 4°.*. Scopus eſt excitare colonos, ut adeant Americam Belgicam. Oſtendit, quantum regiones calidæ frigidas ſuperent; agriculturam etiam ejus regionis docet.

§. DCLXIX.

Digitized by Google

§. DCLXIX. *Miſcellanea Nat. Cur. Jac. Breyne.*

In T. III. ſ. anni 1672. in *Eph. Nat. Cur.* MELCHIOR FRIBE de Chamomilla faſciata egit n. 166.

J. *Paterſon* HAIN De nitro ex Lappa majori n. 222.

De Napelli geſtati noxa n. 223.

J. *Andrea* CNOEFFEL eodem anno n. 245. De Naſſa piſcatoria naturali, radice nempe Cicutæ aquaticæ WEPFERI. IDEM anno IV. V. n. 54. malum citrium prægnans triplex deſcribit & n. 55. Roſam triplicatam.

Jacobi BREYNE, ex nobili ex Belgio familia orti, magni plantarum amatoris, Gedanenſis, in eodem anno *Miſcell. Nat. Cur.* multa ſunt.

N. 289. Muſcus Eryngii folio bene depictus.

N. 290. Icterus per Muſcum pulmonarium vulgarem ſanatus.

N. 291. De Amomo Arabum, Lycopodii ſimili, cujus folioſum caulem roſula terminat.

N. 292. De amygdalo holoſericeo.

N. 293. De ligno citrato Guineenſi.

N. 294. De radice arboris Jacæ.

N. 295. De radice arboris Tauzargantha.

N. 296. De Tacamahacca liquida.

Anno III. IV. n. 149. De Selagine tertia THALII cum icone.

N. 129. De Quercu nivea.

N. 130. De Canella & Camphora.

N. 131. De Cortice Canellæ ſimili.

N. 132. De foliis arboris Gujanicæ, colorem purpureum fundentibus.

N. 133. De Jaſmino Mogori.

N. 134. De bulbo liliaceo vomitorio C. B. SPEI.

N. 135. De Chryſocoma igneſcente, (calyce immaturo.)

N. 136. De Convolvulo Indico heptaphyllo villoſo.

N. 137. De planta ſcandente Ceylanica, hederaceis foliis, (Anguina).

N. 138. De Apocyno Indico foliis Nummulariæ.

Digitized by Google

N. 139. De Bugloſſo echioide Indico Convolvuli Siculi folio.

N. 150. De Fungo coriaceo querno hæmatode.

N. 151. De Fungo barbato querno, (Agarico hirſuto).

N. 152. De Fungo cornu Dorcadis facie.

N. 153. De Fungo Sinenſi antidotali, lac tigridis dicto.

EJUSDEM *Exoticarum aliarumque minus cognitarum plantarum* Centuria prima Gedani anno 1678. fol.*. Splendidum opus. Plantæ exoticæ fere ex horto *Hieronymi* de BEVERNINGK, tamen & ab aliis hortorum in Belgio Dominis pulchre depictæ, cum deſcriptionibus & hiſtoria naturali. Intercedunt plantæ aliquæ Monſpelienſes, & Luſitanicæ, inter quas duæ Orchides a noſtratibus vix diverſæ; denique Boruſſicæ, Saxifragia lutea, Caryophyllata flore nutante pleno, Pulſatillæ duæ, Laſerpitium Boruſſicum, Osmundæ varietates, Ruta muraria longifolia. In appendice de Thea agit, & inſerit *faſciculum plantarum rariorum* a W. ten RHYNE ex India miſſarum anno 1677.

EJUSDEM *Prodromus plantarum rariorum primus plantarum anno 1679. in horto* BEVERNINGKII *obſervatarum* Gedani anno 1680. 4°. & 1739. 4°.*. Partim nomina ſunt, partim etiam deſcriptiones & icones. Hic Camphorifera arbor, cum *Gnilielmi* ten RHYNE de ea commentario. Intercedunt indigenæ aliquæ, ut Cicutaria Caſſubica Thyſſelini foliis, Ranunculus Caſſubicus Thoræ folio.

EJUSDEM *Prodromus faſciculi plantarum II. ſive rariorum anno 1688. in hortis Hollandiæ obſervatarum catalogus* Gedani anno 1689. 4°. 1739. 4°. *. Meſembryanthemi nomen hic primum adparet. Plantæ ipſæ numeroſæ, & inter eas Palma vinifera Toddapanna, &c.

In poſteriori editione editor J. *Philippus* JACOBI F. nomina nuperiora addidit, & icones fere 50. a patre præparatas, ſed nondum excuſas; idemque hiſtorias earum plantarum adjecit. Camphora hic redit, & Thea, tum Mycobalanus Bellirica, Santalum, lignum colubrinum.

§. DCLXX. *Varii.*

In *Phil. Tranſ.* anni 1673. n. 93. cacao arbor deſcribitur cultusque.

Cl. LEWIS n. 95. deſcripſit ante AGRICOLAM ex TONGIO inſitionem plantarum in radices.

J. SMITH *Englands improvement revived in a treatiſe of all manners of husbandry and trade by land and Sea* London anno 1673. 4°. Liber 2. 3. 4. & 5. huc pertinent, qui ſylvarum ſationem laudant & deſcribunt.

John ARCHER *every man his own doctor with a herbal* Lond. anno 1673.

§. DCLXXI.

§. DCLXXI. *Jacob. Barrelier.*

Jacobi BARRELIER Pariſini, Monachi Dominicani, *Plantæ per Galliam, Hiſpaniam & Italiam obſervatæ.* Opus poſthumum, curante *Antonio* de JUSSIEU prodiit Paris anno 1714. fol. *. Hiſpaniam, Galliam, Italiam peragravit, hortorum etiam ubique divitias compilavit, & obiit anno 1673. Icones ſunt 1324. quarum multas editor de JUSSIEU queritur a *Paulo* BOCCONE illaudato auctore eſſe publicatas (*p*). IDEM plantas in methodum TOURNEFORTII redegit, deſcriptiones aliquas addidit. Parvæ ſunt icones, ſæpe alienæ, ex CLUSIO & veteribus deſcriptæ, & bis terve repetitæ. Varietates etiam ſpeciebus paſſim admiſcentur: multæ tamen novæ, auctori propriæ, & plantarum rariſſimarum, novarumve adſunt icones, ut ſit inter fontes rei herbariæ.

§. DCLXXII. *J. Scheffer.*

Joh. SCHEFFER Argentoratenſis, *Lapponiam ſeu regionis Laponum & gentis veriſſimam deſcriptionem* edidit Francofurti anno 1673. 4°. *. Gallice recuſam Paris anno 1678. 4°. (*Journ. Sav.*) Anglice Oxon. 1674. Germanice 1674. 4°. Ex Commentariis TORFÆI & RHEENII SCHEFFERUS opus ſuum concinnaverit. ipſe enim regionem non vidit. Caput XXXI. eſt de arboribus & plantis, Chamæmoro, Vacciniis, Angelica, Acetoſa, Calceolo, Muſco Laponum.

§. DCLXXIII. *Varii Itali &c.*

In N. GERVASII *bizarrie botaniche* hoc anno Neapoli editis reperitur J. RUSTICI *epiſtola* ad ANGELUM MATT. BONFANTE: ANTONII de S. MARIA Epiſt. *de rebus botanicis* ad eumdem A. M. BONFANTE; & ANGELI MARIA BONFANTE de CASSARINIS *Epiſtole botaniche:* &J. *Jacobi* CALDARONE Epiſtola botanica.

Lucæ SCHROECK, Medici Auguſtani & Præſidis *Academiæ Nat. Cur. Pharmacopæja Auguſtana reſtituta ſ. Examen animadverſionum in diſpenſatorium Auguſtanum & Mantiſſæ* J. ZWELFERI Auguſtæ Vindel. 1673. 4°. GUNZ.

EJUSDEM *Defenſio Ph. Auguſtanæ* adverſus FRIDERICUM HOFMAN patrem, PHILONEM NASTURTIUM, & SCHMUZIUM Aug. Vindel. 1675. 4°.

EJUSDEM *Pharmacopœa Auguſtana renovata & aucta* Auguſtæ Vindelic. 1684. fol. 1695. fol. 1710. fol. cum *animadverſionibus* G. H. WELSCHII.

EJUSDEM De Aloe Auguſtana *Miſc. Nat. Cur.* ann. VI. VII. n. 231.

(*p*) Conf. p. 540.

Ann. VIII. n. 54. De Catechu.

N. 99. nam ad ipſum revoco, de Amygdalis amaris avium veneno.

Dec. II. ann. I. n. 14. Pilæ marinæ.

N. 21. De Caryophyllis aromaticis.

N. 73. De noxio Ribum eſu.

Ann. II. De pomis Citriis digitatis n. 11. De Pomo aurantio citrato n. 12. De Urticæ vi ad ſanguinem ſiſtendum n. 45.

Ann. X. n. 207. Cyathoidis utriusque icones.

Dec. III. ann. IV. obſ. 116. Fungus corylinus floridus: Pezizæ genus.

Ann. VII. VIII. n. 118. Literæ in ligno fagino viſæ.

§. DCLXXIV. *Varii.*

Wilhelm Johann. MULLER *Die Africaniſche Landſchaft Fetu* Hamburg anno 1673. 8°. *. In Colonia Danica *Capitù Corſici* vixit. Cum reliqua hiſtoria naturali de agricultura egit, deque decem præcipuis fructibus aut radicibus, quibus incolæ vitam ſuſtentant. Pro ſexu plantarum teſtimonium dedit.

Balthaſar OTTO *de Nardo piſtica ex hiſtoria paſſionis Dominicæ* Lipſiæ 1673. 4°. LEHM.

Le Medecin domeſtique contenant le gouvernement de la ſanté, l'apoticaire charitable &c. Geneve 1673. 8°. Conf. p. 550. & 566. Nam metuo ne idem liber ſit.

De la *Cheſnai* e MONSTREUX *Fleuriſte François* anno 1673. 12°.

Georgii Sebaſtiani JUNG *χρυσομηλον ſeu Malum aureum h. e. Cydonii collectio, decorticatio, enucleatio, præparatio* Vindobon. 1673. 8°. *. Ad modum naturæ curioſorum formulæ ad morbos, &c.

EJUSDEM *Cicuta innocens* ann. IV. V. obſ. 186.

§. DCLXXV. *Ignatius Conti.*

Ignazi CONTI *Il vero Silfio overo Laſerpitio nuovamente diſcoperto* Venet. anno 1673. *.

Lettera ſopra la detta diſcoperta Venet. anno 1673. 4°.

Riſpoſta a queſta lettera ibid. anno 1674. 4°.

Aggiunta ſopra l'iſteſſa ſcoperta Venet. ibid.

Extrait du livre intitulé Il vero Silfio &c. tiré du Journal de Veniſe anno 1673. 4°. FALC.

Putabat

Digitized by Google

Putabat Cl. CONTI de Silphio, veram antiquorum plantam repertam eſſe circa Borno in Africa, ab *Antonio* PRANDI pharmacopola. Eam plantam negat SCARELLA in *adnotationibus* verum Silphium eſſe, tum in *Riſpoſta*, CONTIUS ſe tuetur in *Aggiunta*.

§. DCLXXVI. *Edward Browne. Alii.*

Edward BROWNE *An account of ſeveral travels* London anno 1673. 4°. 1677. 4°. Germanice Nuremberg anno 1711. 4°.* cum titulo *Reiſen durch Niederdeutſchland*, *Ungarn*, *Macedonien* &c. Gallice *Relation des Voyages en Hongrie*, *Syrie*, *Bulgarie*, *Macedoine &c.* Paris anno 1674. 4°. FALC. Minime ſterilia itinera ſunt, ab anno 1668. ad 1673. continuata; rem tamen herbariam tantum leviter adtingunt. De Tabaci cultu Theſſalico, & tinctoriis aliisque plantis montanis ejus regionis. De Alcanna.

Antonii le GRAND *Hiſtoria naturæ* Londini anno 1673. 8°. 1678. 8°. 1680. 4°. auctius Noribergæ anno 1674. 4°.

EJUSDEM *Inſtitutiones philoſophicæ ſecundum* des CARTES Londin. 1680. 4°.

Et in hoc, & in reliquis compendiis phyſicis aliqua ad rem herbariam ſpectare ſolent. Inſtitutionum P. VII. eo pertinet.

EJUS *Perſcrutator curioſitatum naturalium* eſt *hortus genialis* BARICELLI.

HENDRYCK *van* OOSTEN, florum cultoris Leidenſis, *Niederländiſcher Blumen - Obſt - und Orangerie - Gärtner*, germanice anno 1673. 8°. ſi verus annus eſt, tum anno 1728. 8°.* 1751. 8°. Libelli ſunt V. Primus plerorumque florum cultum breviter docet: alter Tulipas, iſte olitorie doctus: tertius tunicas: quartus arbores per præcipuas ſpecies, earumque putationem & inoculationem: quintus curam heſperidum. Habet & ſua arcana. Plurima ex QUINTINIO ſumſiſſe dicitur, neque fidem mereri. In Tulipæ bulbo florem contineri. De propagatione Tulipæ per adnaſcentes radices, quæ ſecundum florem adſident.

IDEM fuerit auctor libri *Nederlandze hof beplant met Bloemen*, *Ooſt en Orangerieen* Leyden 1703. 8°. SEG. 1715. 8°. LAMBERG. 1723. 8°. Germanice Wolfenbüttel 1712. 8°. 1751. 8°. qui ſit ex Gallice verſus *l'art de tailler les arbres fruitiers*. Comparare non potui.

Lego etiam ejus *Nederlandze bloemhof Behandelinge der tulypen en Angelieren naa de franze wys*.

Video etiam citari ejus *Regiſter van alle de voornaamſte Fruchten*, *Abricoſen*, *Perſiken &c. en een Regiſter der Zaaden* Leiden anno 1703. 8°.

Henr. BARSTEIN *vom Taback* Regenſpurg 1673. 8°.

Digitized by Google

§. DCLXXVII. *Acta Hafnienſia. P. Kylling.*

Caſpar KOELICHEN in Tomo II. Actorum Hafnienſium n. 116. Fungorum noxam, natamque ex eorum uſu apoplexiam deſcribit.

EJUSDEM De Telephio Vol. V. n. 133.

Petrus KYLLING, induſtrius herbarum collector, in *Act. Hafn.* T. II. n. 130. plantas rariores hortenſes, ſed imprimis ſpontaneas Danicas, Norvegicas, Islandicas, indicat. Gramen oſſifragum ad Aſphodelum paluſtrem (Anthericum villoſum) refert, & negat nocere. Novam Potentillam trifoliam deſcribit.

EJUSDEM *Viridarium Danicum, ſeu Catalogus plantarum indigenarum, in Dania obſervatarum* Hafniæ anno 1688. 4°. *. Nomina ſola, varietates multæ, aliquæ ſtirpes vix notæ, ut Braſſica ſylveſtris umbellifera: Orchis palmata ſine calcari cucullo ſurſum ſpectante, inſtar Tulipæ; Polypodium ramoſum: Vicia fruticeſcens. Aliquæ, quas vix credibile ſit in ſeptentrione naſci, ut Carduus Helenii folio, Chamæceraſus alpina Ceraſi folio, Geranium batrachioides odoratum, Lychnis Chalcedonica, Millefolium alpinum. Exemplum meum additionibus auctoris M. S. ornatum eſt.

EJUSDEM *Gyldenlund ſ. catalogus latino-Danicus plantarum* 404., *quibus Chriſtiani V. lucus aureus dictus exornatus eſt* Hafniæ 1684. 4°.

§. DCLXXVIII. *Varii.*

H. J. *Receuil de divers voyages en Afrique, & en Amérique non encore publiés, contenant l'origine, les mœurs &c. des habitans avec des traités concernants la haute Ethiopie, le débordement du Nil, & la Mer rouge* Paris anno 1674. 4°. BURETTE, d'ETR. Inter ea itinera eſt R. LIGON.

Nouveau traité de la culture des fleurs, & la manière de les cultiver, multiplier & conſerver avec leurs vertus médicinales Paris anno 1674. 12°. 1682. 12°. 1690. 12°. SEGUIER.

Inſtruction facile pour connoitre les Orangers & Citronniers, & la manière de les cultiver Paris anno 1674. 12°. 1680. 12°. SEGUIER, CARLSON &c., & Ejus libri *Compendium* cum titulo *Secrets pour faire venir toute ſorte d'arbrès, de fleurs & de fruits d'une groſſeur prodigieuſe* Paris anno 1675. 12°. Journ. Sav. Lunæ certæ phaſi confidit.

Car. MARTEAU *an ex morbo convaleſcentibus panis ſpuma cereviſiæ fermentatus ſalubris* Paris 1674.

Henr. MEIBOMII *de ſpiritibus per fermentationem ex vegetabilibus paratis* Helmſtatt 1674. 4°.

Georg Baſilius WITTIG *von der Vortreflichkeit beyder Giftarzneyen, des Theriaks Andromachi und Mithridats Damocratis,* Nürnberg 1674. 12°. B. THOMAS.

Latine

Latine *Antidotorum Theriacæ Andromachi & Mithridatii Damocratis Majeſtai* Noriberg. 12°.

Ejusdem *iterata nobiliſſimarum antidotorum compoſitio* ib. 1675. 12°. B. Thom.

Roberti Godfrey *various injuries and abuſes in chymical and Galenical Phyſik committed both by phyſicians and apoticaries* London 1674. 8°.

J. Stephani Rudolf & Fickelscherer *De Chriſtopomis* Bareith. anno 1674. nempe de pomis circa Chriſti natalia florentibus.

Chriſtoph. Hermann *ſchlechtes und gerechtes Hausbuch* Nürnberg 1674. 12°.

Valentini Andreæ Moellenbroeck *De Cochlearia curioſa* Lipſiæ anno 1674. 8°. 1746. 8°. *. Farrago formularum Anglice prodiit anno 1677. 8°.

Obadiah Blagrave *Deſcription and phyſical virtues of all trees herbs &c.* London anno 1674. 8°. diverſus, ut videtur, a Josepho (*q*).

J. G. *Saintfoyne improved, on a diſcourſe ſhewing the utility and benefit which England hath and may receive by that Graß* London anno 1674. 4°.

Chriſtian Marggraf *Materia medica contracta, continens ſimplicia & compoſita* Leid. anno 1674. 4°. 1681. 4°. 1716. 4°.*. Amſterdam. anno 1682. 4°. 1715. 4°. ut lego, in operibus omnibus. Continet catalogum alphabeticum medicamentorum ſimplicium, cum brevi deſcriptione, *bonis notis*, & viribus medicis.

§. DCLXXIX. *Petrus Nati.*

Petri Nati, Profeſſoris Piſani, *Phytologica obſervatio de Malo Limonio citrato, vulgo Bizarria* Florent. anno 1674. 4°.*. Arbor de hybridum genere, quæ de tribus ſpeciebus malorum aureorum aliquid habet, in foliis, & fructu cujus triplex eſt præterea varietas, Aurantium pomum, & Limon citratus, & fructus, qui ex tribus pomis aureis aliquid retinet.

Ejusdem *Intorno alla natura del Pepone* Florent. anno 1676. 12°. Cinelli non bene 1576. Una prodiit Donatus ab Altomari *de vinaceis.*

Ejusdem *De Melonibus in Opuſc. Scientif.* T. IV. anno 1730.

Orſus erat collectionem iconum hortorum Florentinorum Targioni *Corograf. præf.* p. 40.

§. DCLXXX. *Phil. Tranſactions.*

In n. 101. & anno 1674. *Philoſ. Tranſactionum* reperitur *Daniel* Cox *way of extracting a volatile ſalt and ſpirit out of vegetables.* Omnes plantas a fermentatione dare ſpiritum volatilem urinoſum, aliquas & ſalem ſiccum, ſales vero fixos plantarum inter de non differre.

Ejus-

(q) p. 533.

Digitized by Google

EJUSDEM Non ante ignem dari in plantis aut fixum ſalem, aut volatilem n. 107.

N. 108. Sed neque vinoſos ſpiritus, aut volatiles, ex variis plantis paratos vere diverſos eſſe.

§. DCLXXXI. *Georgius Frank.*

Georgii FRANK, nobilitatem cum titulo de FRANKENAU adſecuti, Heidelbergenſis Profeſſoris, inde medici Regis Daniæ, diſputatio *de Soldanella* Heidelberg. anno 1674. 4°.

EJUSDEM & D. NEBEL *Malum Citrium* ibid. anno 1686. 4°. Philologia, deſcriptio, varietates, cultus, vires, pomi totius, & corticis, & pulpæ.

EJUSDEM *Ambarvalia Heidelbergenſia* anni 1687. 4°.*. Philologia, & brevis catalogus plantarum novi horti Heidelbergenſis. Ejusmodi programmata botanica anno 1677. 1678. 1679. 1681. 1683. AUCTOR ediderat.

EJUSDEM *Flora Francica ſeu Lexicon plantarum, in quo nomina, vires, præparata plantarum &c.* Strasburg. anno 1685. 12°.*. Primum prodierat cum titulo *Lexici plantarum uſualium* Argentorati anno 1672. Editio III. Lipſiæ anno 1698. 16°.* quarta 1716. 4°. Quinta *vollſtändiges Kräuter-Lexicon* Jena 1753. 8°. ſexta Zullichau 1766. 8°. Novam editionem anni 1716. dedit Joh. *Gottfried* THILO, etſi verus verſionis auctor eſt *Chriſtophorus* HELWIG Erfurtenſis. In virium medicarum recenſione multum aucta eſt.

Adjectum Lipſienſis editio habet Programma anni 1679. ad artis herbariæ amaſios, *de laudibus rei herbariæ*, hortisque celebrioribus.

EJUSDEM *Viridaria agri Heidelbergenſis* anno 1680. potiſſimum de palingeneſia.

EJUSDEM *Chloris Palatina* anno 1681.

EJUSDEM ανθεσφορια Palatina anno 1683.

EJUSDEM *Agoniſmatum phyſicomedicorum XI. de medicamentorum ſimplicium laudibus* Heidelberg. 1683. 4°.

In ALDROVANDUM præfatus eſt.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. anno I. n. 25. egit De Aparine levi faſciata.

Ann. V. VI. n. 188. De Bellide trigeminos flores conjunctos ferente.

§. DCLXXXII. *Oligerus Jacobæus. Alii.*

In Vol. III. Actorum Hafnienſium ad annum 1674. *Oligerus* JACOBÆUS plantarum Americanarum 34. ſemina recenſet n. 23.

In

In *Muſæo Regio* Hafniæ anno 1696. fol. & auctius 1710. edito curante *Joh.* LAURENTIO Hafniæ fol. & in *auctario* 1699. fol. recuſo 1703. fol. etiam arborum & plantarum rariorum partes continentur.

Arnoldus SYEN, aliquamdiu horti Leidenſis præfectus, vir ſplendidus & magnus rei herbariæ amator, quem J. BREYNE ſuum Mæcenatem dixerit, in *Act. Hafn.* ejusd. anni n. 63. de herba Fumana agit ſ. Chamæciſto Ericæ folio. Aliqua ad hortum Malabaricum contulit. Conf. p. 588.

J. *Valentinus* WILLI in eodem Volumine laudat Trifolium fibrinum n. 75. Cochleariam minimam, Hyperici ſpeciem, & Saxifragiam caule ſtrumoſo deſcribit n. 81.

Thorkill ARNGRIM, Islandus, De Alga Saccharifera n. 88. & 94.

§. DCLXXXIII. *Hermann Nicolaus Grimm.*

Hermannus Nicolaus GRIMM, Chirurgus & Medicus practicus, ibid. n. 90. agit de arbore Cinnamomi, & denuo anno V. n. 91.

In *Miſcell. Nat. Cur.* Dec. II. ann. I. n. 146. De planta mirabili deſtillatoria (Bandura).

N. 151. Generatio Mannæ, in arboribus vetuſtis, ab inſectis paratæ.

N. 152. De arbore Benzoin.

N. 153. De arbore Camphoræ.

N. 175. De Cocco Maldivenſi, cortice Santali Citrini, cortice Suda, radice Ruſa nigra & alba.

Anno III. n. 37. De Angſava.

N. 205. De Turbith officinarum.

N. 206. De Convolvulo ſylvatico flore albo.

N. 207. De Ariſtolochia Clematitide.

N. 208. De Zedoar Ceylanico.

N. 209. De Cinnamomo veterum.

N. 210. De planta ſtercoraria.

N. 211. De Cataria.

N. 212. De Abruz arborea, diverſa ab Ægyptia: hæc omnia fere cum iconibus.

Digitized by Google

EJUSDEM *Theſaurus medicus Inſulæ Ceylaniæ, ſeu laboratorium Ceylanicum ex inquilinis Ceylaniæ ſimplicibus medicamentis concinnatum* Belgice 1677. a *Bartholomæo* PIELAT latinitate donatum, continet deſtillationes & compoſitiones ex aromatibus orientalibus, & Amſtelodami prodiit anno 1679. 12°.*. Catalogum etiam continet plantarum Ceylanicarum.

EJUSDEM *Pharmacopœja Indica* 1684. 8°.

§. DCLXXXIV. *Porro Miſcellanea Naturæ Curioſorum.*

In *Miſcell. Nat. Cur.* ann. IV. V. n. 90. *Carolus* RAYGER De Fungis infolitis. Ceſpitoſorum Fungorum aut Suillorum icon mala.

Dec. III. ann. II. obſ. 23. De Nadragulya podagræ remedio, non ſatis auctori noto, forte Belladonna.

Ann. III. n. 134. De antarthritica vi Naſturtii albi.

Sigismund GRASS Dec. I. ann. V. obſ. 264. De flore Saligno.

N. 93. De Roſa prolifera & Lilio bulbifero obſ. 94. 95.

Simonis SCHULZE De Trifolio (fibrino) aut arthritico n. 123.

De magnis ſymptomatibus ab eſu radicum Hyoſcyami. ib.

Dec. II. ann. VIII. n. 154. Vomitus motus dimidia drachma ſucci Phytolaccæ.

§. DCLXXXV. *Varii.*

J. Daniel DORSTEN *De rei herbariæ commendatione* Marburg. anno 1675. 4°.

EJUSDEM & *Conr. Reinh.* MILCHSACK *de tabaco* ib. 1682. 4°.

Paul. LINSIUS *de Coralliis* Jen. anno 1675. 4°. BURCKARD.

Brevis ad materiam medicam in uſum philiatrorum manuductio Lipſiæ 1675. 8°.

§. DCLXXXVI. *Caſp. Bartholinus.*

Caſpari Bartholini THOMÆ F. CASPARI N., qui a medica cathedra ad Aulæ munera adſcendit, Leidæ anno 1675. 8°. * edidit *Exercitationes miſcellaneas varii argumenti*, imprimis anatomici. Inter eas eſt diſſertatio *de herba Fumana*, quæ etiam hoc loco depingitur. Nomen ab ARIOSTO habet, in libello *de oleo M. Cibini*. Adjecta eſt *Arnoldi* SYEN de eodem argumento epiſtola, qui Fumanam ad eam plantam refert, quam diximus. Alia exercitatio de Braſſicæ uſu apud puerperas utcumque huc facit, in qua de vario uſu culinario Braſſicæ agitur.

§. DCLXXXVII.

Digitized by Google

§. DCLXXXVII. *Fridericus Martens.*

Friderici MARTENS *Spizbergiſche oder Grönländiſche Reiſebeſchreibung, gethan im Jahre* 1671. Hamburg anno 1675. 4°. * In varias linguas translatum iter, Gallice inter *itinera Septentrionalia* prodiit, Anglice cum itinere Equitis NARBOROUGH London anno 1694. 8°.*. Italice, vertente *Jacobo* RAUTENFELS Bologn. anno 1680. 12°. FALCONET. Belgice vertente S. de VRIES Amſterdam 1685. 4°. CARLSON *de noordiſche weereld vertoont in twee Reyzen.* Chirurgus, balænarum capturam ſecutus, in diarium conjecerat, quidquid ipſi in ultimo ſeptentrionali viſum erat memorabile, breviter & vere. Opuſculum ut ederet, fecit *Martinus* VOGELIUS, qui variis quæſtionibus memoriam auctoris refricabat. Ad rem herbariam pertinet Partis I. Caput I. in quo plantæ Spizbergicæ recenſentur, ultimi hactenus Septentrionis, Papaver nudicaule, Acetoſa, Saxifragia, etiam in Laponia reperta: alia alpina ericoides, alia etiam Septentrionalis, Ranunculus calyce villoſo, quatuor alii alpini, Cochlearia, Biſtorta minima, Myoſotis alpina, Salix, Fuci. Eas plantas utcumque ipſe delineavit.

§. DCLXXXVIII. *Nicolaus Lemery.*

Nicolai LEMERY pharmacopœi, Chemici, & Academiæ Reg. Sc. ſodalis *Cours de Chymie* ſæpiſſime prodiit, & primum Paris anno 1675. inde annis 1677. 12°. 1679. 12°. 1682. 12°. 1683. 12°. 1690. 8°. 1701. 8°. ANDERS. Bruxelles 1744. 8°. Videtur Madriti anno 1703. a *Felice* de PALACIOS verſum eſſe, & cum incrementis excuſum. Anglice prodiit vertente HARRIS & KEILIO London 1677. 8°. tum appendix anno 1680. 8°. 1686. 8°. 1698. 8°. 1720. 8°. OSB. Latine vertente *Jacobo* CONSTANT de REBECQUE Genevæ 1681. 8°. EISENM. Germanice auctus a J. C. ZIMMERMANN. Dreſden 1754. 8°. Belgice 1683. 8°. &c. Ejus pars II. pertinet ad plantas: quarum, quæ ad medicinam faciunt, hic hiſtoriam; deinde analyſin chemicam AUCTOR habet, & eas etiam recenſet, quæ aquas compoſitas ingrediuntur.

EJUSDEM *Dictionaire ou Traité univerſel des drogues ſimples* Paris 1698. 4°. ſæpe recuſus, & cum augmentis B. JUSSIEU Pariſiis anno 1723. 4°. 1733. 4°. 1759. 8°. Roterdam anno 1727. 4°.*. Italice Venet. anno 1751. fol. Germanice cum nomine *Vollſtändiges Materialien-Lexicon, verdeutſcht durch Chriſt. Frider.* RICHTER Leipzig 1721. fol. SCHULZ. Continet plantas medicatas omnes, aliquam deſcriptionem, ſæpe non bonam, iconem, vires medicas.

EJUSDEM in Commentariorum Acad. Scient. 1707. Diſſ. de melle & de Manna anno 1708. Utriusque analyſis.

De ſucco plantarum egit anno 1707. Comment. Acad. Reg. in tractatu de melle.

De ſalibus urinoſis coralliorum & ferro anno 1711. niſi eſt filii.

Digitized by Google

EJUSDEM *Pharmacopée univerſelle* Paris 1698. 4°. ſæpe & anno 1764. 4°. 2. Vol.* recuſ. Amſterdam anno 1716. 8°. 2. Vol. 1740. 4°. la Haye anno 1729. 8°. Italice Venet. anno 1720. fol. In tomo primo huc pertinent præparationes multorum medicamentorum ex regno vegetabili ſumtorum, quorum pulveres, ſirupi, condita aliæve antidoti in pharmacopœam recipiuntur.

Nunquam vidi *Recueil des ſecrets & curioſités de Nature* par le S. d'HEMERY Paris 1675. 12°. Amſterdam 1697. 12°. d'ETREES, 1713, 12°. 2. Vol. BUR, neque novi num ſint *Nicolai* LEMERY.

§. DCLXXXIX. *Franciſc. v. Sterrebeek.*

Franciſci van STERREBEEK Sacerdotis *Theatrum Fungorum of het tonneel der Campernoelgien &c.* Antverp. anno 1675. 4°. SEG. 1676. 4°. 1712. 4°.*. Non prodiit anno 1654. cum in præfatione rerum meminerit, quæ anno 1657. & 1669. evenerunt, & pluſcula Chronoſticha annum 1675. definiant. Plenum opus, in quod recepit CLUSIANOS Fungos poſthumos, non alibi editos, multos tamen ſuos addidit & deſcripſit, atque depinxit. Non oportet exſpectare, veras ſpecies hic & a varietatibus puras reperiri: neque icones ſemper ſatisfaciunt, ut ne laminas quidem a tubulis ſeparaverit. Subjectus eſt tractatus de plantis venenatis, Cicuta, Hyoſcyamo, Napello, Solano, Belladonna, Eſula, Pſyllio, Helleboro utroque; aliisque, cum iconibus.

EJUSDEM *Citri cultura ofte regeering der uytheemſche boomen, Orangen, Citroenen, Limoenen, Granaten, Laurieren &c.* Antverp. anno 1680. ut ex Chronoſtichis video, non anno 1662. ut in Bibl. HOTTON. dicitur, tum anno 1712. 4°.*. Heſperidum peritum cultorem fuiſſe credas, a quo J. COMMELINUS (r) aliqua didicerit. Mire tamen ignarum fuiſſe reperio (s). Icones ſunt ex FERRARIO. Non ſolas Heſperides dixit, ſed omne fere fruticum, etiam exoticorum, genus, ipſam Granadillam. Undique fere collegit, deque iis etiam ſcripſit, quæ vidiſſe non potuerat (t).

§. DCXC. *Itali aliqui.*

Michaelis TOGNI *Raccolta delle ſingulare qualita del Caffee* Venet. anno 1675. 12°. RINK.

Eugenii MICHETI *Lexicon botanicum, complectens nomina, Synonyma, qualitates ſimplicium expoſitorum in publico apparatu in feſto nat. Virg.* Rom. anno 1675. 12°. SEGUIER.

J. Franciſci

(r) STERREBEEK in præf.
(s) Limoen van AMELPHITANUS loco Limoen van Melphi p. 90. HERODIANUS ſcripſit de CONRADO Imperatore p. 253.
(t) Arbore *Carcapul*, Ravenſara, Apocopouk.

J. Franciſci SICLENSIS *volumen de rebus medicis, quæ ſunt in quotidiano uſu, & quas perfecte callere debent medici & pharmacopæi* Venet. anno 1675. MONGITORE.

§. DCXCI. *J. Georg Muller.*

J. Georg. MULLER (*u*), Verb. Div. Miniſt. in Wurtenburgia, *Kurzer Entwurf eines dreyfachen Gartenbaues* Stuttgard anno 1675. 12°. bis recuſum: deinde inſigniter auctum cum titulo *Deliciæ hortenſes, oder Blumen-Arzney-Kuchen-und Baumgartens-Luſt* ibid. anno 1676. 8°. aut 12°. 1696. 12°. 1717. 12°. aut 8°. 1745. 8°.* 1765. 8°. Ulm 1710. Poſt generalia quædam artis hortenſis præcepta, ſequuntur plantæ coronariæ ſigillatim, cum ſuo cujusque cultu & varietatibus: inde perinde arbores: tunc plantæ medicæ, olera & pomorum pirorumque catalogus. In P. II. Seminarium, inſitio arborum nanarum & expanſarum, cultus, & aliqua de cerealibus. Editor, qui MULLERI opus incrementis ſuis auxit, dicitur M. C. F. K. P. M. Non valde botanicus neuter, qui Thoram dicat Aconitum cæruleum.

J. MULLER *De virtute herbarum medicamentoſa* Witteberg. 1675. 4°. BURKH. 1676. VATER.

§. DCXCII. *Galli aliqui.*

J. LAON, aliis LAURENT, *Abrégé pour les arbres nains & autres, pour la culture des fleurs, des arbuſtes, de la vigne* Paris anno 1675. 12°. HOTTON. 1683. 12°. Refutat d'ARDENNE III. p. 64.

L'abrégé des bons fruits, avec une nouvelle inſtruction pour les arbres fruitiers Paris anno 1675. 12°.

F. B. S. de l'ECLUSE *La Flore ſainte, l'apologie des floriſtes, avec un traité de la culture des principales fleurs* Saumur anno 1675. 12°. FALCON.

In *Petri* MICHON dicti BOURDELOT, qui immerita apud CHRISTINAM Suecicam gratia valuit, *Conferences de l'Academie par* le GALLOIS Paris 1675. 12°.* de variis, etiam de Coffea agitur.

In *Jacobi* ROUHAULT *phyſica* Pariſiis 1675. 4°. London 1710. 1729. CLARKII cura recuſa, aliqua huc pertinent.

§. DCXCIII. *Angli Varii.*

Charles COTTON *The planters manual of raiſing, planting, and cultivating all ſorts of fruittrees* London anno 1675. 8°. Laudatur in *Philoſ. Tranſact.* Videri experimentis ſua confirmaſſe.

Carolus GOODALL *de cortice peruviano & ejus uſu* circa annum 1675. ſcripſit.

(u) Alibi lego tantum M. J. G. M. F. S. VATER.

W. SYMPSON *Zymologia a Philoſ. diſcourſe of fermentation* London 1675. 8°. A primis initiis vegetationis aerem confligere cum ſulfure, inde incrementum, odorem, ſaporem, vim medicatam plantarum naſci.

New additions to the art of husbandry London 1675. 8°. OSB.

CHARLETON *on the myſtery of vintners* anno 1675. 8°. OSB.

Thomæ WILLIS *Pharmaceutica rationalis, ſeu de medicamentorum operationibus in humano corpore* P. I. Oxon. anno 1674. 4°. *. Pars II. ibid. anno 1675. 4°. *. In prima parte nonnulla remedia potusque tanguntur, potiſſimum narcotici & papaveracei generis.

§. DCXCIV. *Marcellus Malpighius.*

Marcelli MALPIGHII Bononienſis, aliquamdiu profeſſoris Meſſanenſis, denique Archiatri Pontificii, viri in ſcrutanda per microſcopium, & ſimpliciores artes, fabrica partium animalium & vegetabilium induſtrii, & felicis, *Anatome plantarum* Londini anno 1675. fol. * Leidæ anno 1687. 4°. prodiit, etſi meum exemplum Londinenſe annum 1676. præ ſe fert. Splendide, ſed negligentiſſime edita eſt, nemine, ut videtur, curante, Pars I. in Tomo I. operum. Etiamſi eodem cum GREWIO tempore ſcripſit, cum tamen propria induſtria uſus ſit, multa aliter vidit, fibras, parenchyma, vaſa, ſuccos varios vehentia, aerea, glandulas, gemmas. In floribus, ſtaminibus & tubis diligens fuit, ut eas icones BOERHAAVIUS ad generum characteres citaret. Neque Filicum elaſtra prætervidit.

In Parte II. Vegetationem ſeminum, plantulæque primordia; gallas, ſuis cum vermiculis, tumoresque morboſos varios; pilorum varietates, Fungos & plantis adfines, etiam Lichenes, radicum varietates, & bulbos, & plantas paraſiticas dixit. Breviter hæc repeto, nam infinitum eſſet omnia recenſere.

In *poſthumis*, quæ Londini anno 1697. fol. *, & Amſterdam anno 1698. 4°. * & Venet. anno 1743. fol. * iterum Amſterdam anno 1755. 4°. prodierunt, germinationem plantarum repetiit, deque fructibus monſtroſis egit, deque Muſcorum ſemine. Suam de cotyledonibus, de gallis ſententiam novis argumentis tuitus eſt, contra TRIUMPHETTUM & BORELLUM.

Adverſaria microſcopica amiſit incendio anno 1684. BIRCH. IV. p. 297.

§. DCXCV. *Philoſ. Tranſactiones.*

In *Philoſophicis Tranſactionibus* ad annum 1675. pertinentibus *Georgius* MACKENZIE eques aliqua habet de agricultura Scotorum, de fructibus exoticis a mari adlatis.

Dionyſii

Digitized by Google

Dionyſii PAPIN (n. 120.) De aëris neceſſitate ad vegetationem; aquam aëre purgatam plantas non alere.

N. 121. De fructuum in ſpatio inani conſervatione.

§. DCXCVI. *Antonius v. Leeuwenhoeck.*

Antonius v. LEEUWENHOECK, civis Delphenſis, peritus vitrorum politor, curioſus, & ad paradoxas opiniones pronus, longam ſeriem epiſtolarum ad Societatem Scientiarum Anglicam dedit, cujus, quæ ad rem herbariam ſpectet, prima epiſtola eſt anni 1675. in *Tranſact.* n. 117. Agit ibi de Ari ſucco, & in eo viſis tubulis, quos credit eſſe ſedem acrimoniæ, quæ in eo ſucco ſumma eſt, item de Manna.

EJUSDEM n. 127. De vaſis triplicibus in variis plantis viſis, maximis, ſeu *tracheis*, parvis & transverſis, ſeu ex medulla in corticem euntibus, quæ GREWIO *inſertiones;* tum de medullæ fabrica.

N. 148. De ligno ejusque vaſis; adjectæ ſunt notulæ ad comparandam Cl. viri anatomen & GREWII.

N. 199. Semina aliqua deſcribit Salicis, Fragariæ, Fraxini, Amygdali: in eo germinatio & ligamenta ſeu umbilicales funiculi.

N. 201. De cortice plantarum cum cute animalium comparato.

N. 205. De variis ſeminibus Goſſypii, Palmæ, Caryophylli, Nucis moſchatæ &c. cum eorum germinatione & fabrica microſcopica.

N. 213. De cauſa, quare aliis aliisque in regionibus durabilis magis materies naſcatur. Lente areſcere præſtat, & anni ex annulis deteguntur.

N. 221. De ſeminibus Ficuum, Fragorum &c.

N. 235. De germinatione ſeminis tritici & innumeris radiculis ex unico ſemine natis.

N. 269. De gallis quibusdam Salicum, & vermibus earum hoſpitibus.

N. 287. De fabrica ſeminum & umbilicali funiculo.

N. 292. De Coccinella, quod ſit animalculum.

N. 293. De vaſis ſuccum croceum Chelidonii vehentibus.

N. 296. De Fabrica corticis arborum.

N. 297. De ſeminali fabrica Polypodii, annulo elaſtico, capſula, polline.

N. 305. De ſemine arboris Eunane & ſemine Canſie (puto Bang) vero ſemine Cannabi.

N. 312.

Digitized by Google

N. 312. De fabrica corticis Peruviani, ejusque in ſanguinem efficacia.

N. 316. De fabrica Corallii.

N. 367. De vaſculis in ligno.

N. 368. De ſeminibus plantarum, & eorum celluloſa tela farinifera.

N. 369. De foliorum Buxi poris exhalantibus, & de lanugine Perſici.

Hoc anno 1722. obiit A. v. LEEUWENHOECK. Quæ hic recenſuimus, ea fere redeunt in ejus operibus, quæ anno 1722. Leidæ 3. Vol. 4°.* prodierunt. Supereſt autem, ut ea addamus, quæ in aliis epiſtolis, ad alios Cl. viros datis, continentur, quæ ipſæ anno 1719. Delphis cum titulo *Epiſtolarum phyſiologicarum* editæ ſunt. Huc pertinet Epiſt. III. De fabrica farinoſorum ſeminum celluloſa; plantula in ſemine, radicula, vaſis arborum in noſtris fere transverſis.

Epiſt. IX. De fabrica folii Salviæ; de vaſis horizonti parallelis arborum, de Thea.

Epiſt. IX. De venis pirorum & earum ramulis, de ſemine, ejus vaſis valvuloſis, arbore in ſemine viſa, cuticula piri, Coco.

Epiſt. XXI. Omnino vincam pervincam etiam ſemine producere, & de plantula Pervincæ.

Epiſt. XXII. De Lupulo, plantula in ſemine latente, oleoſis globulis Lupuli.

Epiſt. XXV. De Hordei plantula, valvulis, farina, tubulis.

Epiſt. XXVI. De farina cerealium ex globulis conſtante. De farina aliorum ſeminum.

Epiſt. XXVIII. De vaſis arborum adſcendentibus & transverſis; de Cocci fabrica.

Epiſt. XLIV. De radice Pareira brava, ejus poris, farina, ſale, vi ſanguinem ſolvente.

§. DCXCVII. *Miſcellanea Acad. Natur. Curioſ.*

In *Ephemer. Nat. Cur.* Ann. VI. VII. n. 4. *Salomon* REISEL egit De literis intra Fagi fiſſæ truncum inventis, mero luſu.

Dec. II. ann. 8. n. 30. Flos ſolis piro impreſſus.

Dec. III. ann. II. n. 113. De gallis Quernis pendulis.

Ann. 3. n. 22. De Valeriana caule ſtrumoſo.

Ann. 7.

Digitized by Google

Ann. 7. 8. app. n. 1. Character Piceæ, Abietis & Pini Sylveſtris.

Bernhardi BELOU Succi, Profeſſoris Lundenſis, De ſpiritu volatili Naſturtii aquatici *Eph. Nat. Cur.* Ann. VI. VII. n. 21.

N. 22. De Sedi acris vi adverſus hydropem.

Godofredi Chriſtiani WINKLERI De Roſis ſalignis ib. n. 117.

Henrici VOLGNAD n. 229. Piloſella faſciata, Tithymalus, Martagon, Ranunculus faſciatus, Roſæ ſalignæ, Pira majuſcula florentia, Pirum informe.

§. DCXCVIII. *Ehrenfried Hagedorn. C. F. Garmann.*

Ehrenfried HAGEDORN De balſamo vulnerario Catechu *Eph. Natur. Cur.* Dec. I. Ann. VI. VII. n. 16. & de uſu ejusdem in vulneribus oculorum anno IX. X. n. 74. Is Commentariolus in librum increvit *de Catechu ſeu terra Japonica* Jenæ anno 1679. 8°. editum *. Experimenta cum variis liquoribus & ſalibus ſuſcepta, in id conſenſerunt, ut ſuccus eſſet vegetabilis, cum quo caſu aliquo nonnunquam lapilli miſcentur aliæve quisquiliæ.

EJUSDEM *Cynosbatologia* Jenæ anno 1681. 8°. *. Collectio, cum aliqua deſcriptione, Roſæ caninæ & ejus ſpongiæ; deinde fuſius de modis, quibus vel ipſa Roſa, vel ejus vermiculi, aut ſpongia in medicinam recipiuntur.

In Anno V. Miſcell. Nat. Cur. n. 93. dixit de Fungo antidyſenterico Sorbi aucupariæ.

Chriſtiani Friderici GARMANN, viri miraculorum amantis, adnotatio *Eph. Nat. Cur. Dec.* I. *Anno* VI. VII. n. 174. De variis excreſcentiis fungoſis, de Fungo globoſo exiguo Cinaræ.

Dec. III. anno VII. VIII. obſ. 66. fabuloſam habet de Hyoſcyamo hiſtoriam.

In *epiſtolarum Centuria* Roſtock anno 1714. 8°. * edita, pluſcula, ſed obiter tantum rem herbariam tangentia occurrunt, monſtra plantarum, de Centaurio minori, Aloe Schliebenſi, pulveribus antherarum variarum &c.

§. DCXCIX. *Andreas Cleyer.*

In Dec. I. anno IV. Actorum Hafnienſium n. 1. *Andreas* CLEYER, qui aliquamdiu Bataviæ novæ medicinam fecit, egit de herba Thea, cum icone aliqua.

In *Ephemer. Nat. Cur. Dec.* II. *Anno* IV. dedit Commentarios perbreves, 1. de Moxa. 2. De radice Ginſengh. 3. De Catechu. 4. De Thea. 5. De fructu Ananas. 6. De Cinnamomo & Caſſia lignea.

Digitized by Google

N. 93. De arbuſcula Japonica Tzadſinſic cum ſuis iconibus.

Anno V. n. 40. De arbore vernicifera Fasnoki.

N. 41. De arbore Japonenſi Jami Itaro.

Anno VI. n. 52. De arbore Winganſana, Liliacea.

N. 53. De Kube & Fasnoſana, Nymphæa, & forte Menyanthe.

N. 54. De Canſchy & Fuiran, omnibus Japonenſibus plantis, cum iconibus.

Anno VII. Icones & deſcriptiones plantarum Japonenſium Isnoacki & Tzumacki n. 70.

N. 71. Cumi Gummi & Miaco Bana.

N. 72. Kyrama & Fickoſax.

N. 73. Niſum Schin ſ. rogat, Maminoky, & Fieko Filices.

Anno VIII. n. 190. De Wiznoſana & Fataſiro plantis Japonicis; illa Gentianæ ſimilis eſt, hæc Polygonati.

N. 191. De Liliis flore reflexo Jama Juri & Kanako Juri.

N. 192. De arboribus Fiſakaki & Tſutta, Japonicis omnibus.

Anno IX. n. 75. De Aro Japonico Dinnan Scho & planta Ometto.

N. 76. De Ghinei Lilii ſpecie, & Vohsnoſana.

N. 77. De arboribus Kutſineſch & Tobara Nocki.

Anno X. n. 35. Opium venerem adjuvare.

N. 36. De Ficu Japonica Itabe, & de Malvacea arbore Hambu.

N. 37. De Lauro Camphorifera Kusnoky.

N. 38. De Orchideo flore Ran, & Gramine Schöbu.

Anno II. De Liliacea planta Jamaren, & de Decku.

N. 180. De ſpecioſo flore Tſinſiqua, & arbore Daniwathas.

N. 181. De Schinobu, tunicarum ſimili, & Tzooſchinkiku.

N. 182. De arboribus Mehebi & Jaſur.

Anno III. n. 118. De palma Tſchorditzoo.

N. 119. De flore Ajanga, & Kuri Jani.

N. 120. De Zumani, & Impatiente Jamnaka.

Anno

Anno V. VI. n. 1. De Arundine Jooſie.

N. 2. De arbore flore radiato Fiaru Schyqua, & alia Gummii.

N. 3. De Matricaria Tſingkiku, & frutice Fanatzibona.

In ejus *ſpecimine medicinæ Sinicæ* Francofurti anno 1682. 4°.* edito eſt Catalogus medicamentorum ſimplicium, quibus Chinenſes in medicina utuntur, cum aliqua deſcriptione.

Nonne idem eſt libellus, quem video citari cum titulo A. C. *Parvum herbarium vocabulis Sinicis conſtans* Francofurti anno 1680. 4°. Sch ?

Epiſtolæ de plantis Indicis reperiuntur in Valentini India literata.

Ejusdem Flora Japonica ſeu Iconum plantarum ejus regionis 2. Vol. fol. efficientes ſervantur in Bibliotheca Regia Berolinenſi (x). Figuræ ſunt 1360. in Japonia, ſatis eleganter, non vero accurate pictæ, ad Menzelium olim a Cleyero miſſæ; Earum dimidiam fere partem Breynius poſſidebat.

§. DCC. *J. Lud. Hanemann.*

In Actis Hafnienſibus eodemque tomo editis J. *Ludovici* Hanemann Kilonienſis Profeſſoris De plantis noctu odoratis obſ. 14. & de ſecreta præparatione Opii.

In l. N. C. Dec. II. anno IV. obſ. 50. De Cicutæ eſu innoxio.

Dec. III. anno V. VI. obſ. 64. De olei Juniperi præparatione & viribus medicis.

Ejusdem *Methodus cognoſcendi ſimplicia Grammatica, Philoſophica, Medica* Kiel anno 1677. 4°.*. Varia potiſſimum hiſtorica, collectitia, & multa ex Conringii *methodo ſtudend. med.* ſumta.

Ejusdem *Aetiologia facultatis purgatricis contra* Willisium: *in reſmeſis particulis non eſſe collocandam catharſin* Hamburg 1677. 4°. B. Boehm.

Ejusdem *De uſu & abuſu inebriantium* Nuremberg. anno 1679. 4°. Burck.

Ejusdem *Phœnix botanicus ſ. de univerſa plantarum ex ſuis cineribus reſuſcitatione* Hamburg. 1679. 4°. Moller. Retractat, quæ in *Mantiſſa Antibofmaniana* aſpera protulerat.

In *Act. Lit. Mar. Balth.* anno 1701. de Saccharo agit. *Idea Diſpenſatorii Hannemanniani* prodierat Bremæ 1672. 4°. Moller.

(x) Ehndl *Flora Japonica*.

Digitized by Google

§. DCCI. *Hortus Malabaricus.*

Hoc anno 1676, quem ingredimur, res herbaria ſplendidiſſimis & pulcherrimis operibus aucta eſt, & ea pars hujus artis, quæ ad hortenſes & peregrinas plantas ſpectat, potiſſimum magna incrementa cepit. Longum & regium opus eſt, cujus Pars I. *De arboribus varii generis & fruticibus ſiliquoſis* prodiit Amſtelodami anno 1676. folio *. Sumtus & auſpicium præbuit *Henricus* van RHEEDE van DRAKENSTEIN, Senator Indiæ & in regna Societatis Orientalis cum ſumma poteſtate miſſus. Primas icones delineaverat P. *Matthæus* de S. JOSEPHO (y), non ſatis exquiſita cura. Pictoribus ergo melioribus uſus, & adjutus a medicis indigenis RANGABOTTO, VINAIQUE PANDITO, JAPU BOTTO ex Brachmanum tribu, & ITTI ACHUDEM COLADDA, in aliam formam opus correxit & ſermonem latinum addidit J. CASEARIUS (z) Cochini V. D. M., & poſt ejus mortem *Chriſtian* HERMAN de DONEP, adjuvante *Guilielmo* ten RHYNE. Ex Malabarico in Luſitanicum verterat *Manoel* CARNEIRO, quæ medici indigenæ ſuppeditaverant. Primum Tomum *Arnoldus* SYEN direxit, & notas addidit. COMMELINUS enim; quem continuo laudabimus, ad ſecundum demum Tomum acceſſit. Eximiæ & ultra omnem fidem plenæ ſunt icones, hiſtoria etiam medica plena. Habentur hic Coccos, Fauſel, aliæ Palmæ, Muſa cum flore, Papaya, Bambu, Jambeiro, Caſſia fiſtula, Tamarindi, Gummi Gutta, Indigo, Canella Malabarica, & plures aliæ, minus notæ, arbores Malabariæ & Ceyloniæ, omnes veris iconibus, etiam pluribus in tabulis una, expreſſæ: ut longiſſime ſuperent, quæ hactenus de iis plantis innotuerant. Innumeræ plantæ obiter a CLUSIO, BAUHINIS, ACOSTA, ZANONO aliiſque auctoribus tactæ, hic integerrime traduntur: PISONIANÆ bene multæ explicantur.

Tomus II. *De fruticibus Regni Malabarici* Amſterdam anno 1679. fol.* cum COMMELYNI notis eſt excuſus. Hic, præter plurimas editoribus ignoratas plantas, depinguntur Nimbo, Negunda, Roſa Sinenſis, Stramonia tria, Apocynum Beid eloſſar, Ricini aliqui, & Solana, Abelmoſch, tres Urticæ, Euphorbium verum, Capſicum. Cum hic Tomus abſolutus eſſet, CASEARIUS morte eſt abreptus.

Tomus III. anno 1682. ſecutus eſt, De arboribus iterum Malabariæ agit. Nomen in titulo eſt *Johannis* MUNNIKS, ut ſemper tamen COMMELYNI notæ ſint, quæ Malabaricis nominibus ſynonyma addunt Europæa. Nempe poſt ſecundum Tomum ex ipſis *Henrici* v. RHEEDE Belgicis adnotationibus, exque CASEARII & MATTHÆI codicibus, EDITOR deſcriptiones adornavit. Hoc volumine continetur potiſſimum Codda Panna, multis iconibus illuſtrata, tum Palma farinifera, Todda Panna, quam editor a Saguero diſtinguit, aliæque Palmæ, Jaca, Guajava, Carambolas, Billingbing, Acaju, Arbores radiciferæ, aliæque Ficus Indicæ.

Tomus

(y) Indoctum fuiſſe lego, & herbarum ignarum HERBERT de JAGER *india letter* Ep. 3.
(z) Sic de iſto IDEM judicat, & opus eſſe præcipitatum.

Tomus IV. *De arboribus fructiferis Malabaricis* etiam *Johannis* MUNNIKS titulum præfert & COMMELINI. Prodiit anno 1683. fol. (male 1673.) Hic habentur arbor Mangifera, Limoniæ aliquæ, Gummi Anime ferens arbor, Sapindus, Prunus Litſchi, Jaſminum triſte.

P. V. *De arboribus & fruticibus bacciferis* Amſterdam. anno 1685. fol. * iisdem editoribus. Pene omnes novæ, & absque ſynonymis.

P. VI. *De arboribus & fruticibus ſiliquoſis* Amſterdam. anno 1686. fol. * Pro MUNNIKIO, qui operi renuntiaverat, nomen habet THEODORI *Janſon* ab ALMELOVEEN. Caſſiæ ſunt, Mimoſæ, Moringa, tum veræ papilionaceæ, Corallodendron, Colutea; malvaceæ multæ, Jaſmini pluſculæ ſpecies.

P. VII. *De fruticibus ſcandentibus* ſucceſſit anno 1688. fol.* Cura ſermonis in *Abrahamum* a POOT devoluta eſt. Hic Cocculi Indici, Piperis ſpecies variæ Betel, Baſella, Smilax aſpera, Methonica, Commelina.

P. VII. *De herbis pomiferis & leguminoſis* Amſterdam. anno 1688. fol.* etiam POOTIO interprete, cum COMMELYNI notis. Cucurbitaceæ variæ & Momordicæ, Nux vomica, Cor Indum, legumina aliqua, Abrus, flos Clitorius, Phaſeoli, Ahuai, ut videtur, Theveti.

P. IX. *De herbis*, iisdem editoribus anno 1689. fol.* (*a*). Nerii ſpecies & Apocyni; hæ numeroſæ: Oxyoides & aliæ ſenſitivæ, Sinapiſtrum, Crotalariæ; papilionaceæ variæ: tum didynamiæ, Impatientes, Liliaceæ aliquæ, Seſama, & plurima genera ignota, aque noſtris plantis aliena.

P. X. Iterum *de herbis*, iisdem editoribus anno 1690. fol.* Malvaceæ aliquæ, flore compoſito aliæ, planipetalæ, radiatæ, diſciflore, umbellifera hydrocotyle, Tithymali, Solana, etiam vulgare, Jalapa, verticillatæ; ſed præterea innumeræ aliæ, quæ penitus a noſtris generibus alienos characteres habere videntur.

P. XI. Titulo & editoribus non mutatis anno 1692. fol.* Ananas, Aloe, Cardamomum, Zerumbeth, Coſtus, Zedoaria utraque, & utraque Curcuma, & duæ ſpecies Zingiberis, Dracunculus, aliæque Ari ſpecies, & Nymphææ, Tribuloides, Orchideæ pluſculæ, Cannacorus, Liliaceæ, Acorus verus absque flore, Convolvuli, Quamoclit pennatum: præter plantas ignotorum generum.

P. XII. Quæ denique nobiliſſimum opus claudit Amſtelodami anno 1693.*. Agit de herbis, iisdem editoribus. Iterum Orchides aliquæ; & dorſiferæ numeroſæ, Muſci aliqui, Gramina, gramineæ, & graminibus adfines, fructu diverſæ.

In hoc opere plus plantarum continetur, quam veteres in univerſum nominatas reliquerunt. Claſſes noſtras plerasque habet Aſia, præter cruciatas, quas

(a) In Bibl. SCHEUZLERI lego hoc anno prodiiſſe CASEARII *Malabarſe Kruyd hof* Amſterdam 1689. fol. ut videtur belgice.

quas aut nullas hic reperias, aut unicum Sinapiſtrum. Arborum autem maxima eſt portio. Materia medica in hoc opere plurimas earum plantarum accepit expoſitas, quæ dudum inter medicamenta receptæ, perinde tamen ignotæ manſerant, ſi faciem, florem, fructumque requireres.

Ad hoc opus *Caſparus* COMMELYN, *Johannis* nepos, indicem edidit Amſtelodami anno 1696. 8°.*, cui titulum fecit *Flora Malabarica*, nam contortuplicato titulo facile lector carebit. Omiſſo auctoris nomine Leidæ anno 1718. fol.* recuderunt bibliopolæ, dixeruntque *Botanographiam a nominum barbariſmis καὶ αυταξιαις obtentu reſtitutam.*

§. DCCII. *Johannes Commelyn.*

Johannes COMMELYN, qui difficillimam partem horti Malabarici ſuſcepit, nominum nempe & ſynonymorum curam, edidit eodem anno, quo magnum opus prodire cepit, *Nederlandze heſperiden dat is oeffening van de Limoenen en Orangeboomen, na de Climaet der Nederlanden* Amſterdam anno 1676. fol.*. In ſeria gente, omiſſis FERRARII phaleris, cultum heſperidum in frigida regione neceſſarium docet, varietates exponit, & nitidiſſime delineat, ipſum etiam inſtrumentum hortenſe & hibernacula depingit. Anglice prodiit *Management and uſe of the Lemon and Orangetrees* London 1683. 8°. OSB.

EJUSDEM *Catalogus plantarum indigenarum Hollandiæ, cui præmiſſa eſt Lamberti* BIDLOO *diſſertatio de re herbaria* Amſterdam. anno 1683. 12°.*. In regione anguſta & uniformi plantas tamen 776. detexit, inter eas aliquas parum notas, marinas, fungos, apetalas.

EJUSDEM *Catalogus plantarum horti medici Amſtelodamenſis* Pars I. Amſterdam anno 1689. 8°.* & 1702. 8°.* nihil mutatus. Cum novus hortus Amſtelodami nuper conditus fuiſſet, ejus catalogum vir Cl. hic dedit, cæterum alphabeticum. Nomina, cum ſynonymis & paſſim cum charactere generis RAJANO. Altera pars nunquam prodiit, niſi in ſplendido opere, quod continuo indicabo.

EJUSDEM *Horti medici Amſtelodamenſis rariorum plantarum deſcriptio & icones.* T. I. Amſtelodami anno 1697. fol.* Poſthumum opus, Curatoris horti, *Fridericus* RUYSCHIUS, & *Franciſcus* KIGGELAAR latine verterunt, & adnotationibus illuſtrarunt. Plantæ raræ, ſæpe novæ, ex India potiſſimum Orientali, aut ex Curaſſao advectæ, ſplendide delineatæ, ut ſubtiliores characteres requiras. Deſcriptiones in adnotationibus emendatæ & perfectæ; cura major habita fructus & ſeminum, quam floris. Aliud & teres genus Euphorbii Africanum hic pro medicato datur. Hic adparet Ciſtus verus, qui Ladanum ſudat. In Nerio adnotatur partim 10. eſſe ſtaminibus, partim quinis. Clitorius flore pleno, rarum in Papilionaceis monſtrum, matura ſemina tulit. Orleana ſeu Urucu, vulgo Rucu, planta tinctoria celebris,

Aloe

Digitized by Google

Aloe ſuccotrina, Guajava, Sebeſtena officinarum, Negundo utraque, arbor Camphorifera, Benzoinifera, Liquidambar, Erythroxylum Japonicum, Americanum, Corallodendron, Draco arbor ſiliquoſa, Caſſiæ fiſtulæ duæ.

Tomus II. ad CASPARUM, JOHANNIS nepotem pertinet.

§. DCCIII. *Varii.*

F. *Matthæus* de S. JOSEPHO dictus eſt. Plantarum, quas ex India miſit, catalogum edidit in RAJI Tomo II. excuſum.

D. H. CAUSE *Koninglyke hovenier aanwyzende de middelen om boomen en planten auqueeken en voortteelen* Amſterdam. anno 1676. fol. Arborum, quæ vulgo in hortis aluntur, etiam peregrinarum, ſed vulgarium, & noſtratium ſpontanearum deſcriptio & cultus: inde florum: tum herbarum, oleracearum, medicarum, aliarum. Acceſſerunt nonnullæ icones, ab auctore ſculptæ.

WOUTER SCHOUTEN, Chirurgi, *Ooſtindiſche Reiſen* Belgice Amſterdam 1676. Germanice eodem anno fol. UFF. Gallice Amſterdam 1707. RIV. ib. 1708. 12°. 2. Vol. Fere hiſtoricus.

§. DCCIV. *Dionyſius Dodart.*

Denis DODART, qui Satyrici PATINI judicio prodigium fuit eruditionis cum virtute conjunctæ, *Mémoires pour ſervir à l'hiſtoire des plantes* Paris anno 1676. fol.* 1731. 4°.*. In parte botanica MARCHANTIUM ſocium habuit & *Claudium* PERRAULT, in chemica du CLOS & BOREL. Specimen magni & ſumtuoſi operis, cujus perfectioni perpetua bella obſtiterunt. In eo tota hiſtoria plantarum contineri debebat, deſcriptiones novæ & plenæ, icones accuratiſſimæ, analyſes chemicæ a BOURDELINO ſuſceptæ. Ejus operis methodum & ordinem hic reperias. Ut vires ſtirpium accuratius inveſtigari poſſint, querit Cl. DODART. Multum exſpectat ab analyſi igne lento facta, neque deſperat, vera elementa corporum ab ea revelatum iri: adjuvari autem ſe putat admiſtis ad ſuccos plantarum ſalibus variis, ut ſolent ad aquas minerales admiſceri. Et etiam nunc aliqua communia recenſet, quæ per ſuas analyſes erat expertus. Spiritus acerrimos ſolum dare Elleborum nigrum, Veronicam & Crocum. Ex foliis aliquantum ſalis volatilis ſicci obtineri, non ex trunco (præter Narciſſum), neque ex radice. Plus acidi eſſe in radicibus & truncis, inque floribus, minus in foliis. Aliquos etiam herbarum ſuccos cum ſanguine Academici miſcuerunt, ut adnotarent, quæ inde mutationes ſequerentur. Plantæ delineatæ, dicuntur novæ eſſe, ſunt autem pauciſſimæ novæ, icones vero perpulchræ. Germanice recuſæ ſunt Lipſiæ 1758. 4°. Adjectæ ſunt ad finem P. de BEZE S. I. aliquæ arborum Indicarum deſcriptiones, ut Durionis, Mangoſtani, Tanpoc, Daduco, Champada, Anona, Ilacam, Grammeluc, Arboris triſtis diurnæ. *Nicolaus* MARCHAND, *Johannis* pater, plantas 39. cum pulcherrimis iconibus adjecit. Tomum III. harum plantarum poſſidebat C. I. TREW. Opu-

Digitized by Google

Opuſculum DODARTI ſeorſim Pariſiis prodiit anno 1679. 12°. * & Amſterdam. quam editionem non vidi.

IDEM De frumento corrupto egit anno 1676. *Journal des Savans*, & de gangræna epidemica inde nata.

In *Commentariis Academiæ Regiæ* anno 1692. editis deſcribit Lichenagaricum reticulatum MICHELI, & gangrænam in agro Solonienſi ex eſu Secalis corniculati natam.

Anno 1687. oſtendit, ante nuperos, ex Secali toſto parari poſſe potionem Coffeæ ſimilem.

Anno 1699. quærit, cur arbores ſive in declivi plano, ſive in horizonti parallelo, prodeant, eodem ſemper modo majorem frondium diametrum plano natali parallelam proferant.

Anno 1700. Cur truncus perpetuo ad horizontem perpendicularis ſurgat.

Anno 1700. Agit etiam de mira fecunditate naturæ in multiplicandis plantis, quæ fit per ramos, perque radices. Semina in trunco eſſe, quando incipit pullulare. Ut reſectis truncis plantæ multiplicentur: non novis generatis germinibus, ſed evolutis ſeminibus, quæ latebant, Tritici exemplo & Ulmi.

Anno 1701. Pergit in eo argumento, & generationem in plantis meram eſſe evolutionem docet.

Anno 1702. De vi, qua radix ima petit, etiam ſi ſemina inverſa plantaveris.

§. DCCV. *Lucas Debes.*

Lucas Jacobi F. DEBES Præpoſitus Eccleſiarum in Inſulis Färö *Faeroe reſerata that is a deſcription of the Islands and inhabitants of Färoe* London anno 1676. 16°. Primam editionem Danicam non vidi, lego Hafniæ prodiiſſe, & eſſe anni 1673. 8°. Germanice recuſum eſt *Natürliche und politiſche Geſchichte der Inſelen Färoe* Hafniæ anno 1757. 8°. *. Non quidem botanici opus, curioſi tamen hominis, qui ſuam ſolitudinem intime noſſe ſtuduerit, ſuperſtitioſus quidem, ſeculi vitio & regionis. Nullæ arbores, ſed plantæ aliquæ utiles, radicis Rhodiæ abunde. Tormentilla coriarii pro cortice Quercus utuntur. Angelica, & Cochlearia cibo cedunt & obſonio.

§. DCCVI. *J. Bapt. Scarella.*

J. Baptiſta SCARELLA *Lettera apologetica intorno ad una pianta anonima* Padova anno 1687. 4°. *. Pharmacopœus, Dantiam depingit, & fructum deſcribit, atque oſtendit, non eſſe Cynocramben, ut aliquis SCARELLÆ objecerat.

EJUS-

EJUSDEM *Breve ragguaglio intorno al fiore dell Aloe Americana* Padova anno 1710. 8°.*. Floruit apud PAPAFAVAM Aloe Americana, anno ſuo fere centeſimo, eam SCARELLA vidit, & ejus ſuccum VALISNERIUS de flore ſtillantem percepit. Eum ſuccum melleum variis modis exploravit Vir ILL. & acidum eſſe comperit. Addit SCARELLA hiſtoriam hujus plantæ, quoties in Europa floruit, ut Liburni decimo vel duodecimo anno ſolet, cum in Luſitania ad ſepes ſerviat.

In ea collectione habetur etiam *Gabrielis Ludovici* POVENE S. I. Carmen de Aloe, & HYACINTHI CESTONI de tribus Aloes plantis Liburni florentibus relatio.

EJUSDEM SCARELLÆ Deſcriptio Sedi, mire depicta, & Helianthemi, quod herba eſt fumana.

EJUSDEM De herba Aſatina. Utraque in Gal. di Minerv. T. VI.

IDEM auctor eſt libelli, quem cum CONTIO diximus, in quo oſtendit plantam PRANDI non habere notas Sylphii veterum.

EJUSDEM De Aloë ad lacum Benacum reperta: videri ex Americana natam eſſe, quam CALCEOLARIUS in villa *Rivoli* non remota plantaverit *Galer. di Minerv.* T. VII.

EJUSDEM De Thapſiæ utilitate ad tollendas ſugillationes ibid.

EJUSDEM *Pharmacopœa Ferrarienſis* prodromus Ferrar. anno 1725. 4°. Giorn. Letter.

§. DCCVII. *Vincentius Menegotus. Alii.*

Vincenzo MENEGOTI *Poſtilla ad alcuni capi della ſtoria botanica del* ZANONI Padova anno 1676. 16°.*. Periti hominis pſeudonymi, qui Theophraſtum legerat & DIOSCORIDEM, accuratius, quam ZANONIUS, quem oſtendit ſæpe aberraſſe. Deinde plantas, quas ZANONI pro novis proponit, demonſtrat dudum inventas fuiſſe: icones etiam carpit, ut Conyzellæ. Sic *Hyacinthi* AMBROSINI plantas, pro novis exhibitas, demonſtrat plerumque dudum notas fuiſſe.

Frola Saracinisca in Sicilia Panax nempe ſemine hirſuto, qui gummi flavum traumaticum dat, ſemine, ut videtur, ſulcato, convexo, delineatur in *Journal des Savans* anno 1676.

§. DCCVIII. *Galli Varii.*

N. VAUTIER *Inſtruction pour les arbres fruitiers* Paris anno 1676. 12°.

EJUSDEM *La culture des Orangers, Citronniers, Grenadiers & Oliviers* Paris anno 1676. 12°. BURETTE, SEGUIER.

Digitized by Google

L. C. B. M. *Nouveau traité des Oeillets, ou la façon la plus utile de les cultiver, leurs noms, leur couleur & leur beauté, avec la liſte de plus nouveaux* Paris anno 1676. 12°.* cum varietatum nominibus. Laudat P. d'ARDENNES.

Marci Antonii HELLOT & *Joſephi* THOMASSEAU *An demorſis a cane rabido colocynthis* Paris 1676. 4°.

Petri POURRET *Ergo panis cereviſiæ flore fermentatus ſalubris* Paris 1676. 4°.

Pauli MATTOT *an ex tabaco calvities* Paris 1676.

§. DCCIX. *Germani.*

J. Jac. WALDSCHMIDT, Carteſiani, *Monita medica circa Opii & opiatorum uſum* Marburgi anno 1676. 4°. SEGUIER habet annum 1697. 4°. Improbat SYLVII nimium Opii uſum.

EJUSDEM *De potu Theæ* anno 1685. 4°. cui mire indulget.

EJUSDEM in Epiſtolis ad DOLÆUM & DOLÆI ad WALDSCHMIDIUM Epp. Francofurti anno 1689. 4.* excuſis exſtat epiſtola DOLÆI (11.) in qua Theæ cum admiſtis aliis liquoribus phænomena, & laudes reperias.

J. Chriſtophori BEKMAN *Catalogus plantarum in tractu Francofurtenſi ſponte naſcentium* Francof. ad Viadr. anno 1676. 4°. in ejus urbis *Memorandorum Francofurtanorum notitia* TREW. Germanice etiam hoc opus *Wolfgang* JOBST recuſum dedit ib. 1706. fol. a ſe ipſo auctum, cum titulo *Beſchreibung der Stadt Frankfurt an der Oder.*

Auguſt. Henrici FASCH *De Myrrha* Jen. anno 1676. 4°. Inflammabilem eſſe. Subjecto igne dare phlegma, liquorem gummoſum albicantem, oleum clarum e flavo rubrum, alterum craſſius & empyreumaticum.

Juſti STENGEL *Bewährte Bierkünſte, welchermaſſen das Bier zu verfertigen — von etlichen Kräuterbieren und Eſſige* Regenſpurg 1676. 4°. B. BOEHM.

Chriſtoph. VIELHEUER *Gründliche Beſchreibung fremder Materialien* Nuremberg anno 1676. 4°. UFF.

J. Jacob. AGRICOLA *Schauplatz der allgemeinen Haushaltung, vom Feld-Acker- Wein- Blumen- und Gartenbaue* Nördlingen anno 1676. 4°. SEGUIER, & MEISNER annum facit 1677.

EJUSDEM *Hausapotheck* Nördlingen 1677. 4°.

Annus 1676. expreſſus eſt, quo prodierunt depictæ per *Wenceslaum* HOLLART *icones variæ animalium florum, fructuum, muſcarum, vermium* a *Jacobo* SANDRAERT editæ Nuremberg fol. TREW. Tum *Spicilegium* ab *Hadriano* COLLAERT *cælatum & a Philippo* GALLÆO editum 4°. BURCKART.

Non

Non ſeparabimus *Nic. Guilielmi* a FLORE Lotharingi, aliquos flores, Noribergæ apud *Jac.* SANDRART ſculptos 4°. max. TREW.

Et J. CHR. *Blumen- und Raupenbuch* fol. min. TREW.

J. Philip. GIESWEIN *Hodegus medicus ſ. ſyſtema univerſæ materiæ medicæ galenico chymicum* Francofurti 1676. 8°. GUNZ.

Balthaſar SCHNURREN *vollſtändiges Kunſt- Haus- und Wunderbuch* Francf. 1676. 8°. 1690. 8°.

F. SCHRADER & JUSTI CELLARII *de natura panis* Helmſtatt. 1676. 4°. LEHMANN.

Bernh. Wilhelm. GEILFUS *De Moxa* Marburg. anno 1676. 4°. Deſcriptio uſtionis, quæ medulla fit artemiſiæ.

... KRETSCHMAR'S *Pfropf- und Pflanzbüchlein* Bauzen 1677. HAUSVAT.

§. DCCX. *Chriſtianus Franciſcus Paulini.*

Ejus diſſ. botanica de *Chamæmoro Norwegica obſervationibus illuſtrata* Hamburg. 1676. 4°.

EJUSDEM *Nobilis Salvia* Aug. Vindel. anno 1688. 8°. *

EJUSDEM μοσχοκαρυολογια, *ſeu Nucis moſchatæ curioſa deſcriptio* Erfurt. anno 1704. 8°.* & *De Jalapa* Francofurti anno 1700. 8°. Compilatio utraque, enormis, virium medicatarum potiſſimum & formularum.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. ann. IX. n. 186. Delirium a Fabarum odore.

In *Dec.* III. *ann.* III. *obſ.* 172. 173. 176. fabuloſa narrat, ut vereor, & per imaginationem aucta; habet Lilium literis inſcriptum, Roſam ex Lilio, Fungum agni paſchalis ſimilem.

§. DCCXI. *Hermannus Buſſchof.*

Hermanni BUSSCHOF *Das genauer unterſuchte Podagra* Breslau anno 1677. 12°.*. Anglice Londin. anno 1676. 8°. Belgice *Het Podagra midsgaders des ſelfs geneezinge* Amſterdam 1678. 8°. B. THOMAS. ut tamen priorem aliquam editionem eſſe neceſſe ſit. Moxam ad morem populorum Orientalium laudat, ipſe expertus, cum Bataviæ novæ arthritide laboraret, & a medicaſtro admotis viginti Moxæ cuneis liberaretur. Non alia ratione eum morbum ſanari poſſe contendit.

Beſchryvinge van Guyana gelegen aan het vaſte Kuſt van America Amſterd. 1676. 4°. CARLSON. An idem cum OTTONE KEY.

Digitized by Google

§. DCCXII. *Angli aliqui.*

Thomæ GLOVER *De hiſtoria naturali Virginiæ* in Phil. Tranſ. n. 126. Plantas cultas habet, & ſpontaneas celebriores, & potiſſimum Nicotianæ cultum.

John ROSSE *The English vineyard vindicated and the way of making wine in France* London anno 1676.

EJUSDEM *The admirable virtues of Coral.*

§. DCCXIII. *Edm. Mariotte.*

Edme MARIOTTE, mathematici, *Premier Eſſay ſur la végétation des plantes* Paris anno 1676. 12°. 1679. 12°.* & in Operum collectione Leid. anno 1717. 4°.*. Pars I. De elementis chemicis plantarum. Ignem excludit, qui non ſit, niſi motus. Ammoniacos ſales dicit, quos nos alcalinos. P. II. eſt de vegetatione; Aliqua de vegetatione ſeminis, de anatome plantæ, vaſis coloriferis corticis, & vaſis albidis, quæ cum iis vaſis inoſculentur. Admittit circuitum ſucci plantarum, & albida vaſa pro venoſis habet, colorifera pro arterioſis: redire ſuccum in radicem, & carpinum aliam ſui generis arborem, cum qua cohærebat, de radice ſua ſeparatam aluiſſe, ut infra unionem frondeſceret. Reſecto tithymalo lac plurimum de parte reſecta deorſum ſtillare, parum de caule ſurſum, Salicem caule terræ inpacto radicari. Evolutionem admittit, ut tamen præcipuæ partes ſolæ in germine præſto ſint. Intra bulbum tulipæ Januario M. florem cum ſtaminibus & piſtillo vidit. P. III. Contra chemicas analyſes: reperiri eadem principia in medicatis plantis, inque venenatis. Naſcentes plantas multum fundere alcali, adultas multo plus acidi.

§. DCCXIV. *J. B. Tavernier.*

J. *Baptiſta* TAVERNIER Gallus, Baro aliquamdiu Albonenſis in ditione Bernenſi, continentem terram Aſiæ ſex itineribus percurrerat, Indoſtaniam, Perſiam, Turciam; gemmarius equidem, neque literatus, tamen ut ad mercimonia potiſſimum adtentus eſſet. EJUS *Six voyages en Turquie, en Perſe, aux Indes*, alio curante, prodierunt Pariſiis anno 1676. & 1679. 4°. hinc in Belgio anno 1678. 12°.* la Haye 1718. 12°. 3. Vol.; denique ſex voluminibus Paris anno 1724. 12°.*. Anglice Londin. anno 1677. fol. 1678. fol. Italice Rom. 1682. 4°. 2. Vol. Circa Aſtrabat plurima naſcitur radix Ronas, vehementer tinctoria, qua Perſæ utuntur ad rubrum colorem bombycinis telis impertiendum. Circa Casbin Piſtaciæ abundant. Circa Philadelphiam Vallaneda colligitur. Circa Naſibin ſola Pimpinella provenit. Pro ſexu Palmarum. Melones in Perſia ſalubres. Pretioſiſſimum oleum Roſarum in provincia Schiraſenſi paratur. De Opio, Kokemar & Bangue. De Indigo, ejusque præparatione; de aromatibus, Cardamomo, Camphora, Agallocho, Coffea; de Coralliorum piſcatione; de Radice Baroc amariſſima, emeticorum optimo.

Digitized by Google

optimo. De Rheo Butanenſi, Sementina, Araccæ deſtillatione, veneno Macaſſarico.

In *nouvelle relation de l'intérieur du Serrail*, quæ Tomum VI. efficit, nihil huc pertinet.

In *Relation nouvelle du Royaume de Tonquin* ex *fratris* ſui Commentariis, & ex variorum peregrinatorum ſermonibus, a TAVERNERIO compilata, aliqua ſunt de arboribus, floribus & fructibus ejus regionis.

§. DCCXV. *Robertus Plot.*

Roberti PLOT, Profeſſoris Chemiæ & cuſtodis Muſæi ASHMOLIANI, *Natural hiſtory of Oxfordshire being an eſſay toward the natural hiſtory of England* Oxford anno 1677. fol. 1705. fol.*. Caput VI. huc pertinet. Eo continentur plantæ aut dubiæ, aut a RAJO omiſſæ, aut nondum deſcriptæ; Viola hirſuta major inodora, & paluſtris, rotundifolia, Mariſcus acicularis, Pentaphyllon Tormentillæ facie, Hypopitys, Alſine fugax, quæ pro novis habentur. Succedunt raræ aliquæ plantæ & varietates, etiam cerealium: porro plantæ cultæ. De vegetatione & adſcenſu ſucci plantarum, tum inter corticem & arborem, tum per ipſum lignum.

EJUSDEM *A natural hiſtory of Staffordshire* Oxford. anno 1679. fol. SEGUIER. anno 1686. fol. *. Iterum caput VI. plantas continet, Lichenes, Muſcos, Phallos tubulo aperto. Plantæ etiam aliquæ rariores recenſentur, & Triticum ſpica ovata; tum varietates plantarum, arbores eximiæ ſtaturæ. In hoc & in priori opere aliquæ ſunt icones. Aliena cæterum a botanicis AUCTOR ſtudia ſecutus eſt, & paſſim a LEIGHIO plagii poſtulatur.

EJUSDEM *Diſcourſe concerning the moſt ſeaſonable time of felling timber*, in Phil. Tranſ. anno 1691. n. 192.

§. DCCXVI. *Itali.*

G. *Giacomo* ROGGERI Romani *Catalogo delle piante native del ſuolo Romano*, prodiit cum DONZELLI theatro pharmaceutico Romæ edito anno 1677. fol.*. Catalogus novem annorum ſpatio natus ſeorſim etiam exſtat Venet. anno 1704. 4°. SEGUIER & in Sylloge RAJI.

J. *Mariæ* CIASSI *Meditationes de natura plantarum* Venet. anno 1677. 16°.* Seminis pulpam non in ipſam plantam abire, ſed in duas cotyledones: ſemen ipſum, ſeu primordia plantæ, eſſe ſignaturas quaſdam, a quibus pervadenti ſpiritui ſeminali ſigilla imprimantur; ea habitare in germine, non in pulpa, ita diſpoſitas eſſe particulas, ut accedente motu fingantur in radices &c. ſatis obſcure.

Digitized by Google

Muſeo COSPIANO *anneſſo aquello del Uliſſe* ALDROVANDO *donato de Ferdinando* COSPI *deſcritto da Lorenzo* LEGATI Bologn. anno 1677. fol. OSB.

EJUSDEM *Inventario ſemplice de tutte le materie deſcritto che ſi trovano nel muſeo Coſpiano* Bologn. anno 1680. 4°.

Cinelli CALVOLI *Bibliotheca volante* hoc anno cepit prodire. Ejus ſunt *Stanzie* 22. ab anno 1677. ad 1736. 8°. Reddidit melius D. SANCASSIANUS Venez. 1734. fol. 2. Vol. & iterum plenius prodiit Venet. 1747. 4. Vol. 4°.*. Inter multa non alibi exſtantia, aliqua etiam ad nos faciunt.

§. DCCXVII. *Germani Varii.*

Caſpar POSNER *De Manna* Jen. anno 1677. 4°.

In *Miſcellaneis naturæ curioſorum* anni 1677. & in obſ. 76. agit *Daniel* ANGEL De Tabaci abuſu.

Das franzöſiſche Kochbuch, oder der franzöſiſche Becker Minden 1677. 8°.

Beſchreibung des Landes Guiana Bern 1677. 4°.* Relatio facta ad alliciendos in Surinamiam colonos. Hiſtoria naturalis valde ornata, undique collecta. Plantæ utiles præcipuæ, tam cultæ quam ſpontaneæ. Annon idem quod p. 595.

J. *Matthiæ* FABRI Heilbronnenſis medici *Strychnomania* &c. Auguſtæ Vindel. anno 1677. 4°.*. Belladonnæ baccis intoxicati pueri perierant anno 1667. ſimiles tredecim hiſtorias auctor recenſet, tum collectas alias. Inde deſcribit & depingit plantas pluſculas tribus Solanaceæ, Belladonnam etiam potiſſimum, ſuis cum effectis, & medendi methodo deſcribit.

In *Eph. Nat. Cur.* Dec. II. Anni IX. Addendis de peculiari modo adtrahendi fumi Tabaci agit.

In *Ann.* X. app. dat anatomen pilæ marinæ ex variis quisquiliis & radiculis compactæ.

In *Dec.* III. *Ann.* II. app. varia Tritica & Hordea luxuriantia ſpicis ramoſis deſcribit.

§. DCCXVIII. *Galli. De Prade & alii.*

De PRADE *Hiſtoire du Tabac, & particuliérement du Tabac en poudre* Paris anno 1677. 12°. FALC. 1716. 8°. ZOCH. Encomium Tabaci, & medicæ ejus herbæ compoſitiones. Germanice anno 1684. & Schneebergæ 1747. 8°. prodiit.

J. Baptiſtæ

Digitized by Google

J. Baptiſtæ de REVELOIS *an vinum Rhemenſe ſit omnium ſaluberrimum* Paris 1677.

Philippi MATHON *an opium hyſtericæ adfectioni noxium* Paris 1677.

De MEUVE *Dictionaire pharmaceutique* Paris anno 1677, 8°. *Journ. Sav.* & anno 1689. 4°. ibid. Deſcriptio & vires medicamentorum ſimplicium, bonæque notæ & doſes.

Inter *diſſertationes Franciſci* BAYLE' *in quibus principia plantarum in miſtis, Oeconomia corporum in plantis & animalibus demonſtrantur* Toloſ. 1677. 1681. 12°. Haag. 1678. 12°. * editas & recuſas Toloſ. anno 1701. 4°. * ſecunda eſt de plantis. In ea Fungorum fabrica traditur, & mechanica ratio proponitur, qua Fungi & aliæ plantæ formentur.

§. DCCXIX. *Jac. Conſtant de Rébecque.*

Jacobi CONSTANT de REBECQUE, medici Lauſannenſis, cujus ultimum ſenium adtigi, hortulumque vidi *Compendium Pharmaciæ Helveticæ* Genev. 1677. *Medecin françois charitable* Lyon 1680. 8°.

EJUSDEM *Atrium medicinæ Helvetiorum, ſive eorumdem pharmacopæjæ promptuarium* Genev. anno 1691. 12°.* (*b*). Catalogum dat plantarum, quæ in officinis ſervantur.

EJUSDEM *Eſſay de la Pharmacopée des Suiſſes, en laquelle on fait voir, que les remédes, qui naiſſent en Suiſſe ſont ſuffiſants, pour guérir toutes les maladies* Bern. anno 1709. 12°.* Promtuarii pars prior hic redit, & plantarum in Helvetiæ hortis, vel agro naſcentium catalogus, multum auctus, additis locis natalibus. Intercedunt raræ cives, neque hactenus iis locis lectæ, quæ Auctor indicat, ut Capillus veneris, Peucedanum. Vires etiam medicatas ex populari ſententia addit.

§. DCCXX. *Angli aliqui.*

Andrew YARRANTON *Englands improvement by ſea and land* London anno 1677. 4°. Augeri vult ſylvas, viridaria, hortos.

Pharmacopœa *Coll. Reg. Lond.* London 1677. fol. MEAD.

Antonii LAURENCE *Nurſerie, orchards, profitable gardens and vineyards encouraged* London anno 1677. 4°.

§. DCCXXI. *Varii Itali.*

Michaelis NUTII *Faſciculus, ſeu Elenchus herbarum* Venet. anno 1678. 12°.

MUTII

(b) MERKLIN habet editionem anno 1677. 12°.

MUTII PHÆBONII *Hiſtoria Marſorum* Neapoli 1678. & in *theſauro* BURMANNIANO. Aliqua de lacu Fucino ejusque plantis aquaticis, cum nominibus ſemibarbaris.

Jacobi AGOSTINETTI *Cento e dieci ricordi del buon fattore di villa* Venez. anno 1679. 8°. 1704. 12°. SEGUIER.

§. DCCXXII. *Germani Varii.*

Collectio itinerum Tiguri anno 1678. 8°.* editorum. Primum J. *Jacobi* AMMANI *Reiſe ins gelobte Land* nihil habet, præter teſtimonium de Coffea, quam anno 1612. in omnibus cauponis bibit (*c*). Sed in *Felicis Chriſtiani* SPORI Chirurgi *Reisbeſchreibung nach den Caribes Inſeln und Neu-England* plantæ utiliores Barbadi Inſulæ deſcribuntur, & in J. *Jacobi* ZUREICH *Reisbeſchreibung nach Fetu* plantæ ejus regionis, Bananas & aliæ.

Bernardi VERZASCHA *New vollkommenes Kräuterbuch* Baſil. anno 1678. fol. Icones, quibus CAMERARIUS in Epitome uſus fuerat, & vires medicæ, & opus ipſum MATTHIOLI, per CAMERARIUM & VERZASCHAM correctum.

Caſpar SUTERS *monatliche Pflanzungsluſt* Schaffhauſen 1678. 12°.

Benj. SCHARF *Toxicologia ſ. de natura venenorum in genere* Jen. 1678. 4°. VATER.

EJUSDEM ἀκιυτολογια *ſeu Juniperi deſcriptio curioſa* Jen. anno 1679. 8°.* (*d*). Formulæ plurimæ, deſcriptio Juniperi nulla.

Dec. III. Ann. II. n. 82. De morte ex Fungo ſaligno.

N. 87. De riſu Sardonico funeſto ex eſu Ranunculi Apii folio.

J. *Gregorii* HORST jun. *de moxa* aliqua Francofurti 1678. 4°.

J. GARMER *Diſſ. de Theriaca* Hamburg. anno 1678. 4°. MERKL. Diſſ. II. ib. 1679. 4°. III. ib. 1689. 4°. MÖLLER.

Michel BECK *De uva magna Chananea* Jen. anno 1679. 4°.

J. Conrad CLEMM *De Olea* Tubing. anno 1679. 4°.

J. Georg SCHIELEN's *practicirter Blumengarten* Ulm 1678. 8°.* 1696. 8°. MEISN. Princeps ſtudium poſuit in tulipa inque tunica. Ex ſemine florum alborum novas ſpecies exſpectat, addita in Tunicis repetita inſitione. Promittit ſe dicturum de artificio, quo tulipæ nigro flore obtineantur. Monita dat practica, potiſſimum ad Tunicas. Reliquos flores & plantas coronarias breviter tractat. Icones paſſim mutuatitias addit.

§. DCCXXIII.

(c) p. 40.
(d) SEGUIER habet etiam annum 1672. 8.

Digitized by Google

§. DCCXXIII. *Miſc. Nat. Cur.*

In *Miſcellaneis Nat. Cur. Ann.* IX. X. n. 117. *Simon Aloyſius* TUDECIUS deſcripſit, etiam depinxit, plantas aliquas, florem perpetuum, graphalodes roſeum &c.

N. 123. De Echio faſciato.

EJUS *Medicus pharmaceuticus* prodiit Nuremberg anno 1695. 8°. & *appendix* 1699. EISENMANN.

Samuel LEDEL De Nuce vomica cani innoxia n. 146.

De juſculo Sphondylii poſt febres utili Dec. II. ann. VI. n. 60.

Ann. X. obſ. 8. De noxio odore Roſarum.

Dec. III. ann. IV. obſ. 50. Uſu Sorbi aucupariæ reſtituti menſes.

Ann. VII. VIII. n. 128. De vi vulneraria aquæ ligni Fraxini.

Anno IX. X. obſ. 32. De uſu olei Majoranæ adverſus epilepſiam.

N. 66. De Malvæ decocto in morbo pectoris utili.

N. 68. De Polygono coccifero Marchico.

EJUSDEM *Centaurium minus* Jen. anno 1694. 8°. alii etiam 1674. 8°.

§. DCCXXIV. *Angli Varii.*

In Phil. Tranſ. n. 138. *Carolus* HOWARD Croci cultum, in placentas compoſitionem, & coctionem in clibano deſcribit.

In n. 139. *Edmundus* PITT De Sorbo piriformi, neglecta ſuis arbore.

Thomas TRAPHAM *Diſcourſe of the ſtate of health in Jamaica &c.* London anno 1678. Arborum quædam miracula. Arbor cortice lucido; ſemina elaſtico motu ſe agitantia. Porro de Cacao, Coco & aliis arboribus utilibus.

WINTHORP Hiſtoria Mayz n. 142.

Pharmacopœa Collegii Regii Londinenſis London anno 1678. 16°. 1680. 8°. 1682. 4°. Angl. 1679.

Gedeon HARVEY medici ſceptici, *family phyſician and houſe apoticary* London anno 1678. 8°.

EJUSDEM *a particular diſcourſe of opium diacodium and other sleeping medicines* London anno 1696. 12°. Satyrus.

EJUSDEM *vanity of phyſik* London 1700. 8°. contra botanicen.

Digitized by Google

Syſtema horticulturæ containing the art of gardening in three books London 1678. 8°.

Moyſes COOK *the manner of raiſing opening and improving foreſt and fruit trees &c. with the treatiſe of Gabriel* PLATTES London anno 1679. 4°. SEGUIER.

EJUSDEM *The manner of making Cyder*, apud EVELYNUM.

§. DCCXXV. *Cornelius Bontekoe.*

Cornelii BONTEKOE Tr. *van het excellenſte Kruyd Thee derden druk vermeerderd met twee verhandelingen van de Coffi, en de Chocolade* Haag. anno 1685. 8°.* & prius anno 1678. 12°. HOTTON. Cum tenuitatem ſanguinis pro ſummo bono haberet, eam a Thea exſpectabat, adeo vehemens hujus plantæ laudator, ut omnem ſuſpicionem repudiaret, infuſam cum Thea aquam etiam ad 200. (*e*) vaſcula ſumtam nocere poſſe, & eam ipſam pro Panacea ad omnes morbos extollat. Vitium omne in fluidis corporis partibus habitare ei perſuaſum fuit, vanam eſſe ventriculi relaxationem, catarrhos ſolo Theæ crocato infuſo fere in principio ſuſpendi, calculum ſuperari &c. Botanici nihil profert.

Redit in operibus omnibus, ubi etiam libellus exſtat *van de hedendaagze apothek en Apotheken fauten*, qui hactenus huc ſpectet. In §. I. *ontwerp van t' oud geſtel der Medicyne*, contra Botanicam dicit, quam vult inutilem eſſe, tum contra medicamenta plurima, ſirupos, & formulas pharmaceuticas.

§. DCCXXVI. *Galli Varii.*

In Academia Gallica *Joſephus* DUVERNEY Apum in pulviſculo ſtaminum laborem anno 1678. deſcripſit: nectaria negat adtingere, in Corona Imperiali.

In *poſthumis* T. II. p. 342. adgnoſcit ſexum plantarum.

Anno 1679. Pariſiis collectio prodiit, in qua LEEUWENHOECKII *obſervations faites avec le microſcope ſur le lait, le ſucre, le ſel & la manne, traduites* par MESMIN. *Avec le recueil des experiences ſur le combat que procede du melange des corps.*

Inſtruction ſur les Tulipes Paris anno 1678. 12°.

§. DCCXXVII. *J. Jac. Wepfer.*

J. Jacobi WEPFER Liber *de Cicuta aquatica*, Baſileæ anno 1679. 4°.* 1715. 4°.* Leid. anno 1733. 8°.*. Eximium opus & ex præcipuis artis noſtræ

(*e*) p. 229.

Digitized by Google

noſtræ fontibus, magis equidem ad rem anatomicam & practicam pertinet, minus ad rem herbariam, ſed plantæ tamen ſuæ bonas dat icones & deſcriptiones, radicis imprimis cellulatæ. Deinde Vir Ill. vim venenatam per plurima experimenta definivit: aliarum etiam plantarum pernicioſarum vim per pericula in vivis animalibus capta conſtituit, Vomicæ Nucis, Cocculorum, Napelli, radicis Coronæ Imperialis, Belladonnæ, Amygdalarum amararum, Cicutæ terreſtris, Jalappæ. Plantarum etiam aliquarum medicatarum in Sylva Nigra naſcentium meminit.

De eadem Cicuta ejusque noxis in Eph. Nat. Cur. Dec. II. ann. VI. obſ. 116.

Dec. III. ann. V. VI. obſ. 85. Potus Coffeæ ſimilis ex Fabis.

Obſ. 86. De uſu Fœniculi ad hæmorrhagiam narium.

In J. *Georgii* Walther Sylva medica opulentiſſima Budiſſin anno 1679. 4°.*, qui merus index eſt, caput de venenis huc ſpectat.

J. *Conradi* Axt *Liber de arboribus coniferis* Jen. 1679. 12°.*. Non malus libellus, quo picis, & fuliginis in Sylva Hercynia. Thuringiæ parandæ modus traditur & carbonum. Reliquas etiam arbores coniferas percurrit, cum aliqua philologia, etiam de Agarico. In nonnullis exemplis hujus opuſculi horrida *Guidoni* Patino calumnia impingitur. Eam coactus a Jenenſibus medicis Auctor revocavit (*f*), & revocationem aliis exemplis adjecit, quale etiam apud me eſt.

Cum J. Verbrugge *Nieuw hervormde examen van land en zee chirurgie* fallor, primum anno 1679. 12°. edito & recuſo Amſtelod. anno 1714. 8°.* & 1748. 8°.* prodiit catalogus & hiſtoria aliqua ſtirpium medicatarum utriusque Indiæ, tum reliquorum medicamentorum ſimplicium cenſus.

Ejus *Nieuwe Schepskiſt* Amſterdam anno 1693. 8°. continet materiam medicam vegetabilem, vires, & doſin.

§. DCCXXVIII. *Galli Varii.*

Horticultura, ou l'art de bien jardiner, planter & ſemer, par J. M. Chartreux Bruxelles 12°.*. Brevis & ſimplex libellus, anno non addito, circa hæc tempora prodiit, ex belgico converſus.

Queſtions de médecine propoſées par Mſrs Castillon & Fouque *à M.* Colomb *ſur ſon aggrégation au Collége des Médecins de Marſeille* Marſeille anno 1679. De Quinquina & de Coffea: hanc plerumque nocere putat.

(f) Patin Lyc. Patav. p. 103.

Digitized by Google

§. DCCXXIX. *Michael Ettmuller.*

Michael ETTMULLER, Lipſienſis Profeſſor, *De vi diaphoretica Opii* ſcripſit Lipſiæ anno 1679. 4°. quæ diſputatio Jenæ anno 1682. 4°.* recuſa eſt. Vim eſſe in concreto reſinoſo. Sudorem pellere laxatis poris.

EJUS Diſputatio *de tinctura Coralliorum* Lipſ. anno 1665. 4°. vix huc pertinet.

Sed SCHROEDERI *dilucidati phytologia*, quæ a morte auctoris anno 1688. inter opera omnia Francofurti prodiit fol.*, Lugduni 1690. fol. 2. Vol. J. SAV. Neapoli anno 1728. 5. Vol. &c. & Genev. curante MANGETO anno 1736. fol. pertinet unice ad vires medicatas plantarum, quæ liberaliſſime hic traduntur. DEINDE Ejus eſt Commentarius in SCHROEDERUM & MORELLUM, magis proprie pharmaceuticus. Commentarius in *Danielem* LUDOVICI perinde etiam ad plantarum vires pertinet, quas noſter fuſe extollit. Gallice verſus eſt *Traité du bon choix des médicamens, commenté par* ETTMULLER Lyon anno 1710. 8°. 2. Vol.

§. DCCXXX. *Jacobus Spon.*

Jacobi SPON medici, & literati viri, *Voyage d'Italie, de Dalmatie, de Gréce & du Levant* fait en 1675. & 1676. avec *George* WHELER Lyon anno 1678. 12°.* 2. Vol. Germanice 1690. fol. 1713. fol. SPONIUS equidem rem herbariam parum curavit, ſacchari tamen purgationem: Uvarum Corinthiacarum præparationem: Lentiſcum maſtichiferam Inſulæ Deli: Sorbet ex uvis Damaſcenis coctum: Ceparum Archipelagi dulcem ſaporem: Cypreſſum vaſtiſſimam: Cotini proventum circa Patras: plantas montis Hymetti: Scorzoneram bulboſam; noxas Mandragoræ hic videas tangi. Nomina etiam græcarum plantarum moderna cum vetuſtis comparavit.

Idem latine vertit tr. PHILIPPI de FOUR *de Thea, Coffea & Chocoluta* Paris 1685. 12°. Edidit etiam PONS l. *de melonibus.*

EJUSDEM *Obſervations ſur les fievres & les fébrifuges* Lyon anno 1681. 12°. & 1684. 12°. MONGIT.

§. DCCXXXI. *Georg Wheeler.*

Non ſeparabo ſocii SPONII *Georgii* WHELER *iter* Londini anno 1682. fol. Pariſiis anno 1689. 12°. 2. Vol. BURETTE: Amſtelodami anno 1722. 12°. 2. Vol. * excuſum: Titulus ei fuit *Journy into Greece.* Uterque equidem ſodalis *inſcriptiones*, & nummos antiquos potiſſimum quæſivit. Noſter tamen diutius in Græcia moratus, quam SPONIUS, multo accuratius etiam in plantis inquirendis verſatus eſt, quas collegit, delineavit, cumque MORISONO communicavit. Ita Cytheræ inſulæ plantas, falſumque ibi naſcentem Dictamnum, Tini, quæ eo tempore erat Venetorum, Trojæ, agri Byzantini, Olympi Bithy-

Digitized by Google

Bithynici, Myſiæ, montis Sipyli, agri Smyrnæi, Peloponneſi, Achajæ, Ætoliæ, Parnaſſi, Hymetti, Megaræ (ubi Aſtragalus Chriſtianus peſſime expreſſus), Iſthmi Corinthiaci, Montis Penthelici, Phocidis ſtirpes recenſet. Mea editio vitioſa eſt, & figuræ malæ.

Guilielmus VERNON, utriusque ſodalis, etiam MARILANDIAM adiverat, in ea aliquot plantarum centurias collegerat (*g*). In Perſia ex vulnere obiit.

§. DCCXXXII. *Germani Varii.*

Andreæ MULLER dati GREIFFENHAGEN *Hebdomas obſervationum de rebus Sinicis* Colon. (Berol.) anno 1679. Fuſe agit de Ginſeng.

Chriſtophori FISCHER S. I. *Oeconomia ſuburbana* Prag. anno 1679. & 1683. 4°. 2. Vol.

J. Andreæ SCHLEGEL *De venenis & morbis venenoſis* Erford. anno 1679. 4°.*. Venenatarum plantarum cenſus collectitius.

EJUSDEM *von natürlichen, unnatürlichen und wider die Natur lauffenden Dingen, in Vergleichung der groſſen Welt mit der kleinen* Nürnberg 1686. 8°.

Frider. CALENUS *de vitis ac viti culturæ ortu* Jen. 1679. 4°. BURCK.

Hieronymus BOCCIUS *de arbore vitæ* Witteberg. 1679. 4°. LEHMAN. ſi huc facit.

Curioſa medica pro tuenda valetudine inter colloquentes enodata Hamburg. anno 1679. 8°. MERKL.

Chriſtian Samuel ZIEGRA & REISING *De morte plantarum* Witteberg. anno 1679. 4°.*.

Theodor. CRAANEN *Oratio funebris in obitum* ARNOLDI SYEN London 1679. 4°.

J. Chr. HOFMAN *Oſtindianiſche Voyage* Caſſel 1679. 8°. RIV. etiam de plantis.

§. DCCXXXIII. *J. Yonge.*

James YONGE *Currus triumphalis e terebintho or an account of the many virtues of oleum terebinthinæ* London anno 1679. 8°.*. Nempe calidum ſanguinem cogere & ſiſtere. Id conſilium accepit a D. SPRAGE & T. SPENCER medicis.

The countryman's recreation or the art of planting, grafting and gardening Londin. 1679. SEG.

Hoc anno ceperunt prodire ROBERTI HOOKE *philoſophical collections or an account of ſuch phyſical, anatomical, chymical, mechanical, aſtronomical, optical and*

(g) RAJ. hiſt. III. præf. p. 4.

Digitized by Google

and other mathematical, philoſophical experiments and obſervations as have lately come to the publisher hands London 1679. 4°. ſed vide p. 527.

§. DCCXXXIV. *Theophilus Bonnet.*

Theophili BONNET *Medicina ſeptentrionalis* Genevæ anno 1679. fol. *, & T. II. anno 1686. fol. *. Collectio fere ex diariis, Germanico, Danico, aliis. Libri VIII. P. IV. huc pertinet, in qua de remediis agit, ex plantis ſumtis. In *Polyalthe* etiam & *mercurio compitalitio* aliqua habet huc pertinentia. Vertit IDEM BLEGNYI *nova inventa* & *templum Æſculapii* & Tomum V. cum nomine *Zodiaci Medico Gallici* addidit.

MONGINOT *De la guériſon des fiévres par le Quinquina* Paris anno 1679. 12°. 1680. 12°. 1682. 12°. *Journ. Sav.* 1693. 12°. RAST. recuſ. in *Zod. Med. Gall.* & in NIGRISOLI collectione Ferrar. 1697. 4°. Corticis uſum conjungit cum Centaurio minori.

§. DCCXXXV. *J. Jacob Wagner.*

J. *Jacob* WAGNER M. D. *Hiſtoria naturalis Helvetiæ curioſa* Tiguri anno 1680. 12°.* auctius *Index memorabilium Helvetiæ* Tiguri 1684. 12°. & iterum auctius 1688. & denique 1701. 12°. Sectio V. huc pertinet, in qua arbores aliquanto fuſius recenſentur, & inter eas Abies 160. pedum. Tunc catalogus ſequitur plantarum alpinarum & rariorum, ex C. BAUHINO, quas inter nonnullæ ſunt, nondum ſatis cognitæ, ut Bellis ampliſſima Plantaginis folio, Centaurium alpinum luteum. Aliqua etiam de vino, Sicera &c.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *Ann.* III. n. 186. De malo effectu Lolii.

Ann. IX. Succum Chelidonii majoris febrem pellere.

N. 29. Narciſſus faſciatus polyanthos.

Ann. X. De mortibus ex Belladonna.

Dec. III. *Ann.* I. n. 150. De vi ophthalmica radicis Caryophyllatæ.

§. DCCXXXVI. *Nicolaus Blegny.*

Nicolaus BLEGNY edere cepit Paris anno 1679. 1680. 1681. plagulas hebdomadales, cum tit. *Nouvelles decouvertes ſur toutes les parties de la médecine.* Inde titulo mutato *le temple d'Eſculape.* Deinde anno 1682. idem diarium per D. la ROQUE quatuor menſibus eſt continuatum. *Theophilus* BONNET ſubjunxit annos 1682. 1683. ex opere collectitio. Ita anni quinque latine ſunt recuſi cum titulo *Zodiaci Medico Gallici* Genev. anno 1680. & ſqq. 4°. curante *Theophilo* BONNET. Germanice vertente J. L. M. C. Tomi V. Hamburgi anno 1680. 8°. & ad uſque 1683. 8°. MÖLLER. Chirurgus, non ſolidæ fidei homo. Ad rem herbariam facit med. Febrifugum ex Quinaquina, quem corticem admiſtis debilibus remediis enervat.

Digitized by Google

P. 49. Hæmorrhagia ex perfecta caſtratione, compreſſa admoto Muſco terreſtri.

In *Anno* III. ſ. 1681. Fungi ex collyrio in terra cocta faventina nati.

In *Anni* IV. M. Februario Echinomelocactus delineatur. Confirmatur vera corticis Peruviani vis adverſus febres, multis in exemplis. Opuſculum etiam D. DEDU *De anima plantarum* hic inſeritur.

In *Anno* V. redit *Nicolai* de BLEGNY, quem continuo dicam, libellus

Decouverte du Remede Anglois pour la guériſon des fiévres publié par ordre du Roi Lyon anno 1680. 12°. Paris anno 1682. 12°.*. Ineunte hoc anno idem libellus in diario BLEGNY editus fuerat, a BONNETO latine recuſus. Cum Ludovicus XIV. a TALBOTO ſanatus fuiſſet, juſſu Regio methodus exhibendi corticis publici juris facta eſt. BLEGNYUS aliquam hiſtoriam arboris & corticis præmittit; ſequitur triplex infuſum vinoſum, ut primo ſecundum debilius eſſet, tertium ſecundo, quo TALBOTUS utebatur: aliæ etiam Corticis præparationes. Adnotationes inde DACQUINI, & aliquæ in TALBOTUM, etiam in continuis febribus cortice utentem, animadverſiones: demum formula, quæ hic enixe laudatur, corticis Chinæ Chinæ, theriaca miſti & Centaurio minori, ſub finem BLEGNIUS hiſtoriam Opii adſpergit. Germanice *von Heilung der Fieber vermittelſt der Kinkina* Genev. 1683. 12°.

EJUSDEM *Du bon uſage du Caffé, du Thé & du Chocolat* Lyon anno 1687. 12°. (OSB. Paris) 1688. 12°. & in ZODIACO GALLICO. Non bene docet Coffeam in Burgundia naſci. Compendium ejus prodiit, *Abrégé du traité du Caffé* ed. anno 1687. 12°. SEGUIER.

§. DCCXXXVII. *Emanuel König.*

Emanuelis KOENIG Baſileenſis, quem primum eorum, quos hactenus dixi, vidi ſuperſtitem, ſenem juvenis, *Regnum vegetabile quadrupartitum* Baſileæ anno 1680. 4°. 1688. 4°.*. Pars altera anno 1696. 4°. in qua plantæ Helveticæ & Baſileenſes, tum anno 1708. 4°.*. Plurima collegit, & primum ad anatomen & vitam plantarum, earum cultum, & elementa atque chemica analyſin. Deinde Lexicon generum TOURNEFORTIANORUM, cum charactere. Inde ſpecies TOURNEFORTIANÆ ſequuntur, ordine perinde alphabetico. Tunc de viribus plantarum: & catalogus ſecundum earum virium claſſes, & utilitates medicæ.

EJUSDEM *Keras amalthejas ſeu theſaurus remediorum ex triplici regno* Baſil. anno 1693. 4°. BURETTE.

EJUSDEM *Spicilegium anatomicum & botanicum* Baſil. anno 1703. 4°. Leuw De methodis botanicis &c.

In

In *Eph. Nat. Cur.* aliqua edidit, ut *Dec.* II. *Ann.* I. n. 169. De Carlinæ vi defatigante.

Ann. IV. De Fragaria botryformi n. 30.

N. 31. De Ceraſis botryformibus.

Ann. VI. De Pomi helleborati utilitate in quartana n. 38.

N. 119. De vi antidyſenterica Ipecacoanæ, tum *Ann.* X. n. 115.

EJUSDEM *Exercitatio de eo quod ſummum eſt in medicina una cum triplici regno* minerali, *vegetabili* & animali (GRONOV.) Baſil. 1711. 4°.

§. DCCXXXVIII. *Maria Sibylla Merian.*

Maria Sibylla MERIAN, ex artificum familia, pictoriæ artis & ipſa peritiſſima, Surinamiam petiit, ut novis inſectis diteſceret. Edidit redux diſſ. *de generatione & metamorphoſi inſectorum Surinamenſium*, folio maximo Amſtelodami anno 1705. excuſam & 1719. fol. Gallice & Belgice Hagæ recuſam anno 1726. fol.* aliquanto plenius. Inſectum quodque ſuæ plantæ addidit, ut ea delectaretur; plantas ipſas pictura, neque cum characteribus, ſed pereleganter expreſſit, Ananas, Manihoc, Goſſypium, Guajavam, Muſam, Gummi guttam, Vanillam, Cacao, Papayam, duas Batattas, Janipebam, Rucu, aliasque partim vulgo notas, partim nondum definitas. Nomina latina adjecit *Caſparus* COMMELYN. Multa exempla coloribus ſuis expreſſit.

Dudum autem eadem pictrix ediderat Partem I. *Erucarum ortus, alimenti & paradoxæ metamorphoſeos* anno 1679. Noribergæ 4°. & partem ſecundam anno 1684. ibid. Germanice *Der Raupen wunderbare Verwandlung und ſonderbare Blumennahrung*, quas cum *tertia & quarta parte* poſthuma cumque titulo, *Hiſtoire des inſectes de l'Europe*, & latine verſas edidit filius Amſterdami anno 1718. fol. & Gallice *Johannes* MARRET Amſterdam anno 1730. fol. max.*. Hæ tabulæ minores ſunt, & ramum aliquem ſupremum plantæ fere exprimunt, in qua inſectum degit. Icones ſunt 184. Interpres notas aliquas botanicas adjecit.

Video paſſim citari EJUSDEM *Neues Blumenbuch* P. I. Nürnberg 1680. fol. P. II. P. III. ib. TREW.

Adjuta fuit a filia J. HELENA, quæ ſeorſim Surinamiam rediit, & a DOROTHEA MARIA, quæ & ipſa flores pingebat, & adpendicem ad magnum opus Surinamenſe addidit.

§. DCCXXXIX. *Henricus Mundius.*

Henrici MUNDII *Commentarii de aëre vitali, eſculentis & potulentis* Oxon. anno 1680. 8°. 1685. 8°. Lond. 1681. 8°. Hafniæ, Francof. & Lipſiæ anno 1685.

Digitized by Google

1685. 8°.*, & mutato titulo *Henrici* COSMII *Oeconomia magna naturæ examinans regnum vegetabile &c.* Francofurti 1687. 8°. Omne ciborum genus percurritur, Indicum & Europæum, ſed abſque proprio experimento.

PARKER's *tr. of japaning and varniſhing* Oxford 1680. MARSH.

§. DCCXL. *Jac. Auguſt. Hunerwolf.*

Jacobi Auguſtini HUNERWOLF *Anatomia Pæoniæ* Arnſtatt. anno 1680. 8°.*. Pæoniæ maris hortenſis ſapor in faucibus acris & ſubamarus, & titillans, cum dulcedine aliqua miſtus. Aqua ſpirituoſa; ex carbone ſal cryſtallinus. Curationes multæ, ſed compoſitis perfectæ medicamentis, ut dici non poſſit, quæ portio laudis ad Pæoniam pertineat. Ita in tuſſi convulſiva AUCTOR emeticum dederat, in colica cum extracto Pæoniæ ſpiritum nitri dulcem, in ſingultu feculam Ari. Vires antepilepticas ſuæ herbæ tuetur, formularum numero dives, abſque fere hiſtoria naturali.

In *Dec.* II. *ann.* VII. *Miſcell. Nat. Cur.* n. 82. agit de gelatina Sabinæ.

Dec. III. *ann.* I. n. 112. Lilium-cruentum monophyllon, & Bellis monſtroſa.

Dec. III. *ann.* II. Corona Imperialis bifida.

§. DCCXLI. *Varii.*

J. C. B. *Bericht von den auf den Blattern der Bäume im Jahr* 1680. *häufig gefundenen Schlangengeſtalten* Francof. ad Oderam anno 1680. 4°.*. Varia de plantis ſerpentiformibus. Figuræ ſunt itinera erucæ, quam etiam in chartam imprimit. De floribus multiformibus & faſciatis.

Chriſtoph HERING *Oeconomiſcher Wegweiſer, oder gemeine Haushaltungswiſſenſchaft und Nachricht, wie mit Vorwerken, Ritter- oder andern Freygütern weitlaufiger Haushalt wohl zu führen* Jena 1680. 8°. recuſ. Lipſiæ 1747. 8°.

Georg. GELMAN *Chirurgiæ tripartitæ flores* Francof. & Jena 1680. 4°. RINK.

Chriſt. PEGANIUS ſive RAUTNER vertit J. B. PORTÆ *magiam naturalem* & auxit Nurnberg 1680. 8°.

Catalogus omnium medicamentorum Hanoveræ vendibilium Han. 1680. fol. HEIST.

In *Bohuslai* BALBINI *Miſcellaneis hiſtoricis* Regni Bohemiæ Pragæ anno 1680. 4°. editis, aliqua botanica, ſed ſuſpectæ fidei continentur.

Chriſtoph. TREW *Entſchuldigung des Lauferbiers und deſſen Bereitung* Stuttgard anno 1680. 4°.

Digitized by Google

§. DCCXLII. *Hiſt. des plantes de l'Europe.*

Hiſtoire des plantes de l'Europe, & des plus utiles, qui viennent d'Aſie, d'Afrique & d'Amerique T. I. II. Lyon anno 1680. 12°. SEGUIER. anno 1705. 12°. SEGUIER. anno 1726. 12°. 2. Vol.* 1753. 2. Vol. 1763. 12°. 3. Vol. Antiquius videtur opus, ex dictione, ab homine ſcriptum, qui plantas in natali ſolo legerit, & paſſim ea loca nominet, ubi legerat. Icones parvæ & rudes, ad MATTHIOLIANAS imitatæ, etiam ubi iſtæ fictitias plantas repræſentent; deſcriptio brevis, & de viribus aliqua. Non ubique fidas. Centaurium certe majus Juglandis folio circa Solodurum non provenit. Pro Halicacabo, quod in vineis dicitur naſci, depingitur Cor'Indum. Luſitanice vertit J. VIGIER Lyon 1718. 8°. SEG.

§. DCCXLIII. *Galli Varii.*

F. L. D. T. R. *Secrets pour teindre la fleur d'Immortelle, pour des pâtes de differentes odeurs, & pour contrefaire du Marbre au naturel* Paris anno 1680. 12°. 1690. 12°. BURETTE. Fumo ſulfuris Xeranthmum tingitur.

Remarques curieuſes ſur le Tabac, tirées de l'Hiſtoire de Mr. de PRADE Paris anno 1680. niſi eſt ejus libri cenſura (*Journ. Sav.*) Hiſtoria Tabaci, & adverſariorum, utilitas varia diverſarum partium ejus herbæ.

Differenza tra il cibo e il chiocolate Firenz. anno 1680. 8°.

§. DCCXLIV. *Angli Varii.*

Johannis HOUGHTON *A collection of letters for the improvement of husbandry* London 1681. 4°.

EJUSDEM De Coffea aliqua, ejusque in Angliam circa annum 1651. introductione. De ſignis bonæ notæ, & analyſi, comparata cum Fabis & Tritico, qua oſtenditur, duplo plus in Coffea eſſe olei. Eo jam tempore 100000. libræ ejus fructus in Anglia conſumebantur *Phil. Tranſ.* n. 256.

EJUS *collections for the improvement of husbandry relating to Corn — a Catalogue of all ſorts of earths, the art of draining, of brewing, the inſtruments of husbandry.* Reviſed by R. BRADLEY London anno 1727. 8°. 3. Vol. & 1728. 4. Vol. Quantum in marga ſabuli ſit, per experimenta oſtendit. De cereviſia Derbienſi &c.

T. LANGFORD *plain and full inſtructions to raiſe all ſort of fruit trees that proſper in England* London anno 1681. 8°. HARLEY anno 1690. 8°. 1699. 8°. EVELYN.

EJUSDEM *Syſtema agriculturæ being the myſtery of husbandry diſcoverd* London anno 1681. fol.

BELON

BELON *a new myſtery in phyſik diſcoverd by curing of fevers and agues by Quinquina* London anno 1681. 12°. *translated from the french with additions.*

§. DCCXLV. *Pharmacopœa Perſica.*

MUZAFFER EBEN MOHAMMET EL HOSENI *Murekebat Karabadin ſeu Compoſitiones pharmaceuticæ latine verſæ a F. Angelo* de S. JOSEPHO. Addidit EDITOR, poſt longam in Perſia moram, in qua medicinam fecit, *Pharmacopœam Perſicam*, Paris anno 1681. 8°.*. Major pars operis occupatur equidem in medicamentis compoſitis, videas tamen ibi nomina Perſica medicamentorum ſimplicium. Deinde in notis ſubjectis agit fuſius de Salice moſchata, Saccharo, radice Biſch, Manna Terenjabin, Nerio venenato Charg, quod *Cherzereh* THEVENOTO, Ribes Arabum, Opio, Betel, Zedoaria, Aſa fœtida.

In *Gazophylacio linguæ Perſarum* F. ANGELI Amſterdam anno 1684. fol. excuſo, quod Dictionarium eſt, tamen aliqua ad botanicen pertinent.

§. DCCXLVI. *Germani.*

Friderici HOFMANNI, celebrioris *Friderici* patris, *pharmaceutica Schrôderiana* Hall. anno 1681. 4°.* recuſ. a MANGETO Genev. 1684. fol. Plantarum medicatarum brevis deſcriptio, cum uſu medico.

Jac. MARTINI *Die fruchtbare Boriza oder das heilſame Kraut Lunaria* Brieg anno 1681. 8°. Alchemiſtæ opus.

Ambroſii HEIGEL *Opium* Altdorf. anno 1681. 4°. De modo agendi imprimis quærit.

Henricus MAJUS *de plantis & arboribus* Marburg. 1681. 4°. BURKH.

Frid. SCHRADER *De utilitate microſcopiorum* &c. Götting. 1681. 8°.* Experimenta ſua citat plantarum ex aqua productarum.

EJUSDEM *De nova methodo botanica* Helmſtatt. anno 1690. 4°.*

Rud. Wilhelm. CRAUSE *de ſtudio botanico & chemico* Jena 1681. 4°. B. THOMAS.

EJUSDEM *De pinetorum aëris verni & æſtivi ſalubritate* Jen. 1712. 4°.

EJUSDEM *De ſignatura vegetabilium* Jen. anno 1697. 4°.

EJUSDEM *De temerario ſimplicium quorundam medicamentorum a priſcis commendatorum contemtu* Jen. anno 1700. 4°.

EJUSDEM *De naturæ in regno vegetabili luſibus* Jen. anno 1704.

EJUSDEM *De Cardamomo* Jen. anno 1704. 4°.* Analyſin habet, aquam, oleum, ſpiritum, non ſimplicem, ſales volatiles oleoſos, extractum reſinoſum.

 J. Chri-

Digitized by Google

J. Chriſtophori ENDO 150. *Kräuter und Gewächſe nach ihrer Geſtalt, durch einen beſondern Kunſtſchnitt abgebildet* M.S. anno 1681. 4°. in *Bibl. Berolinenſi* exſtat. Figuræ ſtirpium ex charta exſectæ (*h*), tum ſimilis operis plantæ 215 (*i*).

In *Jobi* LUDOLPHI *Hiſtoria Æthiopica*, anno 1681. fol. edita, inque appendice II. anni 1694. Francof. fol. agitur fuſe de Muſa ſ. Mauz, cum icone, de cereali Teſ, herba oſſa ſanante Amod magda, de Aſſaza ſerpentes ſopiente, de cereviſia, arboribus & oleribus. Hiſtoria ipſa a WILH. CALEBIO verſa Belgice anno 1687. 4°. Ultrajecti prodiit.

§. DCCXLVII. *Varia.*

Medicina pharmaceutica oft droghbereydende Geneeskonſte, met Annerkingen op verſcheyde misbruyken Bruſſel 1681. fol.

Adalberti TYLKOWSKY S. I. *de re agras ia tractatus* Olivæ 1681. 8°. ZOCH.

F. VERNY *la pharmacopée de Bauderon augmentée de remarques particulierement ſur la theriaque avec la reponſe* a M. ZWELFER *ſur la confection d'Alkermes* Lyon 1681. 4°. B. CHIV. Francf. 1693. 8°.

§. DCCXLVIII. *Itali.*

Leonardo de CAPOA *Parere ſopra l'origine e il progreſſo della Medicina* prodiit Neapoli 1681. 4°. 1714. 4°.* TOPPI. Botanicen non contemnit, cæterum artis illuſor, & hortum condendum commendat. II. p. 134.

EJUSDEM *Raggionamenti intorno alla incertezza de medicamenti* Neapoli anno 1689. 1714. 4°.* hactenus huc ſpectat. Neque ab odore, neque a ſapore certa indicia de plantarum viribus medicatis ſumi, ſed neque ab analyſi chemica. Percurrit veterum medicamenta, purgantia & alia: eorum doſes non poſſe definiri.

Lucæ TOZZI *Medicinæ theoreticæ* P. I. Lugd. anno 1681. 8°. Agit de vegetatione. In T. V. de recto uſu rerum non naturalium fere ex MUNDIO, de pharmacis diureticis, hidroticis &c.

EJUSDEM *De potu Coffeæ, de Sinenſium Thea & de Chocolate.*

EJUSDEM *De recto uſu rerum non naturalium* Patav. 1711. 4°.

Lodovici CARNOLÆ *De lactis & ſeminis Melonum commixtione* Venet. anno 1681. 4°. Bononiæ TREW.

§. DCCXLIX.

(h) MOEHSEN Epiſt. I. p. 7.
(i) p. 10.

Digitized by Google

§. DCCXLIX. *Robertus Knox.*

Robert. KNOX *Hiſtorical relation of the Island of Ceylan* London anno 1681. fol. Fructus & plantas utiles deſcribit, etiam aliquas minus notas, homo equidem rei herbariæ imperitus. Germanice Lipſiæ prodiit anno 1689. 4°. Gallice Amſterdam anno 1693. 8°. 2. Vol.

§. DCCL. *W. H. v. Hochberg.*

Wolf Helmhardt L. B. von HOCHBERG *Adeliches Land- und Feld-Leben* T. III. fol. Nüremberg anno 1682. fol. 1701. 1716. fol.* 1749, fol. editore *Eraſmo Francisci* ſeu *Franciſco* FINX. Auſtriacus, Baro, pleniſſimam hic domum ruſticam dedit, ut & animalia, & demum fodinas comprehenderet. In Tomi I. libro II. opera horti & agri menſtrua tradit. In libro III. opſartytica & pharmaceutica. In libro IV. de arborum cultu in univerſum, deinde ſingulatim de arboribus fructu eduli. Multa collegit, ut tamen de collectitiis ſuis opibus ex propria experientia judicet, multum etiam FLORINO uſus eſt. Libro V. olera, plantæ aliquæ Indicæ, etiam frutices deſcribuntur, cum viribus medicis. Libro VI. De florum cultu, arborumque exoticarum agit.

In Tomi II. libro VII. De agro & ſegetibus, deque lupulo & cereviſia. De Rubia minime ignorat, eam oſſa animalium tingere. Libro XII. de arboribus ſylveſtribus.

Tomus III. a *Martino* ENDTER editore adjectus eſt, & priorum quaſi ſupplementum. L. III. ad pharmaceutica, & condiendos fructus pertinet. L. IV. De vite & vino agit, etiam artificiali, & de arborum fructiferarum cura. Lib. V. iterum de oleribus, plantisque ſpontaneis, earumque viribus, in quibus nimis videtur liberalis. Lib. VI. denuo de fruticibus, & floribus, cum integris catalogis varietatum Anemonarum, aliorumque florum. Libro VII. denuo de agro, de cerealibus aliisque plantis, quæ in agro coluntur, deque cereviſia.

EJUSDEM *Oeſterreichiſches Haus- und Wirthſchafts-Buch* Wien 1745. 8°.

EJUSDEM *Davidiſcher Luſt- und Blumengarten, oder* 150. *Blumen und Gewächſe in emblematibus auf die Pſalmen Davids applicirt* Nürnberg . . . .

§. DCCLI. *Dedu.*

DEDU *De l'ame des plantes* Paris anno 1682. 12°.* alii 1681. & in ZOD. GALL. T. III. tum Leidæ anno 1685. 12°. 1691. 12°.*. Italice cum N. GREW. de odoribus & ſaporibus & Rob. BOYLE libello Venez. 1743. 8°. Acidum aereum cum alcali in terra habitante fermenteſcere, ita in ſemen ſibi viam aperire, & plantas ali & creſcere. Circulationem ſucci nutritii defendit.

§. DCCLII. *Germani Varii.*

Bernhardi ALBINI & J. C. MENZEL *de venenis* Francof. Viadr. anno 1682. 4°.*

EJUSDEM ALBINI & GENGE *De Thea* anno 1684. 4°.*

EJUSDEM ALB. & LETSCH *De Tabaco* anno 1695. 4°.

De incrementis & ſtatu artis medicæ Seculi XVII. Leidæ anno 1711. 4°.*. Ad hiſtoriam inventorum botanicorum.

Andreæ REYER *De anima & in ſpecie de anima vegetante* Lipſiæ anno 1682. 4°.

Chriſtoph. THIEMEN *Haus- Feld- Arzney- Koch- Kunſt- und Wunderbuch* Nürnberg 1682.

Abraham. BOUDIN epiſtolam anno 1682. dedit de moſchatæ nucis arboribus & earum cultu. Reperitur apud VALENTINUM in *Ind. Lit.*

Jacobus Pancratius BRUNO Noribergæ anno 1682. 4°. edidit CASTELLUM renovatum.

Jeremiæ LOSS & GEORGI *De Nuce vomica* Witteberg. anno 1682. 4°.*. Experimento reperit, vim venenatam & in medulla ſedere & in cortice, in iſto potius magis: germen non nocere. Canes necare per ſomnum & convulſiones, aves convelli. In animalibus inciſis nihil mutatum reperit, niſi ſanguinem fluidiorem. Homini ne ad drachmam quidem ſumtam nocere expertus eſt. Deſtillationi nucem vomicam permiſit. Phlegma innoxium, oleum flavum, deinde nigrum, & vaporem, cum ſal volatile & phlegma.

Pharmacopæa Amſtelodamenſis Amſterdam 1682. 24°.

ANT. de HEYDE *nieuw ligt des Apothekers* Amſterd. 1682. 8°.

§. DCCLIII. *Galli Varii.*

J. la FONTAINE celebris fabularum ſcriptoris *Poëme ſur le Quinquina* anno 1682. 12°. Lepidiſſimum ſoterium, cum febriens poeta eo remedio ſanitatem debuiſſet.

L'Ecole parfaite des Officiers de Bouche Paris 1682. 8°. OSB.

Remarques ſur la culture des fleurs Paris 1682. 12°. Num MORINI.

Raym. RESTAURANT HIPPOCRATE *de l'uſage du Chin China* Lyon anno 1682. 12°. Vim ejus corticis eſſe in bile, quam cogat in humores noſtros redire. Recuſus inter NIGRISOLI libellos.

§. DCCLIV. *Itali Varii.*

Franciſci HONUPHRII *Stirpium nomina in Pharmacopolio Minimorum in Monte Pincio reperiundarum* Romæ anno 1682. 4°. FALCONET.

Julii MALVICINI *Utiles collectiones medico phyſicæ* Venet. anno 1682. 4°.*. Continent etiam non minimam particulam de plantis diæteticis & medicis, ſed ad normam tituli, collectanea.

Melchior

Digitized by Google

Melchior PLAJA *tyrocinii pharmaceutici examen in tres libros diſtinctum* Panormi 1682. 12°. MONGIT.

Alonſo de BUENA MAISON medici *Pyratas de la America y luza la defenſa de las coſtas de India Occidentale* Colon. anno 1682. 4°. Plantas etiam Americæ Hiſpanicæ deſcribit, Palmas, Mançanillas, &c. *Journ. Sav.*

§. DCCLV. *Angli Varii.*

Thomas TRYON *Treatiſe of cleanneß in meats* &c. *and drinks* London anno 1682. 4°.

EJUSDEM *The new art of brewing beer ale and other ſorts of liquors* London 1691. 12°. ZOCHA.

WILLIAM RABISCHA *the whole body of cookery* London 1682. 8°.

EJUSDEM *New art of brewing, and preparing all ſorts of liquors* Lond. 1691.

§. DCCLVI. *Acta Eruditorum.*

Hoc anno *Acta Eruditorum* Lipſiæ ceperunt prodire, præcipuis auctoribus MENKIIS, quæ ad noſtrum uſque tempus pergunt edi. Potiſſimum equidem libris novis recenſendis deſtinata ſunt, paſſim tamen aliquæ adnotationes propriæ, etiam botanicæ intercedunt.

Synopſis ſ. opuſcula omnia ad univerſum matheſin, phyſicam, medicinam, anatomiam, chirurgiam, & philologiam pertinentia artis Lipſienſibus inſerta Venetiis 1740. 4°.

§. DCCLVII. *Johannes Bernier.*

Jean BERNIER, medici, qui hiſtoriam medicinæ ſcripſit, diverſi a philoſopho, *hiſtoire de Blois* Paris anno 1682. 4°. *Journ. Sav.* Etiam plantas habet, ut eam, quæ creditur aquas rivi ad tingendum aptiſſimas reddere: Secale corniculatum Soloniense, cauſam gangrænæ epidemicæ.

In hiſtoria Medicinæ aliqua habet huc facientia, de purgantilus medicamentis, cereviſia, ſicera, Chin China, quam laudat, etſi TALBOTUM carpit.

§. DCCLVIII. *Georg. Everard. Rumpf.*

Georgius Everardus RUMPFIUS, Hanovienſis, aliquamdiu Mercator & conſiliarius Amboinæ, magnus plantarum & teſtaceorum amator & collector, prima ſua opuſcula in *Miſcellaneis naturæ curioſorum* edidit. Huc faciunt, quæ *Dec.* II. *ann.* I. n. 21. de Caryophyllis aromaticis; & n. 22. de corticibus Maſſoy & Culilawan profert, non penitus botanica, tamen ab autopta.

Ann. III. n. 22. de Agallocho & arbore excæcante.

N. 23.

Digitized by Google

N. 23. De Lacca, Funibus ſylvaticis, reſinis Dammar Selan & Dammar Batu.

N. 24. De Coralliis nonnullis.

N. 25. De Schœnantho Amboinico, Herba ſentiente & Piſo ejus Inſulæ.

Dec. III. *Ann.* V. VI. obſ. 148. Caryophylli regii Amboinenſes.

EJUSD. *Herbarium Amboinenſe* &c. curante *Johanne* BURMAN editum. P. I. Amſtelod. anno 1741. fol.*. Etſi RUMPFIUS lucis uſuram, & anno 1687. per incendium omnes ſuas chartas plantasque ſiccas amiſerat *(k)*, innumeras tamen plantas Inſularum, quæ Aſiæ ad Auſtrum adjacent, collegit, partem ipſe delineavit, deſcripſit, opus tamen ſuum jam anno 1690. ad prelum paratum habuit; ut ex dedicatione adparet. Codices M.S. in utraque lingua abſolutos edidit Cl. BURMANNUS, notulasque adjecit, quibus RUMPFII plantas cum horti Malabarici aliisque nominibus comparat. Hiſtoria arborum & plantarum ſatis plena eſt, œconomica etiam & medica, tantum ne minutiores & modernos characteres florum requiras. Numerus immenſus eſt, plurimæque etiam poſt hortum Malabaricum novæ.

Pars I. Arbores continet fructu eduli, Palmas varias, Mangas, Durionem, Jackam, Bilinbing, tot alias.

P. II. eodem anno edita, Aromata habet, & fuſam potiſſimum hiſtoriam Caryophyllorum, variarum ſpecierum Nucis moſchatæ: Agallochi, Santali: Cortices Maſſoy, & Culilawan, Orleanam, Caſſiæ fiſtulæ ſpecies, Tamarindum, Heſperidum multas ſpecies, lignum Colubrinum, & Dillenias aliquas, Elemi, Micheliam, Corallodendra aliqua, Gummi Cambogium, Hernandiam, numeroſas alias, etiam venenatas arbores.

P. III. prodiit anno 1744. fol.* Arbores ſylveſtres, & ad materiem pertinentes, Ebeni genera, Mangle, Ficus aliquæ. Reliquæ, ſupra centenas, fere ignotæ ſunt, & RUMPFIO propriæ.

P. IV. Frutices Arundinis habitu, neque enim veræ ſunt Arundines, inter eas, quæ Tabaxir fert; Malvaceæ aliquæ, Goſſypia aliqua; Henna; Papilionaceis adfines aliquæ; Jaſmina; Convolvuli; Tithymali; Ricini; Melaſtomatis ſpecies, ignotæ multæ.

P. V. anno 1750. fol. * Plantæ volubiles, Arundinaceæ, inter quas arbor Draconis, hinc Coronariæ & olera: inter hortenſes illas Muſa, Galanga, Zingiber, Curcuma, Calamus, Saccharum, Beng Indicum, Solana varia, cerealia, Ari ſpecies: Piper, Papas, Battatas, Cucumeraceæ, Apocyna.

P. VI. Gramina, Orchides epidendræ, Filices, Nymphææ, Fungi, Muſci, plantæ marinæ.

Auctua-

(k) *India litterat.* Ep. VII.

Digitized by Google

Auctuarium Herbarii Amboinenſis Amſterdam. anno 1751. fol. * prodiit. Plantæ aliquæ prætermiſſæ ex RUMPFIO ſubjiciuntur, Mirabolani Emblicæ, Phyllanthus, Adhatoda, radix Mungo ex genere ligni Colubrini, Ginſeng, non bene, Camphora. Reliquæ fere ignoratæ.

Indicem cum nominibus LINNÆANIS nuper edidit Cl. J. BURMAN.

Epiſtolæ RUMPFII luculentæ de rebus Indicis reperiuntur anno 1704. fol. excuſæ in VALENTINI *Commercio literario*, quod ad annum 1691. dicetur. Videtur ex AMMANO belgice de plantis Inſ. Moluccarum & Amboinæ ſcripſiſſe.

§. DCCLIX. *J. Georg. Volcamer fil.*

J. Georgii VOLCAMER, filii, Noribergenſis, botanici, & horti elegantis cultoris, qui alpes Helveticas etiam & Apenninum Montem adiiſſe videtur.

In *Miſcellaneis Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* III. De Fungis ex lapide Lyncurio naſcentibus (1).

Ann. VII. n. 251. Germinatio nucis Cocco.

N. 252. De folio Salviæ glandiferæ.

Dec. III. *Ann.* II. De Thlaſpi Mechlinienſi flore pleno.

Ann. VII. VIII. n. 210. De vi Acmellæ lithontriptica.

Cent. III. IV. De Pepone ambrato, & Caſtanea Braſilica duriſſimi corticis.

Obſ. 160. De Tunica referente ſpicas Tritici.

Obſ. 168. De Coffea cum icone.

EJUSDEM *Flora Noribergenſis, ſeu Catalogus plantarum in agro Noribergenſi tam ſponte naſcentium, quam in horto proprio medico cultarum* Noribergæ anno 1700. 4°.*. Plantas ſponte naſcentes a BESLERO & SCHEURLIO collectas eſſe, olim optimus BEURERUS ad me ſcripſerat, exoticas addidiſſe VOLCAMERUM, quarum pluſculas icones adjecit.

Fratris heſperidibus *Floram* addidit *Noribergenſem*, in qua agit de Auriculis, Ficoidis ſpeciebus, & Apocyni, & Cerei, aliisque plantis hortenſibus.

§. DCCLX. *Jacobus Sutherland.*

Jacobi SUTHERLAND *Hortus medicus Edimburgenſis* Edimburgh anno 1683. 8°.*. Præfectus novi horti, multas varietates imprimis colore ludentes recenſet, vix ullas plantas patriæ ſuæ proprias.

§. DCCLXI.

(1) Non ſatis certus ſum, num hæ primæ adnotationes filii ſint, patrisve cognominis.

Digitized by Google

§. DCCLXI. *Galli Varii.*

N. Abbé de la ROQUE *Journaux de médecine ou obſervations des plus fameux médecins, chirurgiens & anatomiſtes de l'Europe* Paris anno 1683. 12°. Partem faciunt ZODIACI *medici Gallici.*

L'art de tailler les arbres fruitiers, avec un Dictionnaire de ces ſortes de mots, & un traité de l'uſage des fruits par un médecin de la Rochelle Paris anno 1683. 12°. BURETTE. Anglice anno 1685. 8°. *art of pruning.* Agit etiam de uſu fructuum horæorum tamquam alimenti.

§. DCCLXII. *Varii.*

Lambertus BIDLOO cum COMMELYNI catalogo *pl. Bat.* edidit diſſertationem *de re herbaria* Amſterdam. anno 1683. 12°.

J. Ludwig MOEGLING *Palingeneſia ſeu reſuſcitatio plantarum* Tubing. anno 1683. 4°. BURKH.

Ars tinctoria fundamentalis Francofurti 1683. 8°. EISENM. Jen. 1685. 8°. 1730. 8°.

J. Wilh. WUNDSCH *Oeconomico politicum practicum* Gotha 1683. 4°.

J. Frid. ORTLOB *Analogia nutritionis plantarum & animalium* Lipſiæ anno 1683. 4°.

Von Heilung der Fieber vermittelſt der Kinchina Genf 1683. 12°.

Chriſtian SCHMIDT *Verzeichniß aller Arzneyen in der Chur-Sächſiſchen Hof-apothek* Dreſden 1683. 4°. B. TIG.

EBERHARD WERNER HAPPEL *Relationes curioſæ, oder gröſte Denkwürdigkeiten der Welt.* 5. Theile. Hamburg 1683. 1691. 4°. 5. Vol.

EJUSDEM *wohlerfahrene Schatzkammer mit ausländiſchen Raritäten* Hamburg 1688. fol. 1689. fol.

§. DCCLXIII. *Elias Til-Landz.*

Eliæ TIL-LANDZ, Profeſſoris, & medici Aboenſis, *Catalogus plantarum, quæ prope Aboam in cultis & incultis locis inventæ ſunt* Abo anno 1683. 12°.* latine, cum nominibus etiam Fennicis. Plantæ vulgares, & inter eas multæ hortenſes, vix ullæ Fenniæ propriæ, cum brevi virium medicarum compendio.

Ejus *icones novæ, in uſum ſelectæ*, omnino 40. non malæ.

Digitized by Google

§. DCCLXIV. *Abraham de Gehema.*

J. Abrahami de GEHEMA *Eroberte Gicht durch die Chin. Waffen der Moxa* Hamburg. anno 1683. 12°. EISENMAN.

EJUSDEM *Edler Theetrank* Bremen anno 1686. 8°. MOELLER. 1687.

EJUSDEM *Diætetica rationalis, dadurch ein jeder ſeine Geſundheit kann bewahren* Bremen 1688. 12°. MÖLLER. Stettin 1690. 12°.

EJUSDEM *Wettſtreit der Chineſiſchen Thea mit dem warmen Waſſer Calida* Berlin 1686. 8°. B. THOMAS.

EJUSDEM *Schreiben an H. v.* DANKELMANN, *daß das Theegetränke die Waſſerſucht nicht verurſache, ſondern vertreibe* Berlin 1688. 12°. MÖLLER.

EJUSDEM *Gefährliche und geſtrafte Obſtluſt, wie man ſich dadurch die rothe Ruhr auf den Hals ziehen könne* Stettin 1690. 12°. MÖLLER.

§. DCCLXV. *Guil. tel Rhyne.*

Guilielmi ten RHYNE Daventrienſis medici, qui Indiam orientalem adiit, & ad Imperatorem Japoniæ curandum vocatus fuit, *diſſertationes tres & orationes tres* Londin. 1683. 8°.*. Diſſertationum una eſt de arthritide, ejusque per Moxam, ſeu Artemiſiæ latifoliæ medullam incenſam curatio. Orationum prima eſt *De laudibus botanices*, quam S. BLANCAARD latine reddidit.

EJUSDEM *De Promontorio Bonæ ſpei & Hottentotis Scaphus.* anno 1686. 8°.*. Caput VI. huc pertinet, quod eſt de plantis, equidem perbreve & fere nominum, tum caput XVI. De cibis Hottentorum.

EJUSDEM Excerpta ex obſervationibus Japonicis, & Faſciculus plantarum rariorum ad BREYNIUM miſſarum, exſtant cum Centuria I. BREYNII.

§. DCCLXVI. *Herbert de Jager.*

Herbert de JAGER, qui Bataviæ Orientali (*m*) vixit, & medicinam fecit circa annum 1666. multas plantas Indicas deſcriptas dedit, ut *Miſc. Nat. Cur.* Dec. II. ann. II. n. 4. Indicum, ejusque præparationem.

Ann. III. n. 1. De Sementina. De lyciis Indicis *Kaath*: eorumque præcipua ſpecie, quæ eſt Acacia.

Epiſtolæ de plantis Indicis reperiuntur in VALENTINI *India literata.* *Rayz* de Munco ſe primum in lucem produxiſſe Epiſt. VI.

(m) Anno 1666. fuit Caput Commercii Belgici Indoſtanici, a GOLIO expetitus, ut ſibi in Cathedra Arabica ſuccederet CHARDIN VIII. p. 10.

Digitized by Google

§. DCCLXVII. *Johannes de Muralt.*

Johannes de MURALTO, ex nobili proſapia ortus, Medicus Tigurinus, excitati vir ingenii, aliqua botanici argumenti ſcripſit. In *Miſcell. Nat. Cur.* edidit *Dec.* II. *ann.* II. n. 87. Betæ monſtroſæ hiſtoriam.

Cum *Collegio anatomico curioſo* Noriberg. anno 1687. 8°.* edito, poſt quamque partem corporis humani, ad alphabeti ordinem plantarum medicarum catalogum cum viribus medicatis addidit.

Phyſicæ ſpecialis pars quarta, ſeu Helvetiæ Paradiſus Tigur. anno 1710. 8°.*, poſt communia aliqua de re herbaria, & montium herbis fecundiorum catalogum, plantas ipſas habet, genera, ſpecies, deſcriptionem, vires medicas. Inter eas aliquæ ab auctore primo, aut ſolo, in patria inventæ ſunt, ut Lilium rubrum, Uvularia. Ipſe enim MURALTUS in Toggici Comitatus alpibus, & Abbatis cellanis, Regio M., Pilato, Gothardo, Lucumonio, & circa Scaphuſiam plantas raras legerat (*n*). Cum aliqua tamen cautela nomina legere oportet, quæ nonnunquam videntur alio ſpectare. Neque enim Glycyrrhiza in Helvetia reperta eſt, neque Lilium luteum Aſphodeli radice, neque aliæ pluſculæ. Hujus *Paradiſi* codicem M.S. poſſideo in multis diverſum. Plantæ omnes in eadem ſerie, vires medicatæ aliquanto uberiores, etiam earum, quandum in opere edito ſola nomina reperiuntur.

EJUSDEM *Eidgenöſſiſcher Luſtgarten, oder Beſchreibung der in den Eidgenöſſiſchen Landen wachſenden Kräuter* &c. Tiguri anno 1715. 8°.* Verſio Germanica libelli modo dicti: adjectis icunculis.

§. DCCLXVIII. *Miſcell. Nat. Cur.*

J. Georgii SOMMER Uſus olei ligni Fraxini Dec. II. Ann. II. n. 178. ad vulnus recens.

Adam a LEBENWALD De Tabaci vi vomitoria, cum vulneri admotus fuiſſet *Dec.* II. *ann.* II. n. 108.

N. 109. De varia Querni viſci etiam ad epilepſiam efficacia.

Dec. II. *ann.* X. n. 154. Signa ſerpentina in Alni foliis (inſectorum opus).

EJUSDEM *Stadt- Land- und Hausarzneybuch* Nürnberg 1695. fol.

J. Conradi PEYER Anatomica laude celebrioris, nobilis Scaphuſini. Tanaceti loco Abſinthii adhibiti bonus effectus *Dec.* II. *Ann.* II. n. 112.

§. DCCLXIX. *Roſinus Lentilius.*

Roſini LENTILII, qui in Curlandia, deinde Stuttgardiæ medicinam fecit, Buxus trichopojos *Dec.* II. *Ann.* II. n. 155.

Dec. II.

(n) Præf. zum Eidgenöſſiſchen Paradieſs.

Digitized by Google

Dec. II. *ann.* III. n. 198. De potu Coffeæ.

Dec. III. *ann.* IV. Pira ex apice florifera.

In operibus ſuis paſſim vires plantarum medicatas tangit, ut in *Jatromnematibus theoreticopracticis* Stuttgard. anno 1712. 8°.* de Allii & Cepæ vi varia. De Cepæ vi adverſus peſtem, adverſus tuſſim infantum. De Buxi vi ad capillos regenerandos. De Sinapi vi adverſus aſthma.

Sic in *Miſcellaneis medico practicis* Ulm. anno 1698. 4°.* De vi tuſi Allii ad cephaleam; de Aloë; de Aſari vi adverſus quartanas febres, de Betulæ liquore ſanguinem depurante; de Braſſicæ ſalubritate, de Cannabis in gonorrhœa vi medica, de cortice Chinæ Chinæ, Cynosbati vermiculis ad epilepſiam, Filice anthelmintica, Gentiana febrifuga, Helenio ad tuſſim, Marrubio albo ad vermes, Opobalſamo in atrophia, Opio; de Ruta ad vermes, Salvia, Sambuco.

Neque *Eteodromus*, etſi clinici eſt argumenti, eſt absque peculiaribus de plantarum facultatibus adnotationibus.

§. DCCLXX. *De la Riviere. Alii.*

De la RIVIERE *&* *du* MOULIN, duorum amicorum, *Méthode pour bien cultiver les arbres à fruit, & pour élever des Treilles* Paris anno 1683. 4°. Utrecht. anno 1738. 12°.* 1739. 12°.*. Bonus liber videtur, & per experimenta natus. Seminarium, plantarium, omnem arborum curam docet, etiam minutiſſime, ut de duabus pirorum ſpeciebus (aut potius varietatibus) inquirat, quæ inde arbor ſit proventura, mediam enim inter parentes naturam tenere perſuadetur. Optimorum fructuum horæorum catalogos dat.

Raphael MAURIN & *Mich.* PICHONNAT *Ergo cortex Peruvianus febrium acceſſionem diſſipat adtenuando* Paris 1683.

§. DCCLXXI. *Angli Varii.*

Cum hoc anno Societas Regia, dum diffitetur ſuum opus eſſe *Tranſactiones Philoſophicas*, tamen ad eas edendas rediit.

The natural hiſtory of Coffea, Tea, Chocolata & Tabaco (forte ex du FOUR) *with a tract of the Elder* (BLOCWIZII) *and Juniperberries* London anno 1683. 4°. alii 1682. Germanice vertente J. L. M. C. Hamburg. 1684. 12°. MÖLLER.

Samuel GILBERT *The Floriſts vademecum being a compendium of whatever worthy notice hath been exſtant for the propagating of rareſt flowers* London anno 1682. & 1683. 8°. HARL. anno 1702. 12°. SEGUIER. 1713. 8°.

Leonard MEAGER *English gardener or a ſure guide to young planters and gardiners* London anno 1683. 8°.

EJUSDEM *New art of gardening with the gardeners almanach* London anno 1697. 8°. 1713. 12°.

The preſent State of the I. of Tobago Lond. 1683. 4°. forte im *Hamb. Mag.* IV. Arbores plantæ.

Digitized by Google

§. DCCLXXII. *Ludovic. Hennepin.*

Louis HENNEPIN *Déſcription de la Louiſiane nouvellement découverte* Paris anno 1683. 12°. CARLS. Plantas utiles enumerat. Alia hiſtoria ejusdem regionis redit in collectione itinerum ſeptentrionalium T. V. Amſtelodami anno 1734. 12°. cum titulo *Voyage en un païs plus grand, que l'Europe, entre la mer glaciale & le nouveau Méxique.*

EJUSDEM iterum aliud eſt opus *Découverte d'un païs plus grand, que l'Europe, ſitué dans l'Amérique Septentrionale, entre le nouveau Méxique & la mer glaciale.*

Equitis de SALES comes, monachus, diu variam fortunam apud populos fluminis Miſſiſipi accolas tulit, fuitque inter primos, qui in eo flumine navigavit. Infenſus Gallis, vaſtæ & multa bona promittentis regionis aliquam dedit hiſtoriam naturalem, arborum, plantarum utiliorum, ut gramineæ plantæ, quæ frumenti ſpontanei genus eſt, radicis edulis Tiqué, ſucci acris, dulcis, & medicati; ſed ea pauca ſunt.

§. DCCLXXIII. *Gunther Chriſtoph. Schelhammer.*

Guntheri Chriſtophori SCHELHAMMER non equidem botanici, acuti tamen ingenii viri, qui plantas legere non neglexiſſet, exſtat *catalogus plantarum horti Academici* Helmſtadt anno 1683. 4°.*. Paſſim aliqua adnotat, icones adſpergit. Hieracium Camphoram redolens, N. D. habet, quod a vulgari ſeparat; tum Melilotum Creticum repentem.

EJUSDEM *Programma ad rem herbariam excolendam & botanicas excurſiones* Helmſtatt 1681. 4°.*

EJUSDEM *Programma rei herbariæ profeſſioni in horto auſpicatæ præmiſſum* Jen. 1690. 4°.* cum horti hiſtoria.

EJUSDEM *Catalogus plantarum circa Helmſtad ſponte naſcentium* Helmſtadt. anno 1693. 4°. SEG. ſed puto 1683.

EJUSDEM *De nova plantarum in claſſes digerendi ratione, ad* RAJUM & RIVINUM *epiſtolica diſſertatio* Hamburg. anno 1695. 4°.*. Plantam componi ex fibris, & utriculis. Fibram eſſe ligneam mollemve, non male adeo arborem ſeparari ab herba: neque ab unica aliqua parte plantarum characterem debere ſumi, quæcunque ejus ſit dignitas; Fructum in arboribus præferri debere.

EJUSDEM *De nova plantas cognoſcendi methodo programma æſtivis lectionibus anni* 1698. *præmiſſum* Jen. 1691. 4°. MÖLL.

EJUSDEM *Stadium I. de ſtudio botanico recte inſtituendo* Kiel 1705. 4°. MÖLL.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* VI. n. 110. deſcribit Cyathoides.

Ann.

Digitized by Google

Ann. VII. n. 195. Germinatio Piſtaciæ.

Ann. VIII. Prima initia Amygdali & Palmæ n. 32. 33.

In *Cent.* I. n. 49. Fungum lamellatum deſcripſit.

In *Epiſtolis* anno 1727. Wismariæ 8°. * excuſis aliqua huc faciunt, de ligno ambrato, Badjani, Bellide fiſtuloſa, Chacrilla, Jalappa, Fragaria Laponica, Muſco cathartico, brevia omnia. In *operis poſthumi* T. III. eſt materia medica.

§. DCCLXXIV. *Robertus Sibbald.*

Robertus SIBBALD Eques, Medicus & Geographus Regius, Vir pius, qui, cum ad Romanam religionem tranſiiſſet, regnante JACOBO II. auſus eſt (o) ad reformatam fidem redire, hinc exoſus PITCARNIO, acerrimo JACOBI ſectatori, edidit Edimburgi anno 1684. fol.* 1696. fol. quæ editio non differt. *Scotiam illuſtratam, ſeu prodromum hiſtoriæ naturalis* &c. In ea proprius liber de plantis eſt, qui catalogum continet alphabeticum ſtirpium in Scotia ſponte naſcentium, cum viribus medicis & œconomicis. Aſphodelum, quem oſſa armentorum frangere BARTHOLINUS ſcripſerat, noſter tanquam vulnerarium medicamentum laudat, & paſſim aliqua habet ex traditione populari. Plantæ ipſæ vulgares ſunt, nonnullis tamen miſtæ rarioribus, quo Caryophyllatam pentaphylleam numeres, ſi vere eſt aliqua, Chamæmorum Ribis folio, Ericas duas, Filiculam floridam (Filicem, ut puto, ſecundam), Fragariam ſterilem luteo flore, eamdem, quæ SIBBALDIA dicitur, Liguſticum Scoticum. Roſa Cippiana, quam pro nova deſcribit, eſt varietas Roſæ Pimpinellæ folio, flore ſtriato. Hortenſes omitto.

Contra hoc opus aſpera ſatyra a PITCARNIO ſcripta eſt anno 1696. quæ inter *opuſcula* redit Edimburg. anno 1715. 4°.* Roterdam. anno 1724. 4°.*. Titulus eſt, *De legibus hiſtoriæ naturalis.* Ad rem herbariam nihil adfert novi.

Promittebat (*p*) Tomum II. qui nunquam prodiit.

EJUSDEM *Auctarium muſæi* BALFOURIANI Edimburg. 1697. 8°. OSB.

EJUSDEM *Hiſtory of the Sherifdom of Fife and Kinroſs* Edimburg. anno 1710. fol.*. Catalogus plantarum maritimarum *æſtuarii Firth of Forth*, *Adianta* tria rariora, Echio affinis planta marina, quam Balforianam dixit, varietates aliquæ florum, coloris inſoliti. Inde plantæ ejusdem provinciæ mediterraneæ, inter quas Orchidem Anthropophoram marem numerat.

De Chara Cæſaris egit Edimburg. anno 1710. fol.

§. DCCLXXV.

(o) BURNET *Hiſt. of the reform.* T. I. P. 2. p. 722.
(p) *Phil. Tranſ.* n. 308.

Digitized by Google

§. DCCLXXV. *Jacobus Wolf &c.*

Jacobi WOLF *De Cereviſia Naumburgenſi* Jenæ anno 1684. 4°.* propoſita non inutilis eſt diſputatio, cum encheireſi, qua in coquendo utuntur.

EJUSDEM Succus Iridis noſtratis hydropem ſuperans *Miſcell. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* VIII. n. 63.

EJUSDEM *Gazophylacium naturæ* Germanice cum nomine *Jac.* LUPII prodiit.

EJUSDEM *Scrutinium Amuletorum* aliqua habet huc facientia Jenæ anno 1690. 4°.

J. GOTTFRIED HERRICHEN *de thea herba cloricum melydricum* Græce 1684. 4°.

§. DCCLXXVI. *Georg. Holyk.*

Georgii HOLYK, Exulis Rigenſis, *vereinigter Lief- und ausländiſcher Gartenbau* Riga anno 1684. 12°. novies recuſum opuſculum.

EJUSDEM *Dreyfaches Gartenbüchlein* Witteberg anno 1693. 8°. *New vermehrtes vierfaches Gartenbüchlein* Frankfurt anno 1707. 8°. 1739. 8°. Erford & Leipzig anno 1709. 8°. RINK. Hanau anno 1709. Leipzig und Frankfurt anno 1717. 8°. SEGUIER. 1750. 8°. HUTH. Erfurt 1749. 8°. cum J. C. KIRCHMAJERI *catalogo ſcriptorum de agricultura.*

§. DCCLXXVII. *Rudolf Jacob Camerarius.*

Rudolf Jacob CAMERARIUS, Profeſſor Tubingenſis, minime vulgaris auctor, hoc anno cepit diſputationes edere, quas multas dedit & ſæpe bonas. Prima, præſide *Georgio Balthaſar* MEZGER, ſed ut ipſe auctor ſit, eſt *de Helleboro nigro* Tubing. anno 1684. 4°.*. Radices ad modum ævi ſui igni ſubjecit, habuit ſpiritum ſalinum, non acidum, ſalem fixum paucum, volatilem nullum. Eo remedio ſanatos fuiſſe Patavii multos, quos a dæmoniis poſſeſſos Exorciſtæ fruſtra tentaverant.

EJUSDEM *De plantis vernis* Tubing. anno 1687. 4°.

EJUSDEM *De herba Mimoſa, ſeu ſentiente* Tubing. anno 1688. 4°.*. Aliqua de Mimoſa ſpuria.

EJUSDEM *Schematiſmi colorum infuſo, ligno nephritico propriorum* Tubing. 1689. 4°. 1717. 4°.

EJUSDEM *Continuatio tentaminum circa lignum nephriticum* Tubing. 1690. 4°. BURKH.

EJUSD. *De Cichorio diſputatio* I. Tubing. anno 1690. 4°.* & II. anno 1691. 4°.*.

EJUSDEM ad M. B. VALENTINUM *Epiſtola de ſexu plantarum* Tubingæ anno 1694. 8°.* quæ etiam in *Miſcell. Nat. Cur.* repetitur Dec. III. ann. III. *app.*

Digitized by Google

app. & cum GMELINI opuſculo anno 1749. 8°.* Bonæ notæ libellus. In apicibus primum verſatur; neque prætervidit claſſes iſoſtemonum, mejoſtemonum, meizoſtemonum, polyſtemonum, neque apices plerumque biloculares eſſe ignoravit. Inde ſeminis ex veſiculis exortum, & tubas dixit: tum plantas apetalas ſexu diſtinctas, & flores ſteriles, quo plenos ob defectum ſtaminum refert, neutrosque. Quæ plantæ plenæ non fiant: inter quas pomiferas, bacciferas, cruciatas, papilionaceas non bene refert. Experimenta fecit in floribus Ricini & Mayz (*q*), & ſemina detractis ſtaminibus ſterileſcere reperit, ut omnino in antheris ſexum maſculum poſuerit. Plantas maſculas, feminas, & androgynas conſtituit, has numeroſiſſimas. Subjecta eſt oratio *De Quercuum gallis*, quæ etiam in *Miſcellaneis Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* II. app. exſtat, & de generatione ex primitivo ſemine ovisque EMPEDOCLIS.

EJUSDEM *De Frumenti ſemente & meſſe* anno 1695. 4°.

EJUSDEM *Diſputatio de convenientia plantarum in fructificatione & viribus* Tubing. anno 1699. 4°. De viribus medicatis certarum claſſium; quas non quidem conſtantes eſſe, ſed tamen hactenus conſentire defendit.

EJUSDEM Diſputatio *de Scordio* Tubing. anno 1706. 4°.*.

EJUSDEM Diſputatio *de uſtilagine Frumenti* anno 1709. 4°.* De plantis, in quibus uſtilago reperitur; de clavis ſecalinis.

EJUSDEM *De Lolio temulento* diſputatio anno 1710. 4°.*. Spiritum Lolii deſtillavit, paulum a ſpiritu Frumenti diverſum. Symptomata ab eſu Lolii nata recenſet. Experimenta fecit Lolii ſpiritu cum ſanguine miſto.

EJUSDEM Diſputatio *de Fumaria* anno 1710. 4°.*.

EJUSDEM Diſputatio *de Cervaria nigra & Pini conis* anno 1712. 4°.* Decoctum paravit, deque ejus indole experimenta fecit.

EJUSDEM *De Ulmaria* anno 1717. 4°.*

EJUSDEM *De Rubo Ideo* anno 1721. 4°.*

EJUSDEM & R. G. G. GMELIN *de theriaca* anno 1720. 4°.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* VI. n. 98. De baccis Phytolaccæ agit, pro Cocco in confectione alkermes adhibitis.

Ann. VII. n. 156. Cyathoides deſcribit.

Ann. VIII. n. 173. De Lolio temulento, & iterum *Dec.* III. *ann.* III. obſ. 133.

Ann. IX. n. 122. De ſeminibus Mori ſubventaneis, quod nulla Morus maſcula eſſet in vicinia.

(*q*) Aliqua tamen grana maturuerunt.

Digitized by Google

N. 123. Cerinthen in duabus capſulis quatuor habere ſemina.

Dec. III. *ann.* I. n. 105. De fungulis Braſſicæ, pro ſemine habitis.

N. 106. De germinatione Viſci.

N. 107. De differentia floſculorum planorum, ſterilium, & fecundorum.

Dec. III. *Ann.* II. *Add.* orationem de Quercuum gallis.

Ann. V. VI. n. 16. De uſu radicis Symphyti in Iſchiade.

N. 17. De Adianto aureo, ſponte in ruderibus nato.

N. 131. De generatione & ſemine Viſci.

N. 211. De Spinachiæ & Urticæ plantis androgynis.

N. 274. De Cyathoidis ſemine ſterili.

Ann. IX. X. n. 72. Pruna nucleo caſſa epidemica.

Centuria VII. De Ribes nigri vi medica, & de acetario ex Onagra.

Cent. X. n. 5. De varietate in primis initiis plantarum. Mireris, ſi quatuor plantulæ in uno grano hordei fuerint.

§. DCCLXXVIII. *Varii.*

I. DOS SANTOS *Hiſtoire de l'Æthiopie Orientale* Paris anno 1684. 12°. *Journ. Sav.* Aliqua botanica continet, fere ad miraculum augendum comparata.

Stephani BACHOT *Quæſtio medica, an Chocolatæ uſus ſalutaris?* Paris anno 1684. 4°.

Petr. PERREAU *Ergo Anglica præſcribendi Corticis Peruviani methodus explodenda* Paris 1684.

Valentini PASSERAT *Sogno* Padova anno 1684. 12°. Plantas m. BALDI poetice recenſet.

H. TENCKE *Inſtrumenta curationis morborum pharmaceutica & chymica* Lyon anno 1684. 12°.

GUIDE *obſervations des bons & des mauvais effets du Quinquina dans les fiévres intermittentes. Experiences ſur la vertu ſinguliere du vin rouge pour guerir la retention d'urine &c.* London 1684. 8°. alii 1685. 8°. BUR. In *Journ. Savans* 1684. n. 6. ſermones de theriaca aliquot.

Nouvelle hiſtoire d'Abiſſinie tirée de M. LUDOLF Paris 1684. 12°.

MINOT D. M. — *experiences ſur le Quinquina, & reflexions ſur l'action de ce remede* Paris 1684. 12°.

Digitized by Google

§. DCCLXXIX. *J. Helfric. Jungken.*

J. Helfrici JUNGKEN *medicus præſenti ſeculo accommodandus* Francofurti anno 1684. 8°. Habet analyſes aliquas, Camphoræ, Scammonei, Fuliginis.

EJUSDEM *Lexicon chymico pharmaceuticum* Francofurti anno 1694. 8°. 1698. 8°. Noriberg. 1732. 8°. 1738. fol. Continet in Tomo I. præparationes ſimplices medicamentorum, etiam ex vegetabili regno.

EJUSDEM *Corpus pharmaceutico chymico medicum univerſale ſ. concordantia pharmaceuticorum compoſitorum diſcordium curante* DAVIDE de SPINA Francofurti 1711. fol. HUTH. 1732. fol. 1738. fol.

EJUSDEM *Chymia experimentalis, ſeu naturalis Philoſophia mechanica* Francofurti anno 1702. 4°.

EJUSDEM *Notæ ad J.* AGRICOLÆ in POPPIUM *Commentarios* Noriberg. anno 1686. Agit de Thea.

TILINGII *Opiologiam novam* Francofurti 1697. 8°. edidit.

§. DCCLXXX. *Miſcell. Nat. Cur.*

J. Jacobi HARDER egregii medici & inciſoris de Cicutæ terreſtris malis effectis in canibus experimenta *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* III. n. 115.

J. Chriſtiani FROMMANN *De Veronicæ vi traumatica* ibid. n. 166.

EJUSDEM De uſu Fumi Tabaci in ulceribus tibiæ.

PAULI WURFBAIN De Viſco querno in Buxi trunco nato *Miſc. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* III. n. 184.

Dec. II. *ann.* X. n. 206. Folia Lactucæ monſtroſa.

Dec. III. *ann.* III. p. 327. Braſſica polycephala.

IDEM J. *Sigiſmundi* WURFBAIN *Vierzehnjährige Oſtindiſche Kriegsdienſte* Sulzbach anno 1684. edidit, quo itinerario etiam plantæ traduntur.

§. DCCLXXXI. *Varii.*

Henr. FRISIUS *Quod Thea arthritidi conveniat* Regiomont. anno 1684. 4°.

Lud. le MORT *Pharmacopœa & Chymia rationalis & experimentis inſtructa* Leid. anno 1684. 8°. 1685. 8°. 1688. 8°. Continet plantarum vires & præparationes.

Ambroſii STEGMANN *Unterſuchung des Keuterlings* Leipzig 1684. 12°. alii 1694. 12°.

Digitized by Google

IDEM in *Miſcell. Nat. Cur. Dec.* III. *ann.* I. n. 16. 17. 18. Morbos Theæ infuſo ſuperatos celebrat.

J. P. L. *ſorgfältiger Hausvater und geſchäftige Martha* Magdeburg 1684. 8°.

§. DCCLXXXII. *J. Baptiſta Triumphetti.*

J. Baptiſta TRIUMPHETTI & frater LÆLIUS ſtirpes coluerunt. *J. Baptiſta* Romæ vixit, & horti publici curam geſſit, adeo divitis, ut 6000. plantas in eo aluerit (r). EJUS varia exſtant opera, primumque *Obſervationes de ortu & vegetatione plantarum, cum novarum ſtirpium hiſtoria* Rom. anno 1685. 4°.*. Princeps finis eſt, refutare MALPIGHIUM, nempe oſtendere, non omnes plantas ex univoca generatione naſci, ſed utique multas ex putrefacta materie abſque ſemine provenire, & abſque aere. Exemplum in Tithymalo myrſinite adfert, qui ex caulis reliquiis ſe reparaverat: & ſeminum Aurantii, Ficus, Hippolapathi. quæ abſque aëre germinaverint.

Sequitur *catalogus plantarum alpinarum rariorum,* quas a fratre ſuo LÆLIO habuit, Canonico, perito botanico (s).

Inde icones & deſcriptiones 17. plantarum, inter quas multæ ſunt varietates.

EJUSDEM *Syllogus plantarum horto Romano additarum* Rom. anno 1687. 4°. SEGUIER. anno 1688. 4°. TOURNEFORT.

EJUSDEM Iter anni 1680. in agrum Romanum ad aluminis fodinas in SYLVII BOCCONE *Mus di fiſic.* obſ. 39. Continet plantas inter Romam & Tolfam lectas, vulgares alias, tum raras.

EJUSDEM *Proluſio ad publicas herbarum oſtenſiones habita in horto medico ſapientiæ Romanæ. Acceſſerunt novarum ſtirpium deſcriptiones & icones* Rom. anno 1700. 4°. Pergit anatomen curioſiorem contemnere, tamquam ad praxin medicam inutilem. Videtur etiam MALPIGHIUM ob aliquas minus felices curationes pungere. Plantarum cognitionem commendat. Sex plantas depingit & deſcribit.

EJUSDEM *Vindiciarum veritatis Pars prior* Rom. anno 1703. 4°.*. Cum contra *obſervationes* TRIUMPHETTI MALPIGHIUS in poſthumis operibus ſe eſſet tutatus, reſpondet auctor. Defendit, plantas non ex ſemine ſolo naſci, neque in ſemine totam plantam contineri, neque gemmas unice ad foliorum alas provenire, neque cotyledones eſſe placentas plantæ naſcentis, & ex qualibet plantæ parte plantam regenerari. Porro ſpecies degenerare, & Gnaphalium Dioſc.

PENÆ

(r) BAGLIV. Oper. p. 432.
(s) *Giornal de letter* XXXV. art. 14.

Digitized by Google

Penæ in Pſeudo dictamnum, teſte Sherardo abiiſſe; Scabioſam Gramineo folio in Leucoji ſimilitudinem degeneraſſe, Parietariam in Linariæ faciem. Ex fragmentis Tithymali myroſinitis ſepultis plantam renatam eſſe. Malpighio putridum animum & infelicem praxin, & feſtinationem in adfirmando objicit. Dictio barbara, liber tamen periti plantarum auctoris. Agaricorum ex guttis naſcentium progreſſum deſcribit & depingit.

Luc. Antonii Portii Neapolitani *de militis in caſtris valetudine tuenda* l. Viennæ anno 1685. prodiit, & in operibus omnibus Neapoli anno 1736. 4°.*, & ſæpe alias; id opuſculum aliqua habet de alimentis, pane, oleribus, farinoſis.

§. DCCLXXXIII. *Germani Varii.*

Roſmarin-Büchlein, oder Beſchreibung, wie Roſmarin zu zeugen und zu gebrauchen Halberſtatt anno 1685. 8°. Heist.

Chriſtian Kursner *de potu Theæ* Marpurg. 1685. 4°. d'Etr. eadem forte diff. quæ Waldschmidii.

Nic. Eglinger *poſitionum anatomicarum & botanicarum centuria* Baſileæ 1685. 4°.

Petri Petiti, Medici fac. Monſpelienſis, viri erudititiſſimi, *Thea, ſeu de Sinenſi herba Thee carmen ad* Huetium Lipſ. anno 1685. 4°.*. Minime inficetum carmen, cui varia ſcriptorum de Thea loca, & Francii græcum ejuſdem argumenti carmen ſubjicitur. Edidit *Fridericus Benedictus* Carpzov.

Ejusdem *Nepenthes, ſeu de Helenæ medicamento diſſertatio* Utrecht. anno 1689. 8°.*. Nepenthe ex vegetabilium tribu fuiſſe, conquiſitis omnibus veterum locis oſtendit: incertus vero eſt, quo referat. De Opio, Bangue, aliis ſoporiferis, de ſomno ipſo fuſe divagatur.

§. DCCLXXXIV. *D. Abercromby. Alii Angli.*

David Abercromby *An explorandi medicas plantarum facultates ex ſolo ſapore?* Londin. ann. 1685. 8°. & in Boccone *Mus di piant.* Vires plantarum a ſapore explicat, & cuique ſapori adſignat ſuas vires medicatas.

In Samuelis Collins *Syſtem of anatomy* London 1685. fol.* plantarum etiam anatome continetur, floresque & fabarum generatio.

J. Chamberlayn *Manner of making Tea, Coffea and Chocolata* Londin. anno 1685. 12°.

Epitome of the art of husbandry London 1685. 8°. Osb.

Digitized by Google

Compleat Planter and Cyderiſt London 1685. 8°. Osb.

Art of pruning of fruit trees London 1685. 8°. Osb.

De Saccharo acerno in Phil. Tranſ. hujus anni n. 172. commentariolus R. B. inſertus eſt.

§. DCCLXXXV. *Galli aliqui.*

B. des Mallees *Hiacinthe, de ſon naturel, de ſoù nom, de ſa vertu, de ſa couleur* Paris anno 1685. 12°. Falconet.

M. de la Vigne *An in curatione morborum medicamenta, quæ ex ſtirpibus parantur, anteponenda* Paris 1685. 4°.

In *Journal des Savans* anni 1685. continetur Epiſtola de rebus Ægyptiacis, in qua fecundationis Palmarum neceſſitas negatur.

§. DCCLXXXVI. *Ludovicus Ferdinandus Marſigli.*

Ludovici, vel *Aloyſii Ferdinandi* Marsigli, nobilis Bononienſis, *Della potione Aſiatica Coave* Viennæ anno 1685. 12°. Non eſſe Bun Avicennæ, uti Alpino viſum fuerat.

Ejusdem *De Coralliorum floribus* primum inventum & icon manifeſta polyporum anno 1706. data in *Journ. Sav.* Supplemento anni 1707. p. 54. & 171.

Ejusdem *Notizie di Conſtantinopoli ſopra la pianta del Caffè* 1703. fol.

Ejusdem *Brieve riſtretto del ſaggio fiſico intorno alla ſtoria del mare, ed alla grana detta kermes* Venez. anno 1711. 4°. Harum poſterior huc facit, & recuditur in *Act. Natur. Cur.* Vol. III. Habet experimenta cum Cocco facta & ejus analyſin.

Ejusdem *De generatione Fungorum Epiſtola ad* Lancisium Romæ anno 1714. fol. *. Splendidum opus. Fungos ex putredine oriri docet Marsiglius, ex fermentatis enim principiis ſitum naſci, qui paulatim in fungum convaleſcat; alios ex reticulata compage, radicum ſimili exſurgere: Agaricos ex coriacea natura fieri, in quam lignum putreſcens tranſeat: eamque materiem per poros corticis exſudare, & exterius in globulos abire, ex quibus Agarici germinent. In aqua, in quam Noſtoch contabeſcat, Fungum capitulo villoſo ſubnatum eſſe. Semina Fungorum rejicit, quæ etiam Malpighio ignota fuerint. Pluſculorum Fungorum lamellatorum, etiam Cyathoidis, & Agaricorum quorumdam & tuberum, ortus & incrementa depingit.

Ejusdem *Riſtretto breve del ſaggio fiſico intorno alla ſtoria del Mare* Venet. 1711. 4°.

Ejusdem *Hiſtoire phyſique de la Mer* Amſterdam anno 1725. fol. *. Italice ſcriptam Gallice vertit bonus ſenex J. Clericus. Præter alia huc non facientia.

Digitized by Google

facientia, faciunt ad rem herbariam piſcatio Coralliorum, eorumque incrementa, atque figuræ; Adfines etiam plantarum Polypos, uti nunc interpretantur, vidit, & depinxit, & habuit pro floribus.

In *Mem. de l'Acad. des Sciences* anno 1710. adparet M.S. codicem a Cl. viro Pariſios eſſe miſſum, & ex eo in cjus *anni Commentariis* decerpuntur aliqua ad chemicam analyſin Coralliorum, ad eorum lac, & ad aliquarum ſpecierum icones & deſcriptiones pertinentia.

EJUSDEM *Danubius Pannonico Myſicus.* In Tomo VI. Haagæ anno 1726. fol.* edito, continetur catalogus plantarum circa Danubium naſcentium non uberrimus, neque ut reſpondeat expectationi feliciſſimæ regionis.

Muſcorum & viſcorum MARSIGLIANORUM *figuræ* 54. in totidem tabulis *delineatæ* ab EIMARTO Noribergæ anno 1712. exſculptæ TREW, & ipſe auctor *de fung.*

§. DCCLXXXVII. *Dellon. Tachard.*

DELLON *Relation d'un voyage des Indes Orientales* Paris anno 1685. 12°. 2. Vol. Plantas etiam deſcribit, ut Coccum, Piper, alias inſignioris uſus.

Voyage de Siam des P. P. Jéſuites envoyés aux Indes & a le Chine, avec leurs remarques de phyſique &c. par *Guy* TACHART Paris anno 1686. 4°. BURCK. Plantas etiam celebriores, & potiſſimum Ginſeng deſcribunt, etiam delineant.

Second voyage du P. TACHART Paris anno 1689. 4°. habet aliqua de plantis rarioribus.

§. DCCLXXXVIII. *Antonius de Heyde.*

Inter *Antonii* de HEYDE *Obſervationes* anno 1686. 8°. Amſtelodami editas, huc pertinet deſcriptio Nucis vomicæ, & experimenta in cancris facta: extracta & tincturæ Cardui benedicti, Calami aromatici, Quinquinæ, Contrayervæ, Gentianæ, & numeroſarum aliarum plantarum. Galbani verum menſtruum aquam eſſe pluviam. Nonne idem cujus eſt *nieuw Ligt des Apothekers* Amſterdam 1682. 8°.

§. DCCLXXXIX. *Petrus Magnol.*

Petri MAGNOL, Profeſſoris poſtea Monſpelienſis, diligentis in herbis conquirendis viri, & opportunitaté pulcherrima recte uſi, *Botanicum Monſpelienſe, ſeu plantarum circa Monſpelium naſcentium index, cum appendice, quæ plantas de novo repertas continet* Monſpel. anno 1686. 8°.*. Plantæ numeroſiſſimæ, omnino 1354. quarum paucæ ſunt ex cryptogamia, ut nunc vocatur, earumque multæ poſt CHERLERI & PENÆ induſtriam noviter detectæ, cum aliqua virium medicatarum indicatione. Icones novarum & rariorum adjectæ, non artificioſæ, ad naturam tamen delineatæ. In *appendice* aliquæ peregrinæ accedunt.

Digitized by Google

EJUSDEM *Prodromus hiſtoriæ generalis plantarum, in quo plantæ per familias diſponuntur* Monſpel. anno 1689. 8°. ASTRUC. Methodus RAJANA, ex univerſis plantæ partibus collecta. Quare paradoxa hic genera reperias, Tribulum terreſtrem inter Ranunculos, Centaurium luteum inter polypetalas.

EJUSDEM *Hortus Regius Monſpelienſis, ſeu Catalogus plantarum, quæ in horto Regio Monſpelienſi demonſtrantur* Monſpel. anno 1697. 8°.*. Nondum per integrum triennium horto præfuerat, cum hunc divitem catalogum ederet. Genera nunc TOURNEFORTIANA admittit, plantas & peregrinas, & indigenas raras multas recenſet, & pulchre depingit.

EJUSDEM *Novus character plantarum in duos tractatus diviſus, opus poſthumum, ab auctoris filio* ANTONIO *editum* Monſpel. anno 1720. 4°.*. Methodus a calyce ſumi dicitur, etſi a flore eſt, & in arboribus nimis imperfecta; characteres naturales cuique ſpeciei adjecti; multa genera nova conſtituta. Sed egregii viri imperfectum opus melius ſilentio preſſum fuiſſet, in quo nimium ſit errorum. Stamina in flore Ficus 4. vel 5. deſcribit.

Obſervationes in *Caſpari* BAUHINI *Pinacem & repetitionum cenſuram* (t) dudum promiſerat: ſed ea non prodierunt.

Contra circuitum ſucci in plantis ſcripſit, & de utilitate medullæ plantarum. Tuberoſam a ſucco colorato Laccæ facile tingi vidit *Hiſt. de l'Acad. ann.* 1709.

§. DCCXC. *Olaus Rudbek.*

Olaus RUDBEK, *Olai* filius, & in elaborandis Campis Elyſiis Sodalis (u), & ipſe in plantis laborioſus fuit, easque ſua manu delineavit (x). EJUS *De propagatione plantarum* diſputatio, præſide A. DROSSANDRO, Upſaliæ prodiit anno 1686. 8°.*. Juvenile opus: anatome plantarum ex MALPIGHIO ſumta, multum ornamentorum, & præcepta de inſitione, ablaqueatione, aliisque hortenſibus artificiis. Pro circulatione ſucci experimentum, quod potius ſucci relapſum demonſtrat.

EJUSDEM *Diſputatio inauguralis de fundamentali plantarum notitia rite acquirenda,* Ultrajecti anno 1690. 4°.*, edita, & Auguſtæ Vindelicorum anno 1691. 12.* recuſa. HERMANNI diſcipulus RIVINUM refutat, nomina repudiat, quæ a ſyllabis *Pſeudo* incipiunt; claſſes HERMANNI exponit, aliqua præſidia ad profectus in plantarum cognitione faciendos adducit.

EJUSDEM *Nova Samoland, ſive Laponia illuſtrata* Suec. & Latin. Upſal. anno 1701. 4°.*. Solam partem itineris continet, qua Uplandiam peragravit. Ad rem herbariam pertinet catalogus baccarum edulium Septentrionalium, & icon Sceptri Carolini.

EJUSDEM

(t) SCHELHAMMER ad CONRINGI *introduct.* p. 337.
(u) In oratione funerea opus totum *Olao* RUDBEKIO filio tribuitur.
(x) *Act. Soc. Lit. Upſal.* 1740.

Digitized by Google

Ejusdem & *Jac.* Ludenii *De Hedera* diſputatio Upſal. anno 1707. 4°.*.

Ejusdem *De Mandragora* diſputatio Upſal. anno 1710. 8°.*. Icon & deſcriptio ex Clusio & Parkinsono.

Ejusdem & *Danielis* Kellandri *Rubus humilis Fragariæ folio fructu rubro* Ackèrbär Upſal. anno 1716. 8°.*. Bona icon & deſcriptio plantæ Septentrionalis, parum notæ, cujus fructus dicitur congenerum ſuaviſſimus eſſe.

Ejusdem *Catalogus plantarum in itinere Laponico anni 1695. lectarum*, in Act. Literariis Sueciæ Trim. IV. anni 1720. Non paucæ raræ plantæ boreales hic primum occurrunt, aliquæ etiam depinguntur, ut Dortmanna & Linnæa.

Ejusdem *Borith fullonum non eſſe herbam aliquam* Upſal. anno 1722. 4°. Purpuram fuiſſe: & Ejus *Reſponſio adverſus Chriſtiani Benedicti Michaelis objectiones* anno 1737. 4°.

Ejusdem *Dudaim Rubenis eſſe Fraga vel Mora Rubi Idæi ſpinoſi* Upſal. anno 1733. 4°.*, ob gratum ejus baccæ odorem.

Alia clari viri opera ferale incendium deſtruxit. Erat autem pariter, ut pater, linguarum ſtudioſus & hiſtoriæ patriæ. Duodecim volumina plantarum depictarum reliquit, quæ apud Ill. virum Carolum de Geer adſervata fuerunt.

Pharmacopœa Holmienſis Holm. 1686. 4°. Hotton.

§. DCCXCI. *J. Chardin.*

Jean Chardin *Journal d'un voyage en Perſe & aux Indes Orientales par la mer noire & par la Colchide* London anno 1686. fol. ſæpe recuſum iter. Amſterd. anno 1711. 12°. 10. Vol. & Paris anno 1723. 12°. Amſterd. anno 1735. 4°. 4. Vol. & Germanice Lipſiæ 1687. 4°. Belgice Amſterdam. 1687. 4°. Eximius liber docti mercatoris; ad rem herbariam tamen obiter omnino ſpectat; in Tomo nempe IV. arbores utiles, medicatæ & noxiæ Perſiæ recenſentur. Huc ergo, quæ habet de arbore Kerzereh, de Aſa fœtida, Manna, Tabaco, Papavere, Opio. Bang eſſe veram Cannabin, effectum ejus qui Opii, dementiam lætam brevemque, ſed multo uſu funeſtam eſſe. Coquemar languentes excitare &c.

In *Academia Scient. Pariſina* anni 1686. Analyſis Coffeæ legitur.

Dan. Arbine *An febribus intermittentibus Chinæ Chinæ pulvis* Paris 1686.

Alexandri Olivarii Oexmelin *Hiſtoire des Avanturiers & des Boucaniers* Paris anno 1686. 12°. Trevoux anno 1699. 3. Vol. Zoch. anno 1744. 12°. 4. Vol. ſæpe recuſ. Anglice 1684. 4°. Continet etiam de plantis Americæ mediæ edulibus varia.

Digitized by Google

§. DCCXCII. *Varii.*

VIALI *Plantæ ſatæ in ſeminario horti Patavini* Patav. anno 1686. 12°. SEG.

Thomæ ASSELER *Viridarium Adriaticum* Germanice Augſpurg 1686. 8°. GRONOV. Plantas etiam habet.

EJUSDEM *Roma regina mundi, oder die hochberühmte Stadt Rom &c.* Augſpurg 1688. B. RIV. Pariter.

Joſephi BRUNI *Index locupletiſſimus plantarum omnium quæ in Viridario botanico* a JOSEPHO BALDIO *ſpatio 36. annorum continentur.* 1686. M.S.

J. *Fortunati* ALAMANNI *Iſtorica deſcrizzione de tre regni Congo, Matombe & Angola compilate de G. Antonio* CAVAZZI Bologna anno 1687. fol. a LABATO verſa & edita cum titulo *Hiſtoire de l'Ethiopie Occidentale* Paris anno 1732. 12°. Fere ad *miſſiones* pertinet, aliqua tamen in T. I. habet de hujus regionis hiſtoria naturali, qualia a viris alteri vitæ generi unice deditis adnotari ſperes, Palmæ etiam deſcriptionem.

An idem *Viaggio nel regno di Congo* Venez. 1679. 8°. OSB.

J. J. STRUYS *Reyſen door Italien, Griechenland, Lifland, Moſcovien, Tartaryen, Perſien, Oſtindien* Amſterdam anno 1686. 4°. Pro fabuloſo auctore habetur.

§. DCCXCIII. *Miſcell. Naturæ Curioſ.*

Benedicti HERMANNI De uſu Raphani ruſticani in pleuritide Miſcell. Nat. Cur. Dec. II. Ann. V. n. 30.

Gabrielis CLAUDER, practici, & chemici eod. anno n. 179. Opii crudi larga doſi ſumti exemplum.

N. 185. De Bryonia, baccas habere ſteriles.

Ann. VII. n. 170. Trifolium quatuor foliolis.

Anno VIII. n. 206. De Nicotiana.

J. Benedicti GRUNDELII Symptomata a Fragis comeſtis. ib. n. 214.

Dec. III. *Ann.* IX. X. obſ. 92. Napellum etiam manu geſtatum noxium fuiſſe; a Belladonna deglutitionem interruptam: a Ranunculi flore pleno odore epilepſiam factam, &c.

§. DCCXCIV. *J. Frank.*

Johannis FRANCI, medici Ulmenſis, *Miſcell. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* V. n. 239. Triticum arte multiplicatum dixit, ut multiplices culmos ferret.

EJUSDEM

Ejusdem pluſcula ſunt ſcripta argumenti botanici. *Polychreſta herba Veronica* Ulm. 1690. 12°. recuſa cum titulo *Veronica theizans, ſeu collatio Veronicæ Europeæ cum Thea Chinenſium* Coburg. anno 1700. 12°.*. Germanice *die preiswürdige Veronica, oder Europäiſches Thee.* Antiquitates requirit, comparat cum Alyſſo veterum, cujus figuram dat ex *codice Dioſcorideo.* Inde Theæ iconem aliquam dat & hiſtôriam. Vires Veronicæ valde ornat, & multis exemplis confirmat. Gallice verſ. *Le Thée de l'Europe* Paris anno 1704. 12°. *Journ. Sav.*

Ejusdem *Trifolii fibrini hiſtoria* Francof. anno 1701. 8°.*. Deſcriptio, vires medicæ multis experimentis confirmatæ, ad capitis dolores, infarctus pulmonum, icterum, alia mala.

Ejusdem *Alleluja* Ulm. anno 1709. 12°.*. Parum equidem ad Allelujæ hiſtoriam confert, memorabilem tamen, & laudandam alibi, dat hiſtoriam febris malignæ, quæ Ulmæ inſignem ſtragem edidit.

Ejusdem *De Euphraſia herba polychreſta* Francof. & Lipſ. anno 1717. 8°.

Ejusdem *Von der Flachsſeide* Ulm anno 1718. 8°.*. Cuſcutam ad omnia laudat, etiam ad luem veneream, menſes reſides.

Ejusdem *Thapuach Jeruſchalmi*, ſeu de Momordica Ulm. anno 1720, 8°.*. De figuris auctorum, ubi male ait, Momordicam a Rivino depictam, qui eam claſſem non adtigit. Laudat potiſſimum oleum infuſum ad ulcera & ambuſta.

Ejusdem *De Urtica urente* Diling. anno 1723. 8°.*. Senis opus, pene quadraginta annis poſt primam eam in M.N.C. adnotationem ſecutum. Antiquitates Urticæ, & ſpecies, de flore aliqua, & de iconibus judicium. Analyſis, aqua, ſpiritus, ſal, & alia; vires medicæ, identidem obſervationes confirmatæ.

Ejusdem *Unterſuchung der Sonnenblume von Peru* Ulm 1725. 8°. Burck.

§. DCCXCV. *Germani Varii.*

Anweiſung, wie die Fieber zu vertreiben, wobey des Cortex Chinæ Chinæ Würkung an den Tag gegeben wird Hanau 1686. 12°. B. Boehmer.

J. Mauritii Hofman *de odoramentis & ſuffimentis* Altdorf. 1686. 4°.

Idem in *Miſcellan. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* X. deſcripſit Chryſanthemum Matricariæ folio petalis fiſtuloſis n. 184.

Dec. III. *ann.* V. VI. *obſ.* 100. Ceraſum acidum proliferam.

Vol. II. *obſ.* 118. Abortum non facile a Sabina cieri.

Obſ. 119. Exempla effectus funeſti radicis Belladonnæ.

EJUSDEM *Appendix Catalogi horti medici Altdorfini* Altdorf. anno 1703. 4°.*. Nova plantarum Indicarum, & varietatum acceſſio.

Diſputationem *de differentia alimentorum & medicamentorum* citari video Altdorf. anno 1677. 4°.

§. DCCXCVI. *Diarium Parmenſe.*

Anno 1686. Parmæ, *Benedicto* BACCHINI, & *Gaudentio* ROBERTO auctoribus, cepit diarium literatûm edi cum titulo *Giornale de letterati* 4°.*. Id per tres annos continuatum eſt ad annum 1690, tum Mutinæ repetitum ab anno 1692. ad annum 1697. Præter librorum cenſuras, aliquas obſervationes, ut vocant, continet, ut J. *Mariani* GHIARESCHI obſervationem Fungorum lamellatorum ex ſtramine irrorato absque terra natorum anno 1687. p. 27. Hieme plantas cogit germinare in vaſe ſuo philoſophico.

§. DCCXCVII. *Stephanus Blancaard.*

Stephani BLANCAARD, magni exſcriptoris, *Gebruyk en misbruyk van de Thee* Haag. anno 1686. 8°.*.

EJUSDEM *Verhandeling van de Caffea en deſſelfs krachten* Haag. anno 1686. 8°. Utrumque opuſculum recuſum Germanice, *Hauſtus polychreſti, oder Gedanken von Thee, Chocolate und Tabak* Han. anno 1705. 8°.

In EJUSDEM *collectaneis medico phyſicis*, anni 1680. & ſequentium, etiam Germanice recuſis, plerumque compilatis, potiſſimum ex *Zodiaco Medico phyſico*, aliqua pauca ſunt argumenti botanici.

EJUSDEM *Speis - und Tiſchbüchlein, überſetzt durch* CUNÆUS *mit einem Kochbüchlein* Hanover anno 1689. 8°. Frankfurt und Leipzig 1705. 8°.

EJUSDEM *Vom Podagra und der laufenden Gicht, mit einer gewiſſen Cur* Frankfurt und Leipzig anno 1692. 8°. cum libello G. *ten* RHYNE.

EJUSDEM *Herbarius Belgicus* Amſterdam. anno 1698. 8°. 1710. 8°.

EJUSDEM *Lexicon medicum ſæpe recuſum* Leid. anno 1690. 8°. 1702. 8°. 1717. 8°. 1735. 8°. 1756. 8°. Francofurti 1705. 8°. cum præf. STAHLII. Hall. 1739. 8°. 1748. 8°. cura AGNETHLERI. Leid. 1756. 8°. Anglice London 1708. 8°. OSB. 1726. 8°. MARSH.

EJUS *Opera medica* Leid. anno 1701. 4°.*

§. DCCXCVIII. *Paulus Hermann.*

Pauli HERMANNI Halenſis, qui aliquamdiu in Ceylonia medicinam fecerat, & in Promontorio Bonæ ſpei, denique Profeſſoris Leidenſis, magni botanici, & nitidiſſimarum iconum auctoris, cui plurimæ utriusque regionis noviter inventæ plantæ inventæ debentur, aliquæ etiam Europeæ.

EJUS

Ejus primum opus fuit, *Horti Academici Lugduno batavi Catalogus exhibens plantarum nomina, quibus ab anno* 1681. *ad annum* 1686. *hortus inſtructus fuit* Leid. anno 1687. 8°.*. Intra ſeptimum annum, quo vir induſtrius horto præfectus fuit, inmenſum ſuperavit priores divitias, ut ex comparato SCHUYLII catalogo videre eſt. Qui enim mediocris fuerat hortus, nunc ſubito illatis utriusque Indiæ donis, ipſis ædificiis melius inſtructis, ſupra omnes caput cepit extollere. Raras & plerasque novas plantas hic HERMANNUS deſcripſit, & depinxit, inter eas Turbith, Curcumam, Zingiber ſylveſtre, Cinnamomum. Ficoideæ etiam & Gerania nunc primum cepere novis ſpeciebus luxuriare. Recuderunt opus Leidæ anno 1720. 8°. rejecto HERMANNI nomine, cum titulo *Indicis plantarum, quæ in horto Leidenſi aluntur*, adjecta hiſtoria ejus horti, quam ſuo operi BOERHAAVIUS præmiſit.

Eidem HERMANNO oportet accenſere *Floræ Lugdunobatavæ flores*, etſi cum nomine *Lotharii* ZUMBACH Leidæ anno 1690. 8°.* & 1693. 8°.* prodierunt: *Guilielmus* enim SHERARD, quo nemo (y) hæc rectius noſſe poterat, HERMANNUM ſcribit immortuum ſecundæ editioni horum florum curandæ, cujus duæ tertiæ partes prodierant, cum Cl. virum mors abriperet. In eo libello, qualis nunc exſtat, methodus herbarum dividendarum HERMANNIANA traditur, quæ quidem in univerſum nuditati ſeminum, aut loculis, deinde numero utrorumque innititur, ut tamen & flores & univerſum habitum plantæ conſuleret. Videas hic ordinem, quem BOERHAAVIUS in horto tenuit, plantarumque in eo cultarum nomina. Methodus in appendice excuſa eſt, quam & ipſam BOERHAAVIUS fere ſervavit.

Flora Lugdunobatava, aut catalogus plantarum, quæ creſcunt in horto Leidenſi Leidæ anno 1695. 8°. imperfectum eſt opus, cujus aliqua tantum folia ex prelo prodierunt.

S. WHARTON edidit ex Schedis HERMANNI ſibi communicatis Leidæ anno 1689. 12°.* *Paradiſi Batavi prodromum*, nomina nempe plantarum rariorum, quas HERMANNUS eo cum titulo erat editurus, & quarum partem edidit.

EJUSDEM *Paradiſus Batavus continens plus centum plantas affabre æri inciſas &c. Opus poſthumum, curante Guilielmo* SHERARDO prodiit anno 1698. 4°.* viduæ impenſis, quam tamen aſoticam & celeberrimo marito indignam alii deſcribunt. Meræ ſunt raræ, aut omnino novæ ſtirpes, partim ſolum nominatæ, partim ſubtiliter delineatæ & ſculptæ. Subjectus eſt nudus catalogus earum plantarum nondum æri inſculptarum, quas ſequentibus Tomis ſui Paradiſi Cl. vir deſtinaverat. Recuſum fuiſſe anno 1705. 4°. *Journ. Sav.*

Muſæi Indici catalogus, continens varia exotica animalia, inſecta, vegetabilia mineralia, quæ collegerat Leidæ anno 1711. 8°. BURCKHARDT.

Immenſam vim chartarum & plantarum ſiccarum vir diligentiſſimus moriens reliquerat. Earum pleraque latent, quorum plurima in *catalogis* biblio-

(y) *Præf. ad Paradiſ. Batav.*

bibliopolæ OSBORNE recenſentur. Deſcriptiones plantarum Ceylaniæ, cum nonnullis iconibus. Itineris anno 1685. deſcriptio belgica. Prælectiones botanicæ. Codex de uſu botanices. Plantarum ad floram Leidenſem diſpoſitiones Additiones ad prodromum Paradiſi Batavi. Collectiones botanicæ cum plantarum iconibus. Plantarum medicarum deſcriptiones & uſus. Epiſtolæ medicæ & botanicæ. Prælectiones in materiam medicam. Flora Lugduno Batava cum multis additionibus. Catalogus plantarum diverſarum partium mundi, ad 21. Vol. 4°. Miſcellanea botanica & pharmaceutica.

Alia pluſcula prodierunt. *Lapis lydius materiæ medicæ* Lipſiæ 1704. 8°.* ed. C. L. WELSCH Claſſes plantarum ſecundum vires medicas, ſub iis nomina. *Cynoſuram materiæ medicæ* edidit J. S. HENNINGER Argentorati anno 1710. 4°.*, poſtea multo auctius, cura J. BOECLERI excuſam, ut ſuo loco dicetur. Hic primum novi characteres per HERMANNI peritiam botanicam nati, ad plantas medicatas illuſtrandas adhibiti fuerunt. Vires ipſæ fuſe expoſitæ, tum quæ ex quaque planta arte ſua pharmacopolæ præparat. Ipſe editor fuſas notas adjecit, quibus breviſſimum HERMANNI codicem ſupplet. Acrem cenſuram in hoc opus NEUMANNUS dedit (z). Anglice vertit *Eduardus* STROTHER Lond. anno 1727. 4°., & aliqua adjecit.

Muſæum Ceylanicum hactenus præparaverat vir Cl. ut 450. icones ſplendidiſſimas paratas reliquerit, deſcriptiones amiſſæ ſunt. Quare libellus, qui Leidæ anno 1714. 8°.* cum nomine *Muſæi Ceylanici* prodiit, non magnam utilitatem habet. Nomina ſunt plantarum in ea inſula ſponte naſcentium, Ceylanica, ſubjectis nominibus latinis, ſæpe cum etymo, & brevibus emendationibus C. BAUHINI & primorum ſcriptorum rerum Indicarum. Paſſim etiam vires medicæ adjectæ ſunt: ſed confuſus eſt libellus, plenuſque repetitionum.

Ipſæ plantæ ſiccæ HERMANNI ad virum diligentiſſimum J. BURMANNUM pervenerunt, & fundamentum præſtiterunt *Theſauri Zeylanici* Amſtelodami anno 1737. 4°.* editi. Cum vero Cl. Editor plurima ſua addiderit, & aliis etiam ex fontibus hauſerit, præſtiterit ſuo loco accuratius de ſplendido eo opere egiſſe.

Hæ eædem plantæ cum iconum volumine ad LINNÆUM pervenerunt, qui eas in genera & ſpecies redactas in titulo *Flora Ceylanica* edidit anno 1747. 8°. ſed de iis alias.

Catalogus plantarum Capitis Bonæ ſpei, quem G. SHERARDUS vidit, & qui pertinebat ad ſexcentas & ultra plantas ejus regionis partim ſiccas, partim diligenter depictas, a SHERARDO non eſt editus, neque ultra quidquam de his Theſauris prodiit.

Ut miſere herbæ ſiccæ Cl. viri a morte dilapidatæ fuerint, vide P. v. UFFENBACHI (a). Parentavit viro ILL. GODOFREDUS BIDLOO. Leidæ 1695. 4°.*

§. DCCXCIX.

(z) *Oper.* p. 1044.
(a) *Reis.* T. III.

§. DCCXCIX. *J. Fr. Griendel von Ach. J. Dan. Geyer. Alii.*

J. Franz Griendel von Ach fabrorum, ut olim vocabatur, militarium præfectus, dedit Noribergæ anno 1687. 4°.* *Micrographiam novam, oder Beſchreibung vieler kleiner Korper vermittelſt eines neuerfundenen Vergroſſerungs-Glaſes.* Semina aliqua delineavit & floſculos aliquos, ruditer iſtos, neque optima fide (*b*).

J. Daniel Geyer *Thargelus Apollini ſacer diſſ. III. De Dictamno* Francof. anno 1687.*. Fraxinellam primam deſcribit, etiam microſcopio adhibito. Iconem dat & hujus Dictamni & Cretici. Impreſſionem herbarum ſiccarum etiam docet, quæ ſit fuligine, etſi non primus.

In Ejusdem *Müſſiger Reiſeſtunden gute Gedanken, cujus* 19. *faſciculi ab anno* 1735. Dreſdæ 4°.* prodierunt, pertinet huc n. 5. quo potus diætetici innumerabiles: & potiſſimum potus ex Oryza factus *content*, aliusque potus *bon point*, ex farina avenacea paratus, aliique deſcribuntur, & in univerſum de cerealibus & farinoſis agitur: Tum n. 8. de Nicotianæ pulvere errhino, & fuſius de Dunga, polline Nicotianæ Orientalis tenerrimo.

In *Dec.* II. *Ann.* VIII. *Miſcell. Nat. Cur.* n. 138. Scillæ venenata efficacia in Meleagride.

N. 140. De ſeminis Dutroæ vi dementante.

J. Chriſtophorus Sturm dedit *Sciagraphiam argumenti de plantarum & animalium generatione* Altdorf. anno 1687. 4°.*. In *Phyſica eclectica* plantas leviter adtigit.

Joh. G. Roesel *de venenis* Witteberg. 1687. 4°. Burckh.

Johannis Thile & C. C. Kirchmayer *De uſu & abuſu potus calidi cum herba Thea* Witteberg. anno 1687. 4°. recuſ. anno 1690.

J. Schreyer, medici Cizenſis, *Trinum fluidum magnum, ſeu de aqua, vino, & cerevifia* Zeiz anno 1687. 8°.* Hamburg 1690. 8°. cum titulo *ſcrutinium medicum curioſum.* Patria vina excuſat, cereviſiæ coctionem deſcribit.

J. Jac. Marx *Deutſche Material-Kammer* Nürnberg 1687. 8°. ib. 1709. 8°.

§. DCCC. *S. Abbes Gabbema &c.*

Simon Abbes Gabbema, hiſtorici Friſiæ, *Frieſche Luſtgaarden ofte boom, beeſter, bloemen en kruyt wararande Leeuwaarde* ann. 1687. 4°.*. Carlson habet annum 1686. Lexicon eſt plantarum celebriorum & medicatarum, multis cum ſynonymis, & deſcriptionibus, ad morem veterum, viriumque medicatarum recenſione. Fabellæ intercedunt.

In

(b) Adnotante Cl. Kleiman in Roesel T. I.

In *Cornelii* STALPART *van der* WIEL *Obſervationum rariorum* Cent. I. anno 1687. 8°. edita, Oenanthes ſucco viroſo delineatio n. 43. cum effectu ejusdem funeſto, aliqua etiam de Opio, Fungorum noxa.

Pharmacopœa Lewardienſis Leward. 1687. 12°.

§. DCCCI. *Chriſtoph. Knaut.*

Chriſtophori KNAUT patris, *Enumeratio plantarum circa Halam Saxorum ſponte provenientium* Lipſiæ anno 1687. 8°.*. Ad MORISONI & RAJI modum claſſes & genera diſpoſuit, ſtirpes ipſas in ſolo minime infecundo tum ipſe legit, tum ab *Auguſto* SCHÆFFERO habuit. Aliquas emendationes interſperſit, ut characterem Raphaniſtri monoſpermi, quod vere diſpermum eſſe reperit, Hypopitydis, quam bene deſcribit, Aſtragali, inde a DILEENIO depicti.

EJUSDEM *De variis doctrinam plantarum tradendi variorum methodis* Hallæ 1705. 4°. ad demonſtrationes 1705. permiſſum programma.

§. DCCCII. *Johannes Floyer.*

John FLOYER, Equitis & medici, *Φαρμακοβάσανος or the touchſtone of medicines diſcovering the virtues of vegetables* &c. *by their taſte and ſmell* London anno 1687. 8°.*. Primo libro in univerſum inquirit, quænam ex quoque ſapore elementa plantæ ineſſe probabile fiat. Sapores in claſſes conjicit, non ſine bonis experimentis chemicis.

In parte II. continetur catalogus plantarum medicatarum, cum earum viribus medicis, in quo ſtudio multa ſibi propria habet, & utilia, ſaporesque multarum plantarum alios, quam vulgo ſcribi ſoleat. Commendo inprimis ſimplicem virum, neque tamen exſcriptorem. Ita in Nerio, contra omnes alios ſcriptores, nihil invenit venenati.

IDEM in *Phil. Tranſ.* n. 289. confirmat, poſſe ex ſaporibus vires medicas definiri, variosque ſapores percurrit variarum plantarum, & vires medicas exponit.

§. DCCCIII. *O. Bromel.*

Olai BROMEL *Lupolologia eller en tractat om humlegardars plantering med underrättelſe om Eke och Böke hagans, unge Ekars, Bokars, Tallars, Biorkans, Alars och hagetorns bäckar plant, och auſning* Stokholm anno 1687. 12°. 1740. 8°.

EJUSDEM *Chloris Gothica, ſeu Catalogus plantarum circa Gotheburgum naſcentium* Gotheburg anno 1694. 8°.*. Nomina RUDBEKIANA, plantarum aliquæ parum notæ.

§. DCCCIV.

Digitized by Google

§. DCCCIV. *Varia.*

Franciſci Mar. NIGRISOLI *Febris China China expugnata* Ferrar. anno 1687. 1700. 4°. Collectio opuſculorum BLEGNII, MONGINOTI, RESTAURANDI & SPONII.

EJUSDEM *Conſiderazioni intorno alla generazione de' viventi* Ferrar. anno 1712. 4°.*. Omnino ad plantas etiam pertinet. Generationem earum ex ſemine fieri defendit, etiam Viſci, Fungorum: nam mucorem negat plantam eſſe. Gallas omnes eſſe ex animalibus. Sexum duplicem plantarum tuetur. Contra eum Cl. CONTI negat Fungorum ſemina, Agaricos gallas facit, Fungos mucores: vide *Giorn. de letter* XII. p. 267.

EJUSDEM *de charta ejusque apud antiquos uſu* Venez. 1699.

EJUSDEM *Pharmacopææ Ferrarienſis prodromus ſ. determinationes & animadverſiones circa plurium medicamentorum compoſitionem* Ferrar. 1723. MANGET.

§. DCCCV. *Act. Nat. Cur.*

I. La SERRE Ab Hyoſcyamo in clyſtere propinato mens abalienata Miſc. Nat. Cur. Dec. II. ann. VI. obſ. 78.

Eberhardi GOEKEL Pyrum proliferum n. 127.

In appendice ejusdem anni *Godofredi Samuel* POLISII Francofurti ad viadrum Profeſſoris *Myrrhologia* reperitur, grande volumen, formularum potiſſimum, quas Myrrha ingreditur.

§. DCCCVI. *Thomas Brotherton.*

Thomæ BROTHERTON Experimenta de incrementis arborum in Phil. Tranſ. n. 187. anno 1687. De effectu vulneris profundi arbori inflicti, aut avulſi corticis. Putationem debilitare arbores, ut a gelu facile extinguantur. Arborem ali, cujus radicum tres quartæ partes nullum alimentum admittebant.

§. DCCCVII. *Acta Philexoticorum.*

Acta novæ Academiæ Philexoticorum Naturæ & artis Brix. anno 1687. 8°. F. TERTIUS de LANA auctor fuerat Academiæ. In iis Actis aliqua huc faciunt, ut Quercus in loco ſicciſſimo plurimam aquam ſtillans.

Virtu dell acqua de Regina d' Ungaria Modena 1687. 12°. ex Gallico verſ.

§. DCCCVIII. *Gallica aliqua.*

P. M. M. *Traité des qualités du Quinquina* Amſterdam. anno 1687. 12°.

Cl. de JOLLY *Epiſtola duæ de radice Mandragoræ feminam referente, quam ajunt ſub patibulo repertam eſſe* M.S. in Bibl. NEAULME.

ANT. FURETIERE *Dictionaire univerſel de tous les mots françois & modernes & des termes, des ſciences & des arts.* Hoc lexicon etiam botanica continet, quorum auctor eſt P. S. REGIS. Prodiit anno 1688. fol. Roterd. anno 1701. fol. 3. Vol. la Haye 1737. fol. 4. Vol. Paris anno 1752. 7. Vol.

De la CROIX *Relation univerſelle de l'Afrique* Lyon anno 1688. 4°. Habet etiam arbores & plantas.

SOUCHU de RENNEFORT *Hiſtoire des Indes Orientales* Paris anno 1688. 4°. cujus eſt primum iter; duo alia D. de MONDEVERGNE & de la HAYE. Intercurrunt aliqua ad hiſtoriam naturalem, etiam ad plantas.

GERVAISE *Hiſtoire naturelle & politique du Royaume de Siam* Paris anno 1688. 4°. 1690. 4°. FOLKES. Arbores & fructus nobiliores hactenus tangit.

Deſcription hiſtorique du Royaume de Macaſſar, continet etiam plantas floresque rariores Paris anno 1688. 12°.

CL. GUERIN *poteſtne Indiarum Opium ſine corporis animique noxa Venerem accendere* Paris 1688.

§. DCCCIX. *Germani Varii.*

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* VII. *Theodorus* CAROLI Fungos quosdam, aut potius Agaricos Quernos deſcribit.

Ann. VIII. n. 59. Ex alterius relatione aliqua de arbore Cinnamomi.

Philippi Jacob HARTMAN *De generatione mineralium, vegetabilium & animalium in aëre* etiam *Dec. II. ann.* VII.

In append. anni VII. De granis per pluviam in Curoniam advectis, ſeu de Fungulis in rore ſubnaſcentibus, & alia minime lectu inutilia.

In *Miſcell. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* VIII. *Guſtav Caſimirus* GAHRLIEB n. 20. deſcripſit Conyzam faſciatam & criſtatam.

Ann. IX. n. 69. Ab Avellanis diarrhœa & gangræna recti inteſtini.

Dec. III. *ann.* I. n. 81. De bacca racemi vitis decuplata & quaſi ex decem baccis coaleſcente.

Ann. II. *n.* III. Aſparagus utcunque monſtroſus contortuplicatus.

Ann. VII. VIII. *obſ.* 149. Emboli, ut videtur, ſpecies deſcripta.

J. Chriſtoph. BAUZMANN *Pyra monſtroſa* (nempe ex apice folioſa) n. 52.

Georgii HANNÆI Corona Imperialis inſigniſſime multiflora n. 106.

EJUSDEM *Libanotidographia* conſpectus *Dec.* II. *ann.* VIII.

Lauren-

Digitized by Google

Laurentii BLUMENTROST De Ginſeng, cum icone *Dec.* II. *ann.* VII. n. 189.

In ACT. ERUDIT. LIPS. anno 1688. p. 121. ZAPFII exſtat epiſtola de Aloë Americana majori, quæ Cizæ floruit, cum iconibus. Aquam etiam de floribus ſtillantem adnotavit, quæ pota vomitum moveat.

G. Frid. WAGNER *De natura & virtutibus plantarum in genere* Regiomont. anno 1688. 4°.

J. BODICKER *Ehrengedächtniß* J. SIG. ELSHOLZEN Cölln an der Spree 1688. fol.

J. Jac. FIKKE *de plantarum extra terram vegetatione* Jen. 1688. 4°. Nonne IDEM J. JAC. FICKIUS alibi dictus.

J. van HALMAL *ontleeding owr de Amſterdamze Apothek* Amſt. 1689. 8°. WACHEND recuſ. 1739. 8°. LAMBERGEN.

Michael BURING *de qualitatibus ſimplicium & juſta medicamentorum compoſitione & præparatione* Leid. 1688. 4°.

§. DCCCX. *T. Hyde. G. Bate &c.*

Thomæ HYDE, viri eruditiſſimi, & rerum Orientalium peritiſſimi, *De herba Cha, collectanea* Oxon. anno 1688. 8°.

EJUSDEM *De religionis veterum Perſarum hiſtoria* Oxon. anno 1700. 4°. Varia botanica continet, de Medica, Syris Eſpaſto (*c*) (unde Eſparſette), de Been utroque, cum iconibus.

Georgii BATE, celebris medici, *Pharmacopœa Bateana* curante *Jac.* SHIPTON. Londin. anno 1688. 8°. 1691. 8°. 1706. 8°. 1713. cura W. SALMON. Amſterdam. anno 1709. 8°.* Venet. 1731. 8°. Lyon 1704. 12°. Lovan. 1752. 12°. Venet. 1762. & alias. Hactenus huc ſpectat, quod catalogum medicamentorum ſimplicium, cum proſodia contineat, & doſes medicamentorum.

S. W. ſive *Samuelis* WHARTON (*d*) *Schola botanica, ſeu Catalogus plantarum, quas in horto Regio Pariſino indicavit Joſeph* PITTON de TOURNEFORT Amſterdam. anno 1689. 12°.* 1691. 12°. 1699. 12°. TREW. Per tres annos TOURNEFORTIUM prælegentem audiverat. Plantarum nomina valde numeroſa, potiſſimum Europæarum, varietates multæ, etiam novæ plantæ Pyrenæorum montium, a TOURNEFORTIO detectæ, aut a FAGONIO in hortum illatæ.

§. DCCCXI. *Varii Itali.*

Rifleſſioni intorno alle radici delle Sarzaparilla paragonate con la Smilace aſpera volgare Bonon. anno 1689. 4°.

(c) p. 497.
(d) FONTENELLE *Eloge* de TOURNEFORT. Alii G. SHERARD tribuunt.

Digitized by Google

J. BOEHM *Catalogus rariorum plantarum hortuli penſilis* (ſui) Venet. ann. 1689. 8°. SEGUIER. Annum 1708. 4°. habet FALCONET.

Phil. CAVALLINI *Enumeratio brevis plantarum præterito anno a publico Profeſſore ſapientiæ oſtenſarum* Rom. anno 1689. 12°. BURETTE.

EJUSDEM *Pugillus Melitæus, ſeu herbarum omnium Inſulæ Melitæ perbrevis, enarratio cum appendice* 16 . . . 12°. BURETTE, recuſus in BRUKMANNI *Centuria II.* Epiſtolarum, brevis & absque ulla peculiari adnotatione.

FRANCESCO CAN. *Segreti del mundo medicinali e curioſi* Milano 1689. 8°.

§. DCCCXII. *Germani Varii.*

Georgii GRAV Coburgenſis, *Panacea vegetabilis calida*, ſeu *Majorana noſtra* Jenæ anno 1689. 12°.*. Collectanea.

Arboretum floridum, oder Beſchreibung der Bäume Aupſpurg anno 1689. 8°. SEGUIER.

Unterweiſung zur Maulbeer- und Seidenzucht Bern 1689.

Neues almodiſches Kochbuch Zelle 1689. 8°.

Moſella Rheni amica, oder der Moſelſtrom mit den umliegenden Ländern, Früchten und Raritäten Augſpurg 1689. 8°.

J. Jac. SENFTEL *Seminarium vividum, oder das grünende Feld — Beſchreibung der Feldfrüchte, Küchen-Kräuter, Wurzeln, Gras und Blumen* Augſpurg 1689. 8°. RIV.

J. V. M. *Neu eröffnete Schatzkammer verſchiedener Natur- und Kunſtwunder* Nürnberg 1689. 8°.

§. DCCCXIII. *Galli Varii.*

RAVENEAU de LUSSAN *Journal d'un voyage fait à la Mer du Sud, avec les Flibuſtiers* Paris anno 1689. 12°. Ut ſolent plantarum aliquam memoriam continet, quæcunque oculos magis feriunt.

Connoiſſance & culture parfaite des belles fleurs, tulipes rares, anemones extraordinaires, oeillets fins & des belles oreilles d'ours panachées Paris 1689. 12°. 1696. 12°.*. De floribus amator, & amicus amatorum, quos recenſet, D. de VALNAI, BACHELIER Hippocaſtani in Gallia auctorem, invidum anemonarum cuſtodem, cui ſemina tamen aliqua catus alter amator ſubtraxit, LAURE & LOMBARD. Novum hoc ſtudium in Gallia fuiſſe videtur, & tuliparum circa anno 1640. Deſcribit, unice pro florum amicis, cultumque docet: monet tamen

Digitized by Google

tamen maculam ad imum petalon poſitam in tulipa & anemone ſequentibus annis ipſa in petala adſcendere. Mirifice cæterum pretium mutatum eſt, quod curioſi floribus ponunt. Cum noſter ſcriberet, varicolores tulipæ (pannachées) & grandiſſimi albi & rubri caryophylli quærebantur neque flavorum mentio fit, neque cæruleorum, neque albæ tulipæ cum ſature violacea, aut ſubnigra parte petali. Non videtur eſſe D. de VALNAY, ut quidem lego, is enim in ipſe libello citatur & laudatur.

. *Traité de l'art de ſemer dans toutes les ſaiſons de l'année toutes ſortes de graines, de plantes tant potagéres, que fieurs, & oignons de fleurs* Paris anno 1689. 12°.

Traité du Jardinage Paris anno 1689. 8°.

§. DCCCXIV. *J. W. de Valvaſor.*

J. WEICKART L. B. de VALVASOR *Die Ehre des Herzogthums Krain* Laybach anno 1689. fol.* 4. Vol. cum notis & locis parallelis, & ex interpretatione *Eraſmi* FRANCISCI. Aliqua popularia habet, ad rem naturalem ſpectantia, & inter ea, de plantis ſpontaneis in L. III. tum de viribus plantarum medicatis. Mire ſuperſtitioſus homo.

§. DCCCXV. *Heinrich Heſſe.*

Heinrich HESSE'*us* hortulani, Moguntini, qui 20. annis hortis præfuerat, *Deutſcher Gartner* Lipſiæ anno 1690. 4°. HEISTER. 1696. 4°. SEGUIER anno 1705. anno 1710. fol. TREW., etiam anno 1724. 4°. anno 1740. 4°.*, ex codice M.S. auctoris recuſus. Scopus videtur, docere hortulanos, ut poſſint in Germania plantæ peregrinæ ali & conſervari. Hortum oleraceum dicit, & floridum, & arboretum, ut ſingulæ plantæ hactenus deſcribantur, nonnunquam etiam ſculptæ exhibeantur, cultusque doceatur. Neque deſunt rariores plantæ, quas vix alibi reperias. Paſſim ad ſua experimenta & ea provocat, quæ ipſe in Principum hortis viderit. Nomina ſæpe corrupta, neque bonæ icones.

EJUSDEM *Neue Gartenluſt, oder Vorſtellung, wie ein Luſt- Küchen - und Baumgarten füglich anzurichten, ausländiſche Bäume, Blumen und Kräuter zu erziehen, und zu curieren* Leipzig . . . 1742. 4°.* Simplicius multo, absque mirificis illis exoticis, plantas habet vulgares, oleraceas, inter eas raras aliquas, ut Traſi, & ſua experimenta citat; habet & flores, & arbores, & varietates hortulanorum. Multum tribuit ſignis cæleſtibus, tum ſympathiis & antipathiis.

EJUSDEM *Neue Anweiſung zum Blumenbaue* Leipzig 1705. 4°. Num differt.

Digitized by Google

§. DCCCXVI. *Joſeph. Lanzoni.*

Joſephi LANZONI *Citrologia, ſeu curioſa Citri deſcriptio* Ferrar. anno 1690. 12°.* (*e*). Ad vires fere medicatas.

EJUSDEM *De uſu Tabaci* Ferrar. anno 1702. 4°.

EJUSDEM Num Poma Perſica in Perſia venenata ſint diſquiſitio in *Galer. Minerv.* T. II.

EJUSDEM De venenis, in collectione operum T. I. Collectanea habet, ad venena veterum, etiam obſcuriſſima, ut Muckio, Granum Nubiæ, Spicæ Cornu (forte Clavum Secalinum), Corticem Oryzæ, herbam Chimaniden, Braxeram, plantasque innoxias Fœniculum, Salviam, Cichoreum.

EJUSDEM Tractatus *de Allio* in eadem collectione.

In libro *De balſamatione cadaverum*, de Myrrha aliisque plantarum ſuccis agit, ad id opus neceſſariis.

EJUSDEM *Dell uſo delle ghirlande e degli unguenti nelli convitti degli antichi* Ferrara 1698. 8°. De Coronis, & unguentis plantisque ad coronas adhibitis, aucta ab *Hier.* BARUFFALDO Haag. 1719. fol.

In *adverſariorum* Libris V. aliqua huc ſpectant de Tabaco, Verbena, Roſa.

Inter *diſſertationes*, ſunt de Melone, Acetariis, Ceraſo, Malo armeniaco; vino.

In *animadverſionibus* aliqua. Collectanea omnia.

§. DCCCXVII. *Elias Peine.*

Eliæ PEINE *Hortus Boſianus Lipſienſis* Hall. 12. absque anno: indicat vero MEISNER editionem Germanicam Hallenſem anni 1690. 8°. recuſam Lipſiæ 1705. 8°. Nomina ſola ſunt, & inter ea longi Catalogi nominum hortenſium Tunicarum, Hyacinthorum, Iridum, Narciſſorum, Primularum, Ranunculorum, Tuliparum; tum varietates vitis, Pruni, Mali, aliarumque plantarum fructiferarum.

EJUSDEM *Pfropf- Pflanz- und Gartenbüchlein* Frankfurt 1690. 8°.

EJUSDEM *Worterbuch — wie alle bey der Gärtnerey zu wiſſen nöthige* ..rter *&c.* Lipſ. anno 1703. 8°. ZOCHA &c. 1713. 8°. BURET.

W.

§. DCCCXVIII.

(e) Non ..e ..nx eodem anno.

§. DCCCXVIII. *Varii.*

Caroli Heidani *Theſaurus antiquitatum conchyliorum, coralliorum* Leid. anno 1690. 12°.

Philip. Grosgebauer Progr. *De agnis Tartaricis & vegetabilibus* Vinar. anno 1690. 4°. Riv.

J. Frid. Hoekel *Diſſ. de vino* Rudolſtatt 1690. 4°.

Theatrum florum, quorum ſpecies ad vivum expreſſa oſtenduntur. Amſterdam. anno 1690. fol. Hotton.

In *Eph. Nat. Cur. Dec.* II. *ann.* VIII. n. 63. *Marcus* Verbez vires Plantaginis febriſugas laudat.

David Kelner's *edle Bierbrau-Kunſt* Gotha 1690. 8°.

D. W. *Thee domi militiaque valetudinis cuſtos* Erford. 1690. 4°.

Approbirte Land- und Feld-Apotheck Frankfurt 1690. 12°.

Wunder der Natur in 73. *Diſcurſen* 1690. 4°.

J. Wilh. Vogel's *Diarium ſeiner Reiſe nach Oſtindien* Frankfurt und Leipzig 1690. 12°. plantas etiam tradit.

Vollſtändiges Kochbuch Nürnberg 1690. 4°.

§. DCCCXIX. *Franciſcus Kiggelaar.*

Franciſci Kiggelaar *Plantarum exoticarum horti* Herberti *van* Beaumont Catalogus Haag. anno 1690. 8°. Burette. Celebris ob plantarum Indicarum copiam catalogus, ſæpe laudatus a Boerhaavio.

§. DCCCXX. *Daniel Tauvry.*

Daniel Tauvry *Traité des médicamens, & de la manière de s'en ſervir, avec les formules de la compoſition des médicamens* Paris anno 1690. 12°. 1695. 12°. Burette. Anglice 1700. 8°. Osb. Multus in mechanica explicatione effectus medicamentorum. Analyſium veritatem tuetur. Claſſes virium medicatarum proponit, ſecundum eas medicamenta.

Car. Contugi *Nocetne cerebro tabaci uſus* Paris 1690.

L'abrégé des bons fruits Paris anno 1690. 8°.

§. DCCCXXI.

Digitized by Google

§. DCCCXXI. *Petrus Sylvanus Regis. La Loubere.*

Pierre Sylvain REGIS *Syſtême de philoſophie* Paris anno 1690. 4°. 3. Vol. Amſterdam anno 1691. 4°.*. Liber VI. huc pertinet, quo de plantis agit. Anatomen earum habet, ex nuperis inventis, tum de motu ſucci plantarum aliqua, quem facit circularem, deque ſtirpium vegetatione; breviter omnia.

De la LOUBERE, Legati Regii, *Du Royaume de Siam* Paris anno 1691. 12°. 2. Vol. (FOLKES 1687. 4°.) Amſterdam 1714. 8°. 2. Vol. Melioris notæ; ad rem tamen naturalem parcius reſpicit, & fere ad arbores utiles, cerealia & id genus.

Cuiſinier royal & bourgeois Paris 1691. 8°. OSB.

§. DCCCXXII. *Marcus Mappus.*

Marci MAPPI, Profeſſoris Argentoratenſis, *Catalogus plantarum horti Academici Argentinenſis* Argentorati anno 1691. 12°.*. Plantæ ſpontaneæ miſtæ hortenſibus, varietates, ut fere ſolent.

EJUSDEM Diſputatio *de Thea* Argentor. anno 1691. 4°. Non eſſe Gale.

EJUSDEM & WENCKER *De Coffea* ibid. anno 1693. 4°.*. Pleraque ex D. du FOUR: analyſis aliqua, quæ olei ex libra unciam dedit. Lacteum Coffeæ decoctum ex MONINO laudat.

De Chocolatæ potu ibid. anno 1695. 4°.*. Collectio.

EJUSDEM & MERGILETI *Roſa de Jericho* ibid. anno 1700. 4°.*.

EJUSDEM *Hiſtoria plantarum Alſaticarum poſthuma*, *opera & ſtudio J. Chriſtiani* EHRMANNI Argentorati prodiit anno 1742. 4°. *. Varietates plurimæ, raræ plantæ aliquæ, novus Ranunculus folio tripartito: deſcriptiones paſſim aliquæ & icones, viriumque medicarum index, Vogeſicas etiam plantas continet.

§. DCCCXXIII. *Jacobus Sinibaldus. Alii.*

Jacobi SINIBALDI, Profeſſoris ſimplicium Romani, *Lectio de plantarum metamorphoſibus* Rom. 1686. & alia *De ſynonymis ſimplicium extrinſecis* citantur a P. MANDOSIO (*f*). Utraque redit in Cl. viri APOLLINE *bifronte* Rom. anno 1690. 4°.*, tum tertia de Roſa. Omnes oratorii generis.

Philippi BONANNI S. I. *Obſervationes circa viventia*, *quæ in rebus non viventibus reperiuntur*, *cum micrographia curioſa* Rom. anno 1691. 4°.*. In micrographia flores aliqui, & ſemina, & pulviſculi antherarum, & Funguli dantur depicti.

In

(*f*) Archiatro Pontificis Centur. V. n. 40.

Digitized by Google

In *obſervationibus* agit de gallis, quarum ex inſectis ortum ignorat, & generationem æquivocam tuetur, etiam Viſci, Lenticulæ aquaticæ, Fungorum, Tuberum, Muſcorum, quorum aliquas ſpecies deſcribit & delineat.

IDEM *in Muſæi* KIRCHERIANI libro VIII. agit de plantis & fruticibus marinis, de obſervationibus microſcopicis &c. Rom. 1709. fol.

§. DCCCXXIV. *Germani Varii.*

Henrici HEYDEK *De uſu Opii in catarrhis* Duisburg anno 1691. 4°.

Conrad Philip LIMMER *de plantis in genere* Zerbſt 1691. 4°.

EJUSDEM *de cereviſia Serveſtana* Zerbſt 1693. 4.

Chriſt. WILDVOGEL *de eo quod juſtum eſt circa arbores* Jen. 1691. 4°.

EJUSDEM *de jure florum* Jen. 1691. 4°.

Georg Chriſtoph MOELLER *de melle* Jen. 1691. 4°.

EJUSDEM *de ſacchara* Gieſſæ 1698. 4°.

J. Jac. MARDORF *de Maniacis nuper Gieſſenſibus a ſolano furioſo* Gieſſ. 1691. 4°.* Mania inde & epilepſia, ſanata vomitu.

Samuel Gotthilf MANITII, medici Dreſdenſis, *de ætatibus Zedoariæ relatio* Dreſd. anno 1691. 12°.*. Hiſtoria integra hujus aromatis, character floris. Claſſes botanicas non habere conſtantes per omnes ſpecies vires.

Matthæi SEUTER *de Nuce vomica* Leid. anno 1691. 4°.*. Deſcriptio & icones, tum experimenta facta in canibus; natæ inde convulſiones, & in ſanguine aucta craſſities & nigredo.

Conrad Samuel SCHURZFLEISCH litteratoris, *Ritus ſpargendi flores* Witteberg. 1691. 4°. B. BOEHM.

Henrich CORDES *Neu angelegter hiſtoriſch - algebraiſcher Gartenbau* P. I. Hafn. 1691. 8°. Razeburg 1696. 8°.

§. DCCCXXV. *Richardus Carr.*

Richardi CARR *Epiſtolæ medicinales* Londin. anno 1691. 8°.*, a J. QUINCY Anglice redditæ Lond. anno 1714. 8°. pro magna parte ad diæteticen pertinent, & adverſus Nicotianam pugnant.

W. Y. *New art of making wines brandy and other ſpirits* London 1691. 12°. ZOCHA.

Digitized by Google

§. DCCCXXVI. *J. I. W. de Beintema.*

J. Ignatii Worp BEINTEMA de *Peima Verhandelinge over de Tabak* Haag. anno 1690. 8°. Bibl. HOTTON. *Panacea, oder das allgemeine Hülfsmittel oder Lob des Tobaks: aus dem Holländiſchen überſezt* durch J. S. Leipzig 1691. 12°. Multum in hunc libellum invehitur T. SCHOON.

EJUSDEM *Unterſuchung, ob dem Frauenzimmer nicht eben ſowohl als denen Manns-Perſonen Tobak zu rauchen erlaubt. Nebſt einer Vorrede von der Vortreſlichkeit des Thées und Kaffées,* herausgegeben von J. F. RAUCHMANN Jenæ 1743. 8°.

EJUSDEM *Von der Vortreſlichkeit des Thées und Caffées* &c. Frankfurt und Leipzig 1743. 8°.

P. v. CAMPEN in *collectaneis therapeuticis* agit de Coffea hippocrati nota. Edidit etiam *de ſeptem pulveribus purgantibus* l. Bred. 1691. 8°.

§. DCCCXXVII.* *M. Bernhardus Valentini.*

Michael Bernhardus VALENTINI, Profeſſor Gieſſenſis, collector, in eodem anno X. *Dec.* II. *Miſcell. Nat. Cur.* n. 118. Maniam a Belladonnæ baccis dixit.

N. 121. Pruna Damaſcena absque nucleo.

Dec. III. *ann.* II. n. 118. Malum Sinenſe prægnans.

N. 123. Vis anthelmintica corticis Peruviani.

Ann. III. n. 76. De ſpica ſiliginea ramoſa.

In *appendice* de China Chinæ.

EJUSDEM *Hiſtoria Moxæ* Leid. anno 1686. 12°. HEISTER.

EJUSDEM *De Faba S. Ignatii*, amara, ſuſpecti uſus, quæ in ſpiritu vini infuſa in præſens vitæ periculum nautam conjecerit.

EJUSDEM & P. WOLFART Diſputatio *de China Chinæ* Gieſſ. anno 1695. 4°.*. Adverſus febres quartanas, per intermiſſionis tempora, feliciter propinavit.

EJUSDEM & KNEUSSEL *De Ypecacoanha novo Gallorum antidyſenterico* ibid. anno 1698. 4°.*. Hiſtoria medicamenti a mercatore GRENIER ad A. HELVETIUM adlati, qui PISONIS auctoritatem ſecutus, ea radice adverſus dyſenteriam uſus eſt, quæ nunc fere ad vomitum excitandum, claſſicam auctoritatem eſt conſecuta.

IDEM ad R. J. CAMERARII *epiſtolam de ſexu plantarum* reſpondit.

Hæ, quas dixi diſputationes, cum nomine *Polychreſtorum exoticorum* Francofurti anno 1700. 4°.* recuſæ ſunt, cum adjectis *diſſertationibus Epiſtolicis*, inter quas eſt de Moxa & Podagra. Cum

Digitized by Google

Cum *praxi medica infallibili* edidit *diſpenſatorium domeſticum* Francofurti anno 1711. 4°.* ſelectorum medicamentorum.

EJUSDEM *Prodromus hiſtoriæ naturalis Haſſiæ* Gieſſ. anno 1707. 4°.* etiam de plantis agit, & catalogum continet plantarum medicatarum ad menſium ordinem.

EJUSDEM *Viridarium reformatum, ſeu regnum vegetabile, oder neu eingerichtetes und vollſtändiges Kräuterbuch* Frankfurt anno 1719. fol.*. Plantæ officinales, & congeneres, deſcriptæ, cum viribus medicis, & iconibus. Subjectæ ſunt tabulæ æneæ 383. cum numeroſiſſimis plantarum figuris, ab ILL. viro Collectori dono datis, inter quas *tabulæ florilegii* de BRY & FERRARIANÆ reperiuntur: ſed multæ præterea aliæ non illepidæ, ex *Caſp.* BAUHINO, LOBELIO aliisque claſſicis auctoribus imitatæ. Multa autem emendatione (*g*) nomina egent & figuræ. Roſa cum Pæoniæ titulo ſculpitur, Locuſta pro Rubia lutea ſpinoſa, Julia herba pro Agrimonia.

EJUSDEM *Muſæum Muſæorum, oder Natur- und Materialien-Kammer* Frankfurt anno 1704. fol. 1714. fol.* Vaſtum opus, cujus pars ſecunda pertinet ad regnum vegetabile. Pleraque certe ſunt fere POMETI, tamen & alia: deſcriptiones ex nuperis Indicis peregrinationibus auctæ, cum notis bonæ & legitimæ mercis, & viribus medicatis.

EJUSDEM *Oſtindianiſche Sendſchreiben von allerhand raren Gewächſen, Bäumen, Juweelen* &c. una prodiit. Huic collectioni verius eſt pretium. Continet ex chartis *Herberti* de JAGER a J. *Godofrido* VITO ex India relatis, & cum VALENTINO communicatis, epiſtolas ſupra quinquaginta, quæ fere de plantis Indicis agunt, quæ omnino legi merentur. Auctores ſunt RUMPFIUS, H. de JAGER, H. CLEYER: varia etiam ex inedito RUMPFII *herbario Amboinenſi* hic legas, tum ex ARENT SYLVIO, & KÆMPFERO.

Muſæi Muſæorum T. II. *Kunſt- und Zeughaus der Natur* Francofurti anno 1714. fol.*. Rariora ex tribus generibus; multa de Indiæ Belgicæ aromatibus, & œconomia, arboribusque peregrinis. Pars I. hujus *Muſæi Muſæorum* a J. *Chriſtophoro* BECKER latine reddita prodiit, cum titulo *Hiſtoriæ ſimplicium reformatæ* Francofurti anno 1716. fol.*, adjecto *commercio epiſtolico Indico*, & ſubjecta *mantiſſa*, qua aliquæ diſputationes inaugurales continentur, in quibus de peregrinis plantis agitur. Acceſſerunt etiam *Scholia* aliqua ad Aurifodinam. Idem enim opus cum titulo *aurifodinæ medicæ e triplici naturæ regno* recuſum eſt anno 1722. fol.*, paginarum numero vix mutato, etſi titulus *auctaria & emendationes* promittit.

Hiſtoria ſimplicium reformatam a J. C. BECKERO *latine verſa, cum Indiam*

(g) Laudat eum GRONOVIUS in præf. ad Muſæum.

Digitized by Google

dia literata etiam latinitate donata, *&* *novis* a filio C. BERN. VALENTINI acceſſionibus aucta, prodiit Offenbach. 1733. fol.

EJUSDEM MICH. BERNHARDI & filii J. ERNESTI *de confectione alkermes* Gieſſ. 1725. 4°. HEFT.

§. DCCCXXVIII. *Hans Sloane.*

Sir (Equitis) *Hans* SLOANE Hiberni; qui Monſpelii medicinam didicerat, inde Jamaicam petiit, in Europam redux denique Archiatri dignitate auctus ad provectiſſimum ſenium pervenit, per multos annos Præſes Societatis Regiæ Scientiarum, maximi librorum & aliorum variorum theſauri poſſeſſor, vir morum ſuaviſſimorum. Deſcriptio arboris Piperiferæ (Amomiferæ) Jamaicenſis exſtat in *Phil. Tranſ.* n. 192.

Deſcriptio arboris corticem Winteranum ferentis, ibid.

In n. 198. duas ſpecies Conocarpodendri depictas dedit.

EJUSDEM n. 203. De venenatis effectis Mercurialis perennis.

EJUSDEM n. 204. De vera arbore corticis Winterani.

EJUSDEM n. 208. Icon Coffeæ cum fructu, abſque flore.

EJUSDEM n. 222. De fructibus Indicis, qui ſolent ad Orcadum littora adpellere.

N. 237. De uſu radicis Hypecaeoanhæ, nuper ad dyſenteriam laudatæ.

N. 247. De ſupellectili Chinenſi, & ea occaſione de agno Scythico *Borametz*, cujus tenerum vellus adverſus ſanguinis jacturas adhibetur. De eadem ſupellectili, & de Fabis Ignatii &c. n. 249. & 250.

EJUSDEM n. 251. De Epidendro paraſitico hexapetalo, aquam colligente, aliisque plantis aquiferis.

N. 260. Pirum in Piro.

N. 429. De malis ex ſeminum Hyoſcyami uſu.

N. 478. Coralloides album geniculatum.

EJUSDEM *Catalogus plantarum, quæ in Inſula Jamaica ſponte proveniunt, vel vulgo coluntur, cum aliis, quæ in Madera* (h), *Barbados, Nieves, & S. Chriſtophori Inſulis naſcuntur* Lond. anno 1696. 8°.*. Nomenclator ſplendidi, quod continuo dicetur, operis, cum ſynonymis operoſe collectis: intercedunt & Europeæ plantæ.

EJUSDEM

(h) Ibi undecim dies egit DOUGLAS I. p. 121.

Ejusdem *A voyage to Madera, Barbados, Nieves, St. Chriſtophers, Jamaica with the natural hiſtory* London anno 1707. fol.* Anno 1688. Jamaicam adiverat, & ibi medicinam fecerat. Major tamen cura clari viri hiſtoria naturalis fuit, & potiſſimum etiam res herbaria. Plantas plurimas collegit, ſiccavit, nam ipſe eos theſauros vidi, ſiccatas delineari curavit, deſcripſit, non ad nuperos minutiores characteres, ſed ad ſeculi modum. Multas ſecundum affinitates denominavit, novorum generum condendorum non ſtudioſus. Synonyma plurima, & uſus addidit œconomicos. Claſſes naturales omnes in America reperit, unicam tamen ex umbelliferis Eryngium, Europæas pluſculas.

Tomus II. ſecutus eſt anno 1727.* quo arbores continentur innumeræ, tabulæ in univerſum 281. & additamenta ad utrumque volumen, in quo Pluknetius ſæpiuſcule reprehenditur. Acceſſit bonus utriuſque Tomi index.

§. DCCCXXIX. *Leonhardus Pluknet.*

Leonhardi Pluknet D. M. *Phytographia, ſeu ſtirpium illuſtriorum & minus cognitarum icones* P. I. Lond. anno 1691. fol. *. *Appendix* ibid. eodem anno.

Pars II. London anno 1691. fol.*.

Pars III. anno 1692. fol. Meræ tabulæ, omnino 150. figuræ circa 2000. Rami ſunt ſicci plantarum rariorum Europæ, & Aſiæ, novive Orbis, floribus ſæpe deſtituti, neque ſemper accurate ad naturam expreſſi. Cum tamen numeroſiſſimas & raras ſtirpes exprimant, & ſæpe novas, opus pretium habet, & utilitatem: miro enim ardore Pluknetius ex univerſo Orbe ſtirpes raras colligebat, quas propriis ſumtibus ſculpi curaret, a Regina Maria ſublevatus (*i*). Paſſim in Plukenetium animadvertitur (*k*), ob ſpecies multiplicatas, aliaque vitia.

Pars IV. *Almageſtum botanicum, ſeu Phytographiæ* Pluknetianæ *onomaſticum ſex fere millium plantarum* Londin. anno 1696. 4°. *. Nomina ſunt & ſynonyma, adjectis centum novis tabulis.

Almageſti botanici Mantiſſa, plantarum noviter detectarum ultra millenarium numerum complectens London anno 1700. 4°. *. Nomina ſola, cum operis indice.

Amaltheum botanicum, ſeu ſtirpium Indicarum alterum cornu copiæ 1200. *minimum ſpecies novas comprehendens* London anno 1705. fol.*. Plantæ plurimæ Chinenſes & Aſiaticæ, paſſim cum deſcriptione. Tabulæ 104. quæ partim ad *Mantiſſam* pertinent, partim ad *Amaltheum.*

Hæc

(i) Ut curam gereret horti Hamptoniensis *Tour through great Britain,* I. p. 281.
(k) *Philoſ. Tranſact.* n. 264.

Hæc opera Londini anno 1720. novo titulo ornata recuſa fuerunt, L. Pluknetii *opera omnia*.

Exſtant etiam Ejusdem in Raji Synopſin animadverſiones, inter J. Raji *Epiſtolas* (*l*).

§. DCCCXXX. *Varii.*

Magdalena Scuderi, aliis laudibus celebris feminæ, *Entretiens de morale* Paris anno 1692. 12°. 2. Vol.*. Continent de floribus & fructibus dialogos, in quibus de multis rarioribus plantis agitur, & de arbore diverſi generis fructus viciniſſimos ferente.

Daniel Georg. Morhof anno 1691. obiit. Ejus *Polyhiſtor's prima pars* prodierat anno 1688. 4°. Acceſſerat L. III. anno 1692. 4°. Reliqui libri & Tomus II. poſt mortem Cl. viri anno 1702. a Moellero; anno vero 1731. 4°.* Hamburgi a J. A. Fabricio editus eſt. In Tomi II. L. II. & P. II. caput 40. & ſequentia pertinent ad auctores rei herbariæ, quos paucos, ſed critice, recenſet, & cum judiciis.

(l) p. 505.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google